
STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00376597 1

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. III.

M. TULLII CICERONIS

LIBRI RHETORICI

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

M. TULLII CICERONIS

DE CLARIS ORATORIBUS

LIBER,

QUI DICITUR

BRUTUS.*

ARGUMENTUM.

Perfecti oratoris quam effingit in libris de Oratore speciem, eam omnes omnium ætatum oratores percensendo, si qua possit invenire, quærit in hoc de Claris Romanis Oratoribus libro. Post præfationem, quæ de Hortensii morte conqueritur, et ejus sermonis occasionem demonstrat, qui hoc libro commemoratur, initium fit disserendi a Græcis, atque a Solone inde qui in dicendo valuerunt breviter commemorantur a c. 7—13. Deinde producuntur, habita temporum ratione, Romani, a L. Bruto usque ad Ciceronem, atque id magna cum venustate, multis cum jocis tum etiam digressionibus admistis jucundis, ut sunt de urbanitatis sono c. 46. de populo recte de oratore judicante c. 49. sq. de Attico dicendi genere c. 82.

I. 1. [*p.* 165.] Cum e Cilicia [a] decedens, Rhodum ve-

NOTÆ

* *Brutus*] Sic liber hic dicitur, vel quod Bruto sit inscriptus, vel quod is in hoc Dialogo primas secundum Ciceronem teneat. M. autem Junius Brutus a Bruto Romanæ libertatis vindice originem duxit, et avitæ virtutis hæres Julium Cæsarem summum imperium usurpantem in senatu confodit. Nec multo post cum in Thessalia ad Philippos primum ancipiti Marte pugnasset adversus Octavium et Antonium, altero prælio victus sibi violentas manus attulit, anno U. C. 712. ante Christum 42. ætatis 37. Dio, Plutarchus, Appianus, &c.

[a] *Cum e Cilicia*] Anno U. C. 703. ante Christum 51. Cicero proconsul Ciliciam et Cyprum cum duabus legionibus obtinuit. Rem ibi præclare gessit; ab insidiis imminentibus libe-

nissem, et eo mihi de Q. Hortensii [b] morte esset allatum,[a] opinione omnium majorem animo cepi dolorem: nam et amico amisso,[c] cum consuetudine jucunda, tum multorum [1] officiorum conjunctione me privatum videbam, et interitu talis auguris[d] dignitatem nostri collegii [b] diminutam [2] dolebam: qua in cogitatione, et cooptatum [c] me ab eo in collegium recordabar, in quo juratus judicium dignitatis meæ fecerat,[d] et inauguratum [e] ab eodem; ex quo, augurum institutis, in[3] parentis eum loco colere debebam. 2. Augebat[4] etiam molestiam, quod magna sapientium civium, bonorumque penuria, vir egregius, conjunctissimusque mecum con-

[a] *Ibi nuntium accepissem de Q. Hortensii morte.*
[b] *Ordinis.* [c] *Receptum.*
[d] *Testimonio et juramento confirmaverat me esse dignum auguratu.*
[e] *Consecratum.*

Cap. i. 1 Ita N. ap. Orell. Junt. Manut. Lamb. Grut. Schutz. in ed. maj. *mutuorum* Schutz. in ed. maj. et Ellandt.—2 Ita N. ap. Orell. Junt. Manut. Schutz. *diminutam* Lamb. et Lallem.—3 Præpositionem *in* omisit Lamb.—4 Ita Crat. Manut. Lamb. *Augebam* Guelf. 1. 2. ψ, N. ap. Orell. Junt. unde Schneider. conj. *Augebant.* Mox, *magna bonorum sapientiumque civ. penuria*

NOTÆ

ravit Ariobarzanem Cappadociæ regem; ad Amanum montem, magnis hostium copiis deletis, castellis munitissimis expugnatis et incensis, Imperator appellatus est, quod ipse testatur Epist. ad Att. v. 20. Magistratu functus, et e Cilicia decedens venit Rhodum, quo de morte Hortensii ipsi allatum est. Porro de Cilicia diximus in notis ad lib. i. de Orat. § 82. Rhodus insula est in mari Carpathio cum urbe cognomine, *L'île de Rhodes*. De qua Strabo, Plinius, &c.

[b] *Q. Hortensii*] De quo prolixius sub hujus libri finem disserit Tullius.

[c] *Amico amisso*] Ciceronem inter et Hortensium veram intercessisse amicitiam, cum ex hoc libro colligitur, tum ex Cornelio Nepote, qui in Attici vita sic scribit: 'Utebatur autem Q. Hortensio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat, ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero an Hortensius: et id quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, essetque talium virorum copula.' Si quando igitur in Hortensium invehitur Tullius, uti facit atrociter lib. i. ad Q. Frat. epist. 3. et aliquot ad Atticum literis, id ex eo accidit, quod consilium ab Hortensio datum cedendi Clodianorum furori ex invidia profectum arbitraretur, et in exilium pulsus, quod dolor et ira suggerebat, impotentius effunderet.

[d] *Auguris*] Ex avium volatu, pastu, cantu, futura prædicebant augures, quorum tanta erat auctoritas, ut sive domi sive foris, nihil momenti gravioris, iis inconsultis, gereretur.

siliorum omnium societate, alienissimo reipublicæ tempore [e] extinctus, et auctoritatis, et prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquerat: dolebamque, quod non, ut plerique[f] putabant, adversarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius, et consortem gloriosi laboris[g] amiseram. 3. Etenim, si in leviorum artium studio memoriæ proditum est,[h] poëtas nobiles [f] poëtarum æqualium morte [5] doluisse: quo tandem animo ejus interitum ferre debui, cum quo certare erat gloriosius, quam omnino adversarium non habere? cum præsertim non modo nunquam [g] sit aut illius a me cursus impeditus, aut ab illo meus, sed contra semper alter ab altero adjutus et communicando, et monendo, et favendo. 4. Sed, quoniam perpetua quadam felicitate usus ille, cessit e vita, suo magis, quam suorum civium tempore, et tum occidit,[h] cum lugere facilius rempublicam posset, si viveret, quam juvare; vixitque tamdiu, quam licuit in civitate bene beateque vivere: nostro incommodo,[i] detrimentoque, si est ita necesse, doleamus; illius vero mortis opportunitatem benivolentia potius,[j] quam misericordia prosequamur, ut, quotiescumque de clarissimo et beatissimo viro cogitemus, illum potius, quam nosmetipsos, diligere videamur. 5. Nam, si id dolemus, quod eo jam frui nobis non licet;[6] nostrum est id malum: quod modice

[f] *Maledici, quibus nulla fides habenda.*
[g] *Gloriæ forensis.* [h] *Scriptis antiquorum traditum est.*
[i] *Nostri incommodi causa.* [j] *Ipsi potius sua morte gratulemur.*



Lamb.—5 Solus Lamb. *mortem*. Paulo ante, *memoriæ* deest in ψ.—6 Guelf. 1. *nobis frui non licet*.

NOTÆ

[e] *Alienissimo reip. tempore*] Quo civile bellum impendebat, adeoque respubl. Hortensii consiliis et ope indigebat.

[f] *Poëtas nobiles*] Sophoclem ferunt summo luctu prosecutum Euripidis mortem.

[g] *Non modo nunquam*] Qui ejusdem artis societate conjunguntur mutuo sese diligere solent, ut notat Aristoteles Rhet. II. 4. nisi forte alter alteri noceat. Tunc enim illud Hesiodi num probatur esse verum, κεραμεὺς κεραμεῖ, *figulus figulo* invidet.

[h] *Tum occidit*] Hortensius obiit anno U. C. 703. quo elapso, Cæsare principatum in rep. invadente, eversa est Romana libertas.

feramus, ne id non[i] ad amicitiam, sed ad domesticam[k] utilitatem referre videamur: sin, tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, angimur; summam ejus felicitatem non satis grato animo interpretamur.[l] II. 6. Etenim si viveret Q. Hortensius, cetera[m] fortasse desideraret una cum reliquis bonis et fortibus civibus; hunc autem præter ceteros,[1] aut cum paucis sustineret dolorem, cum forum populi Romani, quod fuisset quasi theatrum illius ingenii, voce erudita,[n] et Romanis Græcisque auribus digna, spoliatum atque orbatum videret. 7. Equidem angor animo,[2] non consilii, non ingenii, non auctoritatis armis egere rempublicam, quæ didiceram tractare,[o] quibusque me assuefeceram, quæque erant propria cum præstantis in republica viri, tum bene moratæ et bene constitutæ civitatis. Quodsi fuit in republica tempus ullum, cum extorquere arma posset e manibus[3] iratorum civium,[p] boni civis auctoritas et oratio; tum profecto fuit, cum patrocinium pacis exclusum est aut errore[4] hominum, aut timore.[q] 8. Ita nobismetipsis accidit, ut, quanquam essent multo magis alia lugenda, tamen hoc doleremus, quod, quo tempore ætas nostra perfuncta rebus amplissimis,[r][5] tanquam in portum confugere deberet, non inertiæ, neque desidiæ, sed otii moderati, atque hones-

[k] *Nostram.*

[l] *Sin dolemus tanquam ipsi mors immatura acciderit, non satis grato animo accipimus beneficium, quod in eum contulit natura, dum sic multis miseriis eripuit.*

[m] *Leges, jura, libertatem.* [n] *Erudita sua facundia.*

[o] *Valde doleo quod resp. uti nolit armis consilii, ingenii, et auctoritatis, quibus armis tractandis assuetus eram.*

[p] *Cæsaris et Pompeii.*

[q] *Cum pacis conditiones rejectæ sunt aut errore hominum, qui Pompeium putabant fore victorem et libertatis vindicem; aut timore hominum, qui sibi vim a Cæsare metuebant, nisi prior opprimeretur.*

[r] *Prætura, consulatu, provincia, &c.*

CAP. II. 1 *Hunc autem et præter ceteros* Guelf. 1. 2. N. ap. Orell. Junt. Crat. Manut. Grut. *hunc aut præter ceteros* Lamb. et Orell. probante Heusinger. Lectio nostra debetur Ernestio.—2 Manut. *animi.*—3 Cod. ψ, *possit et inanibus.*—4 Ita primus Ald. ita quoque J. Rivius, Manut. Lamb. Grut. *terrore* Guelf. 1. 2. ψ, N. ap. Orell. edd. antiq. Junt. Crat.—5 Guelf. 1. *per-*

NOTÆ

[i] *Ne id non, &c.*] Amicum enim non nostra, sed sua ipsius causa debemus diligere.

ti; cumque ipsa oratio jam nostra canesceret,[s] haberetque suam quandam maturitatem, et quasi senectutem; tum arma sunt ea sumta, quibus illi ipsi, qui didicerant eis uti gloriose, quemadmodum salutariter uterentur, non reperiebant.[t] 9. Itaque ii [6] mihi videntur fortunate beateque vixisse, cum in ceteris civitatibus, tum maxime in nostra, quibus cum auctoritate, rerumque gestarum gloria, tum etiam sapientiæ laude perfrui licuit: quorum memoria[j] et recordatio in maximis nostris gravissimisque curis jucunda sane fuit, cum in eam nuper ex sermone quodam[u] incidissemus.

III. 10. Nam cum inambularem in xysto,[v] et essem otiosus domi,[w] M. ad me Brutus,[1] ut consueverat, cum T. Pomponio[k] venerat, homines cum inter se conjuncti, tum mihi ita cari, itaque jucundi, ut eorum aspectu omnis, quæ me angebat de republica,[2] cura consederit.[x] Quos postquam salutavi, Quid vos, inquam, Brute et Attice, nunc? quid tandem novi? Nihil sane, inquit Brutus, quod quidem aut tu audire velis,[l] aut ego pro certo dicere audeam.

[s] *Robur quoddam haberet senibus maxime conveniens.*
[t] *Tum Pompeius arma sumsit, quibus ille ipse qui contra hostes reip. gloriose uti didicerat, quomodo ad salutem suam uteretur imminente Cæsare, non reperiebat.*
[u] *Occasione cujusdam sermonis.*
[v] *In porticu.* [w] *Romæ.* [x] *Conquieverit.*

functa amplissimis honoribus.—6 *Itaque ei* Guelf. 2. Venet. 1485. et N. ap. Orell. prob. Riv.

Cap. III. 1 *Brutus ad me* ψ.—2 Margo ed. 1584. *angebat, rei publicæ.*—

NOTÆ

[j] *Memoria*] Memoria ad animum, recordatio ad sermonem spectat.

[k] *Cum T. Pomponio*] T. Pomponius Atticus eques Romanus suavitate morum ac moderatione admirabili præditus nunquam honores petiit, quos facillime poterat adipisci. Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens æquali familiarius, quam hoc sene. Elegans non magnificus, splendidus non sumtuosus. Maximæ illud sapientiæ indicium, quod Cæsaris et Antonii benevolentiam retinuerit, inter quos principatus æmulatio intercedebat. Morbo gravi ac doloribus oppressus, voluntaria inedia vitam finiit anno U. C. 722. ante Christum 32. ætatis 77. Cornelius Nepos in ejus vita.

[l] *Quod quidem aut tu audire velis*] Ubique fama increbrescebat de victoriis Cæsaris, de cladibus Pompeianorum: quod nec Ciceroni placebat, nec pro certo audebat affirmare Bru-

11. Tum Atticus, Eo, inquit, ad te animo venimus, ut de republica esset silentium,[y] et aliquid audiremus potius ex te, quam te afficeremus ulla molestia. Vos vero, inquam, Attice, et præsentem me cura levatis, et absenti magna solatia dedistis: nam vestris primum literis[z] [m] recreatus, me ad pristina studia revocavi. Tum ille,[a] Legi, inquit, perlubenter epistolam, quam ad te Brutus misit ex Asia,[b] qua mihi visus est et monere[3] te prudenter, et consolari amicissime. 12. Recte, inquam, est visus: nam me istis scito literis, ex diuturna perturbatione totius valitudinis tanquam ad aspiciendam lucem esse revocatum. Atque ut, post Cannensem[n] illam calamitatem, primum Marcelli[o] ad Nolam prælio populus se Romanus erexit, posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt; [p. 166.] sic post rerum nostrarum et communium gravissimos casus, nihil ante epistolam Bruti mihi accidit, quod vellem, aut quod aliqua ex parte solicitudines allevaret meas.[4] 13. Tum Brutus,[c] Volui id quidem efficere certe,[5] et capio magnum fructum, si quidem quod volui, tanta in re consecutus sum.

[y] *Cujus mentio non nisi ingrata tibi esse potest.*
[z] *Libris.* [a] *Atticus.*
[b] *Asia Minore, quæ nunc dicitur Natolia.* [c] *Inquit.*



3 Guelf. 2. *et emonere*, probante Goerenz. ad Acad. I. 3. 9. et sic edidit Schutz. 'Orta est hæc lectio e compendio ē *monere*.' Orell.—4 Margo ed. 1584. *meus allevaret;* Nor. *alleviaret meas;* Orell. conj. *levaret.*—5 '*Volui qui-*

NOTÆ

tus deditus Academicis, qui nihil quod esse posset falsum, volebant asseverare.

[m] *Vestris p. literis*] Bruti scilicet epistola, et Attici libro, quo omnem rerum memoriam breviter et perdiligenter complexus est, ut dicitur § 14.

[n] *Cannensem*] Anno U. C. 538. ante Christum 216. ad Cannas Apuliæ vicum impatienti Terentii Varronis consulis temeritate atrocissimam cladem ab Hannibale Romani accepere, cæsis peditum quadraginta millibus, duobus equitum millibus et septingentis, inter quos plurimi consulares et prætorii ceterisque magistratibus functi cecidere. Livius, Polybius, Plutarchus, &c.

[o] *Marcelli*] M. Claudius Marcellus proconsul ad Nolam Picentinorum urbem, quam præsidio tenebat, justis præliis sæpius victum Hannibalem in Apuliam cedere coëgit anno U. C. 538. Livius, Plutarchus, &c.

Sed scire cupio, quæ te [6] Attici literæ [p] delectaverint. Istæ vero, inquam, Brute, non modo delectationem mihi, sed etiam, ut spero, salutem attulerunt. Salutem? inquit ille: [d] quodnam tandem genus istuc [7] tam præclarum literarum fuit? An mihi potuit, inquam, esse aut gratior ulla salutatio, aut ad hoc tempus aptior, quam illius libri, quo me hic affatus, [e] quasi jacentem excitavit? 14. Tum ille, [f] Nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breviter, et, ut mihi quidem visum est, perdiligenter complexus est? Istum ipsum, inquam, Brute, dico librum mihi saluti fuisse. IV. Tum Atticus, Optatissimum [g] mihi quidem [1] est quod dicis: sed quid tandem habuit liber iste, quod tibi aut novum, aut tanto usui posset esse? 15. Ille vero et nova, [h] inquam, mihi quidem multa, [2] et eam utilitatem, quam requirebam, ut, explicatis ordinibus temporum, uno in conspectu omnia viderem: quæ cum studiose tractare cœpissem, ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit, admonuitque, Pomponi, ut a te ipso sumerem [3] aliquid ad me reficiendum, teque remunerandum, si non pari, at grato tamen munere: quanquam illud Hesiodium [i] [q] laudatur a

[d] *Brutus.* [e] *Atticus allocutus.*
[f] *Brutus.* [g] *Jucundissimum.* [h] *Nondum mihi cognita.*
[i] *Dictum Hesiodi.*

dem certe conj. Gulielm. sed nihil mutandum.' *Schutz.*—6 Idem Gulielm. maluisset *quam te.* Mox, *delectarint* margo ed. 1584. *delectaverunt* Guelf. 1. —7 'Sic N. Junt. Crat. Man. Lamb. *istud* Schutz. Sed *istuc* sæpius edunt adhuc, in hoc præsertim libro etiam Schutz. et Ellendt, § 21. 23.' &c. *Orell.*

CAP. IV. 1 N. ap. Orell. *quidem mihi.* Pronomen *mihi* deest in ψ.—2 Guelf. 1. et Schutz. in ed. maj. *multa attulit*, probante Schneidero. Rursus τὸ *attulit* ejecit Schutz. hac addita annotatione: 'Verbo *attulit* carere possumus, si post *mihi quidem* commate interpungatur.'—3 Ita codd. cum edd. Junt. Crat. Manut. Lamb. *ut a te ipse sumerem* Ellendt, non satis monito

NOTÆ

[p] *Quæ te Attici literæ*] Multa scripsit Atticus: annales imperii Romani, ut patet ex Ciceronis Epist. ad Att. XII. 24. et Cornelio Nepote; familiarum originem: attigit quoque poëticen eodem Nepote teste.

[q] *Hesiodium*] Hesiodus poëta antiquissimus ex Ascra vico Bœotiæ, ætate Homeri paulo fuit inferior, vel etiam, ut aliqui contendunt, æqualis. Itaque floruerit annis ante Christum circiter 1000. Quod autem Hesiodi laudatur hic dictum, depromtum est ex carmine quod inscribitur Ἔργα καὶ

doctis, quod eadem mensura reddere jubet, qua acceperis,[4] aut etiam cumulatiore,[j] si possis. 16. Ego autem voluntatem tibi profecto emetiar:[k 5] sed rem ipsam[l] nondum posse videor; idque ut ignoscas, a te peto. Nec enim ex novis[r] (ut agricolæ solent) fructibus est, unde tibi reddam quod accepi: sic omnis fœtus repressus, exustusque flos siti veteris ubertatis exaruit:[6] nec ex conditis, qui jacent in tenebris, et ad quos omnis nobis aditus, qui pæne solis patuit, obstructus est. Seremus igitur aliquid tanquam in inculto et derelicto solo; quod ita diligenter colemus, ut impendiis[s] etiam augere possimus largitatem tui muneris: modo idem noster animus efficere possit, quod ager, qui cum[7] multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet. 17. Tum ille,[m] Ego vero et expectabo éa, quæ polliceris,[t]

[j] *Majore.* [k] *Remetiar, reddendi voluntatem offeram.*
[l] *Aliquod opus.* [m] *Atticus.*

lectore; *ut ad te ipse scriberem* e conjectura edidit Schutz.—4 Cod. ψ, *quod acceperis.*—5 Guelf. 1. 2. Lamb. Schutz. *remetiar;* et sic conj. Rivius.—6 'Ita codd. Junt. Manut. *exustusque siti flos vet. ub. exaruit* Lamb. Schutz. in ed. maj. Ellendt. Sed ut taceam, parum probabilem esse istam transpositionem, non minus incommode construitur *flos veteris ubertatis,* quam *sitis vet. ub.* quocirca legendum suspicor, *exustusque flos* (scil. segetis, absolute positum, ut ante *fœtus*) *situ veteris ubertatis exaruit.* Nor. *sati*, errore typogr. erroribus enim referta est hæc editio cum Veneta anni 1485. plerumque conspirans. Nec tamen me pœnituit eam contulisse cum recen-

NOTÆ

'Ημέραι, *Opera et Dies*, vs. 347. *Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι. Bona quidem mensura accipe a vicino, et bona redde eadem mensura, et cumulatius, si possis.*

[r] *Nec enim ex novis*] Perpetua locus hic allegoria contextus est; significat Tullius se non posse novum aliquod opus scribere, quo rependat Attico dignum aliquid præclaris libris, quibus ipsius ægritudo levata fuerat. Ex novis, inquit, fructibus sive libris, quos ad me, Attice, misisti; nihil est unde te remunerem. Quemcumque novum ingenii fœtum possum in lucem edere, is supprimitur siti ac desiderio quo teneor veteris ubertatis: neque etiam est mihi quod tibi referam ex reconditis libris meis de philosophia, qui nunc jacent in tenebris: aditus enim ad philosophiam, qui mihi vobisque, Attice, et Brute, fere solis patebat, nunc interclusus est vitio temporum. Itaque cum et novi et veteres fructus mihi desint, seremus, id est, commentabimur aliquid, quod non sine fœnore munus tuum compenset.

[s] *Impendiis*] Impendium fœnus est teste Varrone lib. IV.

[t] *Polliceris*] 'Pollicemur sponte, promittimus rogati.' Servius.

neque exigam,[8] nisi tuo commodo; et erunt mihi pergrata, si solveris. Mihi quoque, inquit Brutus, et expectanda[9] sunt ea, quæ Attico polliceris, etsi fortasse ego a te hujus voluntarius procurator[n] petam, quod ipse, cui debes, se incommodo[10] exacturum negat.[o] v. 18. At vero, inquam, tibi ego, Brute, non solvam, nisi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit, petiturum.[p] Non mehercule, inquit, tibi repromittere[q] istuc[1] quidem ausus sim: nam hunc, qui negat, video flagitatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen, et acrem fore.[r] Tum Pomponius, Ego vero, inquit, Brutum nihil mentiri puto. Videor enim jam te ausurus esse[2] appellare;[s] quoniam longo intervallo modo primum animadverti paulo te hilariorem. 19. Itaque, quoniam hic,[3] quod mihi deberetur, se exacturum professus est; quod huic debes,[u] ego a te peto. Quidnam id? inquam. Ut scribas, inquit, aliquid: jampridem enim conticuerunt tuæ literæ. Nam ut illos de republica libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus: eisque nosmetipsi ad veterum annalium[4] memoriam comprehendendam[t] impulsi, atque incensi sumus. Sed illa[u]

[n] *Attici rebus gerendis intentus.*

[o] *Dicit se non petiturum incommodo tuo.*

[p] *Non id faciam, Brute, nisi prius mihi promittas, fore, ut is qui jure petere possit, non amplius illud idem exigat.*

[q] *Spondere.*

[r] *Video Atticum, qui negat se exacturum, id abs te flagitaturum, non quidem importune, sed assidue et vehementer.*

[s] *Admonere debitorem.* [t] *Scriptis commendandam.*

[u] *Libros Tusculanarum Quæstionum, &c.*

tioribus.' *Orell.* Mox, *aliquid* deest in ψ.—7 Lamb. *qui postquam.*—8 Nor. Lamb. *nec exigam;* ψ, *neque enim exigam.*—9 Ita codd. Nor. Junt. Manut. Lamb. *et* delet Schutz. uncis inclusit Orell. Mox, *et fortasse* Lamb.—10 Schutz. *se incommodo tuo;* Lamb. primus addidit *tuo* in marg. ed. 1584. *se* omittunt codd. aliquot et edd. vett. Nor. Junt. Crat. Manut. uncis inclusit Orell.

Cap. v. 1 Schutz. *istud.* Mox, pro *ausus sim,* quod servant Nor. Junt. Manut. Lamb. Grut. *ausim* exhibent Guelf. 1. Regg. ap. Lallem. Schutz. et Orell.—2 Cod. ψ, *ausurum esse.*—3 Lamb. *quoniam id;* margo ed. 1584. *quoniam hic id.*—4 Ita Manut. et Grut. *ad rerum nostrarum* Lamb. *ad rerum na-*

NOTÆ

[u] *Quod huic debes*] An libros vel Tusculanarum Quæstionum, vel de Natura Deorum, vel de aliis argumentis Bruto inscriptos?

cum poteris, atque ut possis, rogo. 20. Nunc vero, inquit, si es animo vacuo,[v] expone nobis quod quærimus.[5] Quidnam est id? inquam. Quod mihi nuper in Tusculano [v] inchoasti [6] de oratoribus, quando esse cœpissent, qui etiam, et quales fuissent: quem ego sermonem cum ad Brutum tuum, vel nostrum potius, detulissem, magnopere hic audire se velle dixit. Itaque hunc elegimus diem, cum te sciremus esse vacuum.[w] Quare, si tibi est commodum, ede [x] illa, quæ cœperas, et Bruto, et mihi. 21. Ego vero, inquam, si potuero,[7] faciam vobis satis. Poteris, inquit: relaxa modo paulum [8] animum, aut sane [9] (si potes) libera.[y]

Nempe igitur hinc tum, Pomponi, ductus est sermo, quod erat a me mentio facta, causam Deiotari,[w] fidelissimi atque optimi regis, ornatissime et copiosissime a Bruto me audisse defensam. VI. Scio, inquit, ab isto initio tractum esse sermonem, teque Bruti [1] dolentem vicem, quasi deflevisse judiciorum vastitatem,[z] et fori. Feci, inquam, istuc quidem, et sæpe facio. 22. Nam mihi, Brute, in te intuenti, crebro in mentem venit vereri, ecquodnam [2] curriculum aliquando sit habitura tua et natura admirabilis, et exquisita doctrina, et singularis industria. Cum enim in

[v] *Si quid est tibi otii.* [w] *Minime occupatum.* [x] *Dicito.*
[y] *Omni solicitudine exsolve.* [z] *Ruinam.*

turalium ψ, aliique codd. Nor. Junt. Crat. Camer. *ad veterum rerum* conj. Victor. Mox, *intensi sumus* ψ.—5 ‘Verba uncis inclusa, [*Quidnam id? inquam: ut scribas . . . quod quærimus,*] aliunde huc translata esse videntur.’ *Schutz.*—6 Nor. et Lamb. *inchoavisti.*—7 Ita Nor. Junt. Manut. Grut. defendente Beier. ad Offic. tom. II. p. 351. *potero* Lamb. et Schutz. prob. Ernesti.—8 Nor. *paululum.*—9 Schutz. *aut plane,* e conjectura Wetzelii. Cf. Epist. Fam. VII. 1.

CAP. VI. 1 Cod. ψ, *atque Bruti.*—2 Guelf. 1. *quodnam;* Nor. *et quodnam.*

NOTÆ

[v] *Nuper in Tusculano*] Hinc Romæ, non in Tusculano, habitum hunc Dialogum constat.

[w] *Deiotari*] Deiotarus Gallogræciæ rex reus ad Cæsarem bis delatus est: primo quidem quod arma pro Pompeianis contra Cæsarem tulisset, deinde quod domi suæ adversus eum hospitii jure violato conjurasset: in priore causa a Bruto Nicææ, ut scribit Tullius ad Attic. XIV. 1. In posteriore ab ipso Cicerone defensus est.

maximis causis versatus esses, et, cum tibi ætas nostra jam cederet, fascesque submitteret,[x] subito in civitate cum alia ciciderunt,[3] tum etiam ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit. 23. Tum ille, Ceterarum rerum causa,[a] inquit, istuc et doleo, et dolendum puto; dicendi[b] autem me non tam fructus, et gloria, quam studium ipsum, exercitatioque delectat; quod mihi nulla res eripiet, te præsertim tam studioso.[4] Etenim dicere[5] bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. Quare qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ, qua ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quisquam potest. 24. Præclare, inquam, Brute, dicis, eoque magis ista dicendi laude delector, quod cetera, quæ sunt quondam habita in civitate pulcherrima, nemo est tam humilis, qui se non aut posse adipisci, aut adeptum putet: eloquentem neminem video factum esse victoria. Sed quo facilius sermo explicetur, sedentes, si videtur, agamus. [*p.* 167.] Cum idem placuisset illis, tum in pratulo propter[6] Platonis statuam consedimus.

25. Hic ego, Laudare igitur eloquentiam, et quanta vis sit ejus, expromere,[7] quantamque iis, qui sint eam consecuti, dignitatem afferat, neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. Hoc vero sine ulla dubitatione confirmaverim, sive illa[8] arte pariatur aliqua, sive exercitatione quadam, sive natura; rem unam esse omnium difficillimam: quibus enim ex quinque rebus[y] constare dicitur,

[a] *Quod amiserimus libertatem et honores.* [b] *Eloquentiæ.*

—3 Alii in marg. ed. 1584. *conciderunt.*—4 Nor. *et præsertim tam studiosum.* —5 *Et dicere enim* ψ, Nor. Junt. Crat. Camer. Mox, *prudenter intelligat* conj. Ernesti. 'Recte vero se indicativus habet.' *Schutz.*—6 Nor. *prope.*— 7 Guelf. 2. *exprimere.* Mox, Guelf. 1. et Nor. *qui sunt.*—8 Cod. ψ, *sive ulla.*

NOTÆ

[x] *Fasces submitteret*] Populares magistratus, ut populi majorem esse vim quam suam indicarent, fasces submittebant, quod per translationem dicitur de iis, qui se fatentur inferiores.

[y] *Quinque rebus*] Quinque illæ partes eloquentiæ, de quibus sæpe Tullius, sunt, inventio, dispositio, elocutio, memoria, et pronuntiatio.

earum unaquæque est ars ipsa magna per sese. Quare quinque artium concursus maximarum, quantam vim, quantamque difficultatem habeant,[9] existimari potest. VII. 26. Testis est Græcia, quæ cum eloquentiæ studio sit incensa, jamdiuque excellat in ea, præstetque ceteris, tamen omnes artes vetustiores habet, et multo ante non inventas solum, sed etiam perfectas, quam hæc est a Græcis elaborata dicendi vis, atque copia. In quam cum intueor, maxime mihi occurrunt, Attice, et quasi lucent Athenæ tuæ:[c] qua in urbe primum se orator[z] extulit, primumque etiam monumentis et literis oratio est cœpta[d] mandari. 27. Tamen ante Periclem,[a] cujus scripta quædam feruntur, et Thucydidem,[b] qui non nascentibus Athenis, sed jam[1] adultis fuerunt, litera nulla est, quæ quidem ornatum aliquem habeat, et oratoris esse videatur. Quanquam opinio est, et eum, qui multis annis ante hos fuerit, Pisistratum,[c] et paulo seniorem etiam Solonem,[d] posteaque Clisthenem,[e] multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. 28. Post hanc ætatem aliquot annis, ut ex Atticis monumentis[e] po-

[c] *In quibus olim versatus es.* [d] *Cum arte.*
[e] *Ex Atheniensium historiis.*

—9 Ita Guelf. 1. 2. Nor. Junt. Crat. Manut. Grut. *habeat* Lamb. Schutz. et Orell.

NOTÆ

[z] *Primum se orator*] Priores enim, ut Empedocles, Gorgias, &c. rhetores, non oratores fuere.

[a] *Periclem*] Hic Atheniensis eloquentia percelebris remp. per 40. annos administravit. Anno secundo belli Peloponnesiaci pestilentia mortuus est, annis ante Christum 434. Plutarchus. Vide notas in lib. III. de Orat. § 138.

[b] *Thucydidem*] Vide lib. II. de Orat. § 56. Floruit annis 1130. post fundatum a Cecrope regnum Athenis.

[c] *Pisistratum*] Pisistratus absente Solone, cum sibi populum blandis sermonibus et ficta probitate conciliasset, Athenis tyrannidem occupavit. Bis pulsus in exilium, post annos undecim eandem usurpavit potestatem. Mortuus est anno 33. ab initio primi dominatus, an. 2. Olymp. 63. ante Christum 527. Aristoteles in Politicis.

[d] *Solonem*] De quo in notis ad lib. I. de Orat. § 58.

[e] *Clisthenem*] Atheniensem et civem egregium extitisse tradit Tullius de Legibus lib. II. Athenis tyrannide liberatis inclaruit, longe alius ab eo, quem ut mollem Aristophanes in Ranis persequitur. Vide Herodotum et Isocratem in Areopagitico.

test perspici, Themistocles[f] fuit; quem constat cum prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse: post Pericles, qui cum floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit laude clarissimus. Cleonem[g] etiam temporibus illis, turbulentum illum quidem civem, sed tamen eloquentem constat fuisse.[2] 29. Huic ætati suppares Alcibiades,[h] Critias,[i] Theramenes:[j] quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis[3] scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest: grandes erant verbis, crebri sententiis, com-

CAP. VII. 1 Particula *jam* deest in Guelf.—2 Nor. *fuisse constat.*—3 Ita Nor. Junt. Crat. *Thucydidi* ed. Rom. prob. Rivio, item Manut. Lamb. Grut.

NOTÆ

f *Themistocles*] Atheniensis eloquentiæ et militiæ gloria insignis, Xerxem Persarum regem cum innumerabilibus copiis in Græciam irrumpentem, primum sustinuit, deinde etiam vicit et fugavit. Ab ingratis proditionis accusatus ad Persas confugit. Belli cura cum ei comitteretur ab Artaxerxe, ne aut in patriam crudelis, aut in regem de se bene meritum perfidus videretur, epoto, ut tradunt, tauri sanguine sese interfecit, anno 2. Olymp. 79. ante Christum 463. Plutarchus, Cornelius Nepos, &c. De hujus morte vide § 43.

g *Cleonem*] Cleænesi filium Atheniensium ducem, qui et ipse, ut turbulentus, a Thucydide notatur. Vir levitate insignis, in pugna occubuit.

h *Alcibiades*] Filius Cliniæ, Atheniensium imperator, et dicendi laude percelebris, et, ut refert Theophrastus apud Plutarchum, in inveniendis iis quæ causæ prodessent, acutissimus. Extitit præterea militaris disciplinæ adeo peritus, ut quamcumque in partem inclinaret, eo victoria sequeretur. Absens a suis sacrilegii postulatus Lacedæmonem se recepit; tumque Athenienses, quibus omnia belle processerant, terra marique fusi sunt. Deinde restitutus in patriam, priorem suorum fortunam revocavit. Cum ad Persas se contulisset, factionibus Atheniensium, adeoque Persarum perfidia confossus, occubuit anno ætatis circiter quadragesimo, Olympiad. 94. anno 1. ante Christum 404. Cornelius Nepos, Plutarchus, &c.

i *Critias*] Socratis primum discipulus, evasit postea unus ex triginta tyrannis, qui, Athenis a Lysandro expugnatis, cives crudeli servitute oppressere, Olympiadis 94. anno 1. Triennio post a Thrasybulo sunt exterminati. Xenophon. Erat ille, ut testatur Hermogenes, gravis sententiis, et elatus, verbis purus ac perspicuus.

j *Theramenes*] Unus pariter ex triginta illis tyrannis, ceteris moderatior, quorum de sævitia conquestus, in carcerem conjectus ac jussus venenum ebibere, partem hausit, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonarit. Quo sonitu reddito, arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Id evenit Olymp. 94. anno ante Christum 404. Cicero Tuscul. Quæst. lib. I. Plura Aristophanis interpres, Suidas, &c.

pressione [4] rerum breves, et ob eam ipsam causam interdum subobscuri. VIII. 30. Sed ut intellectum est, quantam vim haberet accurata, et facta quodammodo oratio; tum etiam magistri dicendi multi subito extiterunt: tum Leontinus Gorgias,[k] Thrasymachus [l] Chalcedonius, Protagoras [m] Abderites, Prodicus Ceus,[1] [n] Hippias Eleus,[o] in honore magno fuit, aliique multi temporibus eisdem docere [2] se profitebantur, arrogantibus sane verbis, quemadmodum causa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior posset.

Schutz. et Orell.—4 'Schutz. de Gesneri conjectura *comprehensione;* idque jam V. D. sæc. 16. marg. Lambinianæ meæ adscripserat. Frustra omnes.' *Orell.* *comprehensione* etiam Guelf. 1.

CAP. VIII. 1 Ita margo ed. 1584. et Orell. *Chius* Nor. Junt. Lamb. *Cius* Manut. *Ceius* Grut. Mox, *magno fuerunt* Nor.—2 Ita omnes præter

NOTÆ

[k] *Leontinus Gorgias*] Is oriundus a Leontio Siciliæ oppido, Isocratis præceptor, similiter desinentia et antitheta secundum aliquos primus invenit, tanto plausu, ut dies quibus orationes haberet, ἑορταὶ, *festi dies*, orationes ipsæ λαμπάδες, *lampades*, dicerentur. Floruit Olympiade 90. annis ante Christum 420. Cum centesimum et septimum ageret annum, interrogatus quapropter tamdiu vellet in vita remanere: Quia nihil, inquit, habeo, quod senectutem meam accusem. Pausanias in Eliacis, Val. Max. IX. 13. &c.

[l] *Thrasymachus*] E Chalcedone, quæ urbs est Bithyniæ in Asia Minore: primus in oratione numeros ac periodos invenit, teste Suida, qui fallitur, cum eum Platonis et Isocratis ait fuisse discipulum: ex hoc quippe Tullii loco patet Socrati supparem, adeoque Platonis et Isocratis nedum discipulus foret, magistrum esse potuisse.

[m] *Protagoras*] Abderæ natus in urbe Thraciæ, quæ nunc *Asperosa* dicitur, annos natus 90. obiit. Floruit, ut ex Apollodoro tradit Laërtius, Olympiade 84. annis ante Christum 414. Verum Apollodorus in supputanda ratione temporum Protagoræ an Democriti? non parum aberrat. Idem enim tradit Democritum natum fuisse Olympiade 80. ergo Olympiade 84. annum ætatis attigerat circiter decimum quintum: at tunc temporis, quo vix dum primis philosophiæ rudimentis institui poterat, potuit habere discipulos? potuit florere Protagoras ejus auditor, quem adolescentem ipse vir, uti refert Gellius v. 3. in scholam abduxerat. Immo hinc colligitur ne ipsius quidem Thrasylli apud Laërtium sententiam stare posse, qui censet Democritum natum esse anno 3. Olympiad. 77. ante Christum 470. De Protagora vide Gellium loco citato.

[n] *Prodicus Ceus*] Philosophus e Ceo insula in mari Ægæo oriundus, Democrito et Gorgiæ æqualis, quem Athenis veneno sublatum ut juventutis corruptorem tradit Suidas.

[o] *Hippias Eleus*] Vide lib. III. de Orat. § 127.

31. Iis opposuit sese Socrates,[p] qui subtilitate quadam disputandi refellere eorum instituta solebat verbis.[3] Hujus ex uberrimis sermonibus extiterunt doctissimi viri: primumque tum philosophia, non illa de natura,[f] quæ fuerat antiquior, sed hæc, in qua de bonis rebus et malis, deque hominum vita et moribus disputatur, inventa dicitur: quod quoniam genus ab hoc, quod proposuimus, abhorret, philosophos aliud in tempus rejiciamus: ad oratores, a quibus degressi[4] sumus, revertamur. 32. Extitit igitur jam senibus illis, quos paulo ante diximus, Isocrates,[q] cujus domus cunctæ Græciæ quasi ludus[g] quidam patuit, atque officina dicendi; magnus orator, et perfectus magister, quanquam forensi luce caruit,[h] intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo quidem judicio,[5] est poëta consecutus:[r] is et ipse scripsit multa[s] præclare, et docuit alios: et cum

[f] *Non physica, sed moralis philosophia.*
[g] *Schola.* [h] *In forum non se contulit.*

Schutz. qui de conjectura edidit *eidem.* *Ili docere, &c.*—3 Ita Nor. Junt. Victor. Camer. Crat. Lamb. Grut. *verbis* delevit Schutz. id uncis inclusit Orell. *solebat, vir is, cujus ex, &c.* Manut.—4 Guelf. 1. *digressi.*—5 Ita codd. Regg. ap. Lallem. Schutz. et Orell. *quidem meo judicio* Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut. Mox, pro *est poëta,* quod e Rufino Grammatico dederunt Lipsius et Grut. *et postea* legitur in omnibus codd. item in edd. vett. Nor. Ald. Junt. Lamb. Schutz. et recentt. Vid. Ruhnken. Hist. Cr. Or. Gr. p. 62.—

NOTÆ

[p] *Socrates*] Consulantur notæ in lib. I. de Invent. § 51. et lib. I. de Orat. § 232.

[q] *Isocrates*] Atheniensis, Theodoti filius, Gorgiæ discipulus, natus est Olymp. 86. annis ante Christum 436. attigit ætatis annum 98. aut etiam 100. ut alii tradunt. In orationibus nitidus, et comtus, et palæstræ, quam pugnæ, magis accommodatus, omnes dicendi veneres sectatus est. Plutarchus, Dionys. Halicarn. Quintil. x. 1.

[r] *Est poëta consecutus*] Sic ex Ruffino grammatico reponendum censet Lipsius, cum vulgo habeatur *est postea consecutus.* Quantumvis enim Isocratem amaverit Cicero, nunquam eum contulerit, nedum prætulerit Demostheni. Sed quia intra privatos parietes poëtarum in morem versata est ejus oratio, neque prodiit in forum, non cum oratorum gloria esse comparandum dicit Tullius, sed in suo genere meruisse eam laudem, ad quam nemo poëta pervenerit. Lips. Var. Lect. III. 14.

[s] *Multa*] Sexaginta ejus nomine ferebantur orationes, ut tradit Plutarchus: hodie una tantum et viginti habentur.

cetera melius, quam superiores, tum primus intellexit, etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen, et numerum quendam oportere servari. 33. Ante hunc enim verborum quasi structura, et quædam ad numerum conclusio, nulla erat: aut, si quando erat, non apparebat[6] eam dedita opera esse quæsitam: quæ forsitan laus sit: verumtamen natura magis tum,[7] casuque nonnunquam, quam aut ratione aliqua,[8] aut observatione fiebat.[i] 34. Ipsa enim natura circumscriptione[9] quadam verborum comprehendit, concluditque sententiam; quæ cum aptis constricta[j][10] verbis est, cadit etiam plerumque numerose. Nam et aures ipsæ quid plenum, quid inane sit, judicant,[11] et spiritu, quasi necessitate aliqua, verborum comprehensio[k] terminatur: in quo non modo defici, sed etiam laborare turpe est.[l] IX. 35. Tum fuit Lysias,[t] ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor, atque elegans, quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere: nam plane quidem perfectum, et cui nihil[1] admodum desit, Demosthenem[u] facile dixeris. Nihil acute in-

[i] *Oratio numerosa fiebat potius natura duce aut casu, quam arte et observatione.*
[j] *Conjuncta.* [k] *Periodus.*
[l] *Turpe est tam longam proferre periodum, ut pronuntiantem te vox ac spiritus deficiat, vel non nisi difficile prosequatur.*

6 Cod. ψ, *nulla apparebat.*—7 Ita Nor. Ald. Junt. Grut. al. *tunc* Lamb. e Prisciano.—8 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. *quam* omittunt edd. vett. sed e Prisciano Rivius laudat hanc lectionem Ellendtio probatam, *casuque nonnunquam, haud ratione aliqua, &c.*—9 Schutz. e conjectura in ed. maj. *constructione.* Mox, *τὸ verborum* eidem Schutzio delendum videtur.—10 Nor. margo ed. Crat. et Schutz. in ed. maj. *circumscripta ;* ψ *conscripta.*—11 Idem codex *indicant.*

Cap. IX. 1 Unus Oxon. *et quo nihil,* e vestigiis antiquioris scripturæ *et*

NOTÆ

[t] *Lysias*] Cephali Syracusani filius, natus est Athenis anno 2. Olymp. 82. ante Christum 451. Obiit annos natus 76. aut 80. et amplius, ut alii volunt. Orator subtilis atque elegans, inquit Fabius x. 1. 'Et quo nihil, si oratori satis sit docere, quæras perfectius. Nihil enim est inane, nihil arcessitum: puro tamen fonti, quam magno flumini, propior.' Vide Gell. II. 5.

[u] *Demosthenem*] Is ignobili loco natus ad amplissimos magistratus aditum sibi fecit ingenii et maxime eloquentiæ laude: Philippo Macedoniæ regi summum sibi jus in Græciam usurpanti, acriter restitit: patriæ libertis vindex in manus Antipatri ty-

veniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius:[m] nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate, vel sententiarum,[2] quo quicquam esset elatius. 36. Huic Hyperides[v] proximus,[n] et Æschines[w] fuit, et Lycurgus,[x] et Dinarchus,[y] et is,[3] cu-

[m] *Nihil eleganter dixit, quo possit aliud elegantius dici.*
[n] *Ad Demosthenem proxime accedit Hyperides, &c.*

quoi; hinc in codd. aliquot et Nor. *et in quo,* receptum a Schutzio.—2 Lamb. in marg. ed. 1584. conj. *verborum granditate, vel sententiarum gravitate.* 'Sine causa Ellendt hæsit in hac verborum consecutione; *viderit,* scil. antequam scriberet Demosthenes; *possit,* scil. nunc, et omni tempore; *esset,* et tunc, cum scriberet, et nunc, et in futuro tempore.' *Orell.*—3 Cod. ψ, *et his.*—

NOTÆ

rannidem affectantis ne veniret, venenum hausit anno ante Christum 321. Plutarchus, &c. Oratorum Græciæ facile princeps est, in quo, teste Fabio x. 1. nec quod desit, nec quod redundet invenias. 'Etsi tamen operi illius adjici nihil potest,' inquit Valer. Maxim. viii. 10. 'tamen in Demosthene magna pars Demosthenis abest; quod legitur potius quam auditur.'

[v] *Hyperides*] Atheniensis orator, de quo aliud alii sentiunt: Fabio quidem est dulcis et acutus, Halicarnasseo plenus leporum, at Hermogeni minime accuratus et durus videtur. Antipater, Alexandri Magni in Græcia successor, eum, Æginam cum confugisset, ex templo extractum occidi jussit, abscissa ultro sibi prius, ut ferunt, lingua, ne quid invitus prodere cogeretur. Plutarchus, &c.

[w] *Æschines*] Atrometi filius, orator Atheniensis, æmulus Demosthenis, quicum propter morum dissimilitudinem ac diversarum partium studia, inimicitias exercebat. Cum enim Athenienses duas in factiones essent divisi, Demosthenes Persarum regi, Æschines Philippo Macedoni favebat, uterque pecunia corruptus. Demosthenis eloquentiæ cessit tandem Æschines, et exul Rhodum abiit; tum in insulam Samum se recepit, ibique vita functus est. Plutarchus, &c. Demosthene plenior est, inquit Fabius, et magis fusus et grandiori similis, quo minus strictus est: carnis plus habet, minus lacertorum. Orationis genus, ut negligentius et incomtum, carpit Hermogenes.

[x] *Lycurgus*] De quo jam lib. i. de Orat. in notis ad § 58. Id tantum addiderim ex Hermogene, ejus dictionem asperam et duram diligentiæ esse expertem.

[y] *Dinarchus*] Cujusdam Socratis aut Sostrati filius, aliis Atheniensis, aliis Corinthius, Theophrasti illius qui Aristoteli in schola successit, discipulus, natus est, ut computat Dionysius Halicarnasseus, archonte Nicophemo, anno 4. Olymp. 104. ante Christum 361. Peloponnesi procurator ab Antipatro constitutus, eo defuncto, Polysperchontis insidiis sublatus est, ut tradunt Plutarchus et Suidas. Ejectum fuisse in exili-

jus nulla extant scripta, Demades,[z] aliique plures.[4] Hæc enim ætas effudit hanc copiam; et, ut opinio mea fert, succus ille et sanguis incorruptus[o] usque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. 37. Phalereus[a] enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palæstra:[p][5] itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat: [p. 168.] processerat enim in solem, et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis.[q] 38. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque red-

[o] *Nativa et sincera eloquentiæ forma.*
[p] *Insignis non tam vi orationis quam nitore et temperato genere.*
[q] *Eloquentiam adeptus erat non in foro, sed in tranquilla Theophrasti philosophi schola.*



4 Lamb. solus *aliique complures.*—5 Lamb. in marg. ed. 1584. conj. *palæstræ.*

NOTÆ

um archonte Anaxicrate, et decimo quinto post anno, qui fuit ante Christum 293. senem fuisse revocatum a Demetrio, scribit Halicarnasseus in Dinarcho. Orator Hermogeni foro idoneus, perspicuus, sententiis quam verbis vehementior: concitato et acri dicendi genere accedit ad Demosthenem; unde per jocum a nonnullis appellatus est Demosthenes Hordeaceus.

[z] *Demades*] Atheniensis orator ætate suppar Demostheni, cujus lucubrationes extemporali dicendi facultate superabat: suis tantum utilitatibus intentus, partes Macedonum Athenis tuebatur. Eum ex immoderatis sumtibus ad inopiam redactum ridens Antipater victimis cæsis similem dicebat, de quibus nihil nisi lingua superest. Periit, ab Antipatro, Alexandri successore, in lacum Amphipolitanum dejectus. Plutarchus et Suidas.

[a] *Phalereus*] Demetrius Phalereus, a Phaleris Atheniensium portu appellatus, Phanostrati filius, Theophrasti auditor. Principatum decem annos tenuit Athenis, ubi tanto honore affectus est, ut ipsi statuæ trecentæ sexaginta fuerint erectæ. Nihilominus postea judicio capitis damnatus, cessit invidiæ, et ad Ptolemæum Lagidam in Ægyptum confugit. Ejus successori Philadelpho invisus in carcerem conjectus est, ibique aspidis morsu periit. Is ipse est qui Alexandrinæ bibliothecæ præfectus sacros codices ex Hebræo in Græcum sermonem verti curavit, quo tempore cum patre regnabat Philadelphus. Obiit Demetrius Olymp. 124. anno 1. ante Christum 284. Tum stricta tum soluta numeris oratione plura scripsit, quam omnes ætatis suæ Peripatetici, ut notat Laërtius. Multum habuit, auctore Quintiliano, et ingenii et facundiæ, vel ob hoc memoria dignus, quod ultimus est fere ex Atticis qui dici possit orator.

didit;[r] et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis; sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret:[s 6] tantum ut memoriam concinnitatis suæ, non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis)[b] cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus.

x. 39. Videsne igitur, in ea[1] ipsa urbe, in qua et nata, et alta[t] sit eloquentia, quam ea sero prodierit in lucem? Siquidem ante Solonis ætatem, et Pisistrati, de nullo, ut diserto, memoriæ proditum est.[u] At hi quidem, ut populi Romani[c] ætas est, senes;[v] ut Atheniensium sæcula numerantur, adolescentes debent videri. Nam etsi Servio Tullio[2 d] regnante viguerunt, tamen multo diutius Athenæ[e] jam erant, quam est Roma ad hodiernum diem: nec tamen

[r] *Demetrius dicendi genus prius vehemens inclinavit ad suavitatem.*
[s] *Qua delectaret animos, non permoveret.*
[t] *Nutrita.* [u] *Loquuntur historiæ.*
[v] *Solon et Pisistratus, habita ratione Romæ, sunt antiqui.*

—6 '*Perstringeret*] Sic Guelf. 1. quam lectionem una cum Schneidero præferendum duxi. Nam *perfringeret* prorsus est ineptum.' *Schutz.* Mox, *et tantum ut, &c.* Nor. Junt. Crat. Lamb. Grut.

Cap. x. 1 Nor. Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. *ut in ea;* Schutzius de conjectura Heusingeri dedit *vel in ea.* Mox, *et alita sit* margo ed. 1584. et Ellendt. *et aucta sit* ψ.—2 Ita Nor. Crat. Manut. Grut. *Tullo* Junt. et Lamb.

NOTÆ

[b] *Eupolis*] Atheniensis veteris comœdiæ poëta, jam tum ab anno ætatis decimo septimo florere cœpit. In Hellesponto ab Alcibiade navigante in Siciliam submersum ferunt tempore belli Peloponnesiaci, anno ante Christum circiter 440. Suidas. Quanquam in mari periisse negat Eratosthenes, ut ait Cicero ad Att. vi. 1.

[c] *Ut populi Romani*] Roma condita est anno 3. Olympiadis 6. ante Christum 754. Solon itaque cum, teste Laërtio, Olympiade 45. Pisistratus cum Olymp. 60. floreret, hic ducentis, ille paucioribus ab urbe condita annis; sane cum ab ipsis Romæ nascentis initiis propius abessent, si ætas Romæ spectaretur, senes erant. At cum longe ante, Mosis scilicet temporibus, Atheniensium regnum auctore Cecrope cœperit annis ante Christum omnino mille quingentis quinquaginta octo, patet Solonem et Pisistratum, si referantur ad Atheniensium sæcula, juniores esse.

[d] *Servio Tullio*] Servius Tullius, sextus Romanorum rex, anno 4. Olympiad. 50. U. C. 177. ante Christum 587. regnum administrare cœpit, quod 44. annos tenuit.

[e] *Multo diutius Athenæ*] Anni ab U. C. ad id usque tempus, quo librum hunc scribebat Tullius, fluxerant 707. Ab Atheniensium regno fundato ad initia Servii Tullii numerantur anni 931.

dubito, quin habuerit vim magnam semper oratio. 40. Neque enim jam Troicis [3] temporibus [f] tantum laudis in dicendo Ulyssi tribuisset Homerus, et Nestori,[g] (quorum alterum [w] vim habere voluit, alterum [x] suavitatem,) nisi jam tum esset honos eloquentiæ; neque ipse poëta hic tam idem ornatus in dicendo, ac plane orator fuisset: cujus etsi incerta sunt tempora,[h] tamen annis multis [i] fuit ante Romulum; siquidem non infra superiorem [4] Lycurgum fuit, a quo est disciplina Lacedæmoniorum astricta legibus.[y] 41. Sed studium ejus generis,[z] majorque vis agnoscitur in Pisistrato. Denique hunc proximo sæculo Themistocles insecutus est, ut apud nos, perantiquus;[j] ut apud Athenienses, non

[w] *Ulyssem.* [x] *Nestorem.*
[y] *Qui leges scripsit Lacedæmoniis.* [z] *Eloquentiæ.*

—3 Pro *Troicis*, nescio quis ap. Lamb. conj. *heroicis*. Mox, *Ulixi* Nor. et Schutz.—4 ' Voc. *superiorem* sine causa suspectum Ellendtio. Distinguitur

NOTÆ

[f] *Troicis temporibus*] Capta est a Græcis Troja, annis ante Romam fundatam 432. ante Christi ortum 1184.

[g] *Nestori*] Qui heros apud Homerum dexteritate, eloquentia, ac prodigiosa vitæ diuturnitate celeberrimus est.

[h] *Incerta sunt tempora*] Ut Homeri patriam variæ gentes, sic ætatem diversa tempora quasi sibi vindicant. Inde nata diversitas opinionum, quod apud Archilochum octo Homeri, plures apud Xenophontem referantur, quorum variæ ætates uni poëtæ attributæ sunt. Tradit Herodotus tempus Homerici natalis incidere in annum ab expugnatione Trojæ 168. Philochorus apud Clementem Strom. lib. 1. eum refert ad 180. Euthymenes ad 200. Apollodorus Atheniensis ad 240. post Trojam captam. Eum alii supparem Trojanis temporibus fecere, ut Dionysius apud Tzetzen. Alii a Troja removerunt tantum octoginta annis, ut Crates grammaticus apud Clementem et Eusebium: alii centum, ut Eratosthenes: alii centum quadraginta, ut Aristarchus. Haud multo major est Latinos inter scriptores consensio, ut patebit criticis, quibus Cornelii Nepotis, Velleii, Cassii, Plinii, et Gellii, discrepantes de temporibus Homericis opiniones expendere libuerit. At quibus tandem præ ceteris habenda fides? iis subscribimus, qui Homerum neque remotius ad Trojana, neque ad Olympiadum tempora propius referunt; sed mediam ineunt viam, ac floruisse volunt sub annum ante Christum 1000. post excidium Trojæ 184. Eusebius in Chronico, &c.

[i] *Annis multis*] Omnino 248. ex nostra computandi ratione.

[j] *Ut apud nos, perantiquus*] Themistocles, de quo diximus § 28. obiit anno 2. Olympiadis 79. U. C. 291. ante Christum 463. quatuor et amplius ex quo Tullius hæc scriberet ætatibus.

ita sane vetus. Fuit enim regnante jam Græcia, nostra autem civitate non ita pridem[k] dominatu regio liberata: nam bellum Volscorum[l] illud gravissimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem fere tempore, quo Persarum bellum, fuit, similisque fortuna clarorum[5] virorum:[a] 42. si quidem uterque, cum civis egregius fuisset, populi ingrati pulsus injuria, se ad hostes contulit, conatumque iracundiæ suæ morte sedavit:[b] nam etsi aliter est apud te,[m] Attice, de Coriolano, concede tamen, ut huic generi mortis potius assentiar. XI. At ille ridens, Tuo vero, inquit, arbitratu: quoniam quidem[1] concessum est rhetoribus ementiri[c] in historiis, ut aliquid dicere possint argutius: ut enim tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus,[n] sic Stratocles[o] de Themistocle

[a] *Themistoclis et Coriolani.*
[b] *Coriolanus ad Volscos, Themistocles ad Persas transiit: uterque iram repressit, morte sibi ultro allata.* [c] *Fingere.*



Lacedæmonius ab oratore Attico.' *Orell.*—5 Ita Nor. Ald. Junt. Manut. Grut. *clarissimorum* Crat. Camer. Lamb. Schutz.
CAP. XI. 1 'Nescio qui ap. Lamb. *quando quidem.* Nihil opus: *quoniam*

NOTÆ

[k] *Non ita pridem*] Anno ante mortem Themistoclis 48. Roma reges pulsi sunt.

[l] *Bellum Volscorum*] Belli Volscici initium cadit in annum U. C. 259. dum maxime bellum illud arderet, C. Marcius Coriolanus, a captis Coriolis Volscorum oppido nominatus, damnatus absens, transfugit ad Volscos Latii populos, et maternis precibus infractus ab oppugnatione patriæ destitit anno U. C. 266. Dionysius, Livius, &c. Octavo post anno qui 1. est Olymp. 75. Græcis bellum Xerxes Persarum rex intulit. Herod. Plutarch.

[m] *Aliter est apud te*] Coriolanum materna pietas cum flexisset, Dionysius, Plutarchus, et alii ferunt ob invidiam rei a Volscis occisum. Verum aliter sentiebat Atticus qui res non populari trutina expendebat. Abibat, credo, in sententiam Fabii. Sic enim Livius lib. II. 'Coriolanum,' inquit, 'invidia rei periisse tradunt, alii alio leto. Apud Fabium longe antiquissimum auctorem, usque ad senectutem vixisse eundem invenio. Refert certe hanc sæpe eum exacta ætate usurpasse vocem, multo miserius seni exilium esse.'

[n] *Clitarchus*] Alexandri Magni expeditionum comes historicus, cujus, inquit Quintilianus X. 1. probatur ingenium, fides infamatur: quem, ut tradit Cicero de Legibus, lib. I. si quis assequeretur, aliquantum ab optimo tamen abesset. Floruit annis ante Christum circiter 320.

[o] *Stratocles*] Scriptor de quo veterum in monumentis nihil mihi occurrit.

finxit. 43. Nam, quem Thucydides, qui et Atheniensis erat, et summo loco natus, summusque vir, et paulo ætate posterior,[p] tantum mortuum scripsit, et in Attica clam humatum; addidit, fuisse suspicionem veneno sibi conscivisse mortem: hunc isti aiunt, cum taurum immolavisset,[q] excepisse sanguinem patera, et eo poto,[2] mortuum concidisse. Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt: illa mors vulgaris nullam præbebat materiem ad ornatum. Quare, quoniam tibi ita [3] quadrat,[d] omnia fuisse in Themistocle paria et Coriolano, pateram quoque a me sumas licet: præbebo etiam hostiam, ut Coriolanus sit plane alter Themistocles. 44. Sit sane, inquam, ut lubet, de isto: et ego cautius posthac historiam attingam, te audiente; quem rerum Romanarum auctorem laudare possum religiosissimum. Sed tum fere Pericles,[r] Xanthippi filius, de quo ante dixi, primus adhibuit doctrinam: quæ quanquam tum nulla erat dicendi, tamen ab Anaxagora physico eruditus, exercitationem mentis a reconditis abstrusisque rebus ad causas forenses[e] popularesque facile traduxerat. Hujus suavitate maxime hilaratæ sunt Athenæ:[4] hujus ubertatem et copiam admiratæ, ejusdem vim

[d] *Ex tua sententia recte convenit.*

[e] *Implicatis philosophiæ quæstionibus abjectis, animum applicuerat ad causas in foro perorandas.*

quidem sæpe legitur ap. Cic.' *Orell.* Mox, *et mentiri* unus Oxon. *mentiri et in historiis* Junt. Crat. Camer. *ementiri* habent jam Nor. Man.—2 Lamb. solus *epoto.*—3 Nor. Omnib. et Schutz. *ita tibi;* Junt. et Crat. omittunt *ita.* Mox, *in Themistocle paria et in Coriolano* conj. Lamb. et sic edidit Schutz. *fuisse Themistocli paria et Coriolano* codd. aliquot ap. Orell. unus Oxon. et Junt.—4 Guelf. 1. 2. *hilaratæ Athenæ sunt.*

NOTÆ

[p] *Paulo ætate posterior*] Natus est Thucydides anno 3. Olymp. 77. ut refert Pamphila apud Gellium xv. 23. septem annis ante Themistoclis obitum.

[q] *Cum taurum immolavisset*] 'De Themistoclis morte multis modis apud plerosque scriptum est: sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiæ,' quæ Asiæ Minoris urbs est ad Mæandrum, 'morbo mortuum: neque negat fuisse famam venenum sua sponte sumsisse.' Cornelius Nepos in Themistocle. Addit Plutarchus eum obiisse ætatis anno 65.

[r] *Tum fere Pericles*] Maxime inclaruit Olympiade 93. et sequentibus.

dicendi terroremque[s] timuerunt. XII. 45. Hæc igitur ætas prima Athenis oratorem prope perfectum tulit. Nec enim in constituentibus rempublicam, nec in bella gerentibus, nec in impeditis ac regum dominatione devinctis,[f] nasci cupiditas dicendi[g] solet. Pacis est comes, otiique socia, et jam bene[1] constitutæ civitatis quasi alumna quædam, eloquentia.[h] 46. Itaque ait Aristoteles, cum sublatis in Sicilia tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens, et controversa natura,[i][2] artem et præcepta Siculos, Coracem et Tisiam[t] conscripsisse. Nam antea neminem solitum via,[j] nec arte, sed accurate tamen, et de scripto plerosque dicere: scriptasque fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes appellantur[3] loci. 47. Quod idem fecisse Gorgiam, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset: quod judicaret hoc oratoris esse[4] maxime proprium, rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere.[k] Huic Antiphontem[u] Rhamnusium similia quædam habuisse con-

[f] *Regum dominationi subjectis.* [g] *Eloquentiæ studium.*
[h] *In civitate recte constituta fovetur eloquentia.*
[i] *Indole sua contentionis amans.* [j] *Methodo.* [k] *Extenuare.*

CAP. XII. 1 Cod. ψ, *etiam bene.*—2 Ita Crat. Manut. Lamb. Ellendt. *res privatæ l. intervallo controversiis et judiciis rep. tum pr. quod esset acuta illa gens natura* de Schneideri conjectura edidit Schutz. *acuta illa gens, et controversiis nata* emendandum censuit Jacobs. eumque secutus est Schutz. in ed. maj. *controversi a natura* ψ. *controversia natura* edd. vett. et Junt.—3 Schutz. in ed. maj. *appellentur.*—4 Verbum *esse* omittit Lamb. Mox, *rursus effugere*

NOTÆ

[s] *Terrorem*] Pericles ab Aristophane poëta fulgurare, tonare, et permiscere Græciam dicebatur, ut in Oratore refert Tullius.

[t] *Coracem et Tisiam*] Artis rhetoricæ scriptores antiquissimi sunt Corax et Tisias, inquit Quintilianus III. 1. Vide notas in lib. II. ad Herenn. § 38.

[u] *Antiphontem*] Antiphon Sophili filius Rhamnusius, (Rhamnus autem Atticæ pagus est,) Thucydidis, ut ferunt, discipulus fuit, æqualis Socrati, quicum de ratione disserendi disputavit. Inclaruit annis ante Christum fere 420. Vitam produxit ad popularis status in Atheniensi rep. mutationem a quadringentis factam, cujus auctor fuisse perhibetur. Ideoque sublatis quadringentis illis, in jus vocatus, condemnatus, et pœna in proditores decreta affectus, cadaver in-

scripta: quo neminem unquam melius ullam oravisse capitis causam, cum se ipse defenderet, se audiente, locuples auctor scripsit Thucydides.[l] 48. Nam Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi: deinde, quod Theodorus[v] esset in arte subtilior, in orationibus autem jejunior,[m] orationes eum scribere aliis cœpisse, artem removisse. Similiter Isocratem primo artem dicendi esse negavisse, scribere autem aliis solitum orationes, quibus in judiciis uterentur: sed, cum ex eo[n] (quia quasi committeret contra legem, quo quis judicio[5] circumveniretur[o]) sæpe ipse in judicium vocaretur, orationes aliis destitisse scribere, totumque se ad artes componendas[p] transtulisse. XIII. 49. Et Græciæ quidem oratorum partus atque fontes[q][1] vides, ad nostrorum annalium rationem, veteres; ad ipsorum,[r] sane recentes. Nam antequam delectata est Atheniensium civitas hac laude dicendi, multa jam memorabilia et in domesticis et in bellicis rebus[s] effecerat. [p. 169.] Hoc autem studium[t] non erat commune Græciæ, sed proprium Athenarum. 50. Quis enim aut Argivum[w] oratorem, aut Corinthium,[x] aut

[l] *Qui audiit, Thucydides, fide dignus auctor, scribit.*
[m] *Tenuior.* [n] *Propter orationes aliis scriptas.*
[o] *Quæ vetat ne quis in judicio fallatur.*
[p] *Ad institutiones oratorias.* [q] *Ortus et principia.*
[r] *Græcorum.* [s] *Tum in pace, tum in bello.* [t] *Eloquentiæ.*

ψ.—5 Lamb. *in judicio*, probantibus Schutz. et Ellendt. Mox, *ipse in invidiam vocaretur* conj. Ernesti. Dein, voc. *componendas* deest in quibusdam codd. ap. Lamb. et Corrad.

CAP. XIII. 1 Suspecta hæc *atque fontes* Ellendtio; *atque fœtus* conj. Er-

NOTÆ

sepultum abjectum, et perpetua infamiæ nota inustus est. Sunt qui a triginta tyrannis occisum putent. Plutarchus in vitis decem Rhetorum. Orator, inquit Hermogenes, idoneus foro, grandiloquus, accuratus, mediocriter et concitatus et gravis. Promto ingenio, ideoque Nestor cognominatus.

[v] *Theodorus*] Byzantius sophista, quem propter egregiam dicendi varietatem et solertiam Plato in Phædro λογοδαίδαλον appellat, id est, *verborum artificem.* Scripsit contra Thrasybulum, et Andocidem, et alia nonnulla. Suidas.

[w] *Argivum*] Ex Argo Peloponnesi urbe in Argia regione.

[x] *Corinthium*] Ex Corintho, quæ urbs est Achaiæ in angustiis Isthmi Peloponnesiaci, olim celeberrima; nunc pristinæ dignitatis rudera tantum exhibet. Dicitur etiamnum *Corintho.* Dinarchum tamen putant ali-

Thebanum[y] scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epaminonda, docto homine, suspicari libet.[2] Lacedæmonium[z] vero usque ad hoc tempus, audivi, fuisse neminem.[u] Menelaum[a] ipsum, dulcem illum quidem tradit Homerus,[3] sed pauca dicentem. Brevitas autem laus est interdum in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem non habet. 51. At vero extra Græciam magna dicendi studia fuerunt, maximique huic laudi habiti honores illustre oratorum nomen reddiderunt. Nam ut semel e Piræo[b] eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret[c] moribus,[v] omnemque illam salubritatem Atticæ dictionis,[d] et quasi sanitatem[4] perderet, ac loqui pæne dedisceret. Hinc Asia-

[u] *Oratorem.*

[v] *Ut semel Athenis propagata est alias in regiones eloquentia, effudit sese in omnes insulas maris Ægæi, atque ita totam Asiam lustravit, ut peregrinis moribus corrumperetur.*

nesti; *artisque fontes* Schutz de sua emendatione.—2 Guelf. 1. 2. *suspicari libet.*—3 Lamb. *tradidit Homerus.*—4 Ita Venet. et Nor. *et* ante *quasi* omittunt Junt. Crat. Manut. Grut. *omnemque illam Atticæ dictionis quasi sanitatem* conj. Lamb. probante Ellendtio; *omnemque illam subtilitatem Atticæ dictionis, et quasi sanitatem* de Ernesti conjectura edidit Schutz. 'Cicero videtur scripsisse, *omnemque illam quasi salubritatem Atticæ dictionis perderet.* Vocabulo *salubritatem* ascriptum est gloss. *sanitatem.* Malo autem add. *et*, quo occultatur gloss.' *Orell.* Mox, *ac linguam pæne dedisceret* de conjectura

NOTÆ

qui Corinthium, qui ab aliis dicitur in agro Atheniensi natus.

[y] *Thebanum*] Natum Thebis, urbe Bœotiæ. Plurima sunt aliis regionibus oppida ejusdem nominis.

[z] *Lacedæmonium*] Lacedæmonios scribit Isocrates in Panathenaico ab ediscendis literis abhorruisse.

[a] *Menelaum*] Agamemnonis fratrem, unum ex heroibus, quos loquentes Homerus inducit, at paucis, Iliad. Γ. Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως· ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, κ. τ. λ. *Pauca quidem, sed valde suaviter et argute, quoniam verbosus non erat.*

[b] *Piræo*] Athenarum portu celeberrimo, quadringentarum navium capaci, qui nunc dicitur *Porto Lione,* ut tradit Marius Niger.

[c] *Oblineret*] Mores comparat Cicero cum unguentis, quibus corpus oblinitur.

[d] *Atticæ dictionis*] 'Attici limati quidem et emuncti, nihil inane aut redundans ferebant. Asiana gens, tumidior alioqui, et jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est. Tertium mox, qui hæc dividebant, adjecerunt genus Rhodium; quod velut medium esse, atque ex utroque mistum volunt . . . Æschines, qui Rhodum exilio delegerat, intulit eo studia Athenarum, quæ velut sata quædam cœlo terraque degenerant, saporem illum Atticum peregrino miscuerunt.' Quintilianus XII. 10.

tici oratores non contemnendi quidem[5] nec celeritate, nec copia, sed parum pressi[w] et nimis redundantes. Rhodii saniores, et Atticorum similiores. 52. Sed de Græcis hactenus: etenim hæc ipsa forsitan fuerint non necessaria.[6]

Tum Brutus, Ista vero, inquit, quam necessaria fuerint, non facile dixerim: jucunda certe mihi fuerunt, neque solum non longa, sed etiam breviora, quam vellem. Optime, inquam: sed veniamus ad nostros, de quibus difficile est plus intelligere, quam quantum ex monumentis suspicari licet. XIV. 53. Quis enim putet aut[1] celeritatem ingenii L. Bruto[e] illi, nobilitatis vestræ principi,[x] defuisse? qui de matre suavianda,[y] ex oraculo Apollinis, tam acute arguteque conjecerit: qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit: qui potentissimum regem, clarissimi regis filium, expulerit, civitatemque, perpetuo dominatu liberatam, magistratibus annuis, legibus judiciisque devinxerit: qui collegæ suo imperium abrogaverit, ut e civitate regalis nominis memoriam tolleret:[2] quod certe effici non potuis-

[w] *Copiosores.* [x] *Generis tui, o Brute, auctori.* [y] *Osculanda.*

sua legit Schutz.—5 Nor. et Lamb. *illi quidem.*—6 Ita Manut. et Grut. *fuerunt non necessaria* Ald. Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell. *fuerunt necessaria* Omnib.

CAP. XIV. 1 Hoc *aut* ita pendens defendit Walch. Emendd. Liv. p. 186. delevit Ellendt. *aut eloquentiam* Lamb. in marg. ed. 1584. inserendum suspicatus est post *ingenii;* inseruit post *texerit* Schutz. quem imitatus est Ellendt. Mox, *L. Junio Bruto* Lamb.—2 Unus Oxon. *memoria tolleretur.*—

NOTÆ

[e] *L. Bruto*] De quo præter ea quæ diximus in notis ad lib. IV. ad Herenn. § 66. hæc accipe, quæ lucem huic loco afferant. Ad interpretanda prodigia Delphos missi sunt juvenes Romani, Titus et Aruns, quibus comes additus Brutus. Ut ex oraculo auditum eum ex illis legatis summum Romæ habiturum imperium, qui primus osculum matri tulisset, dum alii sorti permittunt uter prior, cum Romam redisset, osculum matri daret; Brutus alio vocem Apollinis spectare ratus, veluti si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit; scilicet quod ea communis mater esset omnium mortalium. Livius lib. I. Idem consul Tarquinium Collatinum collegam propter affinitatem Tarquiniorum suspectum coëgit consulatu sese abdicare et e civitate cedere, anno U. C. 245. ante Christum 509. Livius lib. II. Dionysius, &c.

set, nisi esset oratione persuasum. 54. Videmus item paucis annis post [f] reges exactos, cum plebes prope ripam Anienis [g] ad tertium milliarium [h] consedisset, eumque montem, qui Sacer [i] appellatus est, occupavisset, M. Valerium dictatorem dicendo sedavisse discordias, eique ob eam rem honores amplissimos habitos, et eum primum ob eam ipsam causam Maximum esse appellatum. Ne L. Valerium quidem Potitum, arbitror non aliquid potuisse dicendo, qui post decemviralem invidiam,[z] [j] plebem in patres incitatam, legibus et concionibus suis mitigaverit.[3] 55. Possumus Appium Claudium [k] suspicari disertum, quia senatum jamjam inclinatum,[a] a Pyrrhi [l] pace revocaverit:[4] possumus

[z] *Commotum in decemviros odium.*
[a] *Ad fœdus faciendum.*

3 Lambino in marg. ed. 1584. tribuitur *mitigarit.*—4 Eidem Lamb. ibid. tri-

NOTÆ

[f] *Paucis annis post*] Anno post ejectos reges 14. qui est U. C. 259. ante Christum 495. plebs a patribus ob grave æs alienum dissidens juxta ripam ulteriorem fluminis Anienis in colle, qui dicitur Sacer, armata consedit. Periculosis illis temporibus M. Valerius dictator creatus, populum nova libertate temere gaudentem, oratione ad saniora consilia revocatum senatui subjecit. Valerius Maximus lib. VIII. 9. &c.

[g] *Anienis*] Anio fluvius Latii, Blondo *Teverone.*

[h] *Milliarium*] Spatium mille passuum, quod fere mediæ leucæ Gallicæ æquale est.

[i] *Sacer*] Ex eo dictus est Sacer, quod cum plebs occupasset, ut Dionysius et Appianus scribunt, nec causam satis explicant, quam esse Corradus credit, quod in eo leges sacratæ sint latæ, et magistratus sacrosancti sint creati, vel quod plebs ipsa montem illum Jovi consecraverit, ut refert Sext. Pompeius. Hodie dicitur, teste Cluverio, *Castello San-Silvestro.*

[j] *Post decemviralem invidiam*] Anno U. C. 304. ante Christum 450. mutata reip. forma consulibus successere decemviri, quorum potestas cum in tyrannidem degeneraret, plebs in Aventinum, tum in Sacrum Montem secessit, et extorsit, ut ejectis decemviris consules et tribuni plebis restituerentur anno U. C. 305. Dionysius, Livius, &c.

[k] *Appium Claudium*] Qui gestis magistratibus amplissimis, infinitum numerum annorum, ut ait Val. Max. VIII. 13. orbatus luminibus exegit. Cum de pace Pyrrhi ageretur, et gratia potentium per legatum Cyneam pretio quæreretur, senex et cæcus lectica in senatum latus, turpissimas conditiones magnifica oratione discussit, anno U. C. 475. Auctor de Viris Illustribus, Valer. Max. Plutarchus, &c.

[l] *Pyrrhi*] Pyrrhus Epirotarum rex auxilium Tarentinis adversus Romanos laturus in Italiam navigavit, ac primo impetu Romanos nova elephantorum specie territos vicit, et

C. Fabricium,[m] quia sit ad Pyrrhum de captivis recuperandis[b] missus orator: Ti. Coruncanium,[n] quod ex pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuisse videatur: M' Curium,[o] quod is tribunus plebis,[5] interrege[p] Appio Cæco, diserto homine, comitia contra leges habente,[c] cum de plebe consulem[6] non accipiebat, patres ante auctores fieri coëgerit;[d] quod fuit permagnum, nondum lege Mænia[q] lata. 56. Licet aliquid etiam[7] de M. Popillii[r] ingenio suspicari, qui cum consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum læna[s] faceret, quod erat flamen[t] Car-

[b] *Redimendis.* [c] *Comitia consularia contra leges habere volente.*
[d] *Coëgerit senatum hujus facti comprobatorem esse.*

buitur *revocarit.* Mox, *Pyrrhum regem* Guelf. 1.—5 '*Plebi,* sive *plebei,* proprie ubique restituendum esset. Nolui tamen in hoc quicquam novare.' *Orell.*—6 Ita codd. etiam Guelf. 1. 2. ψ, Nor. Junt. Lamb. *Coss.* ed. an. 1584. unde Grut. *consules.* Mox, *quod fuerit* Nov. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *quod fuit* ex codd. Regg. ap. Lallem. primus dedit Ernesti.—

NOTÆ

Fabricio captivos omnes sine pretio reddidit anno U. C. 474. ante Christum 280. Plutarchus, &c.

[m] *C. Fabricium*] Vide notas in lib. III. de Orat. § 56.

[n] *Ti. Coruncanium*] De quo in eodem lib. § 134.

[o] *M' Curium*] Dentatum cognominatum quod cum dentibus natus esset. Creatus est tribunus plebis anno 456. ante Christum 298. Quo tempore interreges fuere Appius Claudius, ac deinde P. Sulpicius, is consularia comitia habuit, ut indicat Livius. Moris erat, ut ex Pædiano constat, comitia non haberi ab interrege primo, sed vel a secundo, vel consequentibus. Ea igitur contra leges habere nitebatur Appius, ut plebeios a consulatu excluderet; verum acriter ei restitit Curius, evicitque ut plebeiis aditus ad consulatum pateret. Postquam de Samnitibus iterum et de rege Pyrrho triumphasset obiit anno U. C. 493. ut ex Frontino colligitur, ante Christum 261.

[p] *Interrege*] Interregis munus erat, cum vacaret magistratibus resp. omnia gerere, quæ ad reges, vel consules pertinerent, atque inprimis comitia subrogandorum magistratuum curare.

[q] *Lege Mænia*] Anno U. C. 467. ante Christum 287. Mænius tribunus plebis talem legem tulit: 'uti. rogatore. comitiorum. justo. postulante. patres. ante. inita. suffragiis. fierent. auctores. ejus. rei. quam. populus. tunc. jussurus. erat.' Ea lege senatus auctoritas infringebatur, quem populo cogebant obsequi, idque comprobare quod ille jussurus esset. Vide Pighium.

[r] *M. Popillii*] Hic consul anno U. C. 315. ante Christum 359. cum læna sic amictus in concionem venisset, Lænas dictus est; quod cognomen totam in gentem deinceps transiit.

[s] *Læna*] Vestis auguralis lanea, vestimentis ceteris superponi solita. A

mentalis,[u] plebei[v] contra patres concitatione et seditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemque cum auctoritate,[8] tum oratione sedavit. Sed eos oratores habitos esse, aut omnino tum ullum eloquentiæ præmium fuisse, nihil sane mihi legisse videor: tantummodo conjectura ducor ad suspicandum. 57. Dicitur etiam C. Flaminius,[w] is, qui tribunus plebis legem, de agro Gallico[x] et Piceno[y] viritim dividendo, tulerit, qui consul apud Trasimenum[z] sit interfectus,[9] ad populum valuisse dicendo. Q. etiam Maximus[10][a] Verrucosus, orator habitus est temporibus illis, et Q. Metellus[b] is, qui bello Punico secundo cum L. Veturio Philone consul fuit. XV. Quem vero extet, et de quo sit memoriæ proditum, eloquentem fuisse,[e] et ita esse habitum, primus est M.

[e] *Quem ex veterum scriptis constat fuisse eloquentem.*

7 *Licet etiam aliquid* Nor. *τὸ aliquid* deest in ψ.—8 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *tum auctoritate* Schutz. non monito lectore.—9 Ita codd. et edd. vett. Ald. Junt. Crat. Lamb. Manut. Grut. *tulit ... est interfectus* e conjectura sua Schutz.—10 *Fabius Maximus* Lamb.

NOTÆ

lana lænam derivat Varro: Sext. Pompeius a voce Græca χλαίνη deduci ab aliis refert.

[t] *Flamen*] Flamines sacerdotes, a filo, quasi 'filamines' nomen habuere: quod enim filo caput semper cinctum esset, 'flamines' dicti sunt: quippe nefas erat nudis capitibus incedere.

[u] *Carmentalis*] Sacerdos Carmentis, quæ mater Evandri aliis nominibus Themis et Nicostrata appellata, Romæ templum habuit. Strabo, Plutarchus, &c.

[v] *Plebeï*] Plebs, plebis, et plebes, plebei, in patrio casu dicitur.

[w] *C. Flaminius*] C. Quintius Flaminius tribunus plebis anno U. C. 522. quanquam de ejus tribunatus tempore dissentit a Polybio Tullius, quod Pighius observat; de Piceno Gallicoque agro viritim plebi dividundo, legem agrariam tulit, quæ belli Gallici causa fuit. Aliquanto plura de Flaminio diximus in notis ad lib. II. de Invent. § 52.

[x] *Agro Gallico*] M. Cato libro Originum apud Varronem de Re Rust. I. 2. 'Ager Gallicus,' inquit, 'Romanus vocatur qui viritim Cæsare jubente datus est ultra agrum Picenum.'

[y] *Piceno*] Picenum Italiæ regio: nunc *La Marche d'Ancone.*

[z] *Trasimenum*] Trasimenus sive Trasumenus Tusciæ lacus. *Lago de Perugia* vocant Itali.

[a] *Q. etiam Maximus*] De quo lib. II. de Orat. § 283.

[b] *Q. Metellus*] Q. Cæcilius Metellus et L. Veturius Philo consulatum gessere anno U. C. 548. ante Christum 206. Tabulæ Capitolinæ.

Cornelius Cethegus, cujus eloquentiæ est auctor,[f] et idoneus quidem, mea sententia,[1] Q. Ennius; præsertim cum et ipse eum audiverit, et scribat de mortuo: ex quo nulla suspicio est, amicitiæ causa esse mentitum. 58. Est igitur sic apud illum in nono (ut opinor) annali:

'Additur orator Corneliu'[c] suaviloquenti
Ore Cethegus Marcu', Tuditano collega,[2]
Marci filius'[g] . .

et oratorem appellat, et suaviloquentiam tribuit; quæ nunc quidem non tam est[3] in plerisque: latrant enim jam quidam oratores, non loquuntur: sed est ea laus eloquentiæ certe maxima,

'is dictus, ollis[4][d] popularibus olim,
Qui tum vivebant homines, atque ævum agitabant,
Flos delibatus[5] populi.'[h]

Probe vero.[i] 59. Ut enim hominis decus, ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia, qua virum excellentem præclare tum illi homines florem populi esse dixerunt; . .

[f] *Testis.*
[g] *Marcus Cornelius Cethegus, Marci filius, orator suavitate sermonis insignis, adjungitur in consulatu collega P. Sempronio Tuditano.*
[h] *Ille flos e populo selectus olim appellabatur a suis illis civibus, qui tum vivebant et ætatem agebant.*
[i] *Recte id quidem dictum est.*

Cap. xv. 1 Ita Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. Schutz. *mea quidem sententia* Nor. Omnib. Crat. non improbante Schutzio; recepit Ellendt. 'Sed ex hac verborum collocatione plerosque de Ennii auctoritate dubitasse diceret Cicero.' *Orell.*—2 *Marcus studio, collegam* Nor. Junt. Crat. Camer. *Cethegus Veturio collega Philoni* vetus exemplar ap. Rivium.—3 Ita codd. omnes et libri impressi, præter ed. Schutzii, qui de conjectura Heusingeri legit, *nunc quidem nulla est.*—4 Voc. *ollis* omittit Lamb. 'Gernhard, sed aliquanto cautius, jungebat hæc cum præcedd. *Marci filius.* Quod si faciendum est, præstat Merulæ ratio sic legentis, *is dictus, popularibus ollis*, cum *olim* ex parum intellecto *ollis* ortum videri possit.' *Orell.*—5 *Flos delibutus* Manut. *Flos delibratus* Verburg. ut solebat Lambinus in Lucretio emendare v. 'De-

NOTÆ

[c] *Corneliu'*] Sempronii Tuditani collega fuit, tum in censura anno U. C. 545. ante Christum 209. tum in consulatu quinto post anno. *Corneliu'* more antiquo, abjecto *s*, dicitur, ut constet versus.

[d] *Dictus, ollis*] Ne metri ratio repugnet sic versus legendus: *Marci filiu', dict' ollis popularibus olim.* Hæc erat veterum licentia. Ceterum hos Ennii versus ut ridiculos Senecam exsibilasse Gellius auctor est xii. 2.

'Suadæque medulla.'[j] [6] [e] *Πειθὼ*[f] quam vocant Græci, cujus effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius: ejus autem Cethegum medullam fuisse vult,[7] ut, quam Deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse,[k] hujus hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. 60. At hic Cethegus consul cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo: quæstorque his consulibus M. Cato,[g] modo [8] plane annis CXL. ante me consulem: et idipsum nisi unius esset Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas, ut alios fortasse multos, oblivione obruisset. Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Nævianis scriptis intelligi potest. His enim consulibus, ut in veteribus commentariis scriptum est, Nævius[h] est mortuus: [*p.* 170.] quanquam Varro noster, diligentissimus investigator antiquitatis, putat in hoc erratum, vitamque Nævii producit longius. Nam Plautus[i] P. Clau-

[j] *Eloquentiæ medulla.* [k] *Consedisse.*

libare.' *Flos illibatus* Merula.—6 'Sic Ennius scripsit, non *et suada medulla*, ut nunc legitur ap. Gell. Noct. Att. XII. 2.' *Schutz.* Mox, *quam* Πειθὼ Lamb.—7 'Hæc, *ejus a. C. m. f. vult*, cupidius expunxerunt Schutz. et Ellendt. At minus placet ista constructio, *appellavit Ennius, ut ... dixerit.* Gratam hic Tullii ipsius negligentiam agnoscamus necesse est.' *Orell.* Mox, pro *Periclis*, quod exhibent Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *Pericli* dant Riv. Lamb. Schutz. Orell. Pro *labris*, ψ habet *libris*; et statim, *se sitavisse.*—8 'Asteriscum his præfixit Manut. *modo* omisit Lamb. etsi nulla in his inest difficul-

NOTÆ

[e] *Suadæque medulla*] Sic absolvit Ennius versum cujus initium mox relatum.

[f] Πειθὼ] *Suada*, persuasionis Dea, Πειθὼ a Græcis appellatur.

[g] *M. Cato*] Hic, ut refert Plinius VII. 27. 'Tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus orator, optimus imperator, optimus senator.' Quater et quadragies, eodem teste, causam dixit, nec quisquam sæpius postulatus et semper absolutus. Scripsit de re militari, scripsit libros Originum, quas Nepos Historias, epitome Liviana vocat Annales; ac præterea orationes amplius 150. Ejus egregiam laudem persecutus est Livius lib. XXXIX. Cum L. Valerio Flacco consulatum gessit anno U. C. 559. ante Christum 195. Obiit anno U. C. 605. ante Christum 149. ætatis 85. Coss. Marcio et Manilio, ut infra dicitur.

[h] *Nævius*] De quo lib. II. de Orat. § 255.

[i] *Plautus*] Ex hoc loco corrigendum Eusebii Chronicon, quo mors Plauti refertur ad Olympiadem 145. cum enim obierit Plautus coss. P. Claudio et L. Porcio, sive anno U. C. 570. qui primus est Olympiadis 149. Patet Eusebium sexdecim annis Plauti mortem antevertisse.

dio, L. Porcio,[l] viginti annis post illos, quos ante dixi, consules,[9] mortuus est, Catone censore.

61. Hunc igitur Cethegum consecutus est ætate Cato, qui annis IX. post eum fuit consul: eum nos ut perveterem habemus, qui L. Marcio, M' Manilio [10] consulibus mortuus est, annis LXXXIII. ipsis ante me consulem. XVI. Nec vero habeo quenquam antiquiorem, cujus quidem scripta proferenda putem, nisi quem Appii Cæci oratio hæc ipsa de Pyrrho, et nonnullæ mortuorum laudationes forte delectant. 62. Et, hercules, hæ quidem extant:[m] ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si quis ejusdem generis occidisset,[n] et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam [1] nobilitatem suam. Quanquam his laudationibus historia [o] rerum nostrarum est facta mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa, et a plebe [2] transitiones,[j] cum homines humiliores in alienum ejusdem nominis infunderentur genus:[p] ut, si ego me a M' Tullio [3] [k] esse dicerem, qui patricius cum Servio Sulpicio consule, anno X. post exac-

[l] *Consulibus.* [m] *Et sane illæ supersunt.*
[n] *Si quis repentina morte sublatus alia non poterat quam majorum laude frui.*
[o] *In quibus multa exaggerabantur assentationis causa.*
[p] *Cum homines ignobiliores clariori familiæ insererentur.*

tas.' *Orell.* Paulo ante, *is consul* ψ.—9 Ita Nor. Junt. Crat. Grut. Schutz. *Coss.* edd. vett. *consulibus* Manut. et Orell. *P. Claudio, L. Porcio Cos. quatuor annis post Nævii mortem, viginti post illos q. a. d. Cos.* solus Lamb.—10 *Mamilio* Lamb. Mox, *annis LXXXVI.* solus Manut. probante Orellio.

CAP. XVI. 1 Ita Norimb. Crat. Manutius, Lambinus, Gruter. Schutzius, Orellius. *ad illustrandum* Ald. Junt. Victor.—2 Ita Manut. Lamb. Schutz. Orell. probante Heinrich. ad Cic. Fragm. in Ind. pag. 113. contra Niebuhr. Hist. Rom. tom. I. pag. 228. *ad plebem* unus Oxon. Norimb. Ald. Junt. Crat. Gruter.—3 Ita codd. omnes et edd. præter Schutz. quæ e conjectura Heusingeri exhibet *M' Tullo;* et sic Almeloveen in Fastis. Mox, pro *consule,* Guelf. I. 2. Ald. Junt. Victor. Manut. Schutz. Orell. habent

NOTÆ

[j] *A plebe transitiones*] Sic legendum esse monet ipsa series orationis: in plerisque tamen editionibus habetur, *ad plebem transitiones.* Quod jamdudum observavit Corradus.

[k] *M' Tullio*] Manius Tullius consul fuit anno U. C. 254. ante Christum 500. Qui cum indictis ob conjurationem feliciter detectam ludis, e sacro curru in ipso circo delapsus esset, tertio post casum die obiit. Dionysius.

tos reges fuit. 63. Catonis autem orationes non minus multæ[1] veræ[4] sunt,[q] quam Attici Lysiæ; cujus arbitror plurimas esse. Est enim Atticus, quoniam certe Athenis est et natus, et mortuus, et functus omni civium munere: quanquam Timæus[m] eum, quasi Licinia et Mucia lege,[n] repetit Syracusas.[r][o] Et quodam modo[5] est nonnulla in iis etiam inter ipsos similitudo:[p] acuti sunt, elegantes, faceti, breves: sed ille Græcus ab omni laude felicior.[s] 64. Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectentur;[t][6] quos, valitudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectet:[7] quanquam in Lysia sæpe sunt[8] etiam lacerti,[u] sic ut fieri nihil possit valentius: verum est certe genere toto strigosior;[v][q] sed

[q] *Non supposititiæ.*
[r] *Repetit ab Atheniensibus, ut eum faciat Syracusanum.*
[s] *Sed Lysias felicior est, quod ab omnibus laudetur.*
[t] *Habet enim Lysias addictos suo stylo quosdam homines, quos oratio abundans et copiosa minus delectat quam jejuna et exilis.*
[u] *Est orationis robur.* [v] *Tenuior.*



consul; Crat. et Lamb. *Coss.*—4 Ita ed. 1584. et Grut. *fere* Guelf. 2. Ald. Junt. Victor. Nor. Crat. Manut. Lamb. Schutz. et Orell.—5 'Sic divisim jam Manut. Mire argutatur in his Ellendt.' *Orell.* Mox, *in his etiam* Lamb. Ellendt. Orell.—6 Ita Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut. Orell. *consectantur* e sua conjectura Schutz.—7 'Sic edidi pro *delectat;* nam ante est *consectentur*, et post *audeant.*' Ernesti. Sic etiam Schutz. in ed. maj. 'Male in seqq. *Sed... gaudeant* argutatur Ellendt. parum h. l. peritus copiæ Tullianæ.' *Orell.*—8 Nor. Ald. Junt. Manut. Lamb. *sunt sæpe.* Mox, *sic ut fieri valentius nihil possit* Lamb.

NOTÆ

[1] *Non minus multæ*] Catonis orationes amplius 150. se legisse Cicero paulo inferius tradit: orationes Lysiæ feruntur quadringentæ viginti quinque, ex quibus veras esse ducentas triginta affirmant Dionysius et Cæcilius apud Plutarchum.

[m] *Timæus*] De quo lib. II. de Orat. in notis ad § 58.

[n] *Licinia et Mucia lege*] Anno U. C. 659. ante Christum 93. consules L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scævola legem hanc tulerunt, cujus hæc capita fuisse colligit Pighius: uti quæreretur in eos qui non cives se pro civibus gererent; uti in civitates suas redirent etiam Romæ nati, muneribusque civium functi, quorum majores juris Italici civitate Romana propter virtutem donati non fuissent. Maximas ea lex concitavit turbas, et belli quod paulo post exarsit, principium fuit.

[o] *Syracusas*] Celeberrimam Siciliæ urbem, *Syracuse.*

[p] *Inter ipsos similitudo*] Inter Lysiæ Timæique scripta est aliqua similitudo, adeo ut Siculus uterque videri possit.

[q] *Strigosior*] 'Strigosus' proprie

habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa ejus subtilitate admodum gaudeant. XVII. 65. Catonem vero quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit? aut quis novit omnino? At quem virum? Dii boni! mitto civem, aut senatorem, aut imperatorem: oratorem enim hoc loco quærimus: quis illo gravior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior?[w] in docendo edisserendoque subtilior? Refertæ[x] sunt orationes amplius centum quinquaginta (quas quidem adhuc invenerim, et legerim) et verbis, et rebus illustribus. Licet ex his eligant ea, quæ notatione et laude digna sint; omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. 66. Jam vero Origines ejus quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent?[y] Amatores huic desunt, sicuti multis jam ante sæculis[r] et Philisto Syracusio, et ipsi Thucydidi. Nam ut horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis cum brevitate, tum nimio acumine,[1] [s] officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ (quod idem Lysiæ Demosthenes);[2] sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio.[z] 67. Sed et in[3] nostris inscitia est, quod ii

[w] *Gravior.* [x] *Plenæ.*

[y] *Libri quos inscripsit Origines, quibus non abundant ornamentis?*

[z] *Quemadmodum Theopompus magnifica dictionis pompa nocet angustioribus sententiis Philisti et Thucydidis, quæ interdum non sunt satis claræ propter brevitatem et argutias quas consectantur; et quemadmodum ob eandem causam Lysiæ nocet Demosthenes: sic eorum qui consecuti sunt alta et exaggerata oratio, Catonis ornamenta obscuravit.*

Cap. XVII. 1 Hæc, *cum brevitate, tum nimio acumine*, suspecta jam Budæo et Rivio, desunt in duobus Lambini codd. ideoque delerunt Lamb. et Schutz. 'Recte defendit Ellendt.' *Orell.* Mox, *offecit* e conjectura sua dedit Schutz. eumque secutus est Ellendt. 'Sed *officit* etiam nunc Philistio et Thucydidi, qui nihilo minus ab omnibus leguntur, cum paucorum in manibus sint Origines Catonis.' *Orell.*—2 'Adduntur in codd. et edd. *quod idem Lysiæ Demosthenes*, quæ cum prorsus abhorreant a Ciceronis consilio, interpolatori tribuenda esse dubitari non potest.' *Schutz.* Mox, *posterum quasi, &c.* ψ.—3 *Sed in*, omisso *et*, de Heusingeri conjectura Schutz. Mox, *inscientia est*

NOTÆ

dicitur equus macilentus et exhaustus, cujus corpus aut fame, aut alio vitio restrictum est, ut ex Nonio constat. 'Orator strigosus' per translationem est jejunus et tenuis.

[r] *Multis jam ante sæculis*] A tribus fere sæculis, ut ex ratione temporum patet, quam in recensendis lib. II. de Oratore § 53. &c. historiis Græcis, persecuti sumus.

[s] *Cum brevitate, tum nimio acumine*] Hæ voces criticis acutissimis glosse-

ipsi, qui in Græcis antiquitate delectantur, eaque subtilitate, quam Atticam appellant, hanc in Catone non noverunt quidem.[4] Hyperidæ volunt esse et Lysiæ.[a] Laudo: sed cur nolunt Catonis?[5] Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem. 68. Atque utinam imitarentur, nec ossa solum, sed etiam sanguinem![b] gratum est tamen, quod volunt. Cur igitur Lysias et Hyperides amatur, cum penitus ignoretur Cato? Antiquior est hujus sermo, et quædam horridiora[c] verba: ita enim tum loquebantur: id muta, quod tum ille non potuit,[d] et adde numeros; et aptior sit oratio:[6] ipsa verba compone, et quasi coagmenta,[e] quod ne Græci quidem veteres[f] factitaverunt: jam neminem antepones Catoni. 69. Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus[g] utantur, quos appellant τρόπους,[t] et sententiarum orationisque formis, quæ vocant σχήματα·[h] [7] non verisimile est, quam sit in utroque genere et creber et distinctus Cato.[i] XVIII. Nec vero ignoro, nondum esse satis politum hunc oratorem,[j] et quærendum esse aliquid perfectius: quippe cum ita sit ad nostrorum temporum rationem vetus, ut nullius scriptum extet dignum quidem lectione, quod sit antiquius: sed ma-

[a] *Imitatores esse cupiunt Hyperidæ et Lysiæ.*
[b] *Nec tantum id in eloquentia consectarentur, quod est gracile, sed præterea quod est nervosum et succi plenum.*
[c] *Aspera et incomta.*
[d] *Dum non liceret alium adhibere sermonem, quam qui usu tum esset receptus.*
[e] *Ut sint numerosa.*
[f] *Ut Gorgias et Hermagoras, &c.*
[g] *Translationibus.*
[h] *Figuras.*
[i] *Incredibile est quam frequenter et varie Cato iis utatur.*
[j] *Catonem.*

Lamb.—4 Ita Ald. Junt. Crat. Grut. *ne noverunt quidem* Lamb. Schutz. et Orell. et sic conj. Ernesti; *non noverunt. Quid enim?* Manut. 'Memorabilis omnino lectio.' *Orell. quam in Catone non, &c.* ψ.—5 *Laudo. Cur non Catonis?* ψ et Norimb. *Laudo. Sed cur nolunt Catones?* Lamb. Schutz. et Orell. *Cur non Catones?* al. ap. Orell.—6 Codd. Regg. ap. Lallem. *et adde numeros, ut aptior sit oratio,* ut legi jusserat jam Steph. *adde n. ut aptior sit or.* omisso *et*, Lamb. *et adde n. et ut aptior sit or.* Ellendt. e conjectura.—7 Cod. ψ, *tropos . . . schemata.* Mox, in eodem, *genere et crebre distinctus.*

NOTÆ

ma redolent: nec immerito.

[t] Τρόπους] De tropis, et figuris, tum verborum tum sententiarum, fuse dictum lib. III. de Orat. § 155. &c.

jore honore in omnibus artibus, quam in hac una dicendi,[1] versatur antiquitas.[k] 70. Quis enim eorum, qui hæc minora animadverterunt,[l] non intelligit, Canachi[u] signa rigidiora[m] esse, quam ut imitentur veritatem? Calamidis[v] dura illa quidem, sed tamen molliora, quam Canachi: nondum Myronis[w] satis ad veritatem adducta;[n] jam tamen, quæ non dubites pulchra dicere: pulchriora etiam Polycleti,[2] et jam plane perfecta, ut mihi quidem videri solent. Similis in pictura ratio est: in qua Zeuxim,[x] et Polygnotum,[y] et Timantem,[z] et eorum, qui non sunt usi[a] plus quam quatuor coloribus, formas et lineamenta laudamus: at in Aëtione,[3] [b] Nicomacho,[c] Protogene,[d] Apelle,[e] jam

[k] *Antiquitas dat rebus omnibus aliis artificialibus potius quam eloquentiæ pretium: tametsi quæ sunt longe antiquissima, non maxime commendentur.*
[l] *Qui de minoribus artibus judicare possunt.* [m] *Rudiora.*
[n] *Veritatem exprimentia.*

Cap. xviii. 1 Guelf. 1. 2. et Norimb. *arte dicendi.*—2 Cod. ψ. *et jam Polycleti.*—3 Ita Manut. Lamb. Grut. *at in Echione* Schutz. et Orell. e conjectura Lambini; *at in Eetione* Junt. et Crat. *at in Etione*, vel *Mentione*, al. ap.

NOTÆ

[u] *Canachi*] Hic statuarius insignis Olympiade 95. annis ante Christum 400. floruit; ut auctor est Plinius xxxiv. 8.

[v] *Calamidis*] Calamis statuarius equis feliciter exprimendis excelluit, teste Plinio ibidem.

[w] *Myronis*] De quo et Polycleto lib. iv. ad Heren. § 9.

[x] *Zeuxim*] De quo lib. ii. de Invent. § 1.

[y] *Polygnotum*] Thasium qui clarus fuit arte pingendi ante Olymp. 90. sive annis ante Christum plus 420. Plinius xxxv. 9.

[z] *Timantem*] Timantes, cujus in picturis plurimum erat ingenii, æmulus fuit Xerxis, qui florere cœpit Olympiadis 95. anno 4. ante Christum 397. Plinius xxxv. 9. et 10.

[a] *Qui non sunt usi*] 'Quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere, ex albis melino, ex silaceis Attico, ex rubris sinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus clarissimi pictores.' Plinius xxxv. 7. Vides in iis quæ sequuntur a Plinio dissentire Ciceronem, qui colores plus quam quatuor ab Apelle et Nicomacho sentit adhibitos. In alterutro vel memoriæ lapsus, vel ex veterum monumentorum varietate opinionum dissimilitudo. Certiora tamen a Plinio, cum de pictura proprie scriberet, quam a Cicerone aliud agente, narrari censet Paulus Manutius.

[b] *Aëtione*] Eximio pictore. Legunt alii *Echione*, qui claruit Olymp. 107. teste Plinio xxxv. 10.

[c] *Nicomacho*] Quo non fuit alius in arte recte pingendi velocior. Vixit temporibus Alexandri Magni. Vide Plinium ibidem.

[d] *Protogene*] Qui ex Cauno Cariæ oppido oriundus, æqualis fuit Apellis,

perfecta sunt omnia. Et nescio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat:[o] nihil est enim simul et inventum, et perfectum. 71. Nec dubitari debet, quin fuerint ante Homerum poëtæ:[f] quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud illum, et in Phæacum,[g] et in procorum epulis[h] canuntur. Quid? nostri veteres versus ubi sunt?

'quos olim Fauni,[i] vatesque canebant,
Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat:
Ante hunc;'

ait ipse[4] de se;[p] [p. 171.] nec mentitur in gloriando: sic

[o] *Non.*
[p] *Quo tempore nondum quisquam in Parnassum ascenderat, nec studiosus erat elegantiæ poëticæ, ante Ennium, ut loquitur de se Ennius.*

Orell. Inter *Echione* et *Aëtione* fluctuavit Rivius.—4 *Ennius ipse* ex ingenio

NOTÆ

qui dicebat omnia sibi cum Protogene paria esse, aut illi meliora; sed uno se præstare, quod manum ille de tabula nesciret tollere, memorabili præcepto nocere sæpe nimiam diligentiam. Floruit Olympiade circiter 110. annis ante Christum 340. Plinius ibidem.

[e] *Apelle*] Lib. III. de Orat. § 36.

[f] *Ante Homerum poëtæ*] Quales Linus, Orpheus, Musæus, et alii, de quibus diligenter et erudite Lilius disserit. Et vero multos ante Homerum Poëtas floruisse tradit Aristoteles in poëtica c. 4. Immo et ante ipsum nonnulli Iliadem scripsere. Poëta quidam nomine Syagrus, teste Æliano XIV. 21. primus dicitur Trojanum bellum cecinisse, et Corinnus Iliensis, heroicus poëta, ut quibusdam apud Suidam videtur, primus Iliadem scripsit bello Trojano adhuc durante, ut Homerus totum suæ poësis argumentum ex isto sumserit. Horum antiquissima carmina vulgo ignota, et jam a plurimis sæculis periisse, hoc unum Velleii Paterculi lib. I. indicaverit. Homerus inquit, 'magnitudine operum et fulgore carminum solus appellari poëta meruit: in quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset inventus est; neque quenquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum et Archilochum reperiemus.'

[g] *Phæacum*] Horum rex Alcinous ejectum tempestate Ulyssem hospitio placide excepit, ac Demodoci musici cantu recreavit, Odyss. Θ. Phæaces autem incolæ sunt Corcyræ, *de l'île de Corfou.*

[h] *Procorum epulis*] Proci sunt qui aliquam uxorem ducere appetunt. Eorum intempestivam lætitiam vide compressam libris ultimis Odysseæ.

[i] *Quos olim Fauni*] Versus Ennii. Fauni semidei geniti, ut ferunt, a Fauno antiquissimo Aboriginum rege.

enim sese res habet: nam et Odyssea Latina[j] est, sic tanquam[5] opus aliquod Dædali,[k] et Livianæ fabulæ,[q] non satis dignæ, quæ iterum legantur. 72. Atque hic Livius,[l] qui[6] primus fabulam, C. Clodio Cæci filio et M. Tuditano consulibus, docuit,[r] anno ipso, antequam natus est Ennius; post Romam conditam autem quartodecimo et quingentesimo,[7] ut hic[s] ait, quem nos sequimur. Est enim[8] inter scriptores de numero annorum controversia. Attius[9][m] autem a Q. Maximo quintum consule captum Tarento scripsit Livium, annis XXX.[n] post, quam eum fabulam docuisse et Atticus[10] scribit, et nos in antiquis commentariis invenimus; 73. docuisse autem fabulam annis post XI. C. Cornelio,[o] Q. Minucio consulibus,[t] ludis Juventa-

[q] *Comœdiæ et tragœdiæ a Livio compositæ.*
[r] *Dedit spectandam.* [s] *Atticus, qui hic præsens adest.*
[t] *Tradit Attius Livium fabulam primam exhibuisse undecimo anno post quintum Maximi consulatum.*



Schutz. Mox, *sic enim se* Schutz. non monito lectore.—5 Ita codd. et edd. vett. item Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. *Odyssea Latina sic in tanquam* Guelf. 1. Venet. et Nor. *Odyssea Latina est sic, tanquam* Orell. *Odyssea Latina est Livii, tanquam* ex ingenio Schutz. *sic* delevit Ellendt. *Ulixea* conj. Orell.—6 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *Atque hic est Livius, qui* solus Lamb. *qui* delevit Schutz.—7 Ita Manut. et Grut. *quadringentesimo decimo* Junt. Crat. *CCCC.X.* Lamb. *tertio decimo quingentesimo* Osann. Anal. Crit. p. 50. *post Romam autem conditam, &c.* Regg. ap. Lallem. et Nor.—8 *Est autem* conj. Ellendt.—9 *Accius* Ald. Junt. Manut. Lamb. *Atticus* Nor. *Ateius* conj. Osan. l. l. p. 35. Actutum, pro *autem*, Ellendt. legit *enim*. Ernesti *autem: Q. Maximo*, errore typogr. quem patienter tulit Osann. Dein, *capto Tarento* Nor.—10 *Attius*

NOTÆ

[j] *Odyssea Latina*] Carmen de Ulysse a Livio Andronico scriptum, quod Gellius testatur III. 16.

[k] *Tanquam opus aliquod Dædali*] Id est, antiquissimum. Socrates apud Platonem in Hippia majore dicebat Dædalum, si eo tempore talia effingeret, ex quibus alias famam consecutus erat, judicio sculptorum ridiculum fore. Dædalus autem Atheniensis faber egregius erat, et pater Icari.

[l] *Livius*] Andronicus, Latinorum antiquissimus poëta, primam docuit fabulam anno U. C. 514. ante Christum 240.

[m] *Attius*] Sive L. Accius, natus, auctore Eusebio in Chronico, Hostilio Mancino et Atilio Serano coss. anno U. C. 584. ante Christum 170. tragœdias et annales carmine conscripsit.

[n] *Annis XXX.*] Anno scilicet U. C. 544. ante Christum 210.

[o] *C. Cornelio*] Quorum consulatus incidit in annum U. C. 557. ante Christum 197.

tis,[u] [11] quos Salinator[p] Senensi prælio[q] voverat. In quo tantus error Attii [12] fuit, ut his consulibus XL. annos natus Ennius fuerit: cui cum æqualis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ii, qui multas docuerant ante hos consules, et Plautus[13] et Nævius.[v] XIX. 74. Hæc si minus apta videntur huic sermoni, Brute, Attico assigna, qui me inflammavit studio, illustrium hominum ætates et tempora persequendi. Ego vero, inquit Brutus, et delector ista quasi notatione temporum, et ad id, quod instituisti,[w] oratorum genera distinguere ætatibus, istam diligentiam esse accommodatam puto. 75. Recte, inquam, Brute, intelligis: atque utinam extarent illa carmina, quæ multis sæculis ante suam ætatem in epulis esse cantitata a singulis convivis [1] de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato! tamen illius quem in vatibus et Faunis[r] enumerat[2] Ennius, bellum Punicum, quasi My-

[u] *Deæ Juventutis.*
[v] *Ex sententia Attii sequitur eum, qui primus dederit, fuisse juniorem Plauto et Nævio, qui multas jam ante exhibuerant.*
[w] *Quod tibi proposuisti.*

margo ed. 1584.—11 Ita emendasse dicitur Victor. ita quoque Manut. Lamb. Grut. Orell. *ludis Luctatiis* Nor. Ald. Junt. Crat. Camer.—12 *Ateii* Osann. Mox, *XXX. annos* Nor. Tum, *cui si æqualis* e Schneideri conj. malit Schutz. et sic legit Manut.—13 Schutz. e conjectura, *consules, Plautus, &c.* sic etiam Ellendt.

CAP. XIX. 1 Cod. ψ, *conviviis.*—2 Ita Nor. Ald. Junt. Manut. Grut. *quem v. et F. annumerat*, omisso *in*, Lamb. et Ellendt. *annumerat* etiam Guelf. 1. 2. et Schutz. *quem in v. et F. numerat* margo ed. 1584. et Orell. probante Ellendtio in Annott. a quibus sæpenumero verba Ciceronis ipsius apud eum

NOTÆ

[p] *Salinator*] M. Livius tum consul anno U. C. 547. per prolepsin Salinator dictus, quod cognomentum non nisi triennio post ipsi impositum est, ut alibi notavimus lib. II. de Orat. § 273.

[q] *Senensi prælio*] Commisso ad Senam, quæ urbs a Senonibus Gallis conditoribus appellata, hodie dicitur *Senigaglia.*

[r] *In vatibus et Faunis*] Ennius hic Nævium ut vetustate obsoletum explodit, cum ipse tamen a Cicerone Tusculan. Quæst. lib. I. § 3. dicatur natu major quam Plautus et Nævius. Tullius de utriusque poëtæ incerta ætate alias aliis locis secutus fuerit opiniones: vel, quod probabilius, memoriæ vitio lapsus fuerit. Qui enim ut nimis antiquum rideret Nævium Ennius, nisi ipse multo junior foret?

ronis opus, delectat.[x] 76. Sit Ennius sane, ut est certe, perfectior: qui si illum,[y] ut simulat, contemneret, non, omnia bella persequens,[z] primum illud Punicum acerrimum bellum [s] reliquisset.[a] Sed ipse dicit, cur id faciat, * * 'scripsere,' inquit, 'alii rem [b] Versibus,'[3] * * et luculente quidem scripserunt, etiamsi minus, quam tu, polite.[t] Nec vero tibi aliter videri debet; qui a Nævio vel sumsisti [u] multa, si fateris; vel, si negas, surripuisti.

77. Cum hoc Catone grandiores natu fuerunt C. Flaminius,[v] C. Varro,[w] Q. Maximus,[x] Q. Metellus,[y] P. Lentulus,[z] P. Crassus,[a] qui cum superiore Africano consul fuit.

[x] *Nævii, quem inter vetustate obsitos numerat Ennius, carmen de bello Punico, ut opus antiquitate commendabile, nobis placet.*

[y] *Nævium.* [z] *Carmine describens.*

[a] *Omisisset, quod putavit laudabiliter a Nævio scriptum.*

[b] *Bellum Punicum.*

discrepant. Mox, *et bellum* Lamb. *bello Punico* ψ.—3 *Versibu'* Manut.—

NOTÆ

[s] *Acerrimum bellum*] Belli primi Punici causa fuit Romanæ Punicæque gentis utrimque suspecta potentia. In eo bello potissimum inclaruit invicta tormentis Attilii fides. Anno vigesimo tertio devictis Pœnis ac tributo mulctatis, finis bello impositus, U. C. 513. ante Christum natum 241. Livius, Polybius, &c.

[t] *Minus, quam tu, polite*] Delicatioris erant fastidii Augusti sæculo. Certe Ovidio Trist. lib. II. dictus est 'Ennius ingenio maximus, arte rudis.' 'Ennium,' inquit Fabius x. 1. 'sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora non tantam habent speciem, quantam religionem.'

[u] *Sumsisti*] Sumimus palam et quæ licet: subripimus clam et quæ non licet.

[v] *C. Flaminius*] Consule superiores notas § 57.

[w] *C. Varro*] C. Terentius Varro idem cladis Cannensis auctor, loco non humili solum sed etiam sordido ortus, patre lanio, ipse mercis institor. Cum dedisset se foro, primum in notitiam populi, deinde ad amplissimos magistratus et ad consulatum pervenit. Eloquentem ex eo fuisse constat, quod unus inventus sit suasor legis, de æquando magistri equitum et dictatoris jure. Livius lib. XXII.

[x] *Q. Maximus*] Vide lib. II. de Orat. § 283.

[y] *Q. Metellus*] Q. Cæcilius Metellus, filius L. Metelli pontificis, bis consulis, dictatoris, et magistri equitum; orationem, ut refert Plinius VII. 43. habuit de supremis laudibus patris sui. Ipse consul fuit anno U. C. 548. et dictator biennio post anno ante Christum 206. Livius, &c.

[z] *P. Lentulus*] An P. Cornelius Lentulus Caudinus qui consulatu functus est anno U. C. 518.? an ille qui in Sicilia proprætor fuit anno 542.? De quo Livius lib. XXV.

[a] *P. Crassus*] P. Licinius Crassus Dives in consulatu anno U. C. 549.

Ipsum Scipionem [b] accepimus non infantem [c] fuisse: filius quidem ejus,[c] is, qui hunc minorem Scipionem [d] a Paullo adoptavit, si corpore valuisset, inprimis habitus esset disertus. Indicant cum oratiunculæ,[4] tum historia quædam Græca, scripta dulcissime. XX. 78. Numeroque [1] eodem fuit [e] Sex. Ælius,[d] juris quidem civilis omnium peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus. De minoribus autem,[f] C. Sulpicius Gallus,[e] qui [2] maxime omnium nobilium Græcis literis studuit, isque et oratorum in numero est habitus, et fuit reliquis rebus ornatus, atque elegans. Jam enim erat unctior [g] [3] quædam splendidiorque consuetudo loquendi. Nam, hoc prætore ludos Apollini faciente, cum Thyesten fabulam docuisset,[h] Q. Marcio, Cn. Servilio con-

[c] *Satis disertum.* [d] *P. Scipionem Africanum, Pauli Æmilii filium.*
[e] *Inter oratores quoque numerandus est.*
[f] *Inter juniores iis quos supra appellavimus.*
[g] *Plenior et nitidior.* [h] *Spectandam exhibuisset.*

4 Guelf. 1. 2. et Schutz. *tum oratiunculæ.* Mox, *Græce scripta* conj. Orell. Dein, pro *dulcissime*, Guelf. 1. habet *dilucidissime.*

CAP. XX. 1 *Minorque* ψ.—2 'Sine dubio delendum *qui;* nam alias in *De min. a. C. S. Gallus* intelligendum foret *fuit* e superioribus, *Cum hoc C. grand. &c.* quod est durinsculum, cum tam multa interposita sint, et sit novi generis

NOTÆ

ante Christum 205. collega fuit P. Cornelii Scipionis, qui postea Africanus dictus est. Cassiodorus, &c.

[b] *Ipsum Scipionem*] P. Cornelius Scipio Africanus Major bellum in Africam transtulit, ubi Hasdrubale Carthaginiensi et Syphace Numidiæ rege iterum debellatis, illustre consecutus est Africani cognomentum. Accusatus de capta ab Antiocho pecunia ad pacis leges ferendas, adversariorum invidiæ cessit, et Linternum in Campaniam se transtulit; ibique obiit anno U. C. 570. ante Christum 184. Livius, Plutarchus, &c.

[c] *Filius quidem ejus*] Cn. Cornelius Scipio, Africani Majoris filius, a paterna virtute quantum degeneraverit paucis enarrat Val. Max. III. 5. Nihilominus cum hic et alibi, præcipue in Catone, laudetur Africani filius, putamus cum Corrado plures ei fuisse filios, quorum unus, qui Cneius a Valerio vocatur, degeneravit; alter Publius, cum liberis careret, P. Scipionem Æmilianum, L. Pauli, qui Persen vicit, filium, adoptavit.

[d] *Sex. Ælius*] Cognomento Catus ob acumen ingenii et eximiam juris scientiam: consul fuit anno U. C. 555. ante Christum 199.

[e] *C. Sulpicius Gallus*] Vir nobilitate, virtute, poëticis, oratoriis, philosophicis, mathematicisque disciplinis celeberrimus. Consulatum gessit, ac de Liguribus triumphavit anno U. C. 587. ante Christum 167. Livius, Plutarchus, &c.

sulibus,[f] mortem obiit[4] Ennius. 79. Erat iisdem temporibus Ti. Gracchus,[g] P. F. qui bis consul et censor fuit, cujus est [i] oratio Græca apud Rhodios: quem civem cum gravem, tum etiam eloquentem constat fuisse. P. etiam Scipionem[h] Nasicam, qui est Corculum appellatus, qui item bis consul et censor fuit, habitum eloquentem; M. alium, illius,[i] qui sacra acceperit, filium:[5] etiam L. Lentulum,[j] qui cum C. Figulo consul fuit: Q. Nobiliorem,[k] M. F. jam patrio instituto deditum studio literarum, qui etiam Q. Ennium, qui cum patre ejus in Ætolia militaverat, civitate donavit, cum triumvir coloniam deduxisset: et T. Annium Luscum, hujus Q. Fulvii[6] collegam, non indisertum dicunt fuisse. 80. Atque etiam L. Paulus,[l] Africani

[i] *Extat.*

initium.' *Ernesti.*—3 Guelf. 1. 2. *mitior.*—4 Cod. ψ, *morte obiit.*—5 ' Locus corruptus. Turbant codd. etiam Guelf. 1. 2. *eloquentem. M. alium illius, qui sacra acceperit* (Schutz. e conjectura *accepit*) *filium, dicunt* Nor. Junt. Crat. *dicunt* primus delevit Ernesti; *eloquentem M. illius, qui sacra acceperit filium dicunt* Lamb. *eloquentem aiunt* (*aiunt* recepit Lallem.) *illius, qui sacra acceperit, filium. Dicunt etiam* Manut. *eloquentem majoris illius . . . filium* ed. 1469. probante Le Clerc. *eloq. Publii illius qui s. accepit, filium, etiam* de Pighii conjectura Schutz. Schutzius præterea e vestigiis codd. tentavit, *P. illius, Idææ matris qui s. accepit.*' Orell. *eloquentem indeautrit* Guelf. 1.—6 *Quinti filium* ψ.—

NOTÆ

[f] *Q. Marcio, Cn. Servilio cons.*] Anscil. U. C. 585. ante Christum 169.

[g] *Ti. Gracchus*] Tiberius Sempronius Gracchus censor fuit coss. Q. Marcio, Cn. Servilio: bis consulatum obiit; primo quidem anno U. C. 577. ante Christum 177. iterum anno U. C. 591. ante Christum 163.

[h] *P. Scipionem*] P. Cornelius Scipio Nasica cognomento Corculum ob egregiam humanitatem: bis consul, primum anno U. C. 592. ante Christum 162. deinde anno 599. ante Christum 155. quo tempore de Dalmatis triumphavit. Præterea censura functus est anno U. C. 595. ante Christum 159.

[i] *M. alium, illius*] Depravatum hunc locum censet Pighius ad annum U. C. 579. et sic corrigit: *Censor fuit, Publii illius qui sacra acceperat filium, habitum eloquentem dicunt.* Et vero Nasica Corculum filius erat Publii Nasicæ, qui optimus civitatis judicatus Matrem Magnam hospitio exceperat.

[j] *L. Lentulum*] L. Cornelius Lentulus Lupus et C. Marcius Figulus consulatum iniere, anno U. C. 598. ante Christum 156.

[k] *Q. Nobiliorem*] Q. Fulvius Nobilior Ti. Annio Lusco collega, consul fuit anno U. C. 601. ante Christum 153. bellum in Hispania non feliciter gessisse testis est Appianus libro de rebus Hispaniæ.

[l] *L. Paulus*] Is est L. Æmilius Paulus, qui, devicta Macedonia, de Perse rege per triduum pompa, ut

pater, personam principis civis facile dicendo tuebatur; et vero etiam[7] tum Catone vivo, qui annos quinque et octoginta natus excessit e vita, cum quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam,[m] ad populum, summa contentione dixisset: quam etiam orationem scriptam reliquit. XXI. 81. Sed vivo Catone minores natu multi uno tempore oratores floruerunt. Nam et A. Albinus,[n] is, qui Græce scripsit historiam, qui consul cum L. Lucullo fuit, et literatus et disertus fuit: et tenuit cum hoc locum quendam etiam[j] Ser. Fulvius,[o] et una Ser. Fabius[p] Pictor, et juris, et literarum, et antiquitatis bene peritus. Q. que Fabius Labeo[q] fuit ornatus iisdem fere laudibus. Nam Q. Metellus,[r] is, cujus quatuor filii consulares fuerunt, inprimis est habitus eloquens, qui pro L. Cotta[s] dixit,

j *Inter oratores.*

7 Ita Lamb. Schutz. et Orell. *at vero etiam* ψ, Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut.

NOTÆ

nunquam alias insigniore triumphavit, anno U. C. 587. ante Christum 167. Livius, &c.

m *Contra Ser. Galbam*] De cujus causa diximus lib. I. de Orat. § 227.

n *Albinus*] A Posthumius Albinus scripsit non modo Græcos, sed etiam Latinos annales, quos citat Macrobius Saturn. II. 16. Consulatum tenuit anno U. C. 603. ante Christum 151. Festivum est quod de Albino narrat Gellius XI. 8. cum Græce scripsisset, ac veniam imperitiæ peteret in historiæ principio, Næ tu, inquit Cato, nimium nugator es, Albine, qui maluisti culpam deprecari quam culpa vacare.

o *Ser. Fulvius*] Ser. Fulvius Flaccus consul anno U. C. 619. ante Christum 135. Vardæos Illyricis infestos uno prælio subegit. Livii Epitome, et Appianus.

p *Ser. Fabius*] Ser. Fabius Pictor, quæstor provinciæ fuit anno U. C. 598. ante Christum 156. et prætor anno 608. ante Christum 146. Inter alia scripsit annales.

q *Q. Fabius Labeo*] Primum quæstor urbanus, deinde prætor de Creta triumphum egit anno U. C. 565. ante Christum 189. consulatu etiam functus anno U. C. 571. ante Christum 183.

r *Q. Metellus*] Q. Cæcilius Metellus Macedonicus ex Macedonia triumphavit anno U. C. 608. ante Christum 156. triennio post consul. Denique censor anno U. C. 623. ante Christum 131. Vir felicissimæ virtutis, senex a quatuor filiis consularibus elatus, Q. Balearico, L. Diademato seu Vittato, M. Metello, et C. Caprario. Plutarchus de Fortuna Romanorum. Plinius VII. 44.

s *L. Cotta*] L. Aurelius Cotta consul renuntiatus est anno 610. ante Christum 144.

accusante Africano,[t] cujus [k] et aliæ sunt orationes, et contra Ti. Gracchum exposita est [2] in C. Fannii [u] annalibus. 82. Tum ipse L. Cotta [3] veterator [l] habitus, sed C. Lælius [v] et P. Africanus [w] inprimis eloquentes: quorum extant orationes, ex quibus existimari [m] de ingeniis oratorum [4] potest. Sed inter hos, ætate paulum his antecedens, sine controversia Ser. Galba [x] eloquentia præstitit: et nimirum is princeps [n] ex Latinis, illa oratorum propria, et quasi legitima opera tractavit, ut egrederetur [5] a proposito ornandi causa, ut delectaret animos, ut permoveret, ut augeret rem, ut miserationibus, ut communibus locis uteretur: sed nescio quomodo hujus, quem constat eloquentia præstitisse, exiliores [o] orationes sunt, et redolentes magis antiquitatem, quam aut Lælii, aut Scipionis, aut etiam ipsius Catonis: itaque exaruerunt,[p 6] vix jam ut appareant.

83. De ipsius Lælii et Scipionis ingenio, quanquam ea jam est [7] opinio, ut plurimum tribuatur ambobus; dicendi

[k] *Metelli.* [l] *Callidus in agendis causis.*
[m] *Judicari.* [n] *Primus.* [o] *Exsangui stylo.*
[p] *Desierunt esse in pretio.*

CAP. XXI. 1 *Jam Q. Metellus* conj. Orell.—2 Ita codd. et edd. vett. item Nor. Ald. Junt. Manut. Crat. Lamb. Grut. Orell. *est* omisit Schutz. non monito lectore.—3 *L. Cottæ* ψ.—4 Pro *oratorum*, Schutz. de Ernestii conjectura dedit *eorum*. 'Sed quod hi non viderunt, *oratorum* h. l. plane dictum est, ut § 91. 'in oratore Galba,' id est, eorum, tanquam oratorum.' *Orell.*—5 Lamb. *degrederetur*. Vid. Beier. ad Offic. tom. II. p. 150. Mox, pro *ut permoveret*, quod habent Manut. Schutz. et Orell. *aut permoveret* exhibent Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut.—6 Ita codd. et edd. vett. etiam Ald. Junt. Lamb. *itaque evanuerunt* ex ingenio Purgoldi edidit Schutz. 'Unum dubium restat, quod sic idem fere bis dicitur, *itaque evanuerunt, vix jam ut appareant*.' Orell.

NOTÆ

[t] *Accusante Africano*] Africanum Æmilianum hujus Metelli fuisse inimicum scribit Plinius loco citato.

[u] *C. Fannii*] De quo infra § 101.

[v] *C. Lælius*] Cognomento Sapiens, Africani Minoris amicitia, ingenio, doctrina, poësi, eloquentia celebris; quo Terentium familiariter usum scribit in Vita Terentii Suetonius, et ab eo in componendis fabulis adjutum, quod indicat, et sibi laudi vertit Terentius in prologo Adelphorum. Prætor anno 609. ante Christum 145. Viriathum Lusitanum bellica virtute fregit: consul denique fuit anno U. C. 614. ante Christum 140.

[w] *P. Africanus*] Æmilianus scilicet, de quo consulantur notæ in lib. IV. ad Herenn. § 19.

[x] *Ser. Galba*] Vide lib. I. de Orat. § 227.

tamen laus est in Lælio illustrior. At oratio Lælii de collegiis,[8 y] non melior, quam de multis quam voles, Scipionis:[q] [*p.* 172.] non quo illa Lælii quicquam sit dulcius, aut quod de religione dici possit augustius; sed multo tamen vetustior, et horridior ille, quam Scipio: et, cum sint in dicendo variæ voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur, et lubenter verbis etiam uti paulo magis priscis Lælius. 84. Sed est mos[9] hominum, ut nolint eundem[r] pluribus rebus excellere. Nam ut ex bellica[10] laude aspirare ad Africanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriatico bello[11 z] reperimus fuisse Lælium: sic ingenii, literarum, eloquentiæ, sapientiæ denique, etsi utrique primas,[s] priores tamen libenter[12] deferunt Lælio. Nec mihi ceterorum judicio solum videtur, sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum fuisse. 85. Erat omnino tum mos, ut in reliquis rebus melior, sic in hoc ipso humanior, ut faciles essent in suum cuique tribuendo.[t] XXII. Memoria teneo, Smyrnæ[a]

[q] *Quam quælibet ex plurimis quas scripsit Scipio.*
[r] *Quasi invidia commoti.* [s] *Inter omnes æquales.*
[t] *Sic erant illis temporibus mores hominum et in ceteris rebus meliores, et in hoc æquiores, quod facile suum unicuique tribuerent.*

itaque ecraruerunt conj. Goerenz.—7 Lamb. *ea est jam.*—8 Margo ed. 1584. *a collegis;* Nor. et Lamb. *de collegis.* Paulo post, *non quod* ψ. Tum, pro *aut quod,* Schutz. et Orell. de Heusingeri sententia legunt *aut quo;* et sic in Guelf. 1. 2.—9 *Sed iste mos* Guelf. 1. *Sed est iste mos* Schutz.—10 *Nam ut bellica,* omisso *ex,* Guelf. 2. et Schutz.—11 Ita edd. vett. etiam Mediol. Venet. 1485. Nor. Lamb. *Viriathico bello* Ellendt. et Orell. *Viriathi bello* ψ. *Viriati bello* alter Oxon. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Schutz.—12 Norimb. et Schutz. omittunt *libenter.*

NOTÆ

[y] *De collegiis*] Anno U. C. 609. ante Christum 145. C. Licinius Crassus legem de sacrificiis promulgavit; ut cum vacarent, non deinceps collegii cooptatione, sed populi suffragiis, ut alii magistratus, habitis comitiis darentur. Legi ferendæ intercessit C. Lælius prætor. Vide Ciceronis librum de Amicitia § 96.

[z] *Viriatico* [*Viriathi*] *bello*] Viriathus ex venatore latro, ex latrone dux et imperator Lusitanorum in Hispania, multos Romanorum duces variis præliis devicit: a C. Lælio, ut diximus, deinde ab aliis fusus et fugatus, tandem a Q. Servilio Cæpione circumventus, corruptis ejus legatis, ac dolo interfectus est, non mediocri Romani nominis dedecore. Florus, Appianus, Orosius.

[a] *Smyrnæ*] Smyrna urbs Ioniæ ab una Amazonum cognomine sic appellata: dicitur etiamnum hodie *Smyrne.*

me ex P. Rutilio Rufo [b] audisse,[1] cum diceret, adolescentulo se accidisse, ut ex senatus consulto P. Scipio [c] et D. Brutus (ut opinor) consules de re atroci magnaque quærerent. Nam cum in sylva Sila [2] [d] facta cædes esset, notique homines interfecti, insimulareturque familia, partim etiam liberi, societatis ejus, quæ picarias [3] [e] de P. Cornelio,[f] L. Mummio censoribus redemisset,[u] decrevisse senatum, ut de ea re cognoscerent et statuerent consules.[g] 86. Causam pro publicanis [v] accurate, ut semper solitus esset, eleganterque dixisse Lælium. Cum consules, re audita, 'amplius' [h] de consilii sententia pronuntiavissent;[w] paucis interpositis diebus iterum Lælium multo diligentius meliusque dixisse, iterumque [4] eodem modo a consulibus rem esse prolatam.[x]

[u] *Publicanorum qui conduxerant loca ubi pix fieret.*
[v] *Iis qui certo pretio loca illa conduxerant.*
[w] *Senatus statuisset differendum in aliud tempus judicium.* [x] *Dilatam.*



Cap. xxii. 1 Ita Codd. aliquot, item Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb.—2 Ita de Turnebi conjectura Grut. Schutz. et Orell. *silva sua* Ald. Junt. Crat. *silva Scantia* Manut. et Lamb. *æstivis ita* Nor.—3 Ita Guelf. 1. 2. Nor. Mediol. Ald. Manut. Grut. Schutz. et Orell. *piccarias* Gothofr. *pecuaria* Junt. Crat. Lamb.

NOTÆ

[b] *P. Rutilio Rufo*] De quo inferius § 110. et 113.

[c] *P. Scipio*] P. Cornelius Scipio Nasica, et D. Junius Brutus postea Callaicus nominatus, consules fuere anno U. C. 616. ante Christum 138.

[d] *In sylva Sila*] Quæ, teste Strabone, est in Brutiis Italiæ populis, ubi nunc Calabria inferior. Turnebianæ conjecturæ adhæsimus: legunt alii, *in sylva sua ita facta cædes esset:* alii divinant, *in sylva Scantia.*

[e] *Picarias*] Picis apud veteres frequens usus; cum ad alia adhibebatur, tum ad navalia munienda; quod notat Plinius xvi. 11. tum ad vina condienda, idem xiv. 20. Picariæ fortasse loca fuerint ubi pix fiebat. Hic aliis in editionibus habetur *picearias;* aliis *pecuarias,* id est, pascua.

[f] *P. Cornelio*] P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus, L. Mummius censores lustrum condidere anno U. C. 612. ante Christum 142.

[g] *Statuerent consules*] Tum quæstio de sicariis non communi jure prætoribus, sed extra ordinem consulibus mandata est.

[h] *Amplius*] Vetus hæc erat Romanorum in judiciis consuetudo, ut si quis esset absolvendus, statim absolveretur; si quis damnandus, statim damnaretur; at si causa dubia esset, tunc ampliabatur reus, id est, pronuntiabatur amplius examinandam esse causam; et duabus literis N. L. judices significabant, sibi non liquere quid esset statuendum, causamque denuo esse dicendam. Asconius Pedianus.

Tum Lælium, cum eum socii domum reduxissent, egissentque gratias, et, ne defatigaretur, oravissent, locutum esse ita: se, quæ fecisset, honoris eorum causa, studiose, accurateque fecisse; sed se arbitrari, causam illam a Ser. Galba, quod is in dicendo gravior[5] acriorque esset, gravius et vehementius posse defendi. Itaque auctoritate C. Lælii publicanos causam detulisse ad Galbam. 87. Illum autem, quod ei viro succedendum esset, verecunde et dubitanter recepisse:[y] unum, quasi comperendinatus,[a][6][1] medium diem fuisse, quem totum Galbam in consideranda causa, componendaque posuisse: et, cum cognitionis dies esset, et ipse Rutilius rogatu sociorum[b] domum ad Galbam mane venisset, ut eum admoneret, et ad dicendi tempus adduceret; usque illum,[c] quoad ei nuntiatum esset, consules descendisse,[d] omnibus exclusis, commentatum in quadam testudine cum servis literatis fuisse,[e] quorum aliis aliud[7] dictare eodem tempore solitus esset: interim cum

[y] *Causam quæ ad se deferebatur.*
[a] *Galbam in expendenda instruendaque causa consumsisse medium ex tribus diebus, quasi illi fuissent comperendinatione assignati.*
[b] *Publicanorum.* [c] *Galbam.*
[d] *In forum ad causam cognoscendam.*
[e] *In conclavi sub quodam fornice meditatum esse cum servis quibus in scribendo utebatur.*



'*pecuarias* frustra corrigebat Corrad.' *Schutz.*—4 Nor. *iterum.*—5 Ita Mediol. Ellendt. et Orell. ' Sed vix convenit, cum mox sequatur *gravius.* Mihi legendum videtur *acerbior.*' Orell. *ornatior* Guelf. 1. 2. Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. *fortior* Victor. Manut. et Schutz. in ed. maj. *ardentior* de Reitzii conjectura Schutz. in ed. min. vid. Misc. Obss. tom. x. p. 189. *attrocior* Triller. et Buttman.—6 Lallem. e cod. Reg. *comprendinatum.*—7 Hæc est Ernestii conjectura; *quorum aliud alii* Manut. Lamb. *quorum alii aliud*

NOTÆ

[1] *Comperendinatus*] Sive comperendinationis, quæ tum erat cum hominis rei judicium in secundam actionem perendie, id est, tertio post die habendam differebatur, tametsi de reo jam convicto actione prima potuisset judicari. Eam autem comperendinationis legem primus tulit Glaucia, quod tradit Asconius, ut accusatis, si forte essent innocentes, liceret per tempus objecta crimina refellere. Porro triplex ampliationem inter et comperendinationem est discrimen: ampliatio certum numerum actionum non habebat, comperendinatio iteratam tantum actionem: deinde ampliatio actionem differebat in tempus judicum arbitrio præscriptum, comperendinatio non nisi in tertium diem: denique ampli-

esset ei nuntiatum tempus esse, exisse in ædes eo colore, et iis oculis,[f] ut egisse causam, non commentatum putares. 88. Addebat etiam, idque[8] ad rem pertinere putabat, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba,[g] ex quo significabat, illum non in agendo solum, sed etiam in meditando vehementem atque incensum fuisse. Quid multa? magna expectatione, plurimis audientibus, coram ipso Lælio sic illam causam, tanta vi, tantaque gravitate dixisse Galbam, ut nulla fere pars orationis silentio præteriretur.[h] Itaque multis querelis, multaque miseratione adhibita, socios, omnibus approbantibus, illa die,[9] quæstione liberatos esse.[i]
XXIII. 89. Ex hac Rutiliana[1] narratione suspicari licet, cum duæ summæ sint in oratore[2] laudes, una subtiliter disputandi, ad docendum; altera graviter agendi, ad animos audientium permovendos; multoque plus proficiat is, qui inflammet judicem, quam ille, qui doceat; elegantiam in Lælio, vim in Galba fuisse. Quæ quidem vis tum[3] maxime cognita est, cum, Lusitanis[j] a Ser. Galba prætore contra interpositam,[j] ut existimabatur, fidem, interfectis, T. Libone[4] tribuno plebis populum incitante, et rogationem in Galbam, privilegii similem,[k] ferente,[k] summa se-

[f] *Tam ardenti vultu, tam acribus oculis.*

[g] *Servos literatos vehementiori commentatione Galbæ, qui celerius dictaret, fatigatos.*

[h] *Ut omnes fere partes orationis fausta acclamatione exciperentur.*

[i] *Exemtos esse tormentis ad inquirendum crimen adhiberi solitis.*

[j] *Contra datam fidem.*

[k] *Ferente legem de redimendis Lusitanis quos Galba vendiderat; quæ lex videbatur esse privilegium sive privata lex contra Galbam.*

Orell. *alii* omittunt codd. Junt. Crat. Grut.—8 Lamb. *id quod.* Mox, *male multatos* Ald. Junt. Manut. Lamb. *male mulctatos* Omnib.—9 Ita codd. Ald. Junt. Manut. et recentt. *illo die* Lamb.

Cap. XXIII. 1 *Rutilia* Guelf. 1. 2.—2 Cod. ψ *in oratione.*—3 *Quæ quidem ut istum* in eodem codice.—4 *L. Libone* in eodem; *L. Scribonio* margo Crat.

NOTÆ

atio ex judicum voluntate pendebat, comperendinatio erat lege constituta.

[j] *Lusitanis*] Hujus causæ seriem et eventum exposuimus lib. I. de Orat. § 227.

[k] *Privilegii similem*] Privilegium enim ferri vetabant leges XII. tabularum. Non erat privilegium illa lex quæ ferebatur de Lusitanis in liber-

nectute,[l] ut ante dixi, M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit: quam orationem in Origines suas retulit, paucis antequam mortuus est, an diebus, an mensibus?[m] 90. Tum igitur nihil[5] recusans Galba[1] pro sese, et populi Romani fidem implorans, cum suos pueros, tum C. Galli[n] etiam filium[o] flens commendabat; cujus orbitas et fletus mire miserabilis fuit propter recentem memoriam clarissimi patris: isque se tum eripuit flamma,[p][6] propter pueros misericordia populi commota, sicut idem scriptum reliquit Cato. Atque etiam ipsum Libonem[m] non infantem[q] video fuisse, ut ex orationibus[7] ejus intelligi potest. 91. Cum hæc dixissem, et paulum[8] interquievissem, Quid igitur, inquit, est causæ, Brutus, si tanta virtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in orationibus ejus appareat?[9] quod mirari non possum in eis, qui nihil omnino scripti reliquerunt. XXIV. Nec enim est[1] eadem, inquam, Brute, causa non scribendi, et non tam bene scribendi, quam dixerint.[r] Nam videmus alios oratores inertia nihil scripsisse, ne domesticus etiam labor accederet ad forensem: pleræque enim scribuntur orationes habitæ jam, non ut habeantur.[s] 92. Alios non

[l] *Annum agens octogesimum quintum.* [m] *Aut diebus aut mensibus.*
[n] *Sulpicii.* [o] *Cujus tutor erat.*
[p] *Ex invidia et judicio.* [q] *Satis eloquentem.*
[r] *Diversis rationibus moventur ad non scribendum, et ad non tam bene scribendum quam dixerint.*
[s] *Pleræque orationes per otium domi scriptæ sunt, postquam habitæ fuere in foro, non vero ut habeantur.*



—5 'Recepi *nihil* e Val. Max. VIII. 1. quod et sensus requirit. E Nonio quædam et aliis grammaticis recepta sunt, cur non et hoc e Valerio?' *Ernesti.* *nihil* receperunt Schutz. et Orell. Mox, *tum suos pueros* unus Oxon.—6 Nor. *flammæ.*—7 Unus Oxon. *ut exortationibus.*—8 Lamb. *et paululum.* Mox, *quievissem* Guelf. 1.—9 Codd. aliquot, etiam ψ, cum edd. Nor. Junt. Crat. Manut. *apparet.*

NOTÆ

tatem restituendis, sed quod in Galbam ferri videretur, erat privilegii similis.

[1] *Recusans Galba*] Recte conjiciunt eruditi e Val. Max. VIII. 1. qui ex veteribus aliquando mutuari verba solet, addendam hic *nihil recusans Galba.*

[m] *Libonem*] L. Scribonius Libo trib. plebis anno U. C. 605. ante Christum 149. alios etiam deinde magistratus obiit. An is est cujus annalem citat Cicero ad Attic. XIII. 30.?

laborare, ut meliores fiant;[t] nulla enim res tantum ad dicendum proficit,[2] quantum scriptio:[n] memoriam autem in posterum ingenii sui non desiderant,[u] cum se putant satis magnam adeptos esse dicendi gloriam, eamque etiam majorem visum iri, si in existimantium arbitrium sua scripta non venerint:[v] alios,[w] quod melius putent[3] dicere se posse, quam scribere; quod peringeniosis hominibus, neque satis doctis, plerumque contingit,[4] ut ipsi Galbæ; 93. quem fortasse vis non ingenii solum, sed etiam animi, et naturalis quidam dolor[5] dicentem incendebat, efficiebatque, ut et incitata, et gravis, et vehemens esset oratio: dein cum otiosus stylum prehenderat,[x] motusque omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio;[y] quod iis, qui limatius[z] dicendi consectantur genus, accidere non solet, [*p.* 173.] propterea quod prudentia nunquam deficit oratorem, qua ille utens eodem modo possit et dicere et scribere: ardor animi non semper adest, isque cum consedit,[a] omnis illa vis et quasi flamma oratoris extinguitur. 94. Hanc igitur ob causam videtur Lælii mens spirare etiam in scriptis, Galbæ autem vis occidisse.[b] [6]

XXV. Fuerunt etiam in oratorum numero mediocrium L. et Sp. Mummii,[o] fratres, quorum extant amborum oratio-

[t] *Videmus alios non esse solicitos de accuratiore eloquentia.*
[u] *Nolunt ingenii sui monumentum esse orationes scriptas.*
[v] *Si sua scripta non subjiciantur censuræ criticorum.*
[w] *Videmus alios non scriptis commendare suas orationes.*
[x] *Cum quietus se dabat ad scribendum.*
[y] *Languescebat oratio.* [z] *Accuratius.*
[a] *Sese remisit.* [b] *Periisse.*

Cap. xxiv. 1 *Nec est enim* emendavit nescio quis ap. Orell.—2 Pro *proficit*, Guelf. 1. 2. exhibent *valet.*—3 Nor. *putent melius.*—4 Ita codd. Regg. ap. Lallem. ψ, Manut. Schutz. et Orell. *contigit* Nor. Junt. Crat. Lamb. Grut. —5 'Wetzel. e Schneideri conjectura edidit *naturalis quidam calor.* Sed vulgatum bene defendit Ernesti.' *Schutz.* Paulo post, *deinde quum otiosus* Guelf. 1.—6 Guelf. 1. *cecidisse,* probante Schutz.

NOTÆ

[n] *Quantum scriptio*] Verum enim quod alibi traditur. Stylus optimus et præstantissimus dicendi effector ac magister.

[o] *L. et Sp. Mummii*] L. Mummius, cognomento Achaicus, amplissimis

nes: simplex quidem L. et antiquus:[1] Sp. autem nihilo ille quidem ornatior, sed tamen astrictior:[c] fuit enim doctus ex disciplina[2] Stoicorum. Multæ sunt Sp. Albini[p] orationes. Sunt etiam L. et C. Aureliorum[q] Orestarum, quos aliquo video in numero oratorum fuisse. 95. P. etiam Popillius[r] cum civis egregius, tum non indisertus fuit. C. vero, filius ejus, disertus. C. que Tuditanus[3] [s] cum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum ejus elegans est habitum etiam orationis genus. Eodemque in genere est habitus is, qui injuria accepta fregit Ti. Gracchum patientia, civis in rebus[4] optimis constantissimus, M. Octavius.[t] At vero M. Æmilius Lepidus,[u] qui est

[c] *Pressior.*

Cap. xxv. 1 Lamb. *Lucius fuit et antiquus.*—2 Guelf. 1. *doctus disciplina;* ψ, *fuit autem d. ex disciplina.*—3 *Caiusque Tuditanus* Olivet. Schutz. et Orell. *gravisque Tuditanus* ψ. Mox, *victu* suspectum est Ernestio et El-

NOTÆ

quibusque magistratibus, quæstura, tribunatu, prætura, consulatu egregie functus, perdomita Achaia et eversa Corintho, consul triumphavit anno U. C. 608. ante Christum 146. Vir tantæ moderationis, ut ex pretiosissimis Græciæ signis et tabulis domum suam nihil intulerit. Auctor de Viris Illustribus, &c. Denique censor fuit anno U. C. 612. ante Christum 142. Sp. Mummius, rebus gestis, non eloquentia fratri inferior, ei legatus in expeditione Achaica affuit, ut testatur Cicero ad Atticum. Porro Spurii dicuntur incerto patre nati. Significationis hanc originem tradit Plutarchus in Quæstionibus Romanis. Qui non erant certo patre geniti gemina litera S. P., id est, sine patre designabantur: quæ gemina litera cum item prænomen Romanum Spurius compendio indicaret, eadem significatio iis attributa, quorum nomen iisdem literis exprimeretur.

[p] *Sp. Albini*] Qui videtur esse Sp. Posthumius Albinus, is qui consulatum gessit anno U. C. 606. ante Christum 148. Cum de nonnullis hisce oratoribus, nulla sit veterum in scriptis mentio, plusculum conjecturæ necessario tribuendum est.

[q] *L. et C. Aureliorum*] L. Aurelius Orestes, qui tribunus plebis, ædilis, prætor denique, consul fuit anno U. C. 597. ante Christum 157. C. Aurelius pariter tribunus plebis et ædilis, præturam gessit, anno U. C. 624. ante Christum 130.

[r] *P. Popillius*] P. Popillius Lænas consul anno U. C. 622. ante Christum 132. in socios Ti. Gracchi, qui in remp. conjuraverat, inquisivit. Male ipsi cessit egregium facinus: nam nono post anno a C. Graccho T. fratre perduellionis postulatus, non expectato populi judicio vir consularis exilio sponte se mulctavit. Plutarchus in Gracchis.

[s] *C. Tuditanus*] C. Sempronium Tuditanum et M. Aquillium consules exhibent Orosius et Cassiodorus anno U. C. 625. ante Christum 129.

[t] *M. Octavius*] Cognomento Cæ-

Porcina dictus, iisdem temporibus fere,[5] quibus Galba, sed paulo minor natu, et summus orator est habitus, et fuit, ut apparet ex orationibus,[6] scriptor sane bonus. 96. Hoc in oratore Latino primum mihi videtur et lenitas apparuisse illa Græcorum, et verborum comprehensio,[d] etiam[7] artifex (ut ita dicam) stylus.[e] Hunc studiose duo adolescentes ingeniosissimi, et prope æquales, C. Carbo, et Ti. Gracchus audire soliti sunt: de quibus jam dicendi locus erit, cum de senioribus pauca dixero. Q. enim Pompeius[v] non contemtus orator, temporibus illis, fuit, qui summos honores, homo per se cognitus,[f] sine ulla commendatione majorum est adeptus. 97. Tum L. Cassius[8] [w] multum potuit, non eloquentia, sed dicendo tamen; homo, non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia et severitate popularis: cujus quidem legi tabellariæ,[x] M. Antius Briso, tribunus plebis,

[d] *Numerosa oratio.* [e] *Dicendi effector.* [f] *Obscuro loco natus.*

lendt.—4 Cod. ψ, *patientia ejus in rebus.*—5 Lamb. *iisdem fere temporibus.* —6 Norimb. Schutz. et Ellendt. *ex oratoribus.*—7 Ita codd. et edd. vett. Ald. Junt. Lamb. Grut. *et jam* ex emendatione Petri Fabri et Walch. Emend. Liv. pag. 98. dedit Orellius.—8 *L. Crassus* Ernesti edit. errore

NOTÆ

cina, tribunus plebis anno U. C. 621. ante Christum 133. Tib. Graccho item tribuno plebis legem Agrariam seditiosam ferenti invitus intercessit; erant enim familiarissimi. Hinc in Octavium commotus Gracchus collegæ tribunatum populi suffragiis novo exemplo abrogavit. Plutarchus in Gracchis.

[u] *M. Æmilius Lepidus*] Consul fuit anno U. C. 617. ante Christum 137. aliquanto junior erat quam Galba, qui octo ante ipsum annis consulatu defunctus erat.

[v] *Q. Pompeius*] Creditus tibicinis filius consulatum gessit cum Cn. Servilio Cæpione anno U. C. 613. ante Christum 141. prius quæstura, tribunatu, ædilitate, et prætura defunctus.

[w] *L. Cassius*] L. Cassius Longinus et L. Cornelius Cinna consules fuere anno U. C. 627. ante Christum 127. Vir tantæ severitatis, ut ejus prætoris tribunal reorum scopulus vocaretur. Val. Max.

[x] *Legi tabellariæ*] Decennio ante consulatum L. Cassius tribunus plebis, annitente Scipione Africano, legem tabellariam de judiciis tulit, uti populus Romanus in omnibus judiciis, præterquam perduellionis, sententias quas voce dicebant, tabellis ferrent; quo liberius quisque mentem aperiret. M. Antonius Briso tunc quoque tribunus plebis auctore Lepido consule diu restitit collegæ. Nec nisi Africani consilio ab intercessione destitit.

diu restitit, M. Lepido consule adjuvante; eaque res P. Africano vituperationi fuit, quod ejus auctoritate de sententia deductus Briso putabatur. Tum duo Cæpiones[9] [y] multum clientes consilio et lingua, plus auctoritate tamen et gratia sublevabant. Sed Pompeii[10] sunt scripta nec nimis extenuata,[g] (quanquam veterum est similis,) et plena prudentiæ. XXVI. 98. P. Crassum[z] valde probatum oratorem iisdem fere temporibus accepimus, qui et ingenio valuit, et studio, et habuit quasdam etiam[1] domesticas disciplinas.[h] Nam et cum summo illo oratore, Ser. Galba, cujus C. filio filiam suam collocaverat, affinitate sese devinxerat: et, cum esset P. Mucii filius, fratremque haberet P. Scævolam, domi jus civile cognoverat. In eo industriam[i] constat summam fuisse, maximamque gratiam, cum et consuleretur plurimum, et diceret. 99. Horum ætatibus adjuncti duo C. Fannii,[a] C. et M. filii,[2] fuerunt:

[g] *L. Cassius et Cæpiones nihil scripsere, sed quæ extant Pompeii scripta, &c.*
[h] *Domi etiam eruditus est aliis artibus,*
[i] *Laboriosam sedulitatem.*

typogr. Mox, *non hilaritate* conj. idem Ernesti.—9 *Cæpiones Cn. et Q.* conj. Schutz. e Cic. pro Fonteio cap. 7. Mox, *clientes consilio et lingua* non est a Lambino profectum, ut ait Ellendt. sed habent jam Junt. Crat. Manut. *dicentes de cons. et lingua* Guelf. 1. *dicentes concilio et lingua* Nor. *cluentes* habet Gothofr.—10 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *Quinti* de conjectura Corradi Schutz. *Publii* Manut.

CAP. XXVI. 1 Guelf. 1. et Nor. *et habuit etiam quasdam.*—2 *Caii Marci filii* codd. aliquot ap. Orell. Junt. Nor. Crat. Manut. *Caii Marcique filii* aliæ

NOTÆ

[y] *Duo Cæpiones*] Cn. et Q. Servilii Cæpiones, iisdem parentibus nati, ut refert Val. Max. VIII. 5. per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem provecti sunt. Cn. consulatum gessit anno U. C. 613. ante Christum 141. Quintus ejus frater anno consequenti consul Viriathum dolo interficiendum curavit. Livius, Eutropius, &c.

[z] *P. Crassum*] P. Licinius Crassus Mucianus, cujus pater P. Scævola transiit in Crassorum familiam adoptatus, traditur a Sempronio Asellione historiæ Romanæ scriptore quinque habuisse rerum bonarum maxima et præcipua: quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod juris consultissimus, quod pontifex maximus. Gellius I. 13. Asiam Attali regis testamento pop. Romano legatam cum Aristonicus regis Eumenis filius occupasset, adversus eum Licinius missus prælio victus et occisus est anno U. C. 624. ante Christum 130. Livius in Epitome lib. LIX. Velleius, Justinus XXXVI. 4. &c.

[a] *Duo C. Fannii*] C. Fannius Strabo, Caii filius, annitente C. Graccho,

quorum Caii filius, qui consul cum Domitio fuit, unam orationem de sociis et nomine Latino, contra Gracchum reliquit; sane et bonam, et nobilem. Tum Atticus, Quid ergo? estne ista Fannii? nam varia opinio pueris nobis erat: alii a C. Persio,[b] literato homine, scriptam esse[3] aiebant, illo, quem significat valde doctum esse Lucilius: alii multos nobiles, quod quisque potuisset, in illam orationem contulisse. 100. Tum ego, Audivi equidem ista, inquam, de majoribus natu, sed nunquam sum adductus, ut crederem; eamque suspicionem propter hanc causam credo fuisse, quod Fannius in mediocribus oratoribus habitus esset; oratio autem vel optima esset illo quidem tempore orationum omnium: sed nec ejusmodi est, ut a pluribus[4] confusa[j] videatur: (unus enim sonus[k] est totius orationis, et idem stylus:[5] nec de Persio reticuisset Gracchus, cum et Fannius de Menelao Maratheno,[c] et de ceteris objecisset:) præsertim cum Fannius nunquam sit habitus elinguis:[l] nam et causas defensitavit, et tribunatus ejus,[d] arbitrio et auctoritate P. Africani gestus, non obscurus fuit. 101. Alter autem C. Fannius,[e] M. filius, C. Lælii gener, et

[j] *Conscripta.* [k] *Eadem est forma.*

[l] *Nec Gracchus tacuisset Fannii orationem a Persio compositam fuisse, cum Fannius exprobrasset Gracch0, eum Menelai Maratheni Græci rhetoris et aliorum opera uti in scribendis suis orationibus. Præterea nunquam Fannius habitus est indisertus.*

quædam edd.—3 Verbum *esse* deest in Nor.—4 ‘ Ernesti frustra corrigendum putabat *e pluribus*.’ Schutz.—5 Ita codd. omnes et edd. vett. *et idem filium*, e conjectura Victor. et Ernesti, recepit Schutz. Mox, *cum ei Fannius* Guelf. 1. 2. Schutz. et Orell. et sic conj. Jac. Gronov.—6 Cod. ψ,

NOTÆ

ut narrat Plutarchus, consul creatus est anno U. C. 632. ante Christum 122. De altero Fannio paulo post dicetur.

[b] *C. Persio*] C. Persius Flaccus, ætate sua Romanorum eruditissimus, cujus censuram reformidabat Lucilius poëta, quæstor fuit anno U. C. 609. ante Christum 145. tribunus plebis anno U. C. 614. ac denique prætor anno 620. ante Christum 134.

[c] *Maratheno*] An ex Maratha quæ est et Arcadiæ vicus apud Pausaniam, et Osrhœnæ urbs, Metaphrasti? an ex Maratho Acarnaniæ urbe apud Stephanum, et Phœniciæ urbe Pomponio, quæ *Margath* Olivario?

[d] *Tribunatus ejus*] Quem gessit anno U. C. 620. ante Christum 134.

[e] *C. Fannius*] C. Fannius Marci filius scripsit annales; ipsi veritatis laudem attribuit Sallustius in primo

moribus, et ipso genere dicendi durior. Is soceri instituto,[m] [6] (quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præsertim cum ille Q. Scævolam sibi[n] minorem natu generum prætulisset: cui tamen Lælius[7] se excusans, non genero minori dixit se illud, sed majori filiæ detulisse:) is tamen, instituto Lælii, Panætium audiverat. Ejus omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non ineleganter scripta perspici potest:[8] quæ neque nimis est infans,[o] neque perfecte diserta. 102. Mucius[f] autem augur, quod pro se opus erat, ipse dicebat,[9] ut de pecuniis repetundis[g] contra T. Albucium:[h] is oratorum in numero non fuit: juris civilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere præstitit. L. Cœlius Antipater,[i] scriptor (quemadmodum videtis)[10] fuit, ut temporibus illis, luculentus, juris valde peritus, multorum etiam, ut L. Crassi, magister.

XXVII. 103. Utinam in Ti. Graccho,[j] C. que Carbone[k]

[m] *Hortatu Lælii.* [n] *Fannio.* [o] *Indiserta.*

dicendi: durioris soceri instituto; Ernesti conj. *dicendi durior, soceri instituto.* Mox, pro *cooptatus,* idem codex habet *coactus.* Testerus conj. *quia ab eo cooptatus.*—7 Guelf. 1. *cui tum Lælius.*—8 Unus Oxon. *percipi potest.*—9 Ita edd. Rom. Manut. Grut. Schutz. et Orell. probante Riv. *quod per se opus erat, ipse dicebat* Nor. Ald. Junt. Crat. *quod peropus erat, ipse per se dicebat* Lamb. *quod opus erat, pro se ipse dicebat* conj. Schutz. *quod opus erat dicebat* conj. Ellendt.—10 Cod. ψ, *quemadmodum videtur.*

NOTÆ

historiarum, ut auctor est Marius Victorinus in primum Ciceronis de Inventione.

[f] *Mucius*] De quo lib. I. de Orat. § 24.

[g] *De pecuniis repetundis*] Vide lib. I. Herenn. § 20.

[h] *T. Albucium*] Quis fuerit exponetur paulo inferius.

[i] *L. Cœlius Antipater*] De quo jam nonnulla obiter diximus lib. II. de Orat. § 54. Plus eloquentiæ quam scientiæ juris operam dedit, si credimus Pomponio de Orig. Juris: 'Quid ex Cœlianis orationibus?' inquit auctor de causis corruptæ eloquentiæ: 'nempe hæ placent sive universæ sive partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem verborum, et hians compositio, et inconditi sensus redolent antiquitatem: nec quenquam adeo antiquarium puto, ut Cœlium ex ea parte laudet, qua antiquus est.' In scribendo videtur omnino rudis Ciceroni in Oratore § 230. Cœlius quæstor fuit anno U. C. 617. ante Christum 137.

[j] *Ti. Graccho*] Tiberius Sempronius Gracchus, vir magnis virtutibus

talis mens ad rempublicam bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit! profecto nemo his viris gloria præstitisset. Sed eorum alter[p] propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex invidia fœderis Numantini bonis iratus accesserat,[q] ab ipsa republica est interfectus: alter,[r] propter perpetuam in populari ratione levitatem, morte voluntaria se a severitate judicum vindicavit. Sed fuit uterque summus orator, atque hoc[1] memoria patrum teste dicimus. 104. [*p.* 174.] Nam et Carbonis, et Gracchi habemus orationes, nondum satis splendidas verbis, sed acutas, prudentiæque plenissimas. Fuit Gracchus diligentia Corneliæ[l] matris a puero[s] doctus, et Græcis literis eruditus; nam semper habuit exquisitos e Græcia magistros, in eis jam adolescens Diophanem[m] Mitylenæum, Græciæ, temporibus illis, disertissimum: sed et breve[2] tempus ingenii augendi et declarandi fuit.[t] 105.

[p] *Gracchus.*
[q] *Iratus bonis omnibus, quibus odiosus erat propter initum cum Numantinis fœdus.* [r] *C. Carbo.* [s] *A pueritia.*
[t] *Sed propter acceleratam sibi necem breve tempus habuit, quo posset ingenium augere et ostendere.*

CAP. XXVII. 1 Orell. *orator. Atque hoc;* Lamb. *orator: etiam hoc;* Schutz. ex emendatione Corradi *orator. Neque hoc.* Mox, *teste didicimus* codd. aliquot et Nor. probantibus Schneider et Le Clerc.—2 Ita Ald. Junt. Manut.

NOTÆ

vitiisque temperatus, sed præcipue dicendi gloria celebris. Cum Mancinum consulem obsessum tenerent Numantini, unum Gracchum quæstorem fœderi feriundo præesse voluerunt: id tum viri fortitudini, tum patris memoriæ datum. Ex quo non mediocrem invidiam collegit Gracchus. Non multo post, anno scilicet U. C. 621. ante Christum 133. tribunus plebis, agraria lege lata, ne quis ultra quingenta agri jugera possideret, cum tribunatum in sequentem annum ambiret, ab optimatibus, senatu et equestri ordine, in Capitolio oppressus est, auctore P. Scipione Nasica ejus consobrino, qui patriam cognationi prætulit. Plutarchus in Gracchis, Velleius, Livius, Florus, &c.

[k] *C. Carbone*] De quo paulo post § 105.

[l] *Corneliæ*] Quæ P. Scipionis Africani Majoris filia magnis animi ingeniique dotibus fuit instructa; cui etiam a Romanis ænea statua erecta est. Post cædem majoris filii oppressa luctu ad Misenum Campaniæ in sua prædia secessit. Plutarch. Plinius.

[m] *Diophanem*] Hic oriundus ex Mitylene Lesbi insulæ oppido nunc *Mitylin*, in Italia tunc exulabat, ut refert Plutarchus, et post Tib. Gracchi mortem occisus est.

Carbo,[n] quoad vita[3] suppeditavit,[u] est in multis judiciis causisque cognitus. Hunc qui audierant prudentes homines, in quibus familiaris noster L. Gellius,[o] qui se illi contubernalem[v] in consulatu fuisse narrabat, canorum oratorem, et volubilem, et satis acrem,[w] atque eundem et vehementem, et valde dulcem, et perfacetum fuisse dicebat: addebat, industrium etiam, et diligentem, et in exercitationibus, commentationibusque[4] multum operæ solitum esse ponere. 106. Hic optimus, illis temporibus, est patronus habitus, eoque forum tenente plura fieri judicia cœperunt:[x] nam et quæstiones perpetuæ,[5] hoc adolescente, constitutæ sunt, quæ antea nullæ fuerunt,[y] (L. enim Piso,[p] tribunus plebis, legem primus de pecuniis repetundis, Censorino et Manilio consulibus tulit: ipse etiam Piso et causas egit, et multarum legum aut auctor, aut dissuasor fuit: isque et orationes reliquit, quæ jam evanuerunt, et annales, sane exiliter scriptos) et judicia populi, quibus aderat

[u] *Quamdiu vixit.* [v] *Ejus domesticum.* [w] *Concitatum et fervidum.*
[x] *Crescente improborum audacia.*
[y] *Cum esset adolescens Carbo, constituta est publicorum judiciorumforma, qua perpetuo deinceps uterentur.*

Lamb. 1566. Grut. *sed ei breve*, de conjectura Lambini, Schutz. et Orell.—3 *quo vita* Guelf. 1. 2. Palatt. Cujac. ap. Gulielm. ψ, edd. vett. et Nor. —4 Cod. ψ, *commendationibus*.—5 'Frustra Corradus e libro Ms. reponit *quæstiones publicæ:* nec felicius Cujacius, Notis in Justiniani Institutiones, *quæstiones pecuniarum repetundarum.*' Schutz. Paulo post, *primo de pecuniis* ψ.

NOTÆ

[n] *Carbo*] C. Papirius Carbo ingenii eloquentiæque laudes detrivit inquieto animo et ad turbas concitandas promtissimo. Seditiose tribunatum plebis gessit anno U. C. 623. ante Christum 131. undecimo post anno consulatum: quo elapso, ob turbulentissimum tribunatum et concitatam in se ex morte P. Africani invidiam, exilio mulctatus est, ut testatur Val. Max. III. 7. Hic tamen Tullius tradit Carbonem voluntaria morte sese a judicum severitate vindicasse. Alibi, nimirum lib. IX. epist. 21. ad Pætum, 'Caius Carbo,' inquit, 'accusante L. Crasso, cantharidas sumsisse dicitur.' Est autem cantharis insecti genus graviter olens et letiferum.

[o] *L. Gellius*] De quo inferius.

[p] *L. Piso*] L. Calpurnius Piso, tribunus plebis anno U. C. 605. ante Christum 149. ad coërcendam magistratuum avaritiam de repetundis primus legem tulit, qua provinciales pecunias a se contra jus exactas judicio repetere possent. Vide lib. II. de Orat. § 51.

Carbo, jam magis patronum desiderabant, tabella data:[z] quam legem[q] L. Cassius, Lepido et Mancino consulibus, tulit.

XXVIII. 107. Vester etiam[a] D. Brutus,[r] M. filius, ut ex familiari ejus L. Attio[s] poëta sum audire solitus, et dicere non inculte[b] solebat, et erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, ut temporibus illis, eruditus.[1] Quæ tribuebat[2] idem Attius etiam Q. Maximo,[t] L. Paulli nepoti: et vero ante Maximum, illum Scipionem,[c] quo duce privato Ti. Gracchus occisus esset, cum omnibus in rebus vehementem, tum acrem aiebat[d] in dicendo fuisse. 108. Tum etiam P. Lentulus[u] ille princeps, ad rempublicam duntaxat quod opus esset,[e] satis habuisse eloquentiæ dicitur. Iisdemque temporibus[3] L. Furius Philus[v] perbene Latine loqui putabatur, literatiusque, quam ceteri. P. Scævola[w] valde prudenter et acute, paulo etiam copiosius: nec mul-

[z] *Cum ex lege Cassia in judiciis suffragia ferrentur per tabellam.*
[a] *Ex vestra gente Junia.* [b] *Satis ornate.*
[c] *Nasicam.* [d] *Attius dicebat.*
[e] *Quantum sufficiebat regendæ reipublicæ.*

CAP. XXVIII. 1 Ita Manut. Grut. Schutz. et Orell. *satis eruditus* Nor. Junt. Crat. Camer. E codicibus nihil notatur.—2 *Quod tribuebat* cod. Reg. ap. Lallem. unde *Quæ tribuebat* primus dedit Ernesti, eumque secuti Schutz. et Orell. *Quæ tribuerat* Junt. Manut. Lamb. Grut. Actutum, *idem Accius* Junt. Mox, Gulielmius legit *ante pontificem maximum.*—3 *Iisdem temporibus*

NOTÆ

[q] *Quam legem*] De qua consule superiores notas § 97.

[r] *D. Brutus*] Decius vel Decimus Junius Brutus consul anno U. C. 616. ante Christum 138.

[s] *L. Attio*] Poëta comico et historico de quo diximus lib. III. de Orat. § 27.

[t] *Q. Maximo*] Q. Fabius Maximus, filius ejus qui cum L. Æmilium Paullum patrem haberet, a Q. Fabio Maximo Labeone adoptatus est. Gallos ad Isaram magna clade afflixit, cæsis hominum millibus centum viginti, anno U. C. 633. ante Christum 121. Livius in Epitome lib. LXI. &c.

[u] *P. Lentulus*] Princeps senatus, amantissimus reip. civis, ab ingrata patria, cui utilem in opprimendo C. Graccho operam præstiterat, expulsus, Siciliam petiit, a Diis precatus, ne unquam ad ingratum populum reverteretur, cujus voti se compotem fecit. Val. Max. v. 3.

[v] *L. Furius Philus*] Eloquentiæ, juris, poëtices, variæque eruditionis laude insignis, quæstor fuit anno U. C. 625. ante Christum 129.

[w] *P. Scævola*] Mucius Scævola consul anno U. C. 621. ante Christum 133. eximius jurisconsultus.

to minus prudenter M. Manilius.[x] Appii[y] Claudii volubilis, sed paulo fervidior erat oratio. In aliquo numero etiam M. Fulvius Flaccus,[z] et C. Cato[a] Africani sororis filius, mediocres oratores; etsi Flacci scripta sunt, sed ut studiosi literarum.[f] Flacci autem æmulus[g] P. Decius[b] fuit, non infans ille quidem, sed ut vita, sic oratione etiam turbulentus. 109. M. Drusus,[c] C. F. qui in tribunatu C. Gracchum, collegam, iterum tribunum,[d] fecit,[4] vir et oratione gravis, et auctoritate; eique proxime adjunctus C. Drusus[e] frater fuit. Tuus etiam gentilis,[h] Brute, M. Pennus[f] facile agitavit[i] in tribunatu C. Gracchum, paulum

[f] *Sed quæ ostendunt illum fuisse literatum.*
[g] *Imitator in promovendis Gracchi partibus.*
[h] *Qui eadem qua tu gente Junia ortus est.* [i] *Insectatus est.*

NOT.—4 Ita codd. etiam Palatt. et Cujac. et edd. vett. item Ald. Junt. Nor. Manut. Grut. Schutz. *fregit* de emendatione Corradi receperunt Olivet. et

NOTÆ

[x] *M. Manilius*] Consulatu functus est anno U. C. 605. ante Christum 149.

[y] *Appii*] Appii Claudii Pulchri qui consul renuntiatus est anno U. C. 611. ante Christum 143. Salassios in Gallia delevit. Orosius, &c.

[z] *M. Fulvius Flaccus*] Consul anno U. C. 629. ante Christum 125. biennio post de Liguribus triumphavit; ac demum conjurationis cum Graccho particeps cæsus est, ejusque domus diruta. Appianus, Plutarch. Paterc. &c.

[a] *C. Cato*] C. Porcius Cato quæstor, tribunus plebis, prætor, denique consul anno U. C. 640. ante Christum 114.

[b] *P. Decius*] P. Decius Mus tribunus plebis anno U. C. 634. ante Christum 120. L. Opimium consularem majestatis reum peregit, quod Gracchum ejusque socios indemnatos occidisset. Verum frequentibus suffragiis evasit absolutus Opimius. Epitome Livii.

[c] *M. Drusus*] M. Livius Drusus cum patribus plebem conciliavit, adeoque patronus senatus est appellatus. Quæ reip. vulnera imponebat C. Gracchus, eadem ille sanabat, inquit Cicero de Fin. lib. IV. Atque hinc recte conjicit Pighius hic legendum, *collegam iterum tribunum fregit*, non *fecit*. Tribunum enim C. Gracchum facere Drusus anno superiore non poterat, tum ipse candidatus et ejus competitor.

[d] *Iterum tribunum*] C. Gracchus tribunatu iterum functus est anno U. C. 632. ante Christum 122. Paterculus et Plutarchus.

[e] *C. Drusus*] C. Livius Drusus Claudianus, e Claudia Pulchrorum familia adoptatus in Liviam, ut refert Suetonius, insignis jurisconsultus, cujus ob senium postea cæci domus consultoribus repleri solebat, teste Tullio Tusculana v. Præturam obiit anno U. C. 635. ante Christum 119.

[f] *M. Pennus*] M. Junius Pennus

ætate antecedens. Fuit enim M. Lepido et L. Oreste consulibus quæstor Gracchus, tribunus Pennus, illius M. filius, qui cum Q. Ælio [g] consul fuit: sed omnia is summa [5] sperans, ædilicius est mortuus.[j] Nam de T. Flaminino,[6] [h] quem ipse vidi, nihil accepi, nisi Latine diligenter locutum.

XXIX. 110. Iis adjuncti [1] sunt C. Curio,[i] M. Scaurus, P. Rutilius, C. Gracchus. De Scauro et Rutilio breviter licet dicere, quorum [2] neuter summi oratoris habuit laudem; et uterque [3] in multis causis versatus erat. In quibusdam laudandis viris, etiamsi maximi ingenii non essent, probabilis tamen industria:[k] quanquam iis [4] quidem non omnino ingenium, sed oratorium ingenium [j] defuit. Neque enim refert videre, quid dicendum sit, nisi id queas solute et suaviter dicere: ne id quidem satis est, nisi id, quod dicitur, sit voce,[5] vultu, motuque conditius.[l] 111. Quid dicam, opus esse doctrina? sine qua etiamsi quid bene dicitur, adjuvante natura, tamen id, quia fortuito [m]

[j] *Ædilitate functus.* [k] *Laudanda est laboriosa diligentia.* [l] *Elegantius ornatum.* [m] *Casu, non ratione.*

Orell. *fecit. Vir, &c.* ψ.—5 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. Schutz. *sed is omnia summa* Guelf. 1. 2. Nor. Manut. Ellendt. et Orell. Cf. § 239. et de Orat. III. 4. 15.—6 *T. Flaminio* Ald. Junt. Lamb.

Cap. XXIX. 1 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. *His adjuncti* Schutz. et Orell.—2 Lamb. omisit voc. *quorum*.—3 Pro *et uterque,* Schneidero placebat *etsi uterque;* Schutz. de conjectura Ernesti dedit *at uterque;* Lamb. *uterque*, omissa conjunctione *et.* Dein, *versatus. Erat in, &c.* unus Oxon. Junt. Manut. et Olivet. *versatus erat; in quibus sane laudandis viris* de Ernesti conjectura Schutz. *versatus. Erat in eis, etiam si maximi ingenii non essent* Lamb. *probabiles tamen* ψ.—4 Guelf. 1. Manut. Ellendt. et Orell. *quanquam his.*—5 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut.

NOTÆ

tribunus plebis anno U. C. 628. ante Christum 126. legem Juniam tulit de peregrinis ab urbe prohibendis, quam Gracchus ad sociorum benevolentiam sibi demerendam frustra dissuasit. Cum ad amplissimos magistratus M. Pennus aspiraret, ædilis plebis anno U. C. 631. ante Christum 123. paulo post immatura morte raptus est.

[g] *Cum Q. Ælio*] Q. Ælius Pætus et M. Junius Pennus consules anno U. C. 587. ante Christum 167.

[h] *T. Flaminino*] T. Quintius Flamininus collega Q. Cæcilio Metello consulatum gessit anno U. C. 631. ante Christum 123.

[i] *C. Curio, &c.*] Quorum dicendi characterem cum infra paulo fusius explicet Tullius, eo notæ sunt referendæ.

[j] *Oratorium ingenium*] Quale sit pluribus exponit Tull. lib. I. de Orat. Ingenii celeres motus sint, ad excogitandum acuti, ad explicandum ornandumque uberes, ad memoriam firmi atque diuturni.

fit,[6] semper paratum esse non potest. In Scauri[k] oratione sapientis hominis et recti,[n] [7] gravitas summa, et naturalis quædam inerat auctoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, cum pro reo diceret.[8] 112. Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum[9] videbatur: ad senatoriam vero sententiam, cujus erat ille princeps, vel maxime: significabat enim non prudentiam solum, sed, quod maxime rem continebat, fidem:[o] habebat hoc a natura ipsa, quod a doctrina non facile posset:[p] quanquam hujus quoque ipsius rei,[q] quemadmodum scis, præcepta sunt. Hujus et orationes sunt, et tres ad L. Fufidium libri, scripti de vita ipsius acta,[10] sane utiles, quos nemo legit: at Cyri vitam[l] et disciplinam legunt, præclaram illam quidem, sed neque tam rebus nostris aptam, nec tamen Scauri laudibus anteponendam.[r] XXX. 113. Ipse etiam

[n] *Incorrupti.*
[o] *Non solum prudentia illum præditum, sed etiam esse fide dignum, quod maxime proderat rei quam agebat.*
[p] *Quod institutione ac studio non facile posset acquiri.*
[q] *Tenendæ gravitatis ac decori servandi.*
[r] *Præferendam operibus Scauri.*

fit voce Guelf. 1. 2. ψ, Nor. Omnib. Victor. et Orell.—6 Goerenz. mavult *quia fortuitu sit.*—7 Ita Guelf. 1. 2. Nor. Ald. Junt. Lamb. Schutz. et Orell. *et tecti* Victor. Manut. Grut.—8 Hæc, *cum pro reo diceret,* desunt in Guelf. 1. 2. ideoque delevit Schutz. 'Sed abesse nequeunt.' *Orell.*—9 Cod. ψ, *ad principia mediocriter actum.*—10 Ita Ald. Junt. Lamb. Ellendt. Orell. *acta* delendum censebat Coler. ad Val. Max. IV. 4. 11. *apte* habet ψ. *de vita ipsius apta sane* Guelf. 1. *de v. i. apte ac sane* conj. Schutz. *de vita ipsius ante acta* conj. Lamb. in marg. ed. 1584. *legit: Cyri,* omisso *at,* Nor. Totum autem locum ita de conjectura dedit Schutz. *Hujus ... sunt, et tres ad L. Fufidium (qui ipse etiam in aliquo patronorum numero fuit) libri, scripti de vita ipsius apte, ac sane utiles,* omittens in seqq. *Ipse e. F. in a. p. n. fuit.*

NOTÆ

[k] *Scauri*] M. Æmilius Scaurus, princeps senatus, bis consul, primo quidem anno U. C. 639. ante Christum 115. deinde anno 647. ante Christum 107. Decimo sexto post anno apud populum accusatus a Q. Vario tribuno plebis, judicium hac oratiuncula discussit: 'Varius Sucronensis Æmilium Scaurum regia mercede corruptum, imperium populi Romani prodidisse ait. Æmilius Scaurus huic se affinem esse culpæ negat: utri creditis?' Val. Max. III. 7. &c. Fides naturalis quæ in Scauro inerat, auctoritatis exemplum.

[l] *Cyri vitam*] A Xenophonte libris octo descriptam, non ad historiæ fidem, ut ait alibi Tullius, sed ad effigiem justi imperii.

Fufidius[m] in aliquo patronorum numero fuit:[s] Rutilius[n] autem in quodam tristi et severo genere dicendi versatus est, et uterque[t] natura vehemens, et acer. Itaque cum una consulatum petivissent,[o] non ille solum, qui repulsam tulerat, accusavit ambitus designatum competitorem, sed Scaurus etiam absolutus, Rutilium in judicium vocavit; multaque opera, multaque industria[u] Rutilius fuit; quæ erat propterea gratior, quod idem magnum munus de jure respondendi sustinebat. 114. Sunt ejus orationes jejunæ: multa præclara[1] de jure: doctus vir, et Græcis literis eruditus, Panætii auditor, prope perfectus in Stoicis:[v] quorum peracutum et artis plenum orationis genus, sed tamen exile,[2] nec satis populari assensioni accommodatum.[w] Itaque illa, quæ propria est hujus disciplinæ, philosophorum de se ipsorum opinio,[3] firma in hoc viro et stabilis inventa est.[x] 115. [*p.* 175.] Qui quanquam[4] innocentissimus[p] in judicium vocatus esset, (quo judicio convulsam[y] penitus

[s] *Aliquod nomen habuit inter patronos.*
[t] *Scaurus et Rutilius.* [u] *Diligentia.*
[v] *In Stoicorum doctrina.*
[w] *Nec satis aptum ad animos populi commovendos.*
[x] *Probavit et confirmavit ex se ipso eam, quæ propria est philosophiæ Stoicæ, sententiam philosophorum beatitatem in sua tantum virtute constituentium.*
[y] *Afflictam dissensione ordinum.*

Cap. xxx. 1 Ernesti conj. *præclare.* Mox, *de jure doctus* ψ.—2 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *scis tamen esse exile* Palatt. Cujac. ψ, Guelf. 1. 2. Regg. ap. Lallem. Nor. Omnib. Schutz. Ellendt. et Orell.—3 Ita codd. et edd. vett. item Ald. Junt. Lamb. Grut. et Orell. *philosophorum de se opinio* Ellendt. *philosophorum de sapiente opinio* Schutz. Mox, pro *hoc viro*, quod præbent Nor. Camer. Mannt. Grut. Schutz. et Orell. *hoc uno* legitur in uno Oxon. Junt. Crat. Lamb.—4 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. *Qui cum* Victor. Camer. Ma-

NOTÆ

[m] *Fufidius*] Quæstor fuit anno U. C. 631. ante Christum 123.

[n] *Rutilius*] P. Rutilius Rufus consul anno U. C. 649. ante Christum 105. Consule lib. I. de Orat. § 229.

[o] *Cum una consulatum petivissent*] Nodus hic in historia Romana difficilis solvitur in notis ad lib. II. de Orat. § 280.

[p] *Qui quanquam innocentissimus*] Hic ille scilicet est Rutilius, qui cum injustis amici precibus resisteret, atque is dixisset, Quid mihi opus est amicitia tua, si quod rogo non facis? respondit, Immo quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum? Val. Max. VI. 4. Vir, inquit Velleius lib. II. non modo sæculi sui, sed omnis ævi optimus, interrogatus lege repetundarum, maximo cum gemitu civitatis damnatus est. Epitome Livii lib. LXX.

scimus esse rempublicam,) cum essent eo tempore eloquentissimi viri L. Crassus et M. Antonius consulares, eorum adhibere neutrum voluit: dixit ipse pro sese; et pauca C. Cotta,[5] quod sororis erat filius, et is quidem tamen ut orator; quanquam erat admodum adolescens. Sed Q. Mucius enucleate[z] ille quidem et polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud judicii[a] et magnitudo causæ postulabat. 116. Habemus igitur in Stoicis oratoribus Rutilium, Scaurum in antiquis: utrumque tamen laudemus, quoniam per illos ne hæc quidem in civitate genera hac oratoria laude[6] caruerunt.[b] Volo enim, ut in scena, sic etiam[7] in foro, non eos modo laudari, qui celeri motu et difficili utantur, sed eos etiam, quos statarios[q] appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta.[c] [8]

XXXI. 117. Et quoniam Stoicorum est facta mentio,[1] Q. Ælius Tubero[r] fuit illo tempore, L. Paulli nepos, nullo in

[z] *Perspicue.* [a] *Repetundarum.*
[b] *Floruit duplex eloquentiæ genus Stoicum et antiquum.*
[c] *Ut in theatro, sic in foro, laudari debent non modo qui inter agendum discursant ac tumultuantur, sed etiam qui stantes loquuntur, et modo simplice ac naturali, non insolenti et operosius accersito, familiares congressus oculis exhibent.*

nut. Schutz. Orell. *Quanquam*, omisso *Qui*, Nor.—5 Cod. ψ, *et pauca Cotta.* —6 Schutz. conj. *ne hac quid. in civ. genera hæc or. laude.*—7 Nor. Omnib. et Schutz. omittunt *etiam.*—8 Gnelf. 2. *non molestia;* et sic conj. Ernesti, improbante Orell.

NOTÆ

[q] *Statarios*] Qui in fabulis statariis partes agunt. Comœdiæ, inquit Donatus, aut motoriæ sunt, aut statariæ, aut mistæ. Motoriæ turbulentæ: statariæ quietiores: mistæ ex utroque actu consistentes. Motoriæ ac statariæ discrimen exhibet Terentius in prologo Heautontimorumeni: 'Date potestatem mihi, Statariam agere ut liceat per silentium: Ne semper servus currens, iratus senex, Edax parasitus, sycophanta autem impudens, Avarus leno, assidue agendi sint mihi Clamore summo, cum labore maxumo.' Idem enim est ac si dixisset, per vos mihi liceat statariam agere, ne mihi semper agenda sit motoria.

[r] *Q. Ælius Tubero*] Is cujus avunculus fuit P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus, qui filius erat P. Æmilii, vir eruditissimus, integerrimus et civis optimus. Quæstor fuit anno U. C. 616. ante Christum 138. Si verum est quod tradit Pomponius de Origine Juris, eum consulem fuisse, cum de illo sileant fasti, suffectum oportuit, an M. Porcio Catoni, qui in magistratu mortuus est anno U. C. 636.?

oratorum numero, sed vita severus, et congruens cum ea disciplina,[d] quam colebat; paulo etiam durior: qui quidem in triumviratu[2] [s] judicaverit contra P. Africani, avunculi sui, testimonium, vacationem augures, quo minus judiciis operam darent, non habere:[e] sed ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus: itaque honoribus majorum respondere non potuit.[f] Fuit autem constans civis, et fortis, et inprimis Graccho molestus, quod indicat Gracchi in eum oratio: sunt etiam in Gracchum, Tuberonis. 118. Is fuit mediocris in dicendo, doctissimus in disputando. Tum Brutus, Quam hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis! ut omnes fere Stoici, prudentissimi in disserendo sint, et id arte[3] faciant, sintque architecti pæne verborum:[g] iidem traducti a disputando ad dicendum, inopes[h] reperiantur. Unum excipio Catonem,[t] in quo, perfectissimo Stoico, summam eloquentiam non desiderem: quam exiguam in Fannio, ne in Rutilio quidem magnam, in Tuberone nullam video fuisse. 119. Et ego, Non, inquam, Brute, sine causa,[i] propterea quod istorum in dialecticis omnis cura consumitur; vagum[j] illud orationis, et fusum, et multiplex non adhibetur genus. Tuus autem avunculus,[u] quemadmodum scis, habet a Stoicis id,

[d] *Stoicorum.*
[e] *Augures non esse immunes ab exercendis judiciis.*
[f] *Repulsam passus in præturæ petitione.*
[g] *Et id præstent arte dialectica, et novas voces inducant.*
[h] *Elingues.* [i] *Nulla in iis videtur eloquentia.*
[j] *Copiosum et abundans.*

Cap. xxxi. 1 Nor. *facta est mentio.*—2 'Suspicor legendum esse *in tribunatu.*' Schutz.—3 Ellendt. suspic. *cum arte.* 'Recte se habet vulgata; est διὰ τῆς τέχνης, non vero σὺν τῇ τέχνῃ, τεχνικῶς.' *Orell.* Mox, *siveque architecti*

NOTÆ

[s] *In triumviratu*] Triumviri Romæ fuere tum capitales, qui carceri custodiendo præessent; tum mensarii sive numularii, qui monetæ cudendæ præficiebantur; tum etiam nocturni, qui vigilarent ne domus incendio corriperentur. Erant præterea aliis alii muneribus addicti triumviri, inter quos censeri debeat hic Tubero non liquet.

[t] *Catonem*] Uticensem intelligendum esse patet ex iis quæ sequuntur.

[u] *Tuus autem avunculus*] M. Cato Serviliæ matris tuæ frater, ut refert Plutarchus in Bruto.

quod ab illis petendum fuit: sed dicere didicit a dicendi magistris, eorumque more se exercuit.[4] Quodsi omnia a philosophis essent petenda; Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. 120. Quo magis tuum, Brute, judicium probo, qui eorum [id est, ex vetere Academia] philosophorum[5] sectam secutus es, quorum in doctrina atque præceptis disserendi ratio conjungitur cum suavitate dicendi et copia: quanquam ea ipsa Peripateticorum Academicorumque consuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec perficere oratorem possit ipsa per sese, nec sine ea orator esse perfectus. Nam, ut Stoicorum astrictior est oratio, aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt; sic illorum liberior et latior,[6] quam patitur consuetudo judiciorum et fori. 121. Quis enim uberior in dicendo Platone? Jovem, aiunt[v] philosophi, si Græce loquatur, sic loqui.[7] Quis Aristotele nervosior,

tecti ψ.—4 Idem codex, *eorumque mores exercuit.*—5 Ita codd. et edd. vett. Deleri hæc omnia, *id est, ex v. A. philosophorum*, volebat Lambinus; *id est, ex v. Academia* uncis inclusit Orell. delevit Schutz. Defendit Goerenz. ad Fin. v. 3. 7.—6 ' Ellendt. conj. *lætior*, vix digna, quæ memoretur.' *Orell.*—7 Ita Riv. Lamb. Grut. *Jovem sic aiunt philosophi, si G. loquatur, loqui* unus cod. ap. Grut. Schutz. et Orell. *Jovem sic, ut aiunt ph. si Gr. l. loqui* Ald. Junt. Manut. *Jovem sicut aiunt ph. si Gr. l. loqui* Guelf. 1. 2. et Nor. *Jovem sicut aiunt ph. si Gr. loquatur sic loqui* Crat. quæ lectio non displicuit Matthiæ de

NOTÆ

[v] *Jovem, aiunt*] Has Platonicæ dictionis laudes exaggeratas ferre nullo modo potest illustris criticus, sed iniquior Platoni Dionysius Halicarnasseus. Is enim Platonem in iis dialogis probat in quibus Socraticam adhibet disserendi rationem: at cum se politicis rebus immiscet, cum laudationes aut invectivas, accusationes aut defensiones aggreditur, eum sentit a seipso deficere: et de præstantissimo Platonis opere censuram sic concludit: Καὶ τί δεῖ τὰ πλείω λέγειν; δι' ὅθου γὰρ ἄν τις εὕροι τοῦ λόγου πορευόμενος, τὰ μὲν οὐκ ἀκριβῶς οὐδὲ λέπτως εἰρημένα, τὰ δὲ μειρακιωδῶς καὶ ψυχρῶς, τὰ δὲ νοῦν οὐκ ἔχοντα, τὰ δὲ διθυραμβώδη καὶ φορτικά. *Et quid opus est plura dicere? Inveniet quisquis hanc orationem percurrerit, alia neque accurate neque subtiliter dicta, alia pueriliter ac frigide, alia inania, alia dithyrambica et licentiora.* Quicquid dicat Dionysius, nobis pluris est Tullii judicium, qui cum alibi, tum lib. III. de Orat. Platonis dictionem in cœlum extollit § 15. ' Neque enim quisquam nostrum cum libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in quibus fere Socrates exprimitur, non quanquam illa scripta sunt divinitus, tamen majus quiddam de illo, de quo scripta sunt, suspicatur.'

Theophrasto dulcior? Lectitavisse[w] Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur: idque apparet ex genere[8] et granditate verborum: dicit etiam in quadam epistola hoc ipse de sese. Sed et hujus[k] oratio in philosophiam translata, pugnacior (ut ita dicam) videtur,[9] et illorum in judicia, pacatior.[l]

XXXII. 122. Nunc reliquorum oratorum ætates, si placet, et gradus persequamur. Nobis vero, inquit Atticus, et vehementer quidem,[m] ut pro Bruto etiam respondeam. Cerio[x] fuit igitur ejusdem ætatis fere, sane illustris orator, cujus de ingenio ex orationibus ejus existimari[n] potest. Sunt enim et aliæ, et pro Ser. Fulvio[y] de incestu,[z] nobilis oratio. Nobis quidem pueris,[1] omnium optima putabatur, quæ vix jam comparat in hac turba[o] novorum voluminum. 123. Præclare, inquit Brutus, teneo qui istam turbam voluminum effecerit.[p] Et ego, inquam, intelligo, Brute,[2] quem dicas: certe enim et boni aliquid attulimus juventuti, magnificentius, quam fuerat, genus dicendi, et ornatius: et nocuimus fortasse, quod veteres orationes post nostras, non a me quidem (meis enim illas antepono) sed a plerisque legi[3] sunt desitæ. Enumera,[4] inquit, me in plerisque: quanquam

[k] *Demosthenis.*
[l] *Philosophorum oratio in forum translata non est satis vehemens.*
[m] *Placet.* [n] *Judicium ferri.* [o] *Multitudine.*
[p] *Recte tu quidem, inquit Brutus; scio quis istam librorum copiam induxerit.*

Anacol. p. 9.—8 Ed. Oxon. *in genere.*—9 Ernesti conj. *videatur.*
CAP. XXXII. 1 Ita ed. 1584. Grut. et Schutz. *Nobis q. p. hæc* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. et Orell.—2 *Et ego: Intelligo, inquam, Brute* conj. Schutz. —3 Cod. ψ, *illa a. sed a p. legis.*—4 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *Annumera* Guelf. 1. et Schutz. 'Sed hoc requireret *plerisque* pro *in plerisque.* Cf. § 207.' *Orell. Numera* Ellendt. et Orell. de Ernesti sententia.

NOTÆ

[w] *Lectitavisse*] Quanti Platonem fecerit Demosthenes patet ex ejus epistola quinta ad Heracleodorum.

[x] *Curio*] In Curionum familia tres oratores dicendi laude celebres extiterint. Hic C. Scribonius Curio quæstor, ædilis, deinde prætor fuit anno U. C. 632. ante Christum 122. pater C. Curionis consularis ac triumphalis, avus ejus C. Curionis, qui rempublicam turbavit.

[y] *Pro Ser. Fulvio*] An illo qui gessit quæsturam anno U. C. 637. ante Christum 117.?

[z] *De incestu*] Vide lib. I. de Invent. § 73.

video mihi multa legenda jam te auctore, quæ antea contemnebam. 124. Atqui hæc, inquam, de incestu laudata oratio, puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore, loci sane inanes;[q] verumtamen nondum tritis nostrorum hominum auribus,[r] nec erudita civitate, tolerabiles. Scripsit etiam alia nonnulla, et multa[5] dixit, et illustria, et in numero patronorum fuit: ut eum mirer, cum et vita suppeditavisset,[s] et splendor ei non defuisset, consulem non fuisse. XXXIII. 125. Sed ecce in manibus vir,[t] et præstantissimo ingenio, et flagranti studio, et doctus a puero, C. Gracchus.[a] Noli enim putare, quenquam, Brute, pleniorem et uberiorem[1] ad dicendum fuisse. Et ille, Sic prorsus, inquit, existimo; atque istum de superioribus pæne solum lego. Immo plane, inquam, Brute, legas censeo. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque literæ fecerunt. 126. Utinam non tam fratri pietatem, quam patriæ, præstare voluisset![u] quam ille facile tali ingenio, diutius si vixisset, vel paternam esset, vel avitam[b] gloriam consecutus! Eloquentia quidem nescio

[q] *Loci communes pueriliter tractati.*
[r] *Nondum assuetis præstantiori dicendi generi.* [s] *Cum diutius vixerit.*
[t] *Habemus in manibus opera C. Gracchi.*
[u] *Utinam maluisset pius esse in patriam quam in fratrem, cujus necem ulcisci cupiebat.*



Cf. § 315.—5 ‘Schutz. conj. *multum*, per se probabiliter, ut fere § 128. et recepit Ellendt. sed non convenit cum seqq. *et illustria;* quocirca hæc temere delevit Ellendt. in ed. 3. Schutzius vero in ed. 2. de Schneideri conjectura dedit *et illustrium in numero.*’ Orell. *et illustris* Venet. et Nor.
CAP. XXXIII. 1 Codd. aliquot et edd. vett. Nor. Omnib. Victor. Camer.

NOTÆ

[a] *C. Gracchus*] Tam virtutibus omnibus quam dominandi cupiditate fratri similis, ingenio etiam eloquentiaque longe præstantior. Summa animi quiete civitatis princeps esse poterat: verum aut adipiscendæ regiæ potestatis, aut fraternæ necis ulciscendæ studio incensus, fratris vestigiis institit: tribunatum plebis obtinuit anno U. C. 631. ante Christum 123. iterumque anno consequenti, conciliato variis artibus populo, tribunus est renuntiatus. Repulsam in tertii tribunatus petitione passus, cum vim armis pararet, ab Opimio consule oppressus est anno U. C. 633. ante Christum 121. Plutarchus in Gracchis, Velleius lib. II. Appianus, &c.

[b] *Vel paternam esset, vel avitam*] C. Gracchi pater Ti. Sempronius Gracchus amplissimis magistratibus func-

an habuisset parem neminem: grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis: manus extrema non accessit operibus ejus:[2] præclare inchoata multa, perfecta non plane. [*p.* 176.] Legendus, inquam, est hic orator, Brute, si quisquam alius, juventuti: non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest.

127. Huic successit ætati[3] C. Galba,[v] [c] Servii illius eloquentissimi viri filius, P. Crassi[w] eloquentis et jurisperiti gener. Laudabant hunc patres nostri, favebant etiam propter patris memoriam, sed cecidit in cursu. Nam rogatione Mamilia,[4] [d] Jugurthinæ[e] conjurationis invidia, cum pro sese ipse dixisset, oppressus est. Extat ejus peroratio, qui epilogus dicitur; qui tanto in honore, pueris nobis, erat, ut eum etiam edisceremus.[5] Hic, qui in collegio sacerdotum esset, primus post Romam conditam judicio publico est condemnatus. XXXIV. 128. P. Scipio,[f] qui

[v] *Post Gracchi, &c. tempora floruere C. Galba, &c.*
[w] *P. Licinii Crassi Muciani.*



aut uberiorem.—2 Voc. *ejus* deest in Guelf. 1. et Schutz.—3 Purgoldus conj. *ætate.* Actutum, *P. Galba* Nor. margo Crat. et Lamb.—4 Ita Corrad. Lamb. Schutz. Orell. *Manilia* Ald. Junt. Manut. Grut.—5 Grut. *disceremus;* Nor. *ut etiam edisceremus,* omisso *eum.*

NOTÆ

tus de Celtiberis triumpharat anno U. C. 576. ante Christum 178. Postea bis consul, semel censor fuerat. Avus autem T. Sempronius item bis consul, rebus contra Hannibalem feliciter gestis, fraude Lucani hospitis ab hostibus cæsus est.

[c] *C. Galba*] C. Sulpicius Galba quæstor anno U. C. 634. ante Christum 120. sacerdotum primus publico judicio damnatus est lege Mamilia, ut conjurationis Jugurthinæ reus, anno U. C. 644. ante Christum 110. Sallustius in Jugurth.

[d] *Rogatione Mamilia*] *Manilia* perperam legitur. C. Mamilius tribunus plebis legem tulit, uti quæreretur in eos, quorum consilio Jugurtha senatus decreta neglexisset, quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent; item qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Sallustius in Jugurth.

[e] *Jugurthinæ*] Jugurtha filius fratris Micipsæ regis Numidarum, ut solus regno potiretur, Micipsæ filios insidiis interfecit. Atrocitate rei commoti Romani bellum indicunt Jugurthæ, qui tandem captus ac ductus per triumphum a Mario, in carcerem detrusus ac fame necatus est. Sallustius, Plutarchus in Mario, &c.

[f] *P. Scipio*] P. Cornelius Scipio

est in consulatu mortuus, non multum ille quidem, nec sæpe dicebat, sed et Latine loquendo cuivis erat par, et omnes sale facetiisque superabat: ejus collega L. Bestia [g] bonis initiis orsus tribunatus, (nam P. Popillium vi C. Gracchi expulsum sua rogatione [x] restituit,) vir et acer, et non indisertus, tristes exitus habuit [1] consulatus: nam invidiosa lege Mamilia [quæstio] [2] C. Galbam sacerdotem, et quatuor consulares, L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum, civemque præstantissimum L. Opimium, Gracchi interfectorem, a populo absolutum, cum is contra populi studium stetisset,[y] Gracchani judices sustulerunt.[z] 129. Hujus [a] dissimilis in tribunatu, reliquaque omni vita, civis improbus C. Licinius Nerva [h] non indisertus fuit. C. Fimbria [i] temporibus iisdem fere, sed longius ætate provectus, habitus est sane (ut ita dicam) luculentus [j] patronus,[3] asper,

[x] *Lege.* [y] *Cum pro optimatibus et senatu contra populum stetisset.*
[z] *Damnarunt.* [a] *L. Bestiæ.*



Cap. xxxiv. 1 Guelf. 1. 2. Lamb. et Schutz. *tristes habuit exitus.* 'Ceterum Ellendt. sine causa suspecta habet verba *tribunatus* et *consulatus.*' Orell.—2 Ald. Manut. Schutz. *Mamilia quæstione;* Nor. Junt. Crat. Grut. *Mamilia quæstio.* Voc. *quæstio* delerunt Lamb. et Lallem. 'Sed rectissime se habet lectio Aldina.' *de quæstione* conj. Schneider.—3 Ita codd. edd. vett. Ald.

NOTÆ

Nasica in magistratu mortuus, et L. Calpurnius Piso Bestia consules anno U. C. 643. ante Christum 111.

[g] *L. Bestia*] An potius, ut in marmoribus Capitolinis legitur, *Bestea* dicendum? In quo, teste Sallustio, 'multæ bonæque artes animi et corporis erant, quas omnes avaritia præpediebat: patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissimus contra pericula et insidias.' Tribunus plebis anno U. C. 633. ante Christum 121. bonis initiis orsus est, quippe qui P. Popillium consularem, lege C. Gracchi ante biennium ex urbe ejectum, rogatione sua revocavit: tristes habuit exitus consulatus, qui eo functus condemnatus est, quod consul per legatos Jugurthæ pecunia corruptus pacem cum hoste flagitiosam, a Pop. Romano improbatam, inconsulto senatu fecisset. Sallustius, &c.

[h] *C. Licinius Nerva*] Videtur tribunatum gessisse anno U. C. 633. ante Christum 121. et Gracchi factioni adhæsisse. Prætor fuit an. U. C. 638. ante Christum 116.

[i] *C. Fimbria*] C. Flavius Fimbria consul anno U. C. 650. ante Christum 104. septemdecim annis elapsis, cum Marius exul in urbem revertisset, occisus est.

[j] (*Ut ita dicam*) *luculentus*] Quoties ante præmunit Cicero, toties signi est eum vel durum verbum mollire velle, vel insolens et parum tritum notare, vel illius loci minus proprium

maledicus, genere toto paulo fervidior, atque commotior: diligentia tamen, et virtute animi, atque vita, bonus auctor in senatu. Idem tolerabilis patronus,[4] nec rudis in jure civili, et cum virtute, tum etiam ipso orationis genere liber: cujus orationes pueri legebamus, quas jam reperire vix possumus. 130. Atque etiam ingenio, et sermone eleganti, valetudine incommoda, C. Sextius Calvinus[k] fuit: qui etsi, cum remiserant dolores pedum,[b] non deerat in causis, tamen id non sæpe faciebat. Itaque consilio ejus, cum volebant, homines utebantur; patrocinio, cum licebat.[c] Iisdem temporibus M. Brutus,[l] in quo magnum fuit, Brute, dedecus[5] generi vestro, qui, cum tanto nomine esset, patremque optimum virum habuisset et juris peritissimum, accusationem factitaverit,[d] ut Athenis Lycurgus:[e] is magistratus non petivit, sed fuit accusator vehemens, et molestus, ut facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatæ voluntatis. 131. Atque eodem tempore accusator de plebe L. Cæsulenus[m] fuit,[6]

[b] *Cum leviores facti erant dolores podagræ.*
[c] *Cum poterat causas orare Sextius.*
[d] *Vixerit quæstu calumniæ.*
[e] *Qui præcipuam in accusando operam ponebat.*

Junt. Crat. Manut. Lamb. *truculentus*, omisso *patronus*, e conjectura Ernesti receperunt Ellendt. et Orell. *truculentus accusatori* conj. Schutz.—4 Hæc verba *tolerabilis patronus* suspecta sunt Grutero.—5 Ita Junt. Crat. Manut. Lamb. *vulnus* ed. Rom. et Schutz. *genus* codd. *decus* Nor. *dedecus inustum generi* conj. Lamb.—6 Ita Nor. margo Crat. Lamb. Grut. Schutz. Orell. *Cæsidenus fuit* Junt. Crat. Camer. Manut. Mox *lege Aquilia* Ald. Junt. Manut.

NOTÆ

quasi excusare. At minus ne proprie luculentus patronus dicitur, quam luculentus scriptor, quod non semel Cicero dixit. Vavassori, libello de vi et usu quorundam verborum, suspectus est iste locus errati; eoque magis, quod statim post idem Fimbria, quem hic luculentum patronum appellat, tolerabilis patronus fuisse dicatur.

[k] *C. Sextius Calvinus*] Quæstor anno U. C. 644. ante Christum 110. Duodecimo post anno Macedoniam prætor obtinuit.

[l] *M. Brutus*] De quo jam nonnihil dictum lib. II. de Orat. § 223. &c. ubi qualis sit ille Brutus graphice describit.

[m] *L. Cæsulenus*] Vir obscuri nominis et ex infima plebe, vixit anno U. C. 650. ante Christum 104.

quem ego audivi jam senem, cum ab L. Sabellio mulctam lege Aquillia[f] [n] de justitia[o] petivisset. Non fecissem hominis pæne infimi mentionem, nisi judicarem, qui suspiciosius aut criminosius diceret, audivisse[7] me neminem.[g] XXXV. Doctus etiam Græcis[h] T. Albucius,[p] vel potius, pæne Græcus: loquor, ut opinor: sed licet ex orationibus judicare. Fuit autem Athenis adolescens, perfectus Epicureus evaserat, minime aptum[q] ad dicendum genus.[i]

132. Jam Q. Catulus,[1] [r] non antiquo illo more, sed hoc nostro (nisi quid fieri potest perfectius) eruditus: multæ literæ, summa non vitæ solum, atque naturæ, sed orationis etiam comitas, incorrupta quædam Latini sermonis integritas: quæ perspici cum ex orationibus ejus potest, tum facillime ex eo libro, quem de consulatu et de rebus gestis suis conscriptum molli et Xenophonteo genere sermonis, misit ad A. Furium[s] poëtam, familiarem suum: qui liber nihilo notior est, quam illi tres, de quibus ante dixi, Scauri libri. 133. Tum Brutus, Mihi quidem[2] nec iste notus est,

[f] *Pœnam decretam lege Aquillia.*
[g] *Qui dicendo plures afferret suspiciones, aut crimina magis exaggeraret.*
[h] *Literis.* [i] *Epicurea disserendi ratio non est apta ad eloquentiam.*

Lamb. Schutz. et Orell. Tum *damni injuria petivisset* Orell. de conjectura Hotomanni, probante Chiffletio in Thesauro Juris Rom. tom. v. p. 873. *de injuria petivissent* Manut. Lamb. Schutz.—7 Nor. *audisse.*

CAP. XXXV. 1 *Jamque Q. Catulus* Nor. Omn. Ald. Junt. Crat. Lamb.—2 'Post

NOTÆ

[n] *Lege Aquillia*] L. Aquillius Gallus tribunus plebis anno U. C. 573. ante Christum 181. Aquilliam legem tulit de damno injuria dato.

[o] *Justitia*] An *injuria* potius legendum, ut nonnullis eruditis placet.

[p] *T. Albucius*] Eques Romanus admodum levis, et morum peregrinitate odiosus, Sardiniam prætor obtinuit anno U. C. 649. ante Christum 105. Cum sibi, non expectato senatus judicio, triumphum arrogasset homo vanissimus, ejus temeritas supplicatione denegata notata est. Cicero Orat. de Prov. Consul.

[q] *Minime aptum*] Epicurus enim orationis ornamenta a Platone et aliis adhiberi solita negligebat.

[r] *Q. Catulus*] Q. Lutatius Catulus consul anno U. C. 652. ante Christum 102. consequenti de Cimbris triumphavit. De ejus morte alibi dictum lib. III. de Orat. § 9.

[s] *A. Furium*] A. Furius Antias poëta Latinus annis ante Christum centum floruit; ex cujus operibus non pauca decerpsisse Virgilium ostendit Macrobius Saturnalium lib. VI. cap. 1.

nec illi: sed hæc mea culpa est; nunquam enim in manus inciderunt. Nunc autem et a te sumam, et conquiram ista posthac curiosius. Fuit igitur in Catulo sermo Latinus; quæ laus dicendi[3] non mediocris, ab oratoribus plerisque neglecta est: nam de sono vocis, et suavitate appellandarum[j] literarum, quoniam filium[t] cognovisti, noli expectare quid dicam: quanquam filius quidem non fuit in oratorum numero; sed non deerat ei tamen in sententia dicenda cum prudentia, tum elegans quoddam et eruditum orationis genus. 134. Nec habitus est tamen pater ipse Catulus princeps[k] in numero patronorum: sed erat talis, ut, cum quosdam audires,[4] qui tum erant præstantes, videretur esse inferior: cum autem ipsum audires sine comparatione, non modo contentus[5] esses, sed melius non quæreres. 135. Q. Metellus[u] Numidicus, et ejus collega M. Silanus,[v] dicebant de republica quod esset illis viris et consulari dignitati satis.[l] M. Aurelius Scaurus[w] non sæpe dicebat, sed polite: Latine vero inprimis est eleganter locutus. Quæ laus eadem in A. Albino[x] bene loquendi fuit. Nam flamen Albinus etiam in numero est habitus disertorum. Q.

[j] *Pronuntiandarum.* [k] *Præstantissimus.*
[l] *Eo modo quo decebat tantos viros et dignitatem consularem.*

quidem inserunt multi codd. *inquit.*' Le Clerc. Mox, *sed nec mea culpa est* Ald. Manut. Lamb. Schutz. probante Rivio.—3 Editio Romana *in dicendo;* quam lectionem receperunt Lamb. et Schutz. probante eodem Rivio.—4 ' Optime Schneiderus in Ep. ad Langerum correxit, *ut, si cum iis audires.*' Schutz. *cum is quosdam audires* Guelf. 1.—5 Lamb. *eo contentus.*

NOTÆ

[t] *Filium*] Q. scilicet Lutatium Catulum consulem anno U. C. 676. ante Christum 78. et censorem anno 689. ante Christum 65.

[u] *Q. Metellus*] Q. Cæcil. Metellus an. U. C. 645. ante Christum 109. et M. Silanus consules collegæ renuntiati sunt. Metellus, fracto, et prœliis commissis, et urbibus expugnatis Jugurtha, Numidiæ rege in Africa, Numidici cognomentum adeptus est. Sallustius, Paterculus, &c.

[v] *M. Silanus*] M. Junius Silanus in consulatu Metelli collega, rem adversus Cimbros infeliciter gessit. Primus Silanorum consul creatus est. Livius lib. LXV. &c.

[w] *M. Aurelius Scaurus*] Consulatum gessit anno U. C. 646. ante Christum 108.

[x] *A. Albino*] A. Posthumio Albino consule anno U. C. 655. ante Christum 99.

etiam Cæpio,[y] vir acer, et fortis, cui fortuna belli, crimini; invidia populi, calamitati fuit. XXXVI. 136. Tum etiam C. et L. Memmii[z] fuerunt oratores mediocres, accusatores acres, atque acerbi: itaque in judicium capitis multos vocaverunt, pro reis non sæpe dixerunt. Sp. Thorius[a] satis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitiosa et inutili lege, vectigali levavit.[m] M. Marcellus,[b] Æsernini pater, non ille quidem in patronis, sed et in promtis[1] tamen, et non inexercitatis ad dicendum, fuit, ut filius ejus, P. Lentulus. 137. L. etiam Cotta,[c] prætorius, in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude processerat, sed de industria, cum verbis, tum etiam ipso sono quasi subrustico, prosequebatur[2] atque imitabatur antiquitatem.

Atque ego et in hoc ipso Cotta, et in aliis pluribus, intelligo, me non ita disertos homines et retulisse in oratorum numerum, et relaturum. [*p.* 177.] Est enim propositum colligere eos, qui hoc munere in civitate functi sint,[3] ut tenerent oratorum locum: quorum quidem quæ fuerit ascensio,[n] et quam in omnibus rebus difficilis optimi per-

[m] *Inutili et mala lege lata imminuit vectigalia, quæ publicus ager pendere debebat.*
[n] *Quasi per gradus progressio.*

Cap. XXXVI. 1 Schutzius e conjectura sua dedit, *in magnis patronis, sed in promtis.* Particulam *et* omittunt etiam Nor. et Omnib.—2 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Grut. Ellendt. *subsequebatur* Guelf. 1. et Schutz. in ed. maj. *persequebatur* Guelf. 2. Manut. Lamb. Schutz. in ed. min. et Orell.—3 Nor. et Schutz. *functi sunt.* Mox, pro *ascensio,* quod exhibent Riv. Manut. Lamb.

NOTÆ

[y] *Q. Cæpio*] De quo lib. I. ad Herenn. § 24.

[z] *C. et L. Memmii*] C. Memmius Gallus tribunus plebis anno U. C. 643. ante Christum 111. Jugurtham reum pro concione fecit. Sallustius. L. Memmius eundem magistratum gessit quatuor post annis.

[a] *Sp. Thorius*] Consule lib. II. de Orat. § 284. Hujus autem lex inutilis hic dicitur, quia cum pecuniam ex vectigalibus quæsitam plebi viritim divideret, publicum ærarium fraudabat.

[b] *M. Marcellus*] M. Claudius Marcellus, pater M. Claudii Marcelli Æsernini, et P. Cornelii Lentuli Marcellini, qui ex adoptione nomen habuit.

[c] *L. Cotta*] L. Aurelius Cotta quæstor anno U. C. 654. ante Christum 100. octavo post anno prætor.

fectio, atque absolutio, ex eo, quod dicam, existimari potest. 138. Quam multi enim jam oratores commemorati sunt, et quamdiu in eorum enumeratione versamur, cum tamen spisse, atque vix,[o] ut dudum ad Demosthenem et Hyperidem, sic nunc ad Antonium Crassumque pervenimus![4] Nam ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos, et in his primum cum Græcorum gloria Latine dicendi copiam æquatam. XXXVII. 139. Omnia veniebant Antonio[d] in mentem;[p] eaque suo quæque loco,[q] ubi plurimum proficere et valere possent: ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura; sic ab illo in maxime opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio: imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur; sed ita erat paratus, ut judices, illo dicente, nonnunquam viderentur non satis[1] parati ad cavendum fuisse. 140. Verba ipsa, non illa quidem elegantissimo sermone;[r] itaque diligenter loquendi laude caruit: neque tamen est admodum inquinate[s] locutus: sed illa, quæ proprie[2] laus oratoris est, in verbis:[t] (nam ipsum Latine loqui, est illud quidem, ut paulo ante dixi, in magna laude ponendum; sed non tam sua sponte, quam quod est a plerisque neglectum:[u] non enim tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire: neque tam id mihi oratoris boni, quam civis Romani proprium videtur:) sed tamen Antonius in verbis et eligendis, (neque id ipsum tam leporis

[o] *Tarde et difficulter.* [p] *Quia erat summa perspicacia præditus.*
[q] *Quia præstanti judicio valebat.*
[r] *Dictio quam adhibebat non erat elegantissima.* [s] *Negligenter.*
[t] *Sed illa laude non caruit quam proprie merentur oratores in usurpandis verbis quæ ars sua exigit, aptis scilicet et selectis.*
[u] *Non tam per se laudabile est, quam quod est rarum et a plerisque neglectum.*

Grut. Schutz. Orell. *assensio* legitur in Nor. Junt. et Crat.—4 Guelf. 1. *perveniamus.*

Cap. XXXVII. 1 Cod. ψ, *viderentur satis*, omisso *non.*—2 Lamb. *propria.* Actutum, *laus orationis* ψ. Deinde, *in verbis* delendum censet Ellendt.—

NOTÆ

[d] *Antonio*] De quo plurima passim in libris de Orat. Consule lib. I. de Orat. § 24. et lib. III. § 10.

causa, quam ponderis,[v]) et collocandis, et comprehensione[3] devinciendis,[w] nihil non ad rationem, et tanquam ad artem dirigebat: verum multo magis hoc idem in sententiarum ornamentis et conformationibus.[x] 141. Quo genere quia[4] præstat omnibus Demosthenes, idcirco a doctis oratorum est princeps judicatus: σχήματα[e] enim quæ vocant Græci, ea maxime ornant oratorem;[5] eaque non tam in verbis pingendis[y] habent pondus, quam in illuminandis sententiis. XXXVIII. Sed cum hæc magna in Antonio, tum actio singularis: quæ si partienda est in gestum atque vocem; gestus erat non verba exprimens, sed cum sententiis congruens: manus, humeri, latera, supplosio pedis,[f] status, incessus, omnisque motus cum verbis[1] sententiisque consentiens; vox permanens,[z] verum subrauca natura. Sed hoc vitium huic uni in bonum convertebat.[a][2] 142. Habebat[b] enim flebile quiddam in questionibus,[c][3] aptumque cum ad fidem faciendam, tum ad misericordiam commovendam; ut verum videretur in hoc illud, quod Demosthenem ferunt ei, qui quæsivisset, quid primum esset in dicendo, actionem; quid secundum, idem, et idem tertium, respondisse.

[v] *Neque tam ad delectandum quam ad permovendum.*
[w] *Periodo illigandis.* [x] *Hoc idem faciebat in sententiarum figuris.*
[y] *Ornandis.* [z] *Firma.* [a] *Vertebatur.*
[b] *Ipsa vocis raucitas.* [c] *In rerum capitalium judiciis.*

3 Guelf. 1. 2. Nor. et margo Crat. *compressione.*—4 *Quo genere qui* ψ.—5 Lamb. conj. *ornant orationem.* '*Minime* vero est in multis edd. ut ait Schutzius.' *Orell.*

Cap. xxxviii. 1 Schutz. *cum rebus;* idem Schutz. conj. *gestus erat non verba exprimens, sed cum sententiis congruens; vox permanens, verum subrauca natura;* Ellendt. suspic. *gestus erat n. v. expr., sed manus h. l. s. p. st. i. o. m. cum rebus sententiisque congruens.*—2 Ita unus Oxon. Nor. Junt. Crat. Grut. *convertebatur* Manut. *vertebat* Lamb.—3 Ita omnes codd. et edd. præter Lamb. ubi de conjectura editum *conquestionibus.* 'Scriptum erat per compendium *cquestionibus.* Sic Orat. § 135. codex Turic. Quintil. itidem pro *conquestionis* habet *questionis.* Verbum *questio* non habent nec Nizolius, nec Forcell. nec

NOTÆ

[e] Σχήματα] Quas Fabius et recentiores figuras appellavere, dicuntur a Tullio orationis conformationes, habitus, formæ, lumina, flores, stellæ, et Græce σχήματα.

[f] *Supplosio pedis*] Debet esse rarior: decet vehementer commotos, ipsaque auditorem movet.

Nulla res magis penetrat in animos, eosque fingit,[4] format, flectit: talesque oratores videri facit, quales ipsi se videri volunt.[d]

143. Huic alii parem esse dicebant, alii anteponebant[5] L. Crassum.[g] Illud quidem certe omnes ita judicabant, neminem esse, qui, horum alterutro patrono, cujusquam ingenium requireret.[e] Equidem, quanquam Antonio tantum tribuo, quantum supra dixi, tamen Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. Erat summa gravitas: erat cum gravitate junctus facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis,[f] lepos: Latine loquendi accurata, et sine molestia[g] diligens elegantia: in disserendo mira explicatio: cum de jure civili, cum de æquo et bono disputaretur, argumentorum et similitudinum copia. XXXIX. 144. Nam, ut Antonius, conjectura movenda, aut sedanda[1] suspicione aut excitanda, incredibilem vim habebat; sic in interpretando, in definiendo, in explicanda æquitate, nihil erat Crasso copiosius: idque cum sæpe alias, tum apud centumviros in M' Curii causa[h] cognitum est. 145. Ita enim multa tum contra scriptum pro æquo et bono dixit, ut hominem acutissimum, Q. Scævolam, et in jure, in quo[2] illa causa vertebatur, paratissimum, obrueret argumentorum exemplo-

[d] *Summos scilicet.*

[e] *Qui cum alterutrum, sive Antonium, sive Crassum, patronum haberet, ad aliquem alium confugeret.*

[f] *Mimicus.* [g] *Sine affectatione.*

Schutz. Lex. Cic. nec omnino agnoscenda est.' *Orell.*—4 Purgoldus conjectabat *eosque tangit.* Statim, pro *format,* unus Oxon. habet *firmat.* Mox, Ernestius malit *videri velint.*—5 *Huic a. partem e. d. a. interponebant* ψ.

Cap. XXXIX. 1 Ita codd. et edd. ante Schutz. qui de conjectura sua legit, *in conjectura movenda, et in sedanda;* Ellendt. dedit *conjectura movenda, et sedanda,* etsi probat *aut sedanda.* Mox, Ernesti conj. *et excitanda.* 'Hæc conjectura nequaquam recepta a Schutzio, etsi hoc dicit Ellendt.' *Orell.*—2 Lamb. *et in jure, quo.* Mox, *causa versabatur* codd. Reg. ap. Lallem. Venet. Nor. Deinde, pro *paratissimum,* Lamb. et al. ap. Schutz. habent *peri-*

NOTÆ

[g] *L. Crassum*] Cujus laudes mirifice extollit Tullius in libris de Oratore. Vide lib. I. § 24. et lib. III. § 6.

[h] *In M' Curii causa*] De qua in notis ad lib I. de Orat. § 80. De Scævola autem lib. I. de Orat. § 24. et lib. III. de Orat. § 10.

rumque copia: atque ita tum ab his patronis æqualibus, etiam[3] consularibus, causa illa dicta est, cum uterque ex contraria parte jus civile defenderet,[4] ut eloquentium jurisperitissimus Crassus, jurisperitorum eloquentissimus Scævola putaretur: qui quidem cum peracutus esset ad excogitandum, quid in jure, aut in æquo verum aut esset, aut non esset, tum verbis erat ad rem cum summa brevitate mirabiliter aptus. 146. Quare sit nobis[h][5] orator in hoc interpretandi, explanandique, et disserendi genere mirabilis, sic ut simile nihil viderim: in augendo, in ornando, in refellendo magis existimator metuendus, quam admirandus orator.[i] Verum ad Crassum revertamur. XL. 147. Tum Brutus, Etsi satis, inquit, mihi videbar habere cognitum Scævolam ex iis rebus, quas audiebam sæpe ex C. Rutilio, quo utebatur propter familiaritatem Scævolæ nostri,[1] tamen ista mihi ejus dicendi tanta laus, nota non erat. Itaque cepi voluptatem, tam ornatum virum, tamque excellens ingenium fuisse in nostra republica. 148. Hic ego, Noli, inquam, Brute, existimare, his duobus quicquam fuisse in nostra civitate præstantius: nam, ut paulo ante dixi, consultorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum[j] fuisse; sic in reliquis rebus ita dissimiles erant inter sese, statuere ut tamen non posses, utrius te malles similiorem. Crassus erat elegantium parcissimus, Scævola parcorum elegantissimus. Crassus in summa comitate habebat etiam severitatis satis, Scævolæ multa in severitate non deerat tamen comitas. 149. Licet omnia hoc modo; sed vereor,[k]

[h] *Scævola habeatur a nobis.*
[i] *Artis eloquentiæ peritus judex magis timendus, quam orator admirabilis.*
[j] *Alterum jurisconsultorum eloquentissimum, alterum eloquentium jurisconsultissimum.*
[k] *Etsi hæc omnia vera sunt, tamen timeo, &c.*

tissimam.—3 Ita omnes codd. et edd. præter Orell. ubi legitur divisim *et jam.*—4 Nor. *jus civile ex contraria parte defenderet.*—5 *Quare fuit nobis* Schutz. de conjectura. Mox, *explicandique* Omnib. *explanandi edisserendi genere* Guelf. 1. 2. *explicandi edisserendi genere* Nor.

CAP. XL. 1 ' Locus corruptus. *Rutilio: qua utebatur pater, familiaritatem Scævolæ nosti* conj. Arnold. *Rutilio: qui qua utebatur familiaritate Scævolæ, nosti* susp. Ellendt. Si Corrado fides, *nostri* a quibusdam omittitur, unde mihi in mentem venit, *Rutilio, quo utebar propter familiaritatem avunculi, tamen,*

ne fingi videantur hæc, ut dicantur[2] a me quodam modo;[3] res se tamen sic habet. Cum omnis virtus sit, ut vestra,[4] Brute, vetus Academia[i] dixit, mediocritas; [p. 178.] uterque horum medium quiddam volebat sequi: sed ita cadebat,[j] ut alter ex alterius laude partem, uterque autem suam totam haberet. 150. Tum Brutus, Cum ex tua oratione mihi videor, inquit, bene Crassum et Scævolam cognovisse, tum de te et de Ser. Sulpicio[k] cogitans, esse quandam vobis cum illis similitudinem judico. Quonam, inquam, istuc modo? Quia mihi et tu videris, inquit, tantum juris civilis scire voluisse, quantum satis esset oratori; et Servius eloquentiæ tantum assumsisse, ut jus civile facile possit tueri:[5] ætatesque vestræ, ut illorum, nihil, aut non fere multum differunt. XLI. 151. Et ego, De me, inquam, dicere nihil est necesse: de Servio autem et tu probe dicis, et ego dicam, quod sentio. Non enim facile quem dixe-

i. e. quem ego subinde visebam, quia familiaris fuerat avunculi mei, Catonis.' *Orell.*—2 Codex unus ap. Grut. *ni dicantur.*—3 Ita Guelf. 1. 2. Manut. Schutz. Orell. *quodammodo* junctim Ald. Junt. Lamb. *commode* Buttman. Vid. Walch. Emend. Liv. p. 48. *quodammodo res, sed tamen sic se habet* ψ.—4 Guelf. 1. 2. *ut nostra.*—5 Margo ed. 1584. et Ellendt. *posset tueri.*

NOTÆ

[i] *Vetus Academia*] De vetere, media, et nova Academia vide notas in lib. I. de Orat. § 9.

[j] *Sed ita cadebat*] Hæc est hujus loci sententia. Virtus in mediocritate posita est. Crassus itaque et Scævola, eximii virtutis amatores, medium quiddam inter severitatem et comitatem sequi volebant. In severitatem magis Scævola, in comitatem magis propendebat Crassus: sed ita tamen, ut severitatem suam Crassi comitate leniret Scævola, et Crassus comitatem sibi propriam Scævolæ severitate temperaret. Uterque singulari laude dignus, cum alter ab altero virtutis partem decerpere, et suam integram servare videretur.

[k] *Ser. Sulpicio*] Ser. Sulpicius Rufus, consul anno U.C. 703. ante Christum 51. 'cum in causis orandis primum locum, aut pro certo post M. Tullium obtineret, traditur ad consulendum Q. Mucium de re amici sui pervenisse; cumque eum sibi respondentem de jure Servius parum intellexisset, iterum Quintum interrogasse, et a Q. Mucio responsum esse, nec tamen percepisse; et ita objurgatum esse a Q. Mucio. Namque eum dixisse, turpe esse patricio et nobili et causas oranti, jus in quo versaretur ignorare: ea veluti contumelia Servius tractatus, operam dedit juri civili . . . Cum in legatione periisset, statuam ei pop. Rom. pro rostris posuit . . . Reliquit autem prope centum et octoginta libros.' Pomponius de Origine Juris.

rim[1] plus studii, quam illum, et ad dicendum, et ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse: nam et in iisdem exercitationibus, ineunte ætate, fuimus; et postea una Rhodum[2] ille etiam profectus est, quo melior esset et doctior: et, inde ut rediit, videtur mihi in secunda arte[l] primus esse maluisse, quam in prima[m] secundus. Atque haud scio, an par principibus esse potuisset:[n] sed fortasse maluit, id quod est adeptus, longe omnium, non ejusdem modo ætatis, sed eorum etiam, qui fuissent, in jure civili esse princeps. 152. Hic Brutus, Ain' tu?[o] inquit: etiamne Q. Scævolæ Servium nostrum anteponis? Sic enim, inquam, Brute, existimo, juris civilis magnum usum et apud Scævolam, et apud multos fuisse; artem,[p] in hoc uno:[q] quod nunquam effecisset ipsius juris scientia, nisi eam præterea didicisset artem,[r] quæ doceret rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando; ambigua[3] primum videre, deinde distinguere; postremo habere regulam, qua vera et falsa judicarentur,[s] et quæ, quibus positis,[4] essent, quæque non essent consequentia. 153. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam,[5] quasi lucem, ad ea, quæ confuse ab aliis aut respondebantur, aut agebantur. XLII. Dialecticam mihi videris dicere, inquit.[1] Recte, inquam, intelligis: sed adjunxit etiam et[2] literarum scientiam,[t] et loquendi elegantiam, quæ ex scriptis[1] ejus, quorum similia nulla

[l] *In scientia juris civilis.* [m] *In bene dicendi scientia.*
[n] *Fortasse æqualis esse potuisset primis oratoribus.*
[o] *Itane vero hoc dicis?* [p] *Juris civilis.* [q] *Servio Sulpicio.*
[r] *Ex notitia juris nunquam Servius juris ipsius artem assecutus esset, nisi præterea aliam artem didicisset, nempe dialecticam.*
[s] *Et regulam qua cognosceretur bona et mala conclusio.*
[t] *Politioris literaturæ cognitionem.*

CAP. XLI. 1 Lamb. *quenquam dixeris.*—2 Ita Nor. Lamb. et recentt. *Rhodum una* Ald. Junt. Manut. Mox, *et quo melior* ψ.—3 Idem codex, Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. *ambiguam*, probante Wetzelio.—4 Ita codd. ap. Lamb. et Grut. *quibus propositis* Guelf. 1. 2. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. et Gothofr.—5 '*Artium magistram*] Sic edidi pro vulg. *maximam.* Heusingerus sic interpungebat, *artem, omnium artium maximam quasi lucem.*' Schutz.

NOTÆ

[1] *Ex scriptis*] Quæ omnia vel injuria temporum, vel majorum incuria

sunt, facillime perspici potest. 154. Cumque discendi causa duobus peritissimis[3] operam dedisset,[u] L. Lucilio Balbo,[m] C. Aquillio Gallo;[n] Galli, hominis acuti et exercitati, promtam et paratam in agendo et in respondendo celeritatem subtilitate diligentiaque superavit: Balbi, docti et eruditi hominis, in utraque re consideratam tarditatem vicit, expediendis conficiendisque rebus; sic et habet, quod uterque eorum habuit, et explevit, quod utrique defuit. 155. Itaque, ut Crassus mihi videtur sapientius fecisse, quam Scævola; (hic enim causas studiose recipiebat,[v] in quibus a Crasso superabatur; ille se consuli nolebat,[w][4] ne qua in re inferior esset, quam Scævola) sic Servius sapientissime. Cum enim duæ civiles artes ac forenses[x] plurimum et laudis haberent et gratiæ; perfecit, ut altera[y] præstaret omnibus, ex altera[z] tantum assumeret, quantum esset, et ad tuendum jus civile, et ad obtinendam consularem dignitatem, satis. 156. Tum Brutus, Ita prorsus, inquit, et antea[5] putabam. Audivi enim nuper eum studiose et frequenter Sami,[o] cum ex eo jus nostrum pontificium,[a]

[u] *Discipulum se tradidisset.*
[v] *Scævola suscipiebat causas perorandas.*
[w] *Crassus nolebat consultoribus de jure respondere.*
[x] *Scientia juris civilis et scientia bene dicendi.*
[y] *Juris civilis cognitione.* [z] *Eloquentia.*
[a] *Quod pertinet ad nos augures.*

Cap. xlii. 1 Guelf. 1. 2. *inquit dicere.*—2 Crat. *sed adjunxit et,* omisso *etiam,* improbante Rivio.—3 Ita Lamb. Grut. Orell. *dicendi causa duobus peritissimis* unus Oxon. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. *juris discendi causa duobus peritissimis* Schutz. de conjectura; *discendi causa duobus jure peritissimis* conj. Purgold. Mox, *L. Lucillio Balbo et C. Aquillio* Lamb. *Aquilio* Nor. Junt. Man. 'Utramque scripturam præbent lapides.' *Orell.*—4 Ita Crat. Camer. Grut. Schutz. Orell. *volebat* Manut. et Lamb. Mox, Guelf. 1. 2. et Schutz. in ed. maj. *sic Servius sapientissime, cum duæ, &c.*—5 Ellendt. *inquit, etiam*

NOTÆ

periere, præter epistolas duas perelegantes, quæ libro quarto Epist. Ciceronis ad Fam. reperiuntur.

[m] *L. Lucilio Balbo*] Mucii auditore, ut tradit Pomponius. Floruit annis ante Christum 71.

[n] *C. Aquillio Gallo*] Mucii item discipulo equite Romano, quem amplissimis laudibus passim, sed potissimum in Oratione pro A. Cæcina Tullius extollit, et vocat collegam suum, quia simul præturam gessere anno U. C. 687. ante Christum 67.

[o] *Sami*] Samos triplex est, ut ostendit Ortelius: hæc videtur esse Ionica.

qua ex parte cum jure civili conjunctum esset, vellem cognoscere, et nunc meum judicium, multo magis confirmo testimonio et judicio tuo : simul illud gaudeo, quod et æqualitas vestra, et pares honorum gradus,[p] et artium studiorumque[q] quasi finitima vicinitas, tantum abest ab obtrectatione invidiaque,[b] quæ[6] solet lacerare plerosque, uti ea non modo non exulcerare[c] vestram gratiam, sed etiam conciliare[d] videatur: quali enim te erga illum perspicio, tali illum in te voluntate judicioque cognovi.[e] 157. Itaque doleo et illius[f] consilio, et tua voce populum Romanum carere tam diu :[r] quod cum per se dolendum est, tum multo magis consideranti, ad quos[s] ista,[g] non translata sint, sed nescio quo pacto devenerint. Hic Atticus, Dixeram, inquit, a principio, de republica ut sileremus : itaque faciamus: nam si isto modo volumus singulas res desiderare, non modo querendi,[7] sed ne lugendi quidem finem reperiemus. XLIII. 158. Pergamus ergo, inquam, ad reliqua, et institutum ordinem persequamur. Paratus igitur veniebat Crassus, expectabatur, audiebatur: a principio statim (quod erat apud eum semper accuratum) expectatione dignus videbatur: non multa jactatio corporis, non inclinatio vocis,

[b] *A concitanda mutua utriusque vestrum invidia.*
[c] *Imminuere.* [d] *Augere.*
[e] *Quantum, ut video, tu illum amas et æstimas, tantum vicissim te et amat et æstimat.*
[f] *Sulpicii.* [g] *Jus consilii dandi et publice dicendi.*

antea.—6 Ita ed. Rom. Schutz. et Orell. probante Rivio: *obtrectatione invidiæ, quæ* Nor. Ald. Junt. Crat. Grut. *obtrectatione et invidia, quæ* Manut. Mox, *ut ea non, &c.* Schutz.—7 Ita Mediol. Ald. Junt. Crat. Orell. *quærendi* Manut. Grut. Schutz. probante Heusinger.

NOTÆ

[p] *Pares honorum gradus*] Cicero et Sulpicius quæstura, ædilitate, prætura, et consulatu functi fuerant.

[q] *Studiorumque*] Inter eos qui artem eandem exercent, frequentior est invidia, quam benevolentia ; juxta illud Hesiodium, Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων· *Et figulus figulo infestus est, et fabro faber.*

[r] *Tam diu*] Anni jam quatuor erant, ex quo vox Tullii strepitu bellorum civilium oppressa in foro conticescebat.

[s] *Ad quos*] Cæsarianos vocat, penes quos, victo Pompeio, rerum summa erat.

nulla inambulatio, non crebra supplosio pedis: vehemens, et interdum irata, et plena justi doloris oratio: multæ et cum gravitate facetiæ: quodque difficile est, idem et perornatus, et perbrevis. 159. Jam in altercando [t] invenit parem neminem: versatus est in omni fere genere causarum: mature in locum principum oratorum venit. Accusavit [u] C. Carbonem, eloquentissimum hominem, admodum adolescens: summam ingenii non laudem modo, sed etiam admirationem est consecutus. 160. Defendit [v] postea Liciniam virginem, cum annos XXVII. natus esset: in ea ipsa causa fuit eloquentissimus, orationisque ejus scriptas quasdam partes reliquit. Voluit adolescens, in colonia Narbonensi [w] causæ popularis aliquid attingere, eamque coloniam, ut fecit, ipse deducere. Extat in eam legem senior, ut ita dicam, quam illa ætas ferebat, oratio. Multæ deinde causæ; sed ita tacitus [h] tribunatus,[x] ut, nisi in eo magistratu cœnavisset apud præconem Granium, idque nobis bis [1] narravisset Lucilius, tribunum plebis nesciremus fuisse. 161. Ita prorsus, inquit Brutus: sed ne de Scævolæ quidem tribunatu quicquam audivisse videor, et eum collegam Crassi credo fuisse. [*p.* 179.] Omnibus quidem aliis, inquam, in magistratibus,[2] sed tribunus [i] anno

[h] *Obscurus.* [i] *Crassus.*

CAP. XLIII. 1 Ita Ald. Junt. Norimb. Crat. Manut. *bis nobis* Schutzius et Orellius. *idque narravisset bis nobis Lucilius* Guelferb. 1. 2. *bis* deest in ed. Rom. et Lamb. probante Rivio.—2 Venet. Norimb. Mediol. *inquam,*

NOTÆ

[t] *Altercando*] Altercatio oratio brevis est atque concisa, quæ intentione aut depulsione constet, interrogandoque aut respondendo fiat. Maximum ingenii acumen ac solertiam desiderat. Adi Quintil. VI. 5.

[u] *Accusavit*] L. Crassus annos natus unum et viginti C. Papirium Carbonem, Gracchanæ conjurationis reum, accusavit, et convictum a judicibus damnari compulit anno U. C. 635. ante Christum 119.

[v] *Defendit*] Anno U. C. 641. ante Christum 113. Licinia Vestalis, incestus postulata, causam ejus perorante L. Licinio Crasso, primum absoluta, deinde a Cassio Longino prætore in judicium revocata et damnata est. Epitome Livii lib. LXIII.

[w] *In colonia Narbonensi*] Vide lib. II. de Orat. § 223.

[x] *Tacitus tribunatus*] Q. Mucius Scævola tribunus plebis anno U. C. 648. ante Christum 106. quo natus

post fuit, eoque in rostris sedente[j] suasit Serviliam legem Crassus. Nam censuram sine Scævola gessit: eum enim magistratum nemo unquam Scævolarum petivit. Sed hæc Crassi cum edita oratio est, quam te sæpe legisse certo scio,[3] quatuor et triginta tum habebat annos, totidemque annis mihi ætate præstabat. His enim consulibus[y] eam legem suasit, quibus nati sumus, cum ipse[k] esset Q. Cæpione[z] consule natus, et C. Lælio, triennio ipso[l] minor, quam Antonius: quod idcirco posui, ut, dicendi Latine prima maturitas in qua[4] ætate extitisset, posset notari; et intelligeretur jam ad summum pæne esse perductam, ut eo nihil ferme quisquam addere posset, nisi qui a philosophia, a jure civili, ab historia fuisset instructior. XLIV. 162. Erit, inquit M. Brutus, aut jam est iste,[1] quem expectas? Nescio, inquam. Sed est etiam L. Crassi in consulatu, pro Q. Cæpione,[m] [a] defensione juncta,[2] non brevis, ut laudatio, ut oratio autem, brevis: postrema censoris oratio, qua anno duodequinquagesimo usus est.[n] In his omnibus[o] inest quidam sine ullo fuco veritatis color: quinetiam comprehensio, et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus et brevis, et in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem

[j] *Scævola tribuno plebis.* [k] *Crassus.*
[l] *Integro.* [m] *Tum consulis oratio pro Q. Cæpione.*
[n] *Non ea brevitate, qua solet esse laudatio; sed ut oratio, brevis est illa postrema oratio quam habuit censor annos natus quadraginta octo.*
[o] *Crassi orationibus.*



magistratibus, omissa præpositione.—3 Ita omnes codd. et edd. præter Nor. in qua legitur *certe scio.*—4 Ellendt. conj. *maturitas, qua*, omissa præpositione *in.*

CAP. XLIV. 1 Ita codd. cum edd. Ald. Junt. Grut. Lamb. *Erit, inquit Brutus, an jam est iste* Schutz. et Orell. de Heusingeri conjectura.—2 'Ellendt. susp. *Q. Cæpionis defensione juncta.* Scil. non intellexit *juncta* esse nominativum; ut sæpe ap. Cic. 'junctus' cum simplici ablativo construitur: *laudatio juncta* (cum) *defensione.*' Orell. Mox, pro *censoris*, idem Orell. conj.

NOTÆ

est Cicero tertio nonas Januarias, quem diem natalem suum appellat ad Att. VII. 5.

[y] *His enim consulibus*] C. Attilio Serrano et Q. Servilio Cæpione Q. F.

[z] *Q. Cæpione*] Q. Servilio Cn. F. Cæpione et C. Lælio Sapiente coss. anno U. C. 614. ante Christum 140.

[a] *Pro Q. Cæpione*] Vid. lib. I. Herenn. § 24.

lubentius. 163. Hoc loco Brutus, Quandoquidem tu istos oratores, inquit, tantopere laudas; vellem aliquid Antonio, præter illum de ratione dicendi sane exilem libellum, plura Crasso libuisset scribere: cum enim omnibus memoriam sui, tum etiam disciplinam dicendi [p] nobis reliquissent. Nam Scævolæ dicendi elegantiam satis ex iis orationibus,[3] quas reliquit, habemus cognitam. 164. Et ego, Mihi quidem a pueritia quasi magistra fuit, inquam, illa in legem Cæpionis oratio: [q] in qua et auctoritas ornatur senatus, quo pro ordine illa dicuntur, et invidia concitatur in judicum [4] et in accusatorum factionem, contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit: multa in illa oratione graviter, multa leniter, multa aspere, multa facete dicta sunt: plura etiam dicta, quam scripta, quod ex quibusdam capitibus expositis,[5] nec explicatis intelligi potest. Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium [b] collegam non est oratio, sed quasi capita rerum, et orationis commentarium paulo plenius: nulla est enim altercatio clamoribus unquam habita majoribus. 165. Et vero [6] fuit in hoc et popularis dictio excellens: Antonii genus dicendi multo aptius judiciis, quam concionibus.

XLV. Hoc loco ipsum Domitium non relinquo: nam etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono,[r] satis in eo fuisse orationis atque ingenii,[1] quo et magistratus personam, et consularem dignitatem tueretur: [s] quod idem de C. Cœlio [c] dixerim, industriam [t] in eo summam fuisse, sum-

[p] *Artem eloquentiæ.*

[q] *L. Crassi oratio pro lege Servilia, qua senatoribus judicia communicabantur cum equitibus Romanis.*

[r] *Judico.* [s] *Sustineret.* [t] *Studium et contentionem.*

censoria.—3 Nor. *ex his orationibus;* Guelf. 1. 2. *ex orationibus,* omisso τῷ *iis.*—4 Nor. *in judicium.*—5 Orell. legendum putat *capitibus positis,* i. e. *propositis.*—6 *At vero* Guelf. 1. Mox, *in hoc etiam popularis* Guelf. 1. 2. et Schutz. in ed. maj. *et* delevit Ellendt.

CAP. XLV. 1 'Suspicor Ciceronem scripsisse, *Nam etsi non in oratorum numero pono, tamen puto satis in eo fuisse industriæ atque ingenii.*' Schutz.—

NOTÆ

[b] *Cn. Domitium*] Consule lib. II. de Orat. § 45.

[c] *C. Cœlio*] C. Cœlius Caldus nulla majorum commendatione maximos

masque virtutes, eloquentiæ tantum, quod esset in rebus privatis, amicis ejus, in republica, ipsius dignitati satis.[u] 166. Eodem tempore M. Herennius[d] in mediocribus oratoribus, Latine et diligenter loquentibus, numeratus est: qui tamen summa nobilitate hominem, cognatione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia, L. Philippum, in consulatus petitione superavit. Eodem tempore C. Clodius,[e] etsi propter summam nobilitatem, et singularem potentiam, magnus erat, tamen etiam eloquentiæ quandam mediocritatem afferebat. 167. Ejusdem fere temporis fuit eques Romanus C. Titius,[f] qui meo judicio, eo pervenisse videtur, quo potuit fere Latinus orator sine Græcis literis, et sine multo usu pervenire. Hujus orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent,[2] ut pæne Attico stylo scriptæ[v] esse videantur. Easdem argutias in tragœdias, satis quidem ille[3] acute, sed parum tragice[w] transtulit. Quem studebat imitari L. Afranius[g] poëta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, ut scitis, disertus. 168. Fuit etiam Q. Rubrius Varro,[h] qui a senatu hostis cum C. Mario judicatus est, acer et vehemens accusator. In eo genere sane probabilis, doctus autem Græcis literis, propinquus noster, factus ad dicendum, M. Grati-

[u] *Quantum sufficiebat ad tuendas res domesticas, amicos, et remp.*
[v] *Qui elegantissimus est.* [w] *Graviter.*



2 Nor. *tantum exemplorum, etiam urbanitatis habent.*—3 Ita Nor. Ald. Junt.

NOTÆ

honores adeptus est, quæsturam anno U. C. 642. ante Christum 112. alios subinde magistratus, ac denique consulatum anno U. C. 660. ante Christum. 94.

[d] *M. Herennius*] Decursis ceterorum magistratuum gradibus ad consulatum homo novus pervenit anno U. C. 661. ante Christum 93.

[e] *C. Clodius*] C. Clodius Appius Pulcher consul fuit anno U. C. 662. ante Christum 92.

[f] *C. Titius*] De quo scriptum nihil veterum in monumentis reperimus.

[g] *L. Afranius*] Cujus fabularum fragmenta non nisi apud veteres grammaticos reperiuntur.

[h] *Q. Rubrius Varro*] Tribunus plebis anno U. C. 663. ante Christum 91. hostis postea a senatu cum Mario et aliis undecim senatoribus judicatus est.

dius,[i] M. Antonii perfamiliaris, cujus præfectus cum esset in Cilicia, est interfectus; qui accusavit C. Fimbriam, M. Marii Gratidiani pater.[4]

XLVI. 169. Atque etiam apud socios et Latinos[j] oratores habiti sunt Q. Vettius Vettianus,[1] e Marsis,[k] quem ipse cognovi, prudens vir, et in dicendo brevis; Q. et D. Valerii Sorani,[l] vicini, et familiares mei, non tam in dicendo admirabiles, quam docti et Græcis literis et Latinis: C. Rusticellus[2] Bononiensis,[m] is quidem et exercitatus et natura volubilis. Omnium autem eloquentissimus extra hanc urbem T. Betucius[n] Barrus Asculanus, cujus sunt aliquot orationes Asculi habitæ: illa Romæ contra Cæpionem, nobilis sane, cui orationi Cæpionis ore respondit Ælius;[o] qui scriptitavit orationes multas,[3] orator ipse nunquam fuit. 170. Apud majores autem nostros video disertissimum habitum ex Latio L. Papirium Fregellanum,[p] Ti.

Lamb. Grut. *satis ille quidem* Guelf. 1. 2. Schutz. et Orell.—4 Ita Manut. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. Ellendt. et Orell. Vid. Beier. ad Offic. tom. II. p. 303. *M. Marii G. patrem* Venet. Mediol. Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb. in ed. 1566. et Schutz. Heusingerus transponenda putabat verba, *M. Gratidius, M. Marii Gratidiani pater, M. Antonii perfamiliaris... qui accusavit C. Fimbriam.*

CAP. XLVI. 1 *Q. Vectius Vectianus* Nor. Junt. Crat. Manut. Lamb. Mox, *Q. D. Valerii*, omisso *et*, Nor.—2 *C. Rusticelius* al. ex nummo Ursini.—3 Ita Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut. *multis* nonnulli codd. unus etiam Oxon. Regg.

NOTÆ

[i] *M. Gratidius*] Arpinas, homo popularis ac seditiosus. Hujus soror Gratidia Ciceronis avo nupsit, quod ipse Tullius lib. III. de Legibus refert. Hinc vocat eum propinquum suum.

[j] *Socios et Latinos*] Latini Latium, socii ceteras Italiæ regiones incolebant.

[k] *E Marsis*] Oriundus e Marsis Italiæ populis, quos et Tuscos appellari tradit Isidorus.

[l] *Q. et D. Valerii Sorani*] Q. Valerium Soranum togatorum ætatis suæ literatissimum refert apud Ciceronem L. Crassus. Fuit item, ut auctor est Plutarchus in Pompeio, philosophus insignis; de violenta ejus morte consentiunt historici, de modo et causa dissentiunt. Illi porro Valerii Sorani dicuntur a Sora Latii urbe et colonia, quæ etiamnum vetus nomen retinet.

[m] *Bononiensis*] E Bononia urbe Galliæ Togatæ, nunc *Boulogne.*

[n] *T. Betucius*] Quæstor anno U. C. 676. ante Christum 78. Oriundus ex Ascolo Picenorum oppido, quod hodie dicitur *Ascoli.*

[o] *Ælius*] Videtur is esse quem in Academicis ad Varronem Tullius ait peritum philosophiæ Stoicæ.

[p] *Fregellanum*] Oriundum ex Fregellis, illustri Volscorum urbe in La-

Gracchi,[q] P. F.[4] fere ætate: ejus etiam oratio est pro Fregellanis, coloniisque Latinis, habita in senatu. Tum Brutus, Quid tu igitur, inquit, tribuis istis externis quasi oratoribus? Quid censes, inquam, nisi idem,[x 5] quod urbanis,[y] præter unum, quod non est eorum urbanitate quadam quasi colorata oratio?[z] 171. Et Brutus, Qui est, inquit, iste tandem urbanitatis color?[a] Nescio, inquam: tantum esse quendam scio. Id tu, Brute, jam intelliges, cum in Galliam[r] veneris: audies tu quidem etiam verba quædam non trita[b] Romæ: sed hæc mutari, dediscique possunt: [p. 180.] illud est majus, quod in vocibus nostrorum oratorum recinit[6] quiddam et resonat urbanius:[c] nec hoc in oratoribus modo apparet, sed etiam in ceteris. 172. Ego memini T. Tincam Placentinum,[s] hominem facetissimum, cum familiari nostro Q. Granio præcone dicacitate[d] certare. Eon',[e] inquit Brutus, de quo multa Lucilius? Isto ipso: sed Tincam non minus multa ridicule dicentem Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo:[f] ut ego jam non mirer, illud Theophrasto[t] accidisse, quod dicitur, cum percunctaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet; et respondisset illa, atque addidisset, 'Hospes,

[x] *Tribuendum.* [y] *Iis qui in urbe Roma floruerunt.*
[z] *In eorum oratione non reperitur elegantia Romana.*
[a] *Quænam est ista propria Romanorum elegantia?* [b] *Usitata.*
[c] *In vocabulis pronuntiandis plus habent concinnitatis oratores Romani.*
[d] *Jocis ac facetiis.* [e] *An illo.*
[f] *Superabat nativa quadam comitate.*

ap. Lallem. Schutz. et Orell.—4 *Ti. F.* conj. Ellendt. Mox, pro *etiam*, codd. cum edd. Nor. Ald. Junt. Lamb. Gothofr. et al. ante Grut. habent *autem.* Deinde, *colonisque Latinis* unus Oxon. Nor. Ald. Junt. Manut.—5 Lamb. *nisi id.*—6 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *recinuit* Nor. *retinuit* codd. Regg. ap. Lallem. Guelf. 1. 2. et Ellendt. unde Schneider. conj. *retinnit;* quam conjecturam recepit Schutz. ' Sed hoc, cum sit in reprehensione positum, omnino

NOTÆ

tio, in cujus ruinis exstructum est castrum *Ceperano.*

[q] *Ti. Gracchi*] Tib. Sempronius Gracchus Publii filius, Gracchorum pater, qui seditionibus remp. perturbarunt.

[r] *Galliam*] Citeriorem nimirum, quæ hodie Longobardia dicitur, *la Lombardie.*

[s] *Placentinum*] Oriundum ex Placentia, urbe Galliæ Togatæ, in Italia. *Plaisance.*

[t] *Theophrasto*] Vide lib. I. de Invent. § 61.

non pote minoris:'[g] tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, cum ætatem ageret[h] Athenis, optimeque loqueretur. Omnino, sicut opinor,[7] in nostris est quidam urbanorum,[i] sicut illic Atticorum sonus: sed domum redeamus, id est, ad nostros revertamur.[8]

XLVII. 173. Duobus igitur summis, Crasso et Antonio,[1] L. Philippus[u] proximus[v] accedebat, sed longo intervallo tamen proximus. Itaque eum, etsi nemo intercedebat,[j] qui se illi anteferret, neque secundum tamen, neque tertium dixerim. Nec enim in quadrigis[k] eum secundum numeraverim, aut tertium, qui vix e carceribus[l] exierit, cum palmam jam primus acceperit; nec in oratoribus, qui tantum absit a primo, vix ut in eodem curriculo esse videatur: sed tamen erant ea in Philippo,[2] quæ, qui sine comparatione illorum spectaret, satis magna diceret: summa libertas in oratione, multæ facetiæ:[m] satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis: erat etiam inprimis, ut temporibus illis, Græcis doctrinis institutus, in altercando cum aliquo aculeo et male dicto facetus. 174. Horum ætati prope conjunctus L. Gellius,[3][w] non tam vendibilis[n] orator,

[g] *Hospes, non potest viliore pretio vendi.*
[h] *Viveret.* [i] *Eorum qui Romæ versantur.*
[j] *Etsi nullus orator erat inter Philippum et duos illos præstantissimos.*
[k] *Quadrigarum curriculo.* [l] *Ex loco unde cursus initium.*
[m] *Plurimus lepos.* [n] *Probabilis.*

probari nequit.' *Orell.*—7 Ita emendavit Rivius, ita quoque Lamb. Grut. Schutz. Orell. *optimeque loqueretur omnium. Sic ut opinor* ed. Rom. *loqueretur. Omnium (sicut opinor)* Nor. Ald. Junt. Crat. *Omnino hic, ut opinor* conj. Orell. Mox, *sicut ille* Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut.—8 Verba, *id est, ad nostros revertamur*, spuria visa sunt Lambino, et Schutzio, qui uncis inclusit. ' Defendit Goerenz. iisque omissis, nimis sane attenuatur oratio.' *Orell. et ad nostros revertamur* conj. Schutz. in ed. min.

Cap. XLVII. 1 *Antonino* Orell. ex errore typogr.—2 Guelf. 2. *erant in*

NOTÆ

[u] *L. Philippus*] L. Marcius Philippus consul anno U. C. 663. ante Christum 91. De quo jam nonnulla diximus lib. I. de Orat. § 24. et lib. III. § 4.

[v] *Proximus*] Quem locum poëtarum princeps expressit Virg. Æneid. v. 320. ' Proximus huic, longo sed proximus intervallo, Insequitur Salius.'

[w] *L. Gellius*] ' L. Gellius Poplicola omnibus honoribus,' inquit Valerius Maximus v. 9. ' ad censuram usque defunctus est.' Consulatum gessit anno U. C. 682. ante Christum 72.

quam ut nescires, quid ei deesset:[o] nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum, nec Romanarum rerum immemor, et verbis solutus satis;[p] sed in magnos oratores inciderat ejus ætas: multam tamen operam amicis, et utilem præbuit; atque ita diu vixit, ut multarum ætatum oratoribus implicaretur,[q] multum etiam in causis versaretur. 175. Iisdem fere temporibus D. Brutus,[x] is, qui consul cum Mamerco fuit, homo et Græcis doctus literis et Latinis. Dicebat etiam L. Scipio[y] non imperite, Cn. que Pompeius,[z] Sex. F. aliquem numerum obtinebat: nam Sex. frater ejus præstantissimum ingenium contulerat ad summam juris civilis, et ad perfectam geometriæ et rerum Stoicarum scientiam. Item in jure,[4] et ante hos M. Brutus, et paulo post eum C. Bilienus,[a] homo per se magnus, prope simili ratione summus evaserat: qui consul factus esset, nisi in Marianos consulatus, et in eas petitionis angustias incidisset.[r] 176. Cn. autem Octavii[b] eloquentia,

[o] *Ita comparatus ut vix reperire posses quid ei deesset.*
[p] *Nec deerat memoria ad res Romanas complectendas, et ejus oratio satis erat profluens.*
[q] *Ut æqualis esset oratoribus multarum ætatum.*
[r] *Incidisset in ea tempora, quibus frustra consulatum ambibant, cum Marius potentior eum sæpissime sibi vindicaret.*

Philippo.—3 *L. Cælius* Nor.—4 *Item in jure* suspecta sunt Ellendtio; *Ita minime. Et ante, &c.* Nor. Mox, *C. Bellienus* cum Pighio dedit Ellendt. Dein, *simili ratione prope summus* edidit Schutz. ‘Nihil opus: legendo enim distinguebant, *prope, simili ratione, summus.*’ Orell.

NOTÆ

[x] *D. Brutus*] Consul cum Mamerco anno U. C. 677. ante Christum 77.

[y] *L. Scipio*] L. Cornelius Scipio Asiaticus et C. Junius Norbanus consules anno U. C. 671. ante Christum 83.

[z] *Cn. Pompeius*] Cn. Pompeius Strabo Sexti filius, Magni pater, ordine magistratus amplissimos adeptus ad consulatum pervenit, et de Asculanis Picentibusque triumphavit anno U. C. 665. ante Christum 89. Quanta ejus in filium populi charitas, tanta in hunc fuit invidia. Fulmine percussus obiit, cumque cadaver efferretur, populus vi facta e lecto detractum omni contumelia affecit. Plutarch. in Pompeio.

[a] *C. Bilienus*] An potius C. Annius Bellienus, qui prætura functus est anno U. C. 648. ante Christum 106.

[b] *Cn. Octavii*] Qui consul anno U. C. 667. ante Christum 87. ex urbe collegam Cinnam ejecit, a quo mox redeunte occisus est. Plutarchus, Appianus, &c.

quæ fuerat ante consulatum ignorata, in consulatu multis concionibus est vehementer probata. Sed ab eis, qui tantum in dicentium [c] numero, non in oratorum fuerunt, jam ad oratores revertamur. Censeo, inquit Atticus: eloquentes enim videbare, non sedulos [s] velle conquirere.

XLVIII. 177. Festivitate igitur, et facetiis, inquam, C. Julius,[d] L. F. et superioribus et æqualibus suis omnibus præstitit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior.[t] Sunt ejus aliquot orationes, ex quibus, sicut ex ejusdem tragœdiis, lenitas ejus sine nervis[u] perspici potest. 178. Ejus æqualis P. Cethegus,[e] cui de republica satis suppeditabat oratio:[v] totam enim tenebat eam, penitusque cognorat: itaque in senatu consularium auctoritatem assequebatur:[w] sed in causis publicis nihil, in privatis[1] satis veterator[x] videbatur. Erat in privatis causis Q. Lucretius Vispillo,[2] [f] et acutus, et jurisperitus: nam Aphilia,[g] aptior concionibus,[3] quam judiciis: prudens etiam T. Annius[4] [h] Velina, et in ejus generis causis[y] orator sane tolerabilis. In eodem genere causarum multum erat T. Juventius,[i] nimis ille

[s] *Bene dicendi studiosos.* [t] *Elegantior.* [u] *Robore.*
[v] *Qui de republica satis facile et copiose dicebat.*
[w] *Auctoritate par erat viris consularibus.*
[x] *Callidus.* [y] *In concionibus.*

Cap. xlviii. 1 Cod. ψ, *publicis: nihil privatis.*—2 Manut. *Vespillo.* Mox, pro *Aphilia*, quod habent Ald. Junt. Grut. *Ofella* dederunt Lamb. Corrad. Manut. Schutz. Orell. *Asella* Ascon.—3 Ita Nor. Ald. Junt. Manut. Grut.

NOTÆ

[c] *Dicentium*] Dicentes sunt qui naturæ præsidiis destituti laborem et industriam ad bene dicendum adhibent: oratores, qui ingenio et arte eloquentiam assecuti sunt.

[d] *C. Julius*] De quo sæpius in libris de Oratore. Qua morte sublatus fuerit, narratur lib. III. § 10.

[e] *P. Cethegus*] P. Cornelius Cethegus prætor anno U. C. 669. ante Christum 85.

[f] *Q. Lucretius Vispillo*] Is fortasse qui quæstor anno U. C. 652. ante Christum 102. et quinto post anno tribunus plebis.

[g] *Nam Aphilia*] Legunt alii *Asella Lucretio*, de quo epitome Livii lib. LXXXVIII. Alii *Ofella Lucretio*, cujus meminit Paterculus. Divinant alii *Ofilio*, quem inter jurisconsultos recenset Pomponius.

[h] *T. Annius*] Ex tribu Velina. Velia Romæ collis editior.

[i] *T. Juventius*] T. Juventius Thalna

quidem lentus in dicendo, et pæne frigidus; sed et callidus, et in capiendo adversario versutus, et præterea nec indoctus, et magna cum juris civilis intelligentia. 179. Cujus auditor P. Orbius,[j] meus fere æqualis, in dicendo non nimis exercitatus,[5] in jure autem civili non inferior, quam magister fuit. Nam T. Aufidius,[k] qui vixit ad summam senectutem, volebat esse similis horum, eratque et bonus vir, et innocens, sed dicebat parum.[z] Nec sane plus frater ejus M. Virgilius,[l6] qui tribunus plebis L. Sullæ imperatori diem dixit.[a] Ejus collega P. Magius,[m] in dicendo paulo tamen copiosior. 180. Sed omnium oratorum, sive rabularum,[n] qui et plane indocti, aut inurbani,[7] aut rustici etiam fuerunt, quos quidem ego cognoverim, solutissimum in dicendo et acutissimum judico, nostri ordinis[b] Q. Sertorium,[o] equestris C. Gorgonium.[f] Fuit etiam facilis, et

[z] *Raro.* [a] *In jus vocavit.*
[b] *Senatorii, in quem ex equestri ordine cooptatus fuerat Tullius.*

concionibus aptior Victor. Lamb. Schutz. Orell.—4 *D. Annius* Nor.—5 Cod. ψ, *minus exercitatus.*—6 *M. Virginius* Plutarch. et Ald. *M. Vergilius* Junt. et Crat.—7 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *qui et plane indocti, et inurbani* Guelf. 1. *qui aut plane indocti, et inurbani* ex emendatione Heusingeri dederunt Schutz.

NOTÆ

quæstor anno U. C. 652. ante Christum 102. ac quinto post anno tribunus plebis.

[j] *P. Orbius*] Proconsul Asiam sortitus obtinuit anno U. C. 691. ante Christum 63.

[k] *T. Aufidius*] Frater M. Virgilii, sed tantum ex eadem matre, quæ, ut censet Pighius, Aufidium et Virgilium maritos habuerat, et ex utrisque filios: quæstor fuit anno U. C. 670. ante Christum 84. ac septimo post anno ædilis plebis.

[l] *M. Virgilius*] Cinnæ factioni addictus, L. Syllæ infensus, tribunus plebis anno U. C. 667. ante Christum 87. Eum Plutarchus in Sylla Verginium appellat.

[m] *P. Magius*] P. Magius Chilo in tribunatu Virgilii collega.

[n] *Rabularum*] Rabulæ sunt advocati seu patroni causarum: id nominis alii derivant a rabie, ut Nonius; alii, ut Festus, a ravi, quod causidici pugnaciter loquentes vocem habeant raucam et parum liquidam; alii denique a radendo, quod parati sint ad quodlibet radendum et auferendum.

[o] *Q. Sertorium*] Hic in causis dicendis satis versatus, cum ex eloquentia nonnullas opes collegisset, animum ad res bellicas transtulit vir prudens et audax. Marianas partes secutus, Sylla in urbem redeunte, fugit in Hispaniam, ibique dux Lusitanorum delectus bellum aliquot annos sustinuit. Attrivit variis præliis quatuor Romanorum duces contra se

expeditus ad dicendum, et vitæ splendore multo, et ingenio sane probabili, T. Junius,[p] L. F. tribunicius, quo accusante, P. Sextius, prætor designatus, damnatus est ambitus : is processisset[8] honoribus longius, nisi semper infirma atque etiam ægra valitudine fuisset.

XLIX. 181. Atque ego præclare intelligo, me in eorum commemoratione versari,[1] qui nec habiti sint oratores, neque fuerint, præteririque a me aliquot ex veteribus,[q] commemoratione aut laude dignos: sed hoc quidem ignoratione: quid enim est[2] superioris ætatis, quod scribi possit de iis, de quibus nulla monumenta loquuntur, nec aliorum, nec ipsorum? De iis autem, quos ipsi vidimus, neminem fere prætermittimus eorum, quos aliquando dicentes vidimus.[3] 182. [p. 181.] Volo enim sciri, in tanta et tam vetere republica maximis præmiis eloquentiæ propositis, omnes cupisse dicere, non plurimos ausos esse, potuisse paucos. Ego tamen ita de unoquoque dicam, ut intelligi possit, quem existimem clamatorem,[4] quem oratorem fuisse. Iisdem fere temporibus, ætate inferiores paulo, quam Julius, sed æquales propemodum fuerunt C. Cotta,[r] P. Sulpicius, Q. Varius,[s] Cn. Pomponius, C. Curio, L. Fufius,[5]

et Orell.—8 *His processisset* ψ.

CAP. XLIX. 1 Cod. ψ, *me in oratorum com. versari.* Mox, Guelf. 1. 2. *sunt o. n. fuerunt.*—2 Schutzius e Schæferi regula, *quid est enim.* Particula *enim* deest in Guelf. 1. 2.—3 Schutz. conj. *dicentes audivimus.*—4 Gothofr. suspicabatur legendum esse *declamatorem.*—5 *L. Fusius* Nor. Ald. Junt. Crat. Ma-

NOTÆ

missos. A Perpenna proditore invitatus ad convivium trucidatus est, Anno U. C. 681. ante Christum 73. Plutarchus, &c.

[f] *C. Gorgonium*] De quo nihil in antiquorum scriptis occurrit nobis.

[p] *T. Junius*] Tribunus plebis anno U. C. 652. ante Christum 102. anno sequenti P. Sextium prætorem designatum ambitus accusavit, et effecit ut damnaretur.

[q] *Aliquot ex veteribus*] Prætermisit P. Sempronium Tuditanum consulem anno U. C. 550. ante Christum 204. qui ut narrat Livius sub initium lib. XXX. ' facundissimus habebatur, seu causa oranda, seu in senatu et ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset, juris pontificii peritissimus.'

[r] *C. Cotta*] Hunc et P. Sulpicium in libris de Oratore loquentes inducit. De Cotta diximus lib. I. de Orat. § 25. De Sulpicio lib. I. ad Herenn. § 25.

[s] *Q. Varius, &c.*] De quibus inferius dicetur § 221.

M. Drusus, P. Antistius, nec ulla ætate uberior oratorum fœtus fuit. 183. Ex his Cotta et Sulpicius cum[6] meo judicio, tum omnium, facile primas tulerunt. Hic Atticus, Quomodo istuc dicis, inquit, cum tuo judicio, tum omnium? semperne in oratore probando, aut improbando, vulgi judicium cum intelligentium judicio congruit? An alii probantur a multitudine, alii autem ab iis, qui intelligunt? Recte requiris, inquam, Attice: sed audies ex me fortasse, quod non omnes probent. 184. An tu, inquit, id laboras, si huic[7] modo Bruto probaturus es? Plane, inquam, Attice, disputationem hanc de oratore probando aut improbando,[8] multo malim tibi et Bruto placere: eloquentiam autem meam populo probari velim. Etenim necesse est, qui ita dicat, ut a multitudine probetur, eundem doctis probari: nam, quid in dicendo rectum sit, aut pravum, ego judicabo, si modo is sum, qui id possim aut sciam judicare: qualis vero sit orator, ex eo, quod is dicendo efficiet, poterit intelligi. 185. Tria sunt enim (ut quidem ego sentio) quæ sint[9] efficienda dicendo: ut doceatur is, apud quem dicetur, ut delectetur, ut moveatur vehementius: quibus virtutibus oratoris horum[10] quidque efficiatur, aut quibus vitiis orator aut non assequatur hæc, aut etiam in his labatur et cadat, artifex[c] aliquis judicabit. Efficiatur autem ab oratore, necne, ut ii, qui audiant,[11] ita afficiantur, ut orator velit; vulgi assensu et populari approbatione judicari solet. Itaque nunquam de bono oratore, aut non bono, doctis hominibus cum populo dissensio fuit. L. 186. An censes, dum illi viguerunt, quos ante dixi, non

[c] *Qui callet artem eloquentiæ.*

nut. *Fufius* Lamb. Actutum, *M. Drusus patricius* Nor. Junt. et Crat. Gronovius e vestigiis codd. malebat, *M. Drusus, P. Aristius.* Rivius ex ed. Rom. rescribi voluit *P. Antistius*, eumque secuti sunt Manut. Lamb. et recentt.—6 Guelf. 2. *tum.*—7 Ita Ald. Manut. Lamb. *id laborasse huc* Guelf. 1. 2. *adlaborasse huic* Junt. Crat. Camer. Mox, *te probaturus es* Lamb. in marg. ed. 1584. improbante Schutzio—8 Schutzius in ed. 2. de conjectura expunxit hæc, *de oratore probando aut improbando.*—9 Guelf. 1. 2. *quæ sunt.*—10 Victor. omittit *horum*, quod habent Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb.—11 Guelf. 1. 2. ut vulgo, *qui audiunt.* 'Sine causa Ernestius correxit *qui audiant.*' Schutz.

eosdem gradus oratorum vulgi judicio et doctorum fuisse? De populo si quem ita rogavisses: quis est in hac civitate eloquentissimus? in Antonio et Crasso aut dubitaret, aut hunc alius,[1] illum alius diceret. Nemone Philippum,[2] tam suavem oratorem, tam gravem, tam facetum, his anteferret, quem nosmetipsi, qui hæc arte aliqua volumus expendere,[d] proximum illis fuisse diximus? Nemo profecto. Id enim ipsum est summi oratoris, summum oratorem populo videri. 187. Quare tibicen Antigenidas[t] dixerit discipulo sane frigenti ad populum,[e] 'Mihi cane et Musis:'[u] ego huic Bruto dicenti, ut solet,[f] apud multitudinem, 'Mihi cane et populo,'[v] mi Brute, dixerim: ut, qui audiant,[3] quid efficiatur;[g] ego, etiam cur id efficiatur, intelligam. Credit iis, quæ dicuntur, qui audit oratorem;[h] vera putat, assentitur, probat,[4] fidem facit oratio.[i] 188. Tu, artifex, quid quæris amplius?[j] delectatur audiens multitudo, et ducitur[k] oratione, et quasi voluptate quadam perfunditur: quid habes quod disputes?[l] gaudet, dolet, ridet, plorat, favet, odit, contemnit, invidet, ad misericordiam inducitur,

[d] *Qui de illis oratoribus judicium ferimus juxta artis oratoriæ leges.*
[e] *Parum feliciter populo se approbanti.*
[f] *Eo modo dicenti quo solet dicere.*
[g] *Ut auditores sentiant se doceri et commoveri, ego peritus artis oratoriæ intelligam cur id fiat.*
[h] *Auditor persuadetur iis quæ dicuntur.*
[i] *Oratio persuadet.*
[j] *Quid vis amplius artis oratoriæ peritus?*
[k] *Afficitur.*
[l] *Contendas ad perfectam eloquentiam opus esse eruditi judicio?*



Cap. L. 1 Guelf. 1. 2. et Schutz. in ed. maj. *aut hunc aliquis.*—2 *Nemo ut Philippum* codd. aliquot, probante Grut. *Nemone ut Philippum* conj. Ernesti, probante Heindorf. ad Horat. I. Sat. 1. 108.—3 Codd. et edd. fere omnes *audient.* 'Ernesti frustra correxit *audiant.*' Schutz. Mox, *cur ita efficiatur* Lamb.—4 Nor. et Omnib. *probatur.* Actutum, *fidem enim facit* conj. Goe-

NOTÆ

[t] *Antigenidas*] Thebanus musicus, Alcibiadæ imperatoris temporibus claruit, annis ante Christum fere 400. Gellius XV. 17. Suidas, &c.

[u] *Mihi cane et Musis*] Sententia est: Siquidem tibi canenti plebs ignara non plaudit; non plebi, sed mihi et Musis cane, quorum erudito suffragio lauderis. Hinc 'sibi canere' in proverbium abiit, cum quis facit quippiam, non ut alieno, sed ut suo genio indulgeat.

[v] *Mihi cane et populo*] Sic dicas ut non modo mihi doctisque orationis existimatoribus facias satis, sed etiam ipsi multitudini approberis.

ad pudendum, ad pigendum,[m] irascitur, miratur,[5] sperat, timet: hæc perinde accidunt, ut eorum, qui adsunt, mentes verbis, et sententiis, et actione tractantur. Quid est, quod expectetur docti alicujus sententia? Quod enim probat multitudo, hoc idem doctis probandum est: denique hoc specimen est popularis judicii, in quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibusque dissensio. 189. Cum multi essent oratores in vario genere dicendi, quis unquam ex his excellere judicatus est vulgi judicio, qui non idem a doctis probaretur? Quando autem dubium fuisset apud patres nostros, eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret, aut Crassum?[n] Aderant[6] multi alii: tamen, utrum de his potius, dubitasset aliquis; quin alterum, nemo.[o] Quid adolescentibus nobis, cum esset Cotta et Hortensius, num quis, cui quidem eligendi potestas esset, quenquam his anteponebat? LI. 190. Tum Brutus, Quid tu, inquit, quæris alios? de te ipso nonne, quid optarent rei,[p] quid ipse Hortensius judicaret, videbamus? qui, cum partiretur[w] tecum causas, (sæpe enim interfui,) perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio,[q] semper tibi relinquebat. Fa-

[m] *Ad pudorem, ad pœnitentiam alicujus facti.*
[n] *Quin is cui daretur potestas eligendi patroni, optaret aut Antonium aut Crassum?*
[o] *Si cui propositi fuissent reliqui oratores, hæsisset incertus quem præcipue eligeret: omnibus simul propositis, nemo dubitasset eligere aut Antonium aut Crassum.* [p] *Illi quorum res agebatur.*
[q] *Ubi præcipua pars est orationis propter affectus commovendos.*

renz.—5 Schutz. conj. *mitigatur;* idem Schutz. suspicabatur in ed. min. *favet, invidet; diligit, odit; admiratur, contemnit; ad misericordiam, &c.* Le Clerc. malit *minatur.* Mox, *hæc proinde accidunt* Lamb.—6 Ita codd. et edd. ante Schutz. qui de conjectura Ernesti dedit *At erant.* Mox, idem Ernesti conj. *an alterum,* et paulo post, *cum essent.*

NOTÆ

[w] *Cum partiretur*] Veterum Romanorum consuetudinem observa. Uni causæ perorandæ plures adhibebantur oratores, quorum aliis exordium, aliis alia pars orationis, eloquentissimo plerumque conficiendus erat et pronuntiandus epilogus. Quod ipsum apertius scribit et improbat inferius § 207. &c. Defenderunt Scaurum, inquit Asconius, sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quatuor uteretur: ac post bella civilia, ante legem Juliam, ad duodenos patronos est perventum.

ciebat ille quidem, inquam: et mihi, benivolentia, credo, ductus, tribuebat omnia. Sed ego, quæ de me populi sit opinio, nescio: de reliquis hoc affirmo, qui vulgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intelligentium quoque judicio fuisse probatissimos. 191. Nec enim posset idem Demosthenes[r] dicere, quod dixisse Antimachum,[x] Clarium[1] poëtam, ferunt, qui cum convocatis auditoribus legeret eis magnum illud, quod novistis, volumen suum, et eum legentem omnes, præter Platonem, reliquissent, 'Legam,' inquit, 'nihilo minus: Plato enim mihi unus instar est omnium millium:'[2 y] et recte. Poëma enim reconditum, paucorum approbationem; oratio popularis,[t] assensum vulgi debet movere.[3] At, si eundem hunc Platonem unum auditorem haberet Demosthenes, cum esset relictus a ceteris, verbum facere non posset. 192. Quid? tu, Brute, posses, si te,[4] ut Curionem quondam, concio reliquisset? Ego vero, inquit ille, ut me tibi indicem, in eis etiam causis, in quibus omnis res nobis cum judicibus est, non cum populo, tamen, si a corona[u] relictus sim, non queam dicere.

[r] *Orator aliquis præstantissimus, qualis fuit Demosthenes.*
[t] *Quæ facta est ad flectendam multitudinem.*
[u] *A multitudine quæ solet circum subsellia stare.*



CAP. LI. 1 Ita Crat. Manut. Lamb. Grut. *clarum* Nor. Ald. Junt. Mox, *eis* suspectum Ellendtio delevit Schutz. in ed. maj.—2 Ita Grut. et Ellendt. *instar est omnium, me illum, et recte* unus Oxon. Nor. Junt. Crat. et Camer. Hinc Rivius conj. *omnium. Merito ille, et recte;* Manut. *omnium. Hæc illum: et recte;* Lamb. *instar est multorum millium. Et recte;* Schutz. *instar est millium;* Lips. *instar est omnium illum,* pro *illorum;* Orell. suspic. *instar est centum millium.*—3 Ita Corrad. Lamb. Grut. *approbatione, or. p. ad sensum vulgi d. moveri* Junt. Crat. Manut. *approbatione or. p. assensum vulgi d. moveri* Nor. *approbationem or. p. assensum v. d. mereri* conj. Riv.—4 Codd. aliquot et Nor. *posses nisi te;* unde Gulielm. et Schutz. conj. *possesne, si te.*—

NOTÆ

[x] *Antimachum*] Antimachus Colophonius dicitur hic Clarius a Claro Colophoniorum urbe. In eo, si credimus Fabio, x. 1. 'vis et gravitas et minime vulgare eloquendi genus habet laudem. Sed quamvis ei secundas fere grammaticorum consensus deferat, et affectibus et jucunditate et dispositione et omnino arte deficitur, ut plane manifesto appareat quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum.' Thebaidem spissum opus scripsit. Suidas, &c.

[y] *Omnium millium*] More Græcorum, qui μυρία πάντα dicunt.

Ita se, inquam, res habet: ut, si tibiæ inflatæ non referant sonum, abjiciendas eas sibi tibicen putet: sic oratori populi aures tanquam tibiæ sunt; eæ si inflatum non recipiunt,[v] aut si auditor omnino[5] tanquam equus non facit,[z] agitandi finis faciendus est.[w] LII. 193. Hoc tamen interest, quod vulgus interdum non probandum oratorem probat; sed probat sine comparatione: cum a mediocri, aut etiam a malo delectatur, eo est contentus:[a] [p. 182.] esse melius non sentit: illud, quod est, qualecumque est, probat: tenet enim aures[x] vel mediocris orator, sit modo aliquid in eo: nec res ulla plus apud animos hominum, quam ordo et ornatus orationis valet. 194. Quare quis ex populo, cum Q. Scævolam pro M. Coponio[b] dicentem audiret[1] in ea causa, de qua ante dixi, quicquam politius, aut elegantius, aut omnino melius aut expectaret, aut posse fieri putaret? 195. Cum is hoc probare vellet, M' Curium, cum ita hæres institutus esset, si pupillus ante mortuus esset, quam in suam tutelam[y] venisset, pupillo non nato hæredem esse non posse: quid ille non dixit de testamentorum jure? de antiquis formulis? quid?[2] quemadmodum scribi oportuisset,[z] si etiam filio non nato hæres institueretur? 196. quam captiosum esset[3] populo,[a] quod

[v] *Si non possunt inflari, ultra opus nihil est contendere.*
[w] *Aut si auditor instar equi intractati stimulis renititur, non est necesse eum ulterius impellere.*
[x] *Auditores attentos tenet.* [y] *Sui juris esset.*
[z] *Quibus verbis oportuisset scribi testamentum.*
[a] *Quam periculosum sit populo.*

5 Lamb. pro *omnino* habet *cum illo.* Mox, pro *facit*, Orell. conj. *subit;* Schutz. uncis inclusit, *aut si auditor omnino tanquam equus non facit.*
CAP. LII. 1 Nor. *audisset.*—2 Ita unus Oxon. ed. Rom. Manut. et Grut. probante Rivio; *quid* omittunt codd. item Ald. Junt. Crat. Lamb.—3 Codd.

NOTÆ

[z] *Tanquam equus non facit*] Turnebus Adversar. XIV. 22. putat 'facere' verbum esse circense, a quo quatuor in circo factiones nomen habuere. Equum igitur putat non facere, qui aurigæ non paret, nec in curriculo corripit spatium, sed ignavus stimulos non sentit.

[a] *Contentus*] Legunt nonnulli *contentum*, ut referatur ad *vulgus*, quod plerumque neutrius, raro est generis masculini.

[b] *Pro M. Coponio*] Cujus causam explicuimus in notis ad lib. I. de

scriptum esset, negligi, et opinione quæri voluntates,[b] et, interpretatione disertorum, scripta simplicium hominum pervertere?[c] 197. Quam ille multa de auctoritate patris sui, qui semper jus illud esse defenderat![d] quam omnino multa de conservando jure civili! quæ quidem omnia cum perite, et scienter, tum ita breviter,[4] et presse, et satis ornate, et pereleganter diceret; quis esset in populo, qui aut expectaret, aut fieri posse quicquam melius putaret? LIII. At vero, ut contra Crassus ab adolescente[c] delicato, qui in littore ambulans scalmum[e] reperisset, ob eamque rem ædificare navem concupivisset, exorsus est; similiter Scævolam ex uno scalmo captionis, centumvirale judicium hæreditatis effecisse; hoc in illo initio[1] consecutus, multis ejusdem generis sententiis delectavit, animosque omnium, qui aderant, in hilaritatem a severitate traduxit: quod est unum ex tribus, quæ dixi ab oratore effici debere. 198. Deinde hoc voluisse eum, qui testamentum fecisset, hoc sensisse, quoquo modo filius non esset, qui in suam tutelam venisset,[2] sive non natus, sive ante mortuus, Curius

[b] *Conjectura inquiri quid voluissent.*
[c] *In aliam atque ipsi vellent partem torquere.*
[d] *P. Mucii Scævolæ, qui semper contenderat æquum esse verbis scripti adhærere.*
[e] *Lignum teres ad quod alligati remi commodius vertuntur.*

cum edd. Nor. Ald. Junt. Lamb. Schutz. Orell. *captiosum esse.* Lectio nostra est e conjectura Ernesti.—4 Ald. et Manut. *tum et breviter*, probante Schutz. in ed. maj.

CAP. LIII. 1 Ellendt. *hoc ille initio; τὸ in* non sine causa suspectum est Ernestio. *Scæv. ex uno scalmo captionis hæreditatem effecisse: hoc ille initio consecutisque multis ejusdem generis sententiis delectavit centumvirale judicium, animosque* Schutz. e conjectura sua; *consecutis* Guelf. 1. et Norimb.—2 Ita ex edd. Venet. Mediol. Vict. Nor. reposuit Ernesti; *veniret* Guelf. 1. 2. alii

NOTÆ

Orat. § 180.

c *Ab adolescente*] Scævola, explicatis fusius juris formulis, judicum animos fatigaverat; eos itaque Crassus recreavit ipso orationis aditu, historia faceta de quodam adolescente, qui scalmo reperto exstruere navem voluit et incepit. Ridicule ille quidem, qui propter rem tantillam aggredi tantum opus cogitaverit. Huic Crassus similem dixit Scævolam, qui propter levissimam captionem, quæ privato arbitrorum judicio discuti facile poterat, centumvirale judicium effecerit. De centumviralibus causis diximus lib. I. de Orat. § 175. De scalmo ibid. § 174.

hæres ut esset: ita scribere plerosque, et id valere, et valuisse semper. Hæc et multa ejusmodi dicens, fidem faciebat:[f] quod est ex tribus oratoris officiis alterum. Deinde æquum bonum testamentorum sententias voluntatesque[3] tutatus est:[g] quanta esset in verbis captio,[h] cum[4] in ceteris rebus, tum in testamentis, si negligerentur voluntates: quantam sibi potentiam Scævola assumeret, si nemo auderet testamentum facere postea, nisi de illius sententia.[i] Hæc cum graviter, tum ab exemplis copiose, tum varie, tum etiam ridicule et facete explicans, eam admirationem assensionemque commovit, dixisse ut contra nemo videretur. Hoc erat oratoris officium partitione tertium, genere maximum. Hic ille de populo judex, qui separatim alterum admiratus esset, idem, audito altero, judicium suum contemneret: at vero intelligens et doctus, audiens Scævolam, sentiret esse quoddam uberius dicendi genus et ornatius.[j] Ab utroque autem, causa perorata, si quæreretur, uter præstaret orator, nunquam profecto sapientis judicium a judicio vulgi discreparet. LIV. 199. Qui præstat igitur intelligens imperito? magna re et difficili:[k] si quidem magnum est scire, quibus rebus efficiatur, amittaturve dicendo illud quicquid est,[l] quod aut effici dicendo oportet, aut amitti[1] non oportet. Præstat etiam illo doctus auditor indocto, quod sæpe, cum oratores duo, aut plures populi judicio probantur, quod dicendi genus optimum sit, intelligit: nam illud, quod populo non probatur, ne intelligenti quidem oratori[2] probari potest. Ut enim ex nervorum

[f] *Docebat.*

[g] *Defendit ex æquitate esse, interpretari testamenta, non ex ipsis scripti vocibus, sed ex scribentis voluntate ac sententia.*

[h] *Quantum esset in verbis periculum.*

[i] *Ex Scævolæ mente.*

[j] *Quam quod adhiberet Scævola, et quod vulgus imperitum non animo occuparet.*

[k] *Qua re igitur vir intelligens superat ignarum? eum superat re magna et difficili, nempe artis oratoriæ peritia.*

[l] *Quo se auditoribus approbat orator.*

codd. Ald. Junt. Lamb. Schutz. Orell.—3 Lamb. *mortuorumque voluntates.*—4 Schutz. conj. *tum.*

CAP. LIV. 1 Lamb. *omittaturve . . . aut omitti.*—2 Ita tacite edidit Ernestius, eumque secutus est solus Wetzel. *auditori* codd. ceteræque edd.—

sono in fidibus, quam scienter ei pulsi sint, intelligi solet;[m] sic ex animorum motu cernitur, quid tractandis his[3] perficiat orator. 200. Itaque intelligens dicendi existimator,[n] non assidens, et attente audiens, sed uno aspectu, et præteriens, de oratore sæpe judicat. Videt oscitantem judicem, loquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem,[o][4] mittentem ad horas,[p] quæsitorem, ut dimittat, rogantem:[q] intelligit, oratorem in ea causa non adesse, qui possit animis judicum admovere orationem, tanquam fidibus manum. Idem si præteriens aspexerit erectos[r] intuentes[5] judices, ut aut doceri de re, idque etiam vultu probare videantur; aut, ut avem cantu aliquo, sic illos viderit oratione, quasi suspensos, teneri; aut, id quod maxime opus est, misericordia, odio, motu animi aliquo perturbatos esse vehementius: ea si præteriens (ut dixi) aspexerit, si nihil audierit,[6] tamen oratorem versari in illo judicio, et opus oratorium fieri,[s] aut perfectum jam esse, profecto intelliget.

LV. 201. Cum hæc disseruissem, uterque[t] assensus est, et ego tanquam de integro ordiens, Quando igitur, inquam, a Cotta et Sulpicio hæc omnis fluxit oratio, cum hos maxime judicio illorum hominum, et illius ætatis dixissem[1] probatos, revertar ad eos ipsos: tum reliquos, ut institui, deinceps persequar.[u] Quoniam ergo oratorum bonorum (hos enim quærimus) duo genera sunt, unum attenuate presseque, alterum sublate ampleque dicentium:[v] etsi id melius est, quod splendidius et magnificentius, tamen in

[m] *Nam sicut ex chordarum sono in cithara judicatur, quam peritus sit citharœdus.*
[n] *Artis oratoriæ judex.* [o] *Caput hinc inde circumferentem.*
[p] *Ad clepsydram quæsitum, an horæ ad dicendum definitæ effluxerint.*
[q] *Postulantem a prætore ut dimittat oratorem ineptum.*
[r] *Attentos.* [s] *Orationem haberi ab eloquenti viro.*
[t] *Brutus et Atticus.* [u] *De reliquis ordine suo dicam.*
[v] *Unum stylo tenui et conciso, alterum grandi et copioso dicentium.*

3 Lamb. *quid his tractandis.*—4 Ed. Rom. *calculantem,* nequaquam id probante Rivio.—5 Ernesti conj. *intentos;* 'Non male, si legatur cum copula *erectos et intentos.*' Schutz. *intuentes* Ellendt.—6 Lamb. *audiverit.*
CAP. LV. 1 Guelf. 1. 2. *duxissem;* Ellendt. conj. *dixerim,* non probante

bonis omnia, quæ summa sunt, jure laudantur. 202. Sed cavenda est presso illi oratori inopia et jejunitas;[w] amplo autem inflatum et corruptum orationis genus. Inveniebat igitur acute Cotta, dicebat pure ac solute;[x] et ut ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat,[y] sic ad virium imbecillitatem dicendi accommodabat genus. Nihil erat in ejus oratione nisi sincerum, nihil nisi siccum,[z] atque sanum: [*p.* 183.] illudque maximum, quod, cum contentione orationis flectere animos judicum vix posset, nec omnino eo genere diceret, tractando tamen impellebat, ut idem facerent a se commoti,[a] quod a Sulpicio concitati.[b] 203. Fuit enim Sulpicius vel maxime omnium, quos quidem ego audiverim, grandis, et, ut ita dicam, tragicus[c] orator: vox cum[2] magna, tum suavis, et splendida: gestus et motus corporis ita venustus, ut tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur: incitata et volubilis,[d] nec ea[3] redundans[e] tamen, nec circumfluens oratio. Crassum hic[f] volebat imitari; Cotta malebat Antonium: sed ab hoc vis aberat Antonii, Crassi ab illo lepos.[g] 204. O magnam, inquit, artem! Brutus: siquidem istis, cum summi essent oratores, duæ res[h] maximæ, altera alteri defuit. LVI. Atque in his oratoribus illud animadvertendum est,[1] posse esse summos, qui inter se sint dissimiles. Nihil enim tam dissimile, quam Cotta Sulpicio, et uterque[2] æqualibus suis plurimum præstitit. Quare hoc doctoris[i] intelligentis est, videre, quo ferat natura sua quemque:[3] et ea duce utentem sic instituere, ut Isocratem in acerrimo

[w] *Qua desunt oratori necessaria.* [x] *Expedite.*
[y] *Pro laterum infirmitate temperabat vim in dicendo.*
[z] *Expers vitiosæ ubertatis.* [a] *Leniter inducti.*
[b] *Vehementer impulsi.* [c] *Grandiloquus.* [d] *Velox.*
[e] *Plus quam par sit copiosa.* [f] *Sulpicius.*
[g] *Sed nec Cotta vim habebat Antonii, nec Sulpicius elegantiam Crassi.*
[h] *Vis et lepos.* [i] *Ejus qui alium instituit.*

Orell.—2 *Vox tum* Guelf. 1. et Schutz.—3 Guelf. 1. *nec ita;* unde Orell. conj. *nec illa.*

Cap. LVI. 1 Verbum *est* exulat in Nor.—2 Solus Lamb. *at uterque.*—

ingenio Theopompi,[d] et lenissimo[4] Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frænos. 205. Sulpicii orationes, quæ feruntur,[j] eas post mortem ejus scripsisse P. Canutius putatur, æqualis meus, homo extra nostrum ordinem,[k] meo judicio disertissimus. Ipsius Sulpicii nulla oratio est: sæpeque ex eo audivi, cum se scribere neque consuesse, neque posse diceret. Cottæ pro se, lege Varia,[5][e] quæ inscribitur, eam L. Ælius[f] scripsit Cottæ rogatu.[l] Fuit is omnino vir egregius, et eques Romanus cum primis honestus, idemque eruditissimus et Græcis literis, et Latinis: antiquitatisque nostræ et in inventis rebus, et in actis, scriptorumque veterum literate peritus: quam scientiam Varro[g] noster acceptam ab illo, auctamque per sese, vir ingenio præstans, omnique doctrina, pluribus et illustrioribus literis explicavit. 206. Sed idem Ælius Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit unquam, nec fuit: scribebat tamen orationes, quas alii dicerent; ut Q. Metello F.[6] ut Q. Cæpioni, ut Q. Pompeio Rufo: quan-

[j] *Quæ sub ejus nomine vulgatæ sunt.* [k] *Senatorium.*
[l] *Oratio, cujus titulus pro lege Varia, et quæ tribuitur Cottæ, eam composuit L. Ælius Cottæ rogatu.*

3 Lamb. *sua quemque natura.*—4 Ellendt. conj. *et lentissimo.* Mox, *calcar* Guelf. 1.—5 Lamb. *pro lege Varia.* Mox, *scribit Cottæ rogatu* ed. 1584. Grut. errore typogr.—6 *Q. Metello Balearici F.* conj. Lamb. probante Ellendt.

NOTÆ

[d] *Theopompi*] De quo, ut et Ephoro, dictum lib. II. de Orat. § 57.

[e] *Pro se, lege Varia*] Vocula *se* redundat. Varia lex, quam de majestate tulit Q. Varius tribunus plebis A. U. 663. ante Christum 91. Ea lege quærebatur de iis, quorum ope et consilio socii contra pop. Romanum arma cepissent. Hac ipsa lege quam tulerat Varius damnatus est.

[f] *L. Ælius*] L. Ælius Stilo Varronis magister a Charisio citatus Instit. Gram. lib. I.

[g] *Varro*] M. Terentius Varro senator, Romanorum omnium doctissimus, qui, ut refert Tullius lib. I. Academ. Quæst. ætatem patriæ, descriptiones temporum, domesticam bellicamque disciplinam, sedem regionum et locorum, omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuit. 'Tam multa legit,' inquit Terentianus apud S. August. de Civit. VI. 2. 'ut aliquid ei scribere vacasse miremur; tam multa scripsit, quam vix quenquam legere potuisse credamus.' Obiit prope nonagenarius Olymp. 188. anno primo, ante Christum 28.

quam is etiam ipse scripsit eas, quibus pro se est usus, sed non sine Ælio. 207. His enim scriptis[7] etiam ipse interfui,[m] cum essem apud Ælium adolescens, eumque audire perstudiose solerem. Cottam autem miror, summum ipsum oratorem minimeque ineptum, Ælianas leves oratiunculas voluisse existimari suas.[n] LVII. His duobus ejusdem ætatis annumerabatur nemo tertius: sed mihi placebat Pomponius maxime, vel dicam, minime displicebat. Locus erat omnino in maximis causis, præter eos, de quibus supra dixi, nemini: propterea quod Antonius, qui maxime expetebatur,[1] facilis in causis recipiendis erat; fastidiosior[o] Crassus, sed tamen recipiebat: horum qui neutrum habebat, confugiebat ad Philippum fere, aut ad Cæsarem: Cotta [secundum Philippum et Cæsarem][2] et Sulpicius expetebantur. Ita ab iis sex patronis causæ illustres agebantur: neque tam multa, quam nostra ætate, judicia fiebant; neque hoc, quod nunc fit, ut causæ singulæ defenderentur a pluribus, quo nihil est vitiosius. 208. Respondemus iis,[p] quos non audivimus: in quo primum sæpe aliter est dictum, aliter ad nos relatum:[q][3] deinde magni interest coram videre me, quemadmodum adversarius de quaque re asseveret,[r] maxime autem quemadmodum quæque res audiatur.[s] Sed nihil vitiosius, quam, cum unum corpus debeat esse defensionis, nasci de integro causam,[t] cum sit ab altero perorata. 209. Omnium enim causarum, unum est naturale principium, una peroratio: reliquæ partes, quasi membra, suo quæque loco locata, suam et vim[4] et dignitatem tenent. Cum autem difficile sit, in longa ora-

[m] *Aderam cum eas orationes scriberet Ælius.*
[n] *Voluisse tenues Ælii oratiunculas haberi pro suis.* [o] *Difficilior.*
[p] *Cum singulæ causæ a pluribus defenduntur.*
[q] *Sæpe aliter dixerunt, quam ad nos relatum sit.* [r] *Dicat.*
[s] *A judicibus.* [t] *Repetendam esse ab initio causam.*

'Nihil opus.' *Orell.*—7 *His enim scribendis* conj. Lamb. et sic cod. ψ.

CAP. LVII. 1 Cod. ψ, *expectabatur.*—2 Verba *secundum Philippum et Cæsarem* inseruit primus Lamb. in ed. 1566. Non recepit Grut. *Cæsarem: [secundum Philippum et Cæsarem] Cotta et Sulpicius* Orell. Paulo post, *ita ab his* Ellendt. et Orell.—3 Lamb. *delatum.* Mox, idem Lamb. delet pronomen *me.*

tione[u] non aliquando aliquid ita dicere, ut sibi ipse non conveniat;[5] quanto difficilius cavere, ne quid dicas, quod non conveniat ejus orationi, qui ante te dixerit? Sed quia et labor multo major est, totam causam, quam partem dicere, et quia plures ineuntur gratiæ,[v] si uno tempore dicas pro pluribus, idcirco hanc consuetudinem lubenter[6] ascivimus.[w]

LVIII. 210. Erant tamen, quibus videretur illius ætatis tertius Curio,[h] quia splendidioribus fortasse verbis utebatur; et quia Latine non pessime loquebatur, usu, credo, aliquo domestico: nam literarum admodum nihil sciebat. Sed magni interest, quos quisque audiat[i] quotidie domi, quibuscum loquatur a puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres etiam loquantur. 211. Legimus epistolas Corneliæ,[j] matris Gracchorum: apparet, filios non tam in gremio educatos, quam in sermone matris. Auditus est nobis Læliæ C. F.[x 1] sæpe sermo: ergo illam patris elegantia tinctam[y] vidimus; et filias ejus Mucias ambas,[z] quarum sermo mihi fuit notus; et neptes Licinias,[z] quas nos qui-

[u] *Quam idem orator habeat.*
[v] *Plurimum benevolentiæ conciliatur.* [w] *Assumsimus.*
[x] *Quam Scævola duxerat uxorem.* [y] *Imbutam.*
[z] *E filia et L. Licinio Crasso natas*

—4 Nor. Ald. Junt. Lamb. *suam vim*, omissa copula.—5 Lamb. *ut sibi ipsum non conveniat;* Beier. ad Offic. tom. I. p. 256. *ut sibi ipsi non conveniat.* 'Vulgatam recte defendit Heusingerus. Ernestio placebat, *ut tibi ipse non convenias;* quod tamen non est necessarium.' *Schutz.* Ernestii conjecturam probat Ellendt. Mox, *ne quid dicat* suspicabatur Ellendt. Paulo post pronomen *te* omittunt Guelf. 1. 2. Manut. prob. Ellendt. si legatur *dicat;* id habent Nor. Ald. Junt. Crat. Camer.—6 Nor. et Lamb. *libenter.*

CAP. LVIII. 1 *Læliæ F.* ψ; *Læliæ Caii F.* ed. Oxon.—2 'Recte refutat Ernestius Gulielmium; qui hic rescribendum putabat, *et filios ejus Mucios*

NOTÆ

[h] *Curio*] C. Scribonius Curio, illius de quo superius egimus filius: tribunus plebis fuit anno U. C. 664. ante Christum 90. et decimo quarto post anno consul.

[i] *Quos quisque audiat*] Id in institutione pueri præcipuum esse sentit Fabius, quem consule lib. I. cap. 1. ut et Plutarchum libro de Educandis Liberis.

[j] *Epistolas Corneliæ*] Duarum ejus epistolarum reliquias ex Cornelii Nepotis fragmentis ab Andrea Schotto collectis refert Pighius lib. XIII. Annalium ad annum U. C. 629.

dem ambas, hanc vero Scipionis[a] etiam tu, Brute, credo, aliquando audisti loquentem. Ego vero, ac lubenter quidem, inquit Brutus; et eo lubentius, quod L. Crassi erat filia. 212. Quid Crassum,[k] inquam, illum censes, istius Liciniæ filium, Crassi testamento qui fuit adoptatus?[l] Summo iste quidem dicitur ingenio fuisse, inquit. Et vero hic Scipio, collega meus,[m] mihi sane bene et loqui[n] videtur, et dicere. Recte, inquam, judicas, Brute. Etenim istius genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum.[b] Nam et de duobus avis[o] jam diximus, Scipione et Crasso; et de tribus proavis,[p] Q. Metello, cujus quatuor filii; P. Scipione, qui ex dominatu Ti. Gracchi privatus in libertatem rempublicam vindicavit; Q. Scævola augure, qui peritissimus juris, idemque percomis est habitus.[3] 213. Jam duorum abavorum[q] quam est illustre nomen, P. Scipionis,

[a] *Uxorem.* [b] *Ortum ducit a viris sapientissimis.*

ambos.' Schutz.—3 ' Lectio Rivii, *idemque patronus est habitus,* admitti nequit; nam Scævola non fuit orator: comitas vero ejus laudatur Or. I. 45.' *Idem.*

NOTÆ

[k] *Crassum*] Licinium Crassum Scipionem, qui parentibus P. Nasica et Licinia Crassi oratoris filia natus, ab avo materno adoptatus est.

[l] *Testamento qui fuit adoptatus*] Non modo principis auctoritate et magistratus imperio, sed etiam testamento aliquando fiebat adoptio. Id patet cum ex hoc loco, tum ex Velleio lib. II. 'Cæsaris testamentum apertum est, quo C. Octavium adoptabat:' et Cornelio Nepote in Attico: 'Cæcilius moriens testamento adoptavit eum hæredemque fecit.' Testamento adoptatus adibat hæreditatem, ejusque nomen assumebat, qui scripserat testamentum. Vide Cujacium Observ. VII. 7.

[m] *Collega meus*] Bruti collega fuisse dicitur in minore pontificatu.

[n] *Loqui*] Loquitur, qui in congressu familiari disserit; dicit, qui publice perorat.

[o] *De duobus avis*] Licinii Crassi Scipionis paternus avus fuit P. Scipio Nasica in consulatu mortuus anno U. C. 643. ante Christum 111. Avus maternus L. Licinius Crassus orator.

[p] *De tribus proavis*] Primus fuit Q. Metellus Macedonicus, cujus filiam Cæciliam duxerat P. Nasica Crassi Scipionis avus; alter P. Scipio Nasica Serapio consul anno U. C. 616. ante Christum 138; tertius Q. Mucius Scævola Augur, pater Muciæ L. Crassi uxoris.

[q] *Duorum abavorum*] Licinii Crassi Scipionis abavus paternus P. Cornelius Scipio Nasica Corculum consul primum anno U. C. 592. iterum anno 599. ante Christum 155. Abavus maternus C. Lælius Sapiens, de quo dictum superius.

qui bis consul fuit, qui est Corculum dictus, alterius omnium sapientissimi, C. Lælii! [*p.* 184.] O generosam, inquit, stirpem, et tanquam in unam arborem plura genera,[4] sic in istam domum multorum insitam atque illuminatam sapientiam![c 5] LIX. Similiter igitur suspicor, (ut conferamus parva magnis,[d]) Curionis, etsi pupillus relictus est, patrio fuisse instituto puro sermone[1] assuefactam domum: et eo magis hoc judico, quod neminem ex iis quidem, qui aliquo in numero fuerunt, cognovi in omni genere honestarum artium tam indoctum, tam rudem. 214. Nullum ille poëtam noverat,[2] nullum legerat oratorem, nullam memoriam antiquitatis collegerat: non publicum jus, non privatum et civile cognoverat: quanquam id quidem fuit etiam in aliis, et magnis quidem oratoribus, quos parum his instructos artibus vidimus, ut Sulpicium, ut Antonium. Sed ii[3] tamen unum illud habebant dicendi opus elaboratum: idque cum constaret ex quinque notissimis partibus,[e] nemo in aliqua parte earum omnino nihil poterat: in quacumque enim una plane claudicaret,[4] orator esse non posset.[f] 215. Sed tamen alius in alia excellebat[5] magis: reperiebat, quid dici opus esset, et quomodo præparari, et quo loco locari: memoriaque ea comprehendebat Antonius: excellebat autem actione: erantque ei quædam ex his paria cum

[c] *O gentem nobilem, in cujus familiam clarissima multorum sapientia videtur insita, ut in unam arborem inseruntur varia præstantissimarum stirpium genera!*

[d] *Res parvas Curionis, cum rebus magnis Scipionis.*

[e] *Inventione, dispositione, elocutione, memoria, et pronuntiatione.*

[f] *Qui in una illarum quinque partium omnino infirmus esset, ille non poterat esse orator.*

—4 'Quid hoc loco *genera?* 'Surculorum,' vel 'fructuum' inquient. Audio; sed lego *germina.* Virg. Georg. II. 76. 'huc aliena ex arbore germen Includunt.'' *Orell.*—5 'Hoc corruptum.' *Idem.* Ita tamen Ald. Junt. Manut. Grut. 'Ernestius vel *illatam*, vel *illigatam sapientiam*, legendum esse conjecit. Et hoc quidem nunc recepi, quia in insitione surculi etiam illigari, vel colligari solent. Cf. Columellæ de R. R. v. 11.' *Schutz. illiminatam sapientiam* Lamb. *innatam*, vel *inoculatam sapientiam* conj. Schutz. in ed. maj.

CAP. LIX. 1 Lamb. *sermoni.*—2 Guelf. 1. *viderat.*—3 *Sed ei* Nor. ut frequenter in hoc libro editur.—4 Ita Junt. Lamb. Grut. Schutz. *clauderet* multi codd. et edd. etiam Orell.—5 Nor. *excedebat.* Ald. Junt. Crat. Lamb. distinguunt, *excellebat: magis reperiebat.* Mox, *præparare* codd. cum edd. Nor. Ald. Junt. Crat. Grut. *præparari* Manut. Lamb. Schutz. et Orell.—

Crasso, quædam etiam superiora: at Crassi magis enitebat oratio.[6] Nec vero Sulpicio, neque Cottæ dicere possumus, neque cuiquam bono oratori, rem[7] ullam ex illis quinque partibus plane atque omnino defuisse. 216. Itaque in Curione hoc verissime judicari potest, nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum splendore et copia: nam cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit.[g] LX. Reliqua duo sunt, agere et meminisse: in utroque cachinnos irridentium commovebat. Motus erat is, quem et C. Julius in perpetuum notavit,[h] cum ex eo, in utramque partem toto corpore vacillante, quæsivit, 'quis loqueretur e lintre?'[r] et Cn. Sicinius, homo impurus, sed admodum ridiculus,[i] neque aliud in eo oratoris simile[1] quicquam. 217. Is cum tribunus plebis[s] Curionem et Octavium consules produxisset, Curioque multa dixisset, sedente Cn. Octavio collega, qui devinctus erat fasciis, et multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus, 'Nunquam,' inquit, 'Octavi, collegæ tuo gratiam referes; qui nisi se suo more jactavisset,[j] hodie[2] te istic muscæ comedissent.' Memoria autem ita fuit nulla, ut aliquoties, tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quæreret: qui in judicio privato vel maximo, cum ego pro Titinia Cottæ[k] peroravissem, ille contra me pro Ser. Nævio[3]

[g] *In disponendis orationis partibus non servavit ordinem.*
[h] *Corporis motus a C. Julio in perpetuum notatus est dicterio.*
[i] *Ad risum facile movendum aptus, facetus.*
[j] *Maximos et indecoros gestus fecisset.* [k] *Uxore.*

6 Unus Oxon. *nitebat oratio*, ut § 238. 'nitens oratio.'—7 Voc. *rem* delevit Lamb. uncis inclusit Ellendt.

CAP. LX. 1 Cod. ψ, *oratori simile.*—2 *Is . . . produxisset, Curioque multum se suo more jactasset, sedente . . . referes; qui nisi fuisset, hodie, &c.* edidit Schutz.

NOTÆ

[r] *Quis loqueretur e lintre*] Hac interrogatiuncula C. Julius notabat in Curione solutum corporis hinc inde vacillantis motum, qualis esse solet in iis qui in cymba fluctibus agitata hinc illinc ancipiti nutu titubant.

[s] *Tribunus plebis*] Anno U. C. 678. ante Christum 76. Cn. Sicinius cum de tribunitia potestate restituenda seditiose agens Cn. Octavium et C. Curionem consules in jus traxisset, in magistratu occisus est hortatu Cu-

diceret, subito totam causam oblitus est, idque veneficiis et cantionibus[l] Titiniæ factum esse dicebat. 218. Magna hæc immemoris ingenii signa: sed nihil turpius, quam quod etiam in scriptis oblivisceretur,[4] quid paulo ante posuisset; ut in eo libro,[t] ubi se, exeuntem e senatu, et cum Pansa nostro, et cum Curione filio, colloquentem facit, cum senatum Cæsar consul habuisset,[5] omnisque ille sermo ductus e percunctatione[m] filii, quid in senatu esset actum. In quo[n] multis verbis cum inveheretur in Cæsarem Curio, disputatioque esset inter eos, ut est consuetudo dialogorum, cum sermo esset institutus senatu misso, [quem senatum Cæsar consul habuisset,][o] reprehendit eas res, quas idem Cæsar anno post, et deinceps reliquis annis administravisset in Gallia. LXI. 219. Tum Brutus admirans, Tantamne fuisse oblivionem, inquit, in scripto præsertim,[p] ut ne legens quidem unquam senserit, quantum flagitii[q] commisisset? Quid autem, inquam, Brute, stultius, quam, si ea vituperare volebat, quæ vituperavit, non eo tempore instituere sermonem, cum illarum rerum jam tempora præteriissent? Sed ita totus errat, ut in eodem sermone[u] dicat, in senatu[1]

[l] *Incantamentis.* [m] *Ex interrogatione.* [n] *Dialogo.*
[o] *Statim atque dimissus est senatus, quem eo die Cæsar consul convocaverat.*
[p] *Fieri ne potest ut tanta ejus scribentis fuerit oblivio?*
[q] *Quantum errorem.*



partim de Schneideri conjectura.—3 *Sex. Nævio* Lamb.—4 Ita Manut. et Grut. *obliviscebatur* Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell.—5 Hæc, *cum senatum Cæsar consul habuisset,* uncis incluserunt Schutz. Orell. et Ellendt. ' quæ hic perperam interpolata sunt e sequentibus. Ernestius vero postea uncis inclusit verba, *quem senatum Cæsar consul habuisset.*' Schutz. Mox, *ductus esset* Lamb. probante Ellendt. *ducitur* Schutz. in ed. maj. Jacobsius totum hunc locum ita constituendum arbitratur, *colloquentem facit; cum sermo esset institutus senatu misso, quem senatum Cæsar Cos. habuisset, omnisque ille sermo ... dialogorum, reprehendit eas res, &c.*

CAP. LXI. 1 Ita Ald. Junt. Crat. Grut. *in senatum* Manut. Lamb. Schutz.

NOTÆ

rionis. Sallustius in Fragmentis.

[t] *Ut in eo libro*] Curio Dialogum edidit, quem habitum finxit anno U. C. 695. ante Christum 59. simul ac senatum Cæsar tum consul dimisit: et tamen idem ille Curio temporis, quo suum sermonem astrinxerat, tam immemor fuit, ut cum debuisset tantum disserere de iis quæ tum gesta erant, excurrerit ad ea quæ Cæsar anno post et deinceps consequentibus annis administravisset in Gallia.

[u] *Ut in eodem sermone*] Vitio me-

se, Cæsare consule, non accedere, sed id dicat ipso consule, exiens e senatu. Jam qui hac parte animi,[v] quæ custos est ceterarum ingenii partium, tam debilis esset, ut ne in scripto quidem meminisset, quid paulo ante posuisset, huic, minime mirum est, ex tempore dicenti solitam effluere mentem.[r] 220. Itaque cum ei nec officium deesset, et flagraret studio dicendi, perpaucæ[s] ad eum causæ deferebantur. Orator autem, vivis ejus æqualibus, proximus optimis numerabatur, propter verborum bonitatem, ut ante dixi, et expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem.[t] Itaque ejus orationes aspiciendas tamen censeo: sunt illæ quidem languidiores, verumtamen possunt augere et quasi alere id bonum, quod in illo mediocriter fuisse concedimus: quod habet tantam vim, ut solum, sine aliis, in Curione speciem[2] oratoris alicujus effecerit. Sed ad instituta redeamus.

LXII. 221. In eodem igitur numero[u] ejusdem ætatis C. Carbo[w] fuit, illius eloquentissimi viri filius, non satis acutus orator; sed tamen orator numeratus est. Erat in verbis gravitas,[1] et facile dicebat, et auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. Acutior Q. Varius[x] rebus inve-

[r] *Non est mirandum eum, cum dicit imparatus, memoria deficere.*
[s] *Etsi erat officiosus, et dicere admodum cupiebat, tamen perpaucæ, &c.*
[t] *Copiam.* [u] *Oratorum.*

et Orell. Mox, *et id dicat* conj. Lamb. et Ernesti.—2 Schutz. et Ellendt. *specimen.*

CAP. LXII. 1 Lamb. conj. *granditas.* Mox, *auctoritatem quandam natura-*

NOTÆ

moriæ turpiter hallucinabatur Curio. In eodem Dialogo dicebat se tempore consulatus Cæsaris non venire in senatum, et tamen fingebat tum institutum sermonem, cum exiret e senatu, Cæsare consule.

[v] *Hac parte animi*] Partem animi memoriam dicit: sic et Virgilius Ecl. IX. 51. 'Omnia fert ætas, animum quoque.' Id est, omnia tempore deficiunt, et ipsa memoria.

[w] *C. Carbo*] Filius Carbonis illius de quo dictum § 105.

[x] *Q. Varius*] Sucronensis ex Hispania dictus Hybrida propter ambiguum jus civitatis, quæstor anno U. C. 658. ante Christum 96. lege sua, quam tribunus plebis contra intercessionem collegarum perrogavit, majestatis damnatus, exilio multatus est anno U. C. 664. ante Christum 90. Val. Max. VIII. 6.

niendis, nec minus verbis expeditus: fortis vero actor, et vehemens, et verbis nec inops, nec abjectus, et quem plane oratorem dicere auderes. Cn. Pomponius[y] lateribus pugnans,[v] incitans animos, acer, acerbus, criminosus.[w] 222. Multum ab iis[z] aberat L. Fufius,[z] tamen ex accusatione M' Aquillii[a] diligentiæ fructum ceperat. Nam M. Drusum,[x][b] tuum magnum avunculum, gravem oratorem, ita duntaxat cum de republica diceret;[y] L. autem Lucullum[c] etiam acutum; patremque tuum,[d] Brute, juris quoque, et publici, et privati sane peritum; M. Lucullum,[e] M. Octavium,[f] Cn. F. (qui tantum auctoritate, dicendoque valuit, ut legem Semproniam frumentariam, populi frequentis suffragiis abrogaverit), Cn. Octavium,[g] M. F., M. Catonem

[v] *Contenta voce utens contra adversarios.*
[w] *Criminum suspicionem movens.*
[x] *Nam ex oratorum in foro illustrium numero removeamus M. Drusum, &c.*
[y] *Qui gravis tantum erat orator cum de rep. sermonem habebat.*

lem Guelf. 1. non *naturalem quandam auctoritatem,* ut ait Ellendt.—2 *Multum*

NOTÆ

[y] *Cn. Pomponius*] Quæstor, tribunus plebis, ac denique prætor anno U. C. 667. ante Christum 87.

[z] *L. Fufius* [*L. Fusius*] L. Fusius Calenus, de quo nonnihil perstrinxit Tullius lib. II. de Orat. § 91. quæsturam gessit anno U. C. 658. ante Christum 96.

[a] *M' Aquillii*] Qui consul fuit anno U. C. 653. ante Christum 101. ab Antonio egregie defensus, ut refertur lib. II. de Orat. § 194.

[b] *M. Drusum*] M. Livius Drusus, Drusi consularis filius, maternæ aviæ Bruti frater, cum tribunus plebis judicia ab equitibus ad senatores transferre moliretur, occisus est anno U. C. 663. ante Christum 91. Livius, Appianus, &c.

[c] *L. Lucullum*] L. Licinius Lucullus quæstor anno U. C. 666. ante Christum 88. An ejus filius qui de Mithridate et Tigrane triumphavit, ut censet Corradus?

[d] *Patremque tuum*] Is fuit M. Junius Brutus eodem quo Lucullus anno quæstor, postea prætor Galliam Cisalpinam obtinuit, et a Cn. Pompeio judicatus hostis; ac deinde per deditionem cum suis in fidem receptus, contra jus occisus est anno U. C. 677. ante Christum 77. Plutarchus in Pompeio, &c.

[e] *M. Lucullum*] L. Luculli fratrem, ut docet Plutarchus in Lucullo.

[f] *M. Octavium*] Qui tribunus plebis anno U. C. 634. ante Christum 120. lege frumentaria lata Semproniam frumentariam item legem abrogavit.

[g] *Cn. Octavium*] Qui magistratibus aliis perfunctus consulatum obtinuit anno U. C. 668. ante Christum 86.

patrem,[h] Q. etiam Catulum [i] filium, abducamus ex acie, id est, a judiciis,[3] et in præsidiis reipublicæ, cui facile satisfacere possint, collocemus. 223. Eodem Q. Cæpionem [j] referrem,[z] nisi nimis equestri ordini deditus, a senatu dissedisset.[4] [*p.* 185.] Cn. Carbonem,[k] M. Marium,[l] et ex eodem genere complures minime dignos elegantis conventus auribus,[a] aptissimos cognovi turbulentis concionibus: quo in genere (ut in iis [5] perturbem ætatum ordinem) nuper L. Quintius [m] fuit: aptior autem etiam [6] Palicanus [n] auribus imperitorum. 224. Et, quoniam hujus generis facta mentio est, seditiosorum omnium post Gracchos,[7] L. Apuleius [o] Saturninus eloquentissimus visus est; magis specie tamen, et motu, atque ipso amictu [p] capiebat homines, quam aut di-

[z] *In eorundem numerum referrem.*
[a] *Indignos qui audiantur ab eruditis hominibus.*

ab his Guelf. 1. Schutz. et Orell. *Multum ab iis* ceteri omnes. Mox, *L. Fusius* Ald. Junt. Crat. Manut.—3 Hæc, *id est, a judiciis*, spuria visa Manutio, Lambino, et Ruhnkenio ad Vell. II. 23. Uncis incluserunt Schutz. et Orell.—4 Lamb. solus *discessisset.*—5 Manut. et Orell. *ut in his.*—6 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. *aptior etiam* Guelf. 1. 2. Nor. Manut. Schutz. et Orell.—7 Cod. ψ, *hominum post Graccho.* Mox, *Appuleius* Nor. Ellendt. et Orell.—

NOTÆ

[h] *M. Catonem patrem*] Illius scilicet Catonis, qui Uticæ sese occidit. De genere familiæ Porciæ consule Gellium XIII. 19.

[i] *Q. etiam Catulum*] Viri consularis et triumphalis filium. Quæstor fuit, tribunus plebis, ædilis, et prætor anno U. C. 671. ante Christum 83.

[j] *Q. Cæpionem*] De quo diximus lib. I. ad Heren. § 24.

[k] *Cn. Carbonem*] Vir perditissimus Marianas partes secutus ter consulatum iuvasit, et in magistratu occisus pœnas scelerum dedit anno U. C. 672. ante Christum 82.

[l] *M. Marium*] M. Marius Gratidianus, cui etiam Caius prænomen est, quæsturam exercuit anno U. C. 656. ante Christum 98. alios subinde magistratus gessit.

[m] *L. Quintius*] Homo maxime popularis tribunus plebis fuit anno U. C. 680. ante Christum 74.

[n] *Palicanus*] M. Lollius Palicanus, humili loco, Picens, loquax magis quam facundus, quæstor anno U. C. 675. ante Christum 79. Subinde tribunus et ædilis plebis ad ipsum quoque consulatum aspiravit. Quintil. IV. 2.

[o] *L. Apuleius*] Vide notas in lib. I. ad Heren. § 21.

[p] *Amictu*] Amictus in oratore non tam vestis est, quam certa quædam ratio componendæ togæ ad aptam conformationem et condecentiam præsentis habitus, et actionis futuræ. Recte itaque apud Ovid. Pont. II. 5. legeris: 'Dumque silens astat, status est vultusque diserti, Spemque decens doctæ vocis amictus habet;' cum vulgo perperam habeatur: 'Dumque si-

cendi copia, aut mediocritate prudentiæ. Longe autem post natos homines[8] improbissimus C. Servilius Glaucia,[q] sed peracutus et callidus, cum primisque ridiculus. Is ex summis et fortunæ et vitæ sordibus, in prætura consul[9] factus esset, si rationem ejus haberi licere judicatum esset: nam et plebem tenebat, et equestrem ordinem beneficio legis devinxerat. Is prætor, eodem die, quo Saturninus tribunus plebis, Mario et Flacco consulibus, [publice][10] est interfectus; homo simillimus Atheniensis Hyperboli,[r] cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. 225. Quos Sex. Titius[s] consecutus, homo loquax sane, et satis acutus, sed tam solutus et mollis in gestu, ut saltatio quædam[t] nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset:[b] ita cavendum est, ne quid in agendo dicen-

[b] *Quod ridiculos ejus gestus exprimeret.*

8 Lamb. *post homines natos.*—9 'Male distinxit Lamb. *sordibus in prætura, consul.*' Orell.—10 'Ernestius *τὸ publice* uncis perperam inclusit.' *Idem.*

NOTÆ

lent, astat: status est, vultusque diserti, Spemque docens doctæ vocis amicus habet.' Consule Vavassorem libello posthumo de vi et usu verborum.

[q] *C. Servilius Glaucia*] Quem alibi Tullius vocatum scribit curiæ stercus, quæstor fuit: deinde tribunus plebis anno U. C. 650. ante Christum 104. legem de judiciis tulit, uti contra Q. Cæpionis legem Serviliam equites soli ex lege Sempronia judicarent; equitum animos sibi conciliaverat. Quarto post anno urbanam jurisdictionem sortitus prætor eodem die quo Saturninus periit, jussu Marii consulis occisus est, anno U. C. 654. ante Christum 100.

[r] *Hyperboli*] Lucernarum fabri, quem Aristophanes poëta comicus in Equitibus, act. IV. exagitat hoc versu, *Ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην Ὑπέρβολον, Virum et civem improbum, vappam, perversum Hyperbolum.* Annitentibus Alcibiade et Nicia ostracismo in exilium decennale pulsus est. Thucydides, Plutarchus in Alcibiade et Nicia, Scholiastes Aristophanis, et Suidas. Proverbium 'ultra Hyperbolum' in eos quadrat qui instar Hyperboli litium cupidissimi sunt.

[s] *Sex. Titius*] Seditiosus civis, tribunus plebis anno U. C. 655. ante Christum 99.

[t] *Saltatio quædam*] Veterum saltatio in brachiorum gestibus et inflexione lacertorum ad numeros maxime consistebat. Ovid. Art. Am. lib. I. 'Si vox est, canta; si mollia brachia, salta.' Et lib. III. 'Quis dubitet, quin scire velim saltare puellam; Ut moveat posito brachia jussa sono?' Neque tamen excludebatur motus pedum, ut ex eodem constat lib. I. de Remedio: 'Exige quod cantet, si qua est sine voce puella: Fac sal-

dove facias, cujus imitatio rideatur. LXIII. Sed ad paulo superiorem ætatem revecti sumus:[c] nunc ad eam, de qua aliquantum locuti sumus, revertamur.

226. Conjunctus igitur Sulpicii ætati P. Antistius[u] fuit, rabula sane probabilis, qui multos cum tacuisset annos, neque contemni solum, sed irrideri etiam solitus esset, in tribunatu primum contra C. Julii illam consulatus petitionem extraordinariam,[d] veram causam agens,[e] est probatus: et eo magis, quod eandem causam cum ageret ejus collega ille ipse Sulpicius, hic[f] plura et acutiora dicebat. Itaque post tribunatum primo multæ ad eum causæ, deinde omnes, maximæ quæcumque erant, deferebantur. 227. Rem videbat acute, componebat diligenter,[g] memoria valebat: verbis non ille quidem ornatis utebatur, sed tamen non abjectis. Expedita autem erat et perfacile currens oratio. Et erat ejus quidem[1] tanquam habitus non inurbanus: actio paulum cum vitio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat.[h] Hic temporibus floruit iis, quibus, inter profectionem[2] [v] reditumque L. Syllæ, sine jure fuit et sine ulla

[c] *Rejecti sumus.* [d] *Extra ordinem et contra leges.*
[e] *In ea causa pro æquitate dicens.* [f] *Antistius.*
[g] *Inveniebat subtiliter, et accurate causæ partes disponebat.*
[h] *Actio laborabat.*



CAP. LXIII. 1 Ita codd. et edd. vett. etiam Grut. Schutz. et recentt. *quidam* Manut. et Lamb. probante Schneidero. 'Sed cf. § 259. 'alia quidem quasi inculta via,' et videbis nihil esse mutandum.' *Orell.*—2 Crat. *ante profectio-*

NOTÆ

tet, nescit si qua movere pedem.'

[u] *P. Antistius*] Anno U. C. 666. ante Christum 88. P. Antistius Labeo tribunus plebis cum collega P. Sulpicio Rufo acriter restitit C. Cæsari Straboni consulatum contra leges petenti. Triennio post prætor Pompeio cum filiam collocasset, quasi Syllæ partibus addictus, a Damasippo in senatu interfectus est. Plutarchus in Pompeio.

[v] *Inter profectionem*] Anno U. C. 667. ante Christum 87. L. Cornelius Sylla proconsul, Asiam ac bellum Mithridaticum sortitus, in Græciam primum se contulit, ibique Mithridatis duces variis præliis fregit; Bœotiamque et Atticam, quæ ad eum defecerant, recepit. Deinde in Asiam trajiciens ad duras pacis conditiones adegit Mithridatem, totamque Asiam quinquennali tributo multavit. Anno post inceptam expeditionem quarto in Italiam rediit. Appianus in Mithridaticis, Plutarchus in Sylla, &c. Totum igitur illud tempus inter profectionem et reditum Syllæ interjectum, quo floruit Antistius, fuit annorum quatuor.

dignitate respublica. Hoc etiam autem magis[3] probabatur, quod erat ab oratoribus quædam in foro solitudo.[i] Sulpicius occiderat,[j] Cotta aberat, et Curio: vivebat e reliquis patronis ejus ætatis nemo, præter Carbonem et Pomponium; quorum utrumque facile superabat. LXIV. 228. Inferioris autem ætatis erat proximus L. Sisenna,[w] doctus vir, et studiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus reipublicæ, non sine facetiis: sed neque laboris multi, nec satis versatus in causis; interjectusque[k] inter duas ætates, Hortensii et Sulpicii, nec majorem consequi poterat, et minori necesse erat cedere.[l] Hujus omnis facultas ex historia ipsius perspici potest; quæ cum facile omnes vincat superiores, tum indicat tamen,[x] quantum absit a summo, quamque genus hoc scriptionis[m] nondum sit satis Latinis literis illustratum. Nam Q. Hortensii admodum adolescentis ingenium, ut Phidiæ[x] signum, simul aspectum et probatum est. 229. Is,[n] L. Crasso, Q. Scævola consulibus,[y] primum in foro dixit, et apud hos ipsos quidem consules, et cum eorum, qui affuerunt, tum ipsorum consulum,

[i] *In foro paucissimi erant oratores.*
[j] *Occisus fuerat.* [k] *Interpositus fuit.*
[l] *Nec poterat assequi majorem natu Sulpicium, et necesse erat cedere Hortensio natu minori.* [m] *Scribendæ historiæ.* [n] *Hortensius.*



nem; refutavit Rivius.—3 Ita edd. vett. Nor. Ald. Junt. Crat. Grut. Lamb. *Hoc autem magis* Mannt. Schutz. et Ellendt. '*Hoc etiam magis* Guelf. 1. 2. ut conj. Ernestius; idque præfero, cum particulæ adversative intrudi sæpius soleant, quam reliquæ.' *Orell.* Mox, *quædam foro solitudo* Guelf. 1. 2. unde Ellendt. conj. *quædam fori solitudo.*

NOTÆ

[w] *L. Sisenna*] L. Cornelius Sisenna, quæstor Cn. Norbani in Sicilia, ut quidem Pighio probabile videtur ad annum U. C. 676. De quo sic Tullius lib. I. de Legibus § 7. 'Is neque orator in numero vestro unquam est habitus, et in historia puerile quiddam consectatur: ut unum Clitarchum, neque præterea quenquam de Græcis legisse videatur: tum tamen velle duntaxat imitari: quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset.' Aristidis fabulas Milesiacas vertit Sisenna: meminit Ovid. Trist. lib. II. 'Vertit Aristidem Sisenna; nec obfuit illi Historiæ turpes inseruisse jocos.' Consule Vossium.

[x] *Phidiæ*] De quo dictum lib. II. de Orat. § 73. Quæ primo aspectu ab omnibus probantur, ut Phidiæ signum placere, nec sine proverbii specie dicuntur.

[y] *L. Crasso, Q. Scævola consulibus*] Anno U. C. 659. ante Christum 95.

qui omnes intelligentia anteibant, judicio discessit probatus. Undeviginti annos natus erat eo tempore. Est autem L. Paullo, C. Marcello consulibus[z] mortuus: ex quo videmus, eum in patronorum numero annos quatuor et quadraginta[2] fuisse. Hoc de oratore paulo post plura dicemus: hoc autem loco voluimus ætatem ejus in disparem[o] oratorum ætatem includere:[3] quanquam id quidem omnibus usu venire necesse fuit, quibus paulo longior vita contigit, ut et cum multo majoribus natu, quam essent ipsi, et cum aliquanto minoribus compararentur. Ut Attius,[4] iisdem ædilibus, ait, se et Pacuvium docuisse fabulam, cum ille[p] octoginta, ipse[q] triginta annos natus esset; 230. sic Hortensius non cum suis æqualibus solum, sed et mea cum ætate, et cum tua, Brute, et cum aliquanto superiore conjungitur; siquidem et Crasso vivo dicere solebat, et magis jam etiam vigebat cum Antonio,[5] et cum Philippo jam sene, pro Cn. Pompeii bonis dicente: in illa causa adolescens cum esset, princeps fuit,[r] et in eorum, quos in Sulpicii ætate posui, numerum facile pervenerat: et suos inter æquales M. Pisonem,[a] M. Crassum, Cn. Lentulum, P. Lentulum[6] Suram longe præstitit: et me adolescentem nactus octo annis minorem, quam erat ipse, multos annos in studio[7] ejusdem laudis[s] exercuit: et te-

[o] *Qui cum ætate superabant.* [p] *Pacuvius.*
[q] *Attius.* [r] *Primas partes tulit.* [s] *Eloquentiæ.*

CAP. LXIV. 1 Vid. Beier. ad Offic. tom. II. p. 191.—2 Guelf. 1. *quadraginta unum.*—3 'Locus corruptus.' *Orell.* Sic Lamb. Grut. Ellendt. *ejus* omittunt codd. aliquot, cum edd. Venet. Nor. Mediol. Ald. Junt. Crat. *volumus* habet Nor. *voluimus ætatem in disparem oratorum includere* Manut. *voluimus in disparem oratorum ætatem includere* Schutz. *voluimus eum in disparem oratorum ætatem includere* conj. Ernesti; *voluimus juventutem ejus in d. o. ætatem includere* suspicabatur Schneider.—4 *Accius* Ald. Junt. Lamb. Mox, *octuaginta* Junt.—5 Codd. aliquot, cum edd. Ald. Junt. Crat. Manut. *vigebat Antonio*, omissa præpositione *cum.* Mox, pro *dicente*, Schutz. ex ingenio dedit *dicens.*—6 Ita codd. et edd. omnes præter Schutz. et Ellendt. in quibus legitur C. *Lentulum.*—7 Ita codd. cum edd. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *in stadio*, de Rivii conjectura, Lamb. Schutz. et Orell. 'Frustra et non necessaria de causa.' *Ernesti.*

NOTÆ

[z] *L. Paullo, C. Marcello consulibus*] Anno U. C. 704. ante Christum 50.

[a] *M. Pisonem, &c.*] De quibus paulo inferius disseritur.

cum simul, sicut ego pro multis,[t] sic ille pro Appio Claudio [b] dixit, paulo ante mortem.

LXV. 231. Vides igitur, ut ad te oratorem, Brute, pervenerimus, tam multis inter nostrum tuumque initium dicendi interpositis oratoribus? ex quibus, quoniam in hoc sermone nostro statui neminem eorum, qui viverent, nominare; ne vos curiosius eliceretis [1] ex me, quid de quoque judicarem, eos, qui jam sunt mortui, nominabo. Tum Brutus, Non est, inquit, ista causa, quam dicis, quamobrem de iis, qui vivunt, nihil velis dicere. Quænam igitur, inquam, est? Vereri te, inquit, arbitror, ne per nos hic sermo tuus emanet,[u] et ii tibi succenseant, quos præterieris. Quid? vos, inquam, tacere non poteritis? Nos quidem, inquit, facillime: sed tamen te arbitror malle ipsum [2] tacere, quam taciturnitatem nostram experiri. 232. [p. 186.] Tum ego, Vere, inquam, tibi,[3] Brute, dicam: non me existimavi in hoc sermone usque ad hanc ætatem esse venturum: sed ita traxit ordo ætatum orationem, ut jam ad minores [v] etiam pervenerim. Interpone igitur, inquit, si quos videtur: deinde redeamus ad te, et ad Hortensium. Immo vero, inquam, ad Hortensium: de me alii dicent,[4] si qui volent. Minime vero, inquit: nam etsi me facile omni tuo sermone tenuisti, tamen is mihi longior videtur, quod propero audire de te: nec vero tam de virtutibus dicendi tuis, quæ cum omnibus, tum certe mihi notissimæ sunt, quam [quod] [5] gradus tuos, et quasi processus

[t] *Tecum dixi.* [u] *Divulgetur.* [v] *Juniores.*



CAP. LXV. 1 Ita de Rivii conjectura dederunt Manut. Lamb. Grut. Schutz. et Orell. *eligeretis* codd. cum edd. vett. Ald. Junt. Crat.—2 Ita codd. Palat. Cujac. cum edd. Ald. Junt. Crat. Camer. Schutz. et Orell. *malle id ipsum* Nor. Manut. Grut. Lamb.—3 Lamb. *tibi, inquam.*—4 'Scribendum arbitror *dicant.*' Ernesti.—5 'Particula *quod* haud dubitanter delenda, turbat enim constructionem. Itaque uncis inclusi.' *Ernesti.* Uncis inclusit etiam Ellendt. 'Potest tamen defendi sic, ut intelligatur, *quam propero quod.*' Schutz.

NOTÆ

[b] *Pro Appio Claudio*] Qui ambitus accusatus, judicium evasit, quod ipsi gratulatur Cicero ad Famil. III. 12.

dicendi studeo cognoscere. 233. Geretur, inquam, tibi mos; quoniam me non ingenii prædicatorem esse vis, sed laboris mei. Verum interponam, ut placet, alios; et a M. Crasso,[c] qui fuit æqualis Hortensii, exordiar.

LXVI. Is igitur mediocriter a doctrina instructus, angustius etiam a natura, labore et industria, et quod adhibebat ad obtinendas causas curam etiam, et gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit. In hujus oratione sermo Latinus erat, verba non abjecta, res compositæ diligenter: nullus flos tamen, neque lumen ullum: animi magna, vocis parva contentio,[1] omnia fere ut similiter atque uno modo dicerentur. Nam hujus æqualis et inimicus, C. Fimbria,[d] non ita diu jactare se potuit: qui omnia magna voce dicens, verborum sane bonorum cursu quodam incitato, ita furebat tamen, ut mirarere[2] tam alias res agere[w] populum, ut esset insano inter disertos locus. 234. Cn. autem Lentulus[e] multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat:[x] qui cum esset nec per-

[w] *Tam perversum judicium ferre.*
[x] *Ipso gestu et pronuntiatione videbatur eloquentior quam revera esset.*

CAP. LXVI. 1 Guelf. 1. *animi magna vocis firmitudo parva contentio;* unde Schutz. in ed. maj. suspicabatur, *animi magna firmitudo, vocis, &c.*—2 Ald.

NOTÆ

[c] *M. Crasso*] M. Licinius Crassus, Romanorum ditissimus, amplissimis magistratibus ipsoque consulatu iterum perfunctus, Syriam proconsul obtinuit anno U. C. 701. ante Christum 53. belloque adversus Parthos infeliciter gesto, amissa maxima exercitus parte occisus est. Plutarchus in Crasso, Appianus in Parthicis, &c. Aurum liquidum in os ejus cadaveris infuderunt barbari, 'ut cujus animus,' inquit Florus, 'arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum et exsangue corpus auro ureretur.'

[d] *C. Fimbria*] Is ipse est C. Flavius Fimbria, tribunus plebis anno U. C. 670. ante Christum 84. post hominum memoriam audacissimus et furiosissimus. Is egerat ut Q. Scævola pontifex in funere C. Marii jugularetur: cum Scævolam ex vulnere recreatum comperit, ad populum accusavit. Interrogatus quid tandem dicturus esset in eum, cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset; respondit se objecturum illi quod non totum telum corpore recepisset. Val. Max. IX. 11, &c. Apud Thyatiram cum ab exercitu Syllæ obsideretur, in templo Æsculapii sua et servi manu interfectus est. Livius lib. LXXXIII.

[e] *Cn. Lentulus*] Consul cum L. Gellio anno U. C. 682. ante Christum 72.

acutus, (quanquam et ex facie et ex vultu videbatur) nec abundans verbis (etsi fallebat in eo ipso); sic intervallis, exclamationibus, voce suavi et canora, admirando irridebat,[y] calebat in agendo,[3] ut ea, quæ deerant, non desiderarentur. Ita, tanquam Curio copia nonnulla verborum, nullo alio bono,[z] tenuit oratorum locum; 235. sic Cn. Lentulus ceterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultavit, in qua excellens fuit. Neque multo secus[4] P. Lentulus,[f] cujus et excogitandi et loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas, corporis motus plenus et artis et venustatis, vocis et suavitas et magnitudo: sic in hoc nihil præter actionem fuit, cetera etiam minora, quam in superiore. LXVII. 236. M. Piso[g] quicquid habuit, habuit ex disciplina,[a] maximeque ex omnibus, qui ante fuerunt, Græcis doctrinis eruditus fuit. Habuit a natura genus quoddam acuminis, (quod etiam arte limaverat,)[b] quod erat in reprehendendis verbis versutum et solers, sed sæpe stomachosum,[c] nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. Is laborem, quasi cursum forensem,[1] diutius non tulit, quod et corpore erat infirmo, et hominum ineptias ac stultitias, quæ devorandæ[d] nobis sunt, non ferebat, iracundiusque respuebat, sive morose,[2] ut putabatur, sive ingenuo

[y] *Fingebat se admirari.* [z] *Sine aliis dotibus oratoris.*
[a] *Oratorum et philosophorum Peripateticorum.* [b] *Expoliverat.*
[c] *Iracundum.* [d] *Patienter tolerandæ.*

Junt. Crat. Manut. *mirarer.*—3 'Locus corruptus. Sic codd. Nor. Junt. Crat. Manut. *admirando irridendo latebat in agendo, ut ea* Lamb. *admirando irridendo calebat, in agendo ut ea* conj. Ellendt. quæ inter omnes conjecturas adhuc prolatas longe præstat; *admirantes irretiebat, et sic calebat in agendo, ut ea* Schutz. *admirando, irridendo, splendebat, calebat in agendo, ut ea* Butmann.' *Orell.*—4 *Neque secus*, omisso *multo*, unus Oxon.

CAP. LXVII. 1 *Is laborem, quasi cursum, forensem* distinxit Orell. ut junga-

NOTÆ

[f] *P. Lentulus*] P. Cornelius Lentulus Sura consul anno U. C. 683. ante Christum 71. octavo post anno, prætor, conjurationis cum Catilina reus auctore Cicerone in carcere strangulatus est. Sallustius, Plutarchus, &c.

[g] *M. Piso*] M. Pupius Piso Calpurnianus biennio post Ciceronem consul anno U. C. 693. ante Christum 61. Proconsul de Hispanis ante Ciceronis consulatum triumphavit. Asconius.

liberoque fastidio. Is cum satis floruisset adolescens, minor haberi est cœptus postea: deinde ex virginum judicio[h] magnam laudem est adeptus; et ex eo tempore quasi revocatus in cursum, tenuit locum tam diu, quam ferre potuit laborem: postea, quantum detraxit ex studio,[3] tantum amisit ex gloria. 237. P. Muræna[i] mediocri ingenio, sed magno studio rerum veterum, literarum et studiosus et non imperitus, multæ industriæ et magni laboris fuit. C. Censorinus[j] Græcis literis satis doctus, quod proposuerat, explicans expedite, non invenustus actor, sed iners, et inimicus fori. L. Turius[4] parvo ingenio, sed multo labore, quoquo modo poterat, sæpe dicebat. Itaque ei[5] paucæ centuriæ[k] ad consulatum defuerunt. 238. C. Macer[6][l] auctoritate semper eguit,[d] sed fuit patronus propemodum diligentissimus. Hujus si vita, si mores, si vultus denique non omnem commendationem ingenii evertisset,[7] majus

[d] *Macro semper auctoritas defuit.*

tur *laborem forensem.*—2 Lamb. *moroso.* Mox, *sine ingenio* ψ.—3 Idem Lamb. *detraxit de studio*, ut est § 247.—4 *L. Thorius* Pighius.—5 *Itaque et* codd. aliquot et edd. vett. item Ald. Junt. Crat.—6 Pro *C. Macer*, unus Oxon. habet *Cancer.*—7 ‘Sic fidenter correxi vulgatum *everteret.*’ Ernesti. Vide Gara-

NOTÆ

[h] *Ex virginum judicio*] Cum Clodius tribunus plebis sacerdotes et Vestales virgines, quas inter adibat periculum Fabia Terentiæ Ciceronis conjugis soror, ad populum calumniaretur, earum patrocinium suscepere M. Piso, et maxime Cato Minor, qui infamiæ notam in Clodium retorsit, eumque ex urbe cedere coëgit. Plutarchus in Catone Minore.

[i] *P. Murœna*] P. Licinius Muræna tribunus plebis anno U. C. 662. ante Christum 92. Quinto post anno prætor.

[j] *C. Censorinus*] Quæstor anno U. C. 664. ante Christum 90. Marianæ factioni addictus Cn. Octavium consulem occidit, et ipse vicissim occisus est reverso Sylla anno U. C. 672. ante Christum 82. Appianus. De L. Turio, nihil quod sciam, extat.

[k] *Paucæ centuriæ*] In centurias divisus erat populus; unde comitia centuriata, in quibus consules populi suffragiis renuntiabantur.

[l] *C. Macer*] C. Licinius Macer a prætore Cicerone repetundarum damnatus præter opinionem, ita perculsus est, ut mox decumbens obierit, ut in Cicerone Plutarchus refert, cui minor tamen quam Ciceroni fides haberi debet, cum ab eo dicitur, Λικίνιος Μάκερ, ἀνὴρ καθ' αὑτὸν ἰσχύων ἐν τῇ πόλει μέγα, *Licinius Macer, vir per se magna Romæ præditus auctoritate;* qua tamen eguit, quemadmodum ex hoc Ciceronis, qui tum vivebat, testimonio convincitur.

nomen in patronis fuisset: non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non plane horrida oratio: vox, gestus, et omnis actio sine lepore; at in inveniendis, componendisque rebus mira accuratio; ut non facile in ullo diligentiorem majoremque cognoverim; sed eam, ut citius veteratoriam,[e] quam oratoriam diceres. Hic etsi[8] etiam in publicis causis probabatur, tamen in privatis illustriorem obtinebat locum. LXVIII. 239. C. deinde Piso,[m] statarius,[f][n] et sermonis[1] plenus orator, minime ille quidem tardus in excogitando, verumtamen vultu, et simulatione, multo etiam acutior, quam erat, videbatur. Nam ejus æqualem M' Glabrionem,[o] bene institutum avi Scævolæ diligentia, socors ipsius natura negligensque tardaverat. Etiam L. Torquatus,[p] elegans in dicendo, in existimando[g] admodum prudens, toto genere perurbanus. Meus autem æqualis Cn. Pompeius,[q] vir ad omnia summa natus, majo-

[e] *Ad fallendum comparatam.* [f] *Gravis.* [g] *Judicando.*

ton. ad Milon. p. 129. Bonon. *everteret* Guelf. 1. 2. et edd. vett.—8 *Hic si* Ald. Junt. Crat. improbante Rivio: vide tamen infra § 263.

CAP. LXVIII. 1 Ernesti conj. *et leporis*, improbante Orell. Vulgatam

NOTÆ

[m] *C. Piso*] Post reliquos magistratus consulatum assecutus est anno U. C. 687. ante Christum 67.

[n] *Statarius*] Consule superiores notas ad § 116.

[o] *M' Glabrionem*] Manius Acilius Glabrio C. Pisonis in consulatu collega.

[p] *L. Torquatus*] L. Manlius Torquatus Ciceronis et Attici condiscipulus, consul anno U. C. 689. ante Christum 65. Nepos in Attico.

[q] *Cn. Pompeius*] Cnæi Pompeii mores nemo pressius et ingeniosius Velleio descripsit: 'Vir fuit,' inquit, 'innocentia eximius, eloquentia medius, dux bello peritissimus, civis in toga, nisi ubi vereretur ne quem haberet parem, modestissimus; potentia sua nunquam, aut raro ad impotentiam usus, pæne omnium vitiorum expers. In quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat; neque eo viro quisquam aut alia omnia minus, aut gloriam magis concupiit: in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus.' His dotibus, rebusque fortiter gestis, jam ab adolescentia Magni cognomen consecutus est. Domitium in Africa vicit, subegit Numidiam, bellum servile, piraticum, et Mithridaticum feliciter confecit. Mediam, Albaniam, Iberiam, ac Syriam subjecit Romanis. Quocumque arma ferret adeo felix, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet: et quot partes orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriæ suæ. In bello civili ex Italia fugatus a Julio Cæ-

rem dicendi gloriam habuisset, nisi eum majoris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Erat oratione satis amplus, rem prudenter videbat: actio vero ejus habebat et in voce magnum splendorem, et in motu summam dignitatem. 240. Noster item æqualis D. Silanus,[r] vitricus tuus, studii ille quidem habuit non multum, sed acuminis et orationis satis. Q. Pompeius[s] A. F. qui Bithynicus dictus est, biennio, quam nos, fortasse major, summo studio dicendi,[2] multaque doctrina, incredibili labore atque industria; quod scire possum: fuit enim mecum et cum M. Pisone, cum amicitia,[3] tum studiis, exercitationibusque conjunctus: hujus actio non satis commendabat orationem: in hac enim satis erat copiæ, in illa autem leporis parum. 241. [*p.* 187.] Erat ejus æqualis P. Autronius,[t][4] voce peracuta atque magna, nec alia re ulla probabilis: et L. Octavius Reatinus,[u] qui cum multas jam causas diceret, adolescens est mortuus: is tamen ad dicendum veniebat magis audacter,[5] quam parate. Et C. Stalenus,[6][v] qui se ipse adoptaverat, et de Staleno Ælium fecerat,[h] fer-

[h] *Qui non adoptatus ab Ælio nomen ejus assumserat, quasi ab eo fuisset adoptatus.*

lectionem defendit J. C. Theoph. Ernesti Lex. Technol. Lat. Rhet. p. 354.—2 Lamb. *discendi.*—3 Schutz. *tum amicitia.*—4 Ita margo ed. 1584. Grut. Schutz. et Orell. *Antronius* Nor. Ald. Junt. Lamb.—5 Lamb. *audacter magis.*—6 Ita de Rivii conjectura dederunt Manut. Lamb. Schutz. et Orell. *Staienus* codd.

NOTÆ

sare, ab eoque victus in Pharsalicis campis, cum in Ægyptum profugisset, Ptolemæi regis gratiam victoris turpiter ambientis jussu cæsus est anno ætatis 59. U. C. 706. ante Christum 48. Plutarchus in Pompeio, &c.

[r] *D. Silanus*] Vitricus M. Bruti, cujus mater Servilia cum esset vidua, Silano nupserat, quæstor anno U. C. 676. ante Christum 78. Postea consul anno U. C. 692. ante Christum 62.

[s] *Q. Pompeius*] Ab Orosio dicitur cum Pompeio Magno in Ægypto occisus: filius A. Pompeii, qui cum in provinciæ formam Pontum et Bithyniam redegisset, Bithynicus est appellatus.

[t] *P. Autronius*] P. Autronius Pætus quæstor anno U. C. 679. ante Christum 75.

[u] *L. Octavius Reatinus*] De quo nihil in veterum monumentis vidimus. Reatinus dictus est abs Reate Umbriæ urbe.

[v] *C. Stalenus*] C. Ælius Stalenus, Mam. Æmilii quæstor anno U. C.

vido quodam, et petulanti, et furioso genere dicendi: quod quia multis gratum erat et probabatur, ascendisset ad honores, nisi in facinore manifesto[w] deprehensus, pœnas legibus et judicio dedisset. LXIX. 242. Eodem tempore C. et L. Cæpasii[1 x] fratres fuerunt, qui multa opera, ignoti homines et repentini,[i] quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam et incondito genere dicendi. Addamus huc etiam, ne quem vocalem[j] præteriisse videamur, C. Cosconium[y] Calidianum, qui nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si[2] quam habebat, præbebat populo cum multa concursatione magnoque clamore. Quod idem faciebat Q. Arrius,[z] qui fuit M. Crassi quasi secundarum.[k 3 a] Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac urbe polleat multorum[4] obedire tempori,[l] multorumque vel honori, vel periculo ser-

[i] *Obscuro genere.* [j] *Voce valentem.*
[k] *Qui quasi secundum a Crasso locum obtinebat.*
[l] *Prosit plurimis obsequium præstare, cum indigent.*

etiam ψ, et edd. vett. item Ald. Junt. Crat. Grut. Mox, Pighius ad an. 677. corrigit, *et de Staleno Pætum fecerat*, non probante Schutz. *et de Staieno, &c.* codd. et edd. vett. Ald. Junt. Crat. Grut.

CAP. LXIX. 1 Guelf. 2. *C. et L. Cepasii*, ut pro Cluent. c. 20. *C. L. Cæpasii* Nor.—2 Particula *si* suspecta est Ernestio et Schutz. in ed. maj.—3 Ita unus Oxon. Guelf. 1. 2. Venet. Corrad. Nor. Manut. Lamb. Gronov. in ed. 1692. *secundanus* ed. Rom. *secundarius* Ald. Junt. Crat. Lamb. 1566. ('Contra ipsius voluntatem.' *Orell.*) et Grut.—4 'Voc. *multorum*, quod hic vulgo additur, delendum censuit Wakefield Sylv. Crit. III. p. 33. et ante eum Gruterus, probante Schneidero; abest autem Guelf. 2. Itaque delevi.' *Schutz.*

NOTÆ

678. ante Christum 76. seditionem in ejus exercitu conflavit, et cum hoc crimine, tum aliis majestatis damnatus est. Cicero in Cluentiana et in Topicis. Pighius legendum censet, *Et de Staleno Pætum fecerat*, non *Ælium.* Pætus enim a Balbo vocatur in Cluentiana.

[w] *In facinore manifesto*] Exponit illud Tullius in Topicis § 75. 'Multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt, ut Staleno nuper accidit, qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus, pariete interposito, quibus patefactis, in judiciumque prolatis, rei capitalis jure damnatus est.'

[x] *C. et L. Cæpasii*] Quæstores fuere anno U. C. circiter 676. ante Christum 78. Redolebat eorum dicendi genus non urbem, sed oppidum, unde orti erant.

[y] *C. Cosconium*] Quæstorem anno U. C. 670. ante Christum 84.

[z] *Q. Arrius*] Quæstor anno U. C. 674. ante Christum 80. et quadriennio post tribunus plebis.

[a] *Secundarum*] Subaudi 'partium actor:' qua locutione utitur Plin. VII. 12. 'Spinther secundarum tertiarumque Pamphilus.' Legunt alii *secundarius.*

vire.[5] 243. His enim rebus, infimo loco natus, et honores, et pecuniam, et gratiam consecutus, etiam in patronorum, sine doctrina, sine ingenio, aliquem numerum pervenerat: sed ut pugiles inexercitati, etiamsi pugnos et plagas, Olympiorum[m] [b] cupidi, ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt; sic ille, cum omni jam fortuna prospere functus, labores etiam magnos excepisset, illius judicialis anni[c] severitatem, quasi solem, non tulit.

244. Tum Atticus, Tu quidem de fæce, inquit, hauris,[n] idque jamdudum: sed tacebam: hoc vero non putabam, te usque ad Stalenos[o] et Autronios[6] esse venturum. Non puto, inquam, existimare te, ambitione me labi;[p] quippe de mortuis:[q] sed ordinem sequens, in memoriam notam et æqualem necessario incurro.[r] Volo autem hoc perspici, omnibus conquisitis, qui in multitudine dicere ausi sint,[7] memoria quidem dignos perpaucos; verum, qui omnino nomen habuerint, non ita multos fuisse. Sed ad sermonem institutum revertamur. LXX. 245. T. Torquatus, T. F. et doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis,[s] [d] et a natura[1] ad di-

[m] *Ludorum Olympicorum.*
[n] *Contemtissimos oratores recenses.*
[o] *Prorsus indignos oratoris nomine.* [p] *Peccare.* [q] *Loquor.*
[r] *Commemoro eos qui nobis sunt noti et qui fuerunt nostra ætate.*
[s] *Quem Molo Rhodius instituerat.*

Uncis inclusit Orell.—5 Alii ap. Rivium *inservire.*—6 *Staienos et Antronios* al. vide ad cap. præced.—7 Guelf. 1. 2. *ausi sunt.* Mox, 'Ellendt. mavult *verum etiam,* non videns, quod jamdudum Nizolius perspexerat, *verum* esse adjectivum jungendum cum v. *nomen.* Sed vitiose distinguunt *verum, qui,*' &c. Orell. Actutum, *habuerunt* Guelf. 1. 2.

NOTÆ

[b] *Olympiorum*] De quibus lib. III. de Orat. § 127.

[c] *Judicialis anni*] An, quemadmodum suspicantur Corradus et Manucius, intelligendus annus U. C. 702. ante Christum 52. quo Cn. Pompeius tertium consul, teste Asconio, breviorem judiciorum formam reis lege præscripsit, qua duas horas accusator, tres reus ad dicendum haberet? Verum ejus occasione fori libertas omnis simul cum arte oratoria primum cœpit languescere, tumque impositos eloquentiæ frænos tradit auctor Dialogi de Oratoribus.

[d] *Molonis*] Apollonius Molon Rhodius, summus causarum actor et magister: huic, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rursus se formandum, ac velut recoquendum dedit Tullius. Fabius XII. 6. Plutarchus in Cicerone, &c.

cendum satis solutus[t] atque expeditus, (cui si vita suppeditavisset, sublato ambitu, consul factus esset) plus facultatis habuit ad dicendum, quam voluntatis. Itaque studio huic non satisfecit: officio vero nec in suorum[2] necessariorum causis, nec in sententia senatoria defuit. 246. Etiam M. Pontidius, municeps[e] noster, multas privatas causas actitavit, celeriter sane verba volvens, nec hebes in causis, vel dicam, plus etiam quam non hebes, sed effervescens in dicendo stomacho sæpe iracundiaque[u] vehementius: ut non cum adversario solum, sed etiam (quod mirabile)[3] cum judice ipso, cujus delinitor[v] esse debet orator, jurgio sæpe contenderet. M. Messalla,[f] minor natu quam nos, nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere verborum: prudens, acutus, minime incautus, patronus in causis[4] cognoscendis componendisque diligens, magni laboris, multæ operæ, multarumque causarum. 247. Duo etiam Metelli,[g] Celer et Nepos, nihil[5] in causis versati, nec sine ingenio,

[t] *Comparatus.* [u] *Indignatione.* [v] *Blandus moderator.*



Cap. lxx. 1 Lamb. *et natura*, omissa præpositione.—2 ‘Redundat *suorum*. Si quis tamen malit delere, non valde repugnem; nam sæpe ista pronomina a glossatoribus et librariis addita sunt.’ *Ernesti.*—3 Nor. Junt. Crat. Manut. Lamb. ed. 1584. et Gothofr. *quod mirabile esset;* *τὸ esset* primus, ut videtur, tacite expunxit Grut. Mox, *delenitor* Lamb. et Orell.—4 Ita distinguunt Nor. Manut. et Lamb. Orellius vero ita, *minime incautus patronus,*

NOTÆ

[e] *Municeps*] Erat scilicet Pontidius ille ex Arpino Hirpinorum urbe in Samnitibus, quæ Ciceronis patria fuit.

[f] *M. Messalla*] M. Valerius Messalla biennio post Ciceronem consulatum gessit anno U. C. 693. ante Christum 61.

[g] *Duo Metelli*] Duo fratres, aut potius patrueles, ut conjicit Corradus. Q. Metellus Celer, prætor urbanus, vir strenuus, egregiam Cicerone consule adversus Catilinæ copias operam reip. navavit, anno U. C. 691. ante Christum 63. Sallustius. Triennio post consulatum adeptus est. Eum a Clodia uxore veneno sublatum esse in Cœliana Cicero deplorat. Q. Cæcilius Metellus Nepos, tribunus plebis anno U. C. 692. ante Christum 62. graves cum Cicerone inimicitias exercuit; cui, cum abiret e consulatu, de rebus a se gestis disserere paranti silentium imposuit, quod indicta causa cives condemnasset accusans: cumque jurare tantummodo permitteret, Cicero juravit remp. sua unius opera esse salvam. Dio, Plutarchus, &c. Consul fuit hic Metellus anno U. C. 697. ante Christum 57.

nec indocti, hoc erant populare dicendi genus assecuti. C. autem Lentulus [6] [h] Marcellinus, nec unquam indisertus, et in consulatu pereloquens visus est, non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis. C. Memmius,[i] L. F. perfectus literis, sed Græcis; fastidiosus sane Latinarum: argutus orator, verbisque dulcis, sed fugiens non modo dicendi, verum etiam cogitandi laborem, tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriæ.[w]

LXXI. 248. Hoc loco Brutus, Quam vellem, inquit, de his etiam oratoribus, qui hodie sunt, tibi dicere luberet: et, si de aliis minus, de duobus tamen, quos a te scio laudari solere, Cæsare et Marcello, audirem non minus lubenter, quam audivi de iis, qui fuerunt. Cur tandem? inquam, an expectas, quid ego judicem de istis, qui tibi sunt [1] æque noti ac mihi? Mihi, mehercule, inquit, Marcellus [j] satis est notus; Cæsar [k] autem parum: illum enim sæpe audivi:

[w] *Sedulitatis ac diligentiæ.*

in causis, &c.—5 Lamb. et Schutz. *nonnihil,* de Rivii conjectura.—6 Ita Nor. Grut. et Schutz. *Cn. autem Lentulus* Orell.

NOTÆ

[h] *C.* [*Cn.*] *Lentulus*] Ante Claudius Marcellus, post in Corneliam familiam adoptatus, vocatus est Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, qui consulatu functus est anno U. C. 698. ante Christum 56.

[i] *C. Memmius*] C. Memmius Gemellus prætor Bithyniam et Pontum sortitus obtinuit anno U. C. 697. ante Christum 57. Epicureæ sectæ addictus in exilio decessit.

[j] *Marcellus*] M. Claudius Marcellus consul anno U. C. 703. ante Christum 51. apertus hostis Cæsaris, qui victor illatas a Marcello injurias precanti senatui condonavit. Marcellus cum esset profectus Athenis et Italiam cogitaret, a P. Magio Chilone familiari suo percussus diem obiit. Servius Sulpicius, Famil. Ep. IV. 12. Livius lib. CXV. &c.

[k] *Cæsar*] Hic est ille C. Julius Cæsar primum consul renuntiatus collega M. Calpurnio Bibulo, anno U. C. 695. ante Christum 59. Tumque Pompeium Julia filia collocata sibi devinxit: conciliato præterea Crasso et ceteris potentioribus Galliam obtinuit provinciam anno U. C. 696. eamque annos novem administravit. Deinde gliscente discordia Romam infesto exercitu contra Pompeium contendit. Hic fugit; et delato ad Pharsaliam in Thessalia bello, deletur, iterumque profugus in Ægypto occisus est a Ptolemæo. Romam reversus Cæsar perpetuum se dictatorem appellat, sed paulo post,

hic, cum ego judicare jam aliquid possem, abfuit. 249. Quid igitur de illo judicas, quem sæpe audisti? Quid censes, inquit, nisi id, quod habiturus es similem tui? Næ ego, inquam, si ita est, velim[2] tibi[1] eum placere quam maxime. Atqui et ita est, inquit, et vehementer placet: nec vero sine causa: nam et didicit, et, omissis ceteris studiis, unum id egit, seseque quotidianis commentationibus acerrime exercuit. 250. Itaque et lectis utitur verbis et frequentibus, et splendore vocis, et dignitate motus fit speciosum et illustre, quod dicitur; omniaque sic suppetunt, ut ei nullam deesse virtutem oratoris putem: maximeque laudandus est, qui hoc tempore ipso, cum liceat,[3] in hoc communi nostro, et quasi fatali malo, consoletur se cum conscientia optimæ mentis, tum etiam usurpatione et renovatione doctrinæ. Vidi enim Mitylenis[4][m] nuper virum, atque, ut dixi, vidi[5] plane virum. Itaque cum eum antea tui similem in dicendo viderim, tum vero nunc a doctissimo viro, tibique, ut intellexi, amicissimo, Cratippo, instructum omni copia, multo videbam similiorem. 251.

Cap. lxxi. 1 Guelf. 1. 2. *quæ tibi sint.*—2 Iidem codd. *vellem.*—3 Nescio quis ap. Grut. conj. *quantum liceat,* probante Lallem. *quoniam liceat* al. ap. Schutz. *cum jaceat* Lamb. 'E quibus nihil placet præter illud *quantum liceat;* nisi malis *quoad liceat;* sæpe enim Cicero significat, illorum malorum sensum non omnino vinci consolatione posse.' *Schutz.*—4 *Mytilenis* Grut. et Ernesti. —5 Al. *vide.*

NOTÆ

conjuratione Bruti et Cassii, viginti tribus vulneribus in senatu confossus, periit anno ætatis 56. U. C. 710. ante Christum 44. 'Vir vigore animi,' ut ait Velleius, 'acerrimus, munificentia effusissimus, animo super humanam et naturam et fidem evectus; magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum, Magno illi Alexandro, sed sobrio neque iracundo, simillimus; qui denique semper et somno et cibo in vitam, non in voluptatem, uteretur.' Mirum vero quod de illo tradit Plinius Hist. Nat. vii. 25. 'Scribere et legere simul, dictare et audire solitum: epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret septenas. Idem signis collatis quinquagies dimicavit . . . præter civiles victorias, 192. millia hominum occisa præliis ab eo.' Et quod laudum omnium instar esse possit, omnes clementia superavit. Vide Plutarchum, &c.

[1] *Velim tibi, &c.*] His verbis indicat Tullius sibi pergratum esse, si Bruto probetur, cum Marcellum, cui ipse Cicero similis dicitur, cupit Bruto maxime placere.

[m] *Mitylenis*] Quæ urbs, in insula Lesbo, dicitur *Mitylin.*

Hic ego, Etsi, inquam, de optimi viri, nobisque amicissimi laudibus lubenter audio, tamen incurro in memoriam communium miseriarum, quarum oblivionem quærens, hunc ipsum sermonem produxi longius. Sed de Cæsare cupio audire, quid tandem Atticus judicet. LXXII. Et ille, Præclare, inquit, tibi constas, ut de iis, qui nunc sint,[1] nihil velis ipse dicere: et hercle si sic ageres, ut de iis egisti, qui jam mortui sunt, neminem ut prætermitteres; næ tu in multos Autronios et Stalenos[2] incurreres. [p. 188.] Quare sive hanc turbam effugere voluisti, sive veritus es, ne quis se aut præteritum, aut non satis laudatum queri posset;[3] de Cæsare tamen potuisti dicere, præsertim cum et tuum de illius ingenio notissimum judicium esset,[x] nec illius de tuo obscurum. 252. Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de Cæsare et ipse ita judico, et de hoc hujus generis acerrimo æstimatore[y] [4] sæpissime audio, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantissime;[n] nec id solum[z] domestica consuetudine, ut dudum de Læliorum et Muciorum familiis audiebamus, sed, quanquam id quoque credo fuisse, tamen ut esset perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, et iis quidem reconditis et exquisitis, summoque studio et diligentia est consecutus.[a] 253. Quinetiam,[5] in maximis occupationibus, cum ad te ipsum[b]

[x] *Cum omnes sciant et quid de Cæsaris ingenio sentias, et quid de te Cæsar sentiat.*
[y] *A Cicerone, qui artis dicendi acutissimus judex est.*
[z] *Consecutus est.*
[a] *Verum etiam industria et diligentia est id consecutus, quam etsi arbitror ad bene loquendi laudem multum contulisse, tamen ad perfectam illam laudem, usus est plurima et interiore literatura.*
[b] *Ciceronem.*

CAP. LXXII. 1 Lamb. *sunt.* Mox, *hercule* Guelf. 1. 2.—2 *Antronios et Staienos* al. Vide supra ad cap. 68.—3 Ita codd. Regg. ap. Lallem. Schutz. et Orell. *possit* Nor. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut.—4 Ita Manut. et Grut. *existimatore* codd. aliquot, Nor. Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell.—5 *Qui,*

NOTÆ

[n] *Elegantissime*] Loquendi eloquentia neque grammaticæ propria est, neque rhetoricæ; sed medium quiddam, vel expers amborum vel particeps, consuetudinis domesticæ, aut privatæ observationis. Vavassor libro de vi et usu quorundam verborum.

(inquit, in me intuens) de ratione Latine loquendi [o] accuratissime scripserit, primoque in libro dixerit, verborum delectum originem esse eloquentiæ ; tribueritque, mi Brute, huic nostro,[c] qui me de illo maluit, quam se dicere, laudem singularem : (nam scripsit his verbis, cum hunc nomine esset affatus : [d] 'ac, si cogitata [p] præclare eloqui ut possent,[6] nonnulli studio et usu elaboraverunt, cujus te pæne principem copiæ atque inventorem, bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus ;' [e]) hunc facilem et quotidianum novisse sermonem, nunc pro relicto est habendum.[f] [7] LXXIII. 254. Tum Brutus,[1] Amice, hercule, inquit, et magnifice te laudatum puto, quem non solum principem atque inventorem copiæ dixerit, quæ erat magna laus, sed etiam bene meritum de populi Romani nomine et dignitate : quo enim uno vincebamur [g] a victa Græcia, id aut ereptum illis est, aut certe nobis cum illis [2] communicatum. 255. Hanc autem, inquit, gloriam, testimoniumque Cæsaris, tuæ quidem sup-

[c] *Ciceroni.*
[d] *Cum Ciceronem proprio nomine, ut fit in prooemiis, compellasset.*
[e] *Et vero si nonnulli dant operam, ut quæ excogitaverunt eleganter eloqui possint, cum tu sis primus auctor hujus dicendi copiæ, populum Romanum magno a te beneficio ornatum credere debemus.*
[f] *Nulla laude dignum est.* [g] *Eloquentiæ laude.*

etiam Schutz. de conjectura sua.—6 Lamb. conj. *ac si, ut cogitata præclare eloqui possent ;* ceteri omnes ante Ernesti, *ac, si cogitata præclare eloqui possent.* 'Ernesti rescripsit *ut possent ;* sed refutatur ab Heusingero exemplo Cæsaris de B. G. I. 8. 'Sæpius noctu, si perrumpere possent, conati.' ' *Schutz.*—7 Ita codd. et edd. vett. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. et Orell. 'Male verba, *hunc facilem . . . est habendum,* vulgo a Cæsaris verbis sejungunt.' *Schutz.* 'Schutz. in ed. maj. hæc, *hunc facilem . . . habendum,* pessime cum Cæsaris verbis conjungens, cum sint Attici, de conjectura sua legit, *nunc pro derelicto est habendum.* Ne tamen tota periodus apodosi careret, in ed. maj. non item in min. dedit, *etiam scripsit : nunc pro derelicto est habendum.* Mihi in mentem venit, *nunc prope reliquum est faciendum,* id est, omittendum, παρέργου loco habendum.' *Orell. non pro derelicto est habendum* Lamb. *nunc pro evicto est habendum* Wetzel.

NOTÆ

[o] *De ratione Latine loquendi*] C. Cæsar, vir ingenii præcellentis, sermonis præter alios ætatis suæ castissimi, libros duos ad M. Ciceronem de analogia scripsit. Gellius XIX. 8.

[p] *Ac si cogitata*] Verba Cæsaris usque ad has voces, *hunc facilem.* Quorum veram assequi sententiam, cum libri de analogia perierint, non nisi divinando possumus.

plicationi[q] non,[h] sed[3] triumphis multorum antepono. Et recte quidem, inquam, Brute, modo sit hoc Cæsaris judicii, non benevolentiæ testimonium: plus enim certe attulit huic populo dignitatis, quisquis est ille, si modo est aliquis, qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam, quam illi, qui Ligurum castella[r] expugnaverunt; ex quibus multi sunt, ut scitis, triumphi. 256. Verum quidem si audire volumus, omissis illis divinis consiliis, quibus sæpe constituta est, imperatorum sapientia,[4] salus civitatis aut belli, aut domi;[i] multo magis[5] orator præstat minutis imperatoribus. At prodest plus imperator. Quis negat? sed tamen (non metuo ne mihi acclametis:[j] [6] est autem, quod sentias dicendi liber locus:) malim mihi L. Crassi unam pro M' Curio dictionem,[k] quam castellanos triumphos duos.[l] At plus interfuit reipublicæ, castellum capi Ligurum, quam bene defendi causam M' Curii. Credo. 257. Sed[7] Atheniensium quoque plus interfuit firma tecta in domiciliis habere, quam

[h] *Non præfero.* [i] *Sive belli, sive pacis tempore.*
[j] *Clamando repugnetis.* [k] *Orationem.*
[l] *Triumphos duos decretos ob expugnata castella.*

Cap. LXXIII. 1 *Tunc Brutus* Lamb.—2 Unus Oxon. *cum Græcis.*—3 Codd. aliquot, etiam Guelf. 1. 2. Nor. Ald. Junt. Crat. Olivet. *non solum, sed,* defendente Schellero; *non sed* codd. Rivii, ψ, Manut. Lamb. Grut. Schutz. et Orell.—4 Verba *imperatorum sapientia* delenda censuerat Lambinus; uncis tacite inclusit Ellendt.—5 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. et Schutz. *multo magnus* unus Oxon. Nor. Manut. et Orell.—6 Guelf. 1. *ne acclametis,* omisso τῷ *mihi.* Paulo post, *triumphos duo* Guelf. 1. 2. et Schutz.—7 *Sed* tacite delevit

NOTÆ

[q] *Tuæ quidem supplicationi*] Oppressa Catilinæ conjuratione, supplicatio a senatu Ciceroni decreta est. Supplicatio autem tum erat, cum re feliciter gesta, populus Romanus ex senatus consulto ad Deorum templa cæsis victimis gratulabatur. Aliud quoque fuit supplicationis genus, quod ante bellum ad Deorum gratiam demerendam indicebatur. De sua supplicatione vide Ciceronem ipsum oratione tertia in Catilinam, et in Pisoniana.

[r] *Qui Ligurum castella*] Ligures eam incolebant regionem, quæ jam vocatur ora Genuensis, *la côté de Gènes.* De Liguribus quam plurimi triumpharunt. Q. Fabius Maximus anno U. C. 521. P. Furius anno 531. Q. Minucius anno 557. L. Æmilius Paullus anno 573. C. Claudius Pulcher anno 577. et biennio post P. Mucius Scævola. Tum alii aliis annis non pauci.

Minervæ signum ex ebore pulcherrimum; tamen ego me Phidiam[m] esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. Quare non, quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est:[n] præsertim cum pauci pingere egregie possint, aut fingere; operarii autem, aut bajuli deesse non possint.[8] LXXIV. 258. Sed perge, Pomponi, de Cæsare, et redde quæ restant.

Solum[o] quidem, inquit ille, et quasi fundamentum oratoris vides, locutionem[1] emendatam et Latinam; cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis.[p] Mitto[q] C. Lælium, P. Scipionem: ætatis illius ista fuit laus, tanquam innocentiæ, sic Latine loquendi;[r] nec omnium tamen: nam illorum æquales, Cæcilium[s] et Pacuvium,[t] male locutos videmus: sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat,[s][2] recte loquebantur. Sed hanc certe rem[t] deteriorem vetustas fecit et Romæ, et in Græcia: confluxerunt enim et Athenas, et in hanc urbem multi inquinate[u] loquentes ex diversis locis: quo magis expurgandus est sermo, et adhibenda,

[m] *Sculptorem præstantissimum.*
[n] *Quantæ sit dignitatis considerandum est.*
[o] *Basim.*
[p] *Qua qui excelluerunt, id debent non rationi aut arti, sed bonæ consuetudini.*
[q] *Prætereo.*
[r] *Ut illo tempore integritas morum, sic usus recte loquendi Latine florebat.*
[s] *Inquinaverat.* [t] *Recte loquendi consuetudinem.* [u] *Male.*

Schutz. in ed. min. Habet in ed. maj.—8 'Nor. *possunt;* ita ut hoc membrum non pendeat a *cum.*' Orell.

CAP. LXXIV. 1 Guelf. 1. 2. et Nor. *elocutionem.*—2 Ita codd. et edd. præter Lamb. et Schutz. 'Locus est sanissimus.' *Orell.* *nec aliqua barbarie d. infuscati fuerant* Lamb. *nec os aliqua barbarie infuscaverant* de Gulielmii con-

NOTÆ

[s] *Cæcilium*] Statius Cæcilius, natione Insuber Gallus, professione comicus poëta, Romæ vixit, et comœdiæ princeps habitus est ætate sua. Eum licet dicat Cicero malum Latinitatis auctorem, tamen ei primas inter comicos tribuit Volcatius Sedigitus apud Gellium XV. 24. Claruit anno U. C. 577. ante Christum 177. Obiit, Eusebio teste, Olymp. 153.

[t] *Pacuvium*] Huic de quo superioribus libris diximus nitor et summa in excolendis operibus manus defuit, teste Quintiliano X. 1. qui tamen perperam ait id vitio potius temporum, quam ipsius poëtæ, contigisse.

tanquam obrussa,[3] [u] ratio, quæ mutari non potest; nec utendum pravissima consuetudinis regula. 259. T. Flamininum,[4] [v] qui cum Q. Metello consul fuit, pueri vidimus: existimabatur bene Latine, sed literas nesciebat.[v] Catulus erat ille quidem minime indoctus, ut a te paulo est ante dictum; sed tamen suavitas vocis, et lenis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat. Cotta, quia[5] se valde dilatandis literis[w] a similitudine Græcæ locutionis abstraxerat,[w] sonabatque contrarium Catulo,[x] subagreste quiddam planeque subrusticum, alia quidem,[6] quasi inculta et sylvestri via, ad eandem laudem pervenerat. Sisenna autem, quasi[7] emendator sermonis usitati cum esse vellet, ne a C. Rusio[8] [x] quidem accusatore deterreri potuit, quo minus inusitatis verbis uteretur. 260. Quidnam istuc[9] est? inquit Brutus: aut quis est iste C. Rusius? Et ille, Fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante Chritilium,[10] Sisenna defendens, dixit, quædam ejus 'sputatilica' esse

[v] *Credebatur scire bene Latine, sed erat eruditionis expers.*
[w] *Alienus erat a consuetudine Græcorum qui literas suaviter appellant.*
[x] *Adhibebat pronuntiationem contrariam Catulo.*

jectura dedit Schutz.—3 Ita Victor. et Grut. *adhibenda quam obtrusa* Nor. Ald. Junt. Crat. Camer. Manut. *tanquam obrussa* omittit Lamb.—4 *T. Flaminium* Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb.—5 *Cotta, qui* conj. Ernesti.—6 Ita Nor. Junt. Crat. Ellendt. Orell. *alia quadam* Ald. Manut. Lamb. Schutz. probantibus Heusinger. et Ernesti. Cf. § 227.—7 *Sisenna, quasi,* omissa particula *autem,* Nor.—8 Ita Nor. Schutz. et Orell. *C. Ruscio* Ald. Junt. Crat. Lamb. *C. Rufio* Manut. *C. Erucio* conj. Pighius, probantibus Lallem. et Schneider. 'Cf. Cic. Fragm. ex Orat. pro Vareno, quod est apud Quintil. VIII. 3. et plenius ap. Priscianum. Sane idem esse potuit, qui accusavit Sex. Roscium Amerinum.' *Schutz.*—9 *Quidnam istud* Schutz. non monito lectore. 'In hoc pronomine variat jam Nor. passim.' *Orell.*—10 Ita Grut. *quo accusante Chirtilium* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. *quo accusante C. Rutilium* edd. Rom. Schutz. Ellendt. et Orell.

NOTÆ

[u] *Obrussa*] Nota est qua exploratur an aurum sit expurgatum. Obryzum autem ipsum est aurum excoctum et purgatum. 'Auri experimento ignis est, ut simili colore rubeat quo ignis: atque ipsum obryzum vocant.' Plinius XXXIII. 3.

[v] *T. Flamininum*] De quo, ut et de Catulo, Cotta, &c. actum superius.

[w] *Valde dilatandis literis*] Cotta *I* literam tollebat, et *E* plenissimum dicebat; ut non oratores antiquos, sed messores Ciceroni videretur imitari. Cicero de Orat. lib. III. § 46.

[x] *C. Rusio*] *C. Erucio* legendum putat Pighius in Fastis ad annum U. C. 613. Is Bruto cum ignotus fuerit, non mirum si a nobis ignoretur.

crimina.[y] LXXV. Tum C. Rusius, 'Circumvenior,'[z] inquit, 'judices, nisi subvenitis. Sisenna, quid dicas[1] nescio: metuo insidias: sputatilica, quid est hoc? sputa quid sit scio, tilica nescio.' Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus[a] recte loqui putabat esse, inusitate loqui. 261. Cæsar autem rationem adhibens,[b] consuetudinem vitiosam et corruptam, pura et incorrupta consuetudine[2] emendat. Itaque cum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quæ, etiamsi orator non sis, et[3] sis ingenuus civis Romanus, tamen necessaria est) adjungit illa oratoria ornamenta dicendi; tum videtur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine: hanc cum habeat præcipuam laudem in communibus, non video cui debeat cedere: [*p.* 189.] splendidam quandam, minimeque veteratoriam[c] rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica et generosa[4] quodammodo. 262. Tum Brutus, Orationes quidem ejus mihi vehementer probantur, complures autem legi. Atque etiam commentarios[y] quosdam scripsit rerum su-

[y] *Rusii crimina obscœna et sputo digna.*
[z] *Decipior ab adversario, qui mihi struit insidias.*
[a] *Sisenna amicus meus.* [b] *Sermonis regulam.* [c] *Callidam.*

CAP. LXXV. 1 *Sisenna quid dicat* unus Oxon. et Nor. et sic conj. Ernesti probante et recipiente Orell. *Sisenna quod dicas* Ald. Junt. Lamb. Schutz.—2 'Vulgo *consuetudine;* quod cum hic non sit aptum, reposui *locutione.*' Schutz. 'Sed rectissime Cicero, qui nil molitur inepte, voc. *consuetudo* sic repetivit. Utrumque scilicet et corruptum et incorruptum erat in consuetudine sive usu loquendi, oppidanorum, urbanorum, Stalenorum, Muciorum, sed purum Cæsar deligebat.' *Orell.*—3 Ernesti conj. *at*, vel *sed.*—4 Ita codd. cum edd. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Schutz. et Orell. *forma et magnifi-*

NOTÆ

[y] *Commentarios*] De quibus sic Hirtius in præfatione lib. VIII. de Cæsaris bello Gallico: 'Adeo probantur omnium judicio, ut prærepta, non præbita, facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra, quam reliquorum est admiratio. Ceteri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus.' Eosdem tamen commentarios acriore censura nonnulli perstringunt: 'Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate, compositos putat: cum Cæsar pleraque et quæ per alios erant gesta, temere crediderit; et quæ per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum et correcturum fuisse.' Suetonius in Julio Cæsare cap. 56.

arum; valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti, et venusti,[d] omni ornatu orationis, tanquam veste, detracto:[5] sed dum voluit alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam; ineptis gratum fortasse fecit, qui volent[6] illa calamistris[z] inurere;[e] sanos quidem homines a scribendo deterruit. Nihil enim est in historia pura et illustri brevitate dulcius. Sed ad eos, si placet, qui vita[7] excesserunt, revertamur.

LXXVI. 263. C. Sicinius[a] igitur, Q. Pompeii illius, qui censor fuit,[b] ex filia nepos, quæstorius mortuus est,[f] probabilis orator: jam vero etiam[1] probatus, ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagoræ[c] disciplina:[g] ea dat rationes certas et præcepta dicendi: quæ si[2] minorem habent apparatum, (sunt enim exilia,[h]) tamen habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes vias.[i] Has ille tenens, et paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa comparatione[j] disciplinaque dicendi jam in patronorum numerum pervenerat. 264. Erat etiam vir doctus inprimis C. Visellius Varro,[d] conso-

[d] *Simplices nec fucati.*
[e] *Qui volunt illa ornatu molestius accersito expolire.*
[f] *Quæstura functus.*
[g] *Dederat operam Hermagoræ, cujus institutiones jejunæ sunt ad ornandum, promtæ et faciles ad inveniendum.* [h] *Tenuia.*
[i] *Et quandam methodum, quam qui tenet, in dicendo non errat.*
[j] *Illa facultate quam sibi ex præceptis Hermagoræ comparaverat.*

cam et generosam Lamb. e Sueton. Cæs. cap. 55.—5 'Ita Lamb. sed codd. et edd. vett. consensu tuentur *detracta.* Id defendit Jac. Frid. Heusinger. teste filio in præf. ad Cic. Off. p. 46. item Jo. Mich. Heusinger. ad Nep. II. 7. 5. et Oudendorp. ad Sueton. Jul. c. 56. quibus nuper accessit Wolfius ad eundem Suetonii locum.' *Schutz.*—6 Ita Riv. Lamb. Schutz. et Orell. *volunt* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut.—7 Lamb. *e vita,* ex usu Tulliano.
CAP. LXXVI. 1 Lamb. *immo vero etiam.*—2 Cod. Rivii et Lamb. *quæ etsi.*

NOTÆ

[z] *Calamistris*] 'Calamister' sive 'calamistrum' proprie acus est, qua calefacta crispantur capilli in cincinnos compositi: metaphorice est asciticius orationis ornatus.

[a] *C. Sicinius*] Quæstor anno U. C. 677. ante Christum 77.

[b] *Qui censor fuit*] Anno nimirum U. C. 623. ante Christum 131.

[c] *Hermagoræ*] Vide lib. I. de Invent. § 8.

[d] *C. Visellius Varro*] Natus ex matertera Ciceronis, quæ C. Aculeonis uxor erat, quæsturam exercuit anno U. C. 677. ante Christum 77.

brinus meus, qui fuit cum Sicinio ætate conjunctus: is cum post curulem ædilitatem judex quæstionis esset,[k] est mortuus: in quo fateor vulgi judicium a judicio meo dissensisse: nam populo non erat satis vendibilis:[l] præceps quædam, et cum idcirco obscura, quia peracuta, tum rapida, et celeritate cæcata[m] [3] oratio: sed neque verbis aptiorem cito alium dixerim, neque sententiis crebriorem. Præterea perfectus[n] in literis, jurisque civilis jam a patre Aculeone traditam tenuit disciplinam. 265. Reliqui sunt, qui mortui sint,[4] L. Torquatus,[e] quem tu non tam cito rhetorem dixisses, (etsi non deerat oratio,) quam, ut Græci dicunt, πολιτικόν.[o] Erant in eo plurimæ literæ, nec cæ vulgares, sed interiores quædam et reconditæ: divina memoria, summa verborum et gravitas[5] et elegantia: atque hæc omnia vitæ decorabat dignitas et integritas. Me quidem admodum delectabat etiam Triarii,[f] in illa ætate, plena literatæ senectutis oratio: quanta severitas in vultu! quantum pondus in verbis! quam nihil non consideratum exibat ex ore! 266. Tum Brutus, Torquati et Triarii mentione commotus, (utrumque enim eorum admodum dilexerat,) Næ ego, inquit, (ut omittam cetera, quæ sunt innumerabilia,) de istis

[k] *Exercendæ inter facinorosos quæstioni præfectus, quæsitor, prætor.*
[l] *Probatus.* [m] *Obscurata.* [n] *Doctus inprimis.*
[o] *Gerendæ reip. peritum.*



—3 Codex Rivii *citata;* Schutz. e sua conjectura, *tum rapida celeritate cæcata.* —4 Ita codd. aliquot, etiam Guelf. 2. Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut. *mortui sunt* Schutz. e Guelf. 1. 'Vide tamen ne auribus hic aliquid dederit Tullius.' *Orell.*—5 Codd. omnes, edd. vett. Nor. Ald. Junt. Crat. Camer. Orell. *gravitas;* Rivius conj. *dignitas;* et sic ediderunt Manut. Lamb. Grut. et Schutz. 'Sed alia utique est vivendi, alia dicendi *gravitas.* Itaque ut verb. 'excellebat' § 215. et sexcenta alia paucis interjectis repetit Tullius, sic hoc quoque loco v. *gravitas.* Nec juvat conjicere *gnavitas,* quod semel habet ad

NOTÆ

[e] *L. Torquatus*] L. Manlius Torquatus ædilis curulis anno U. C. 703. ante Christum 51. biennio post prætor. In bello civili, quod Cæsarem inter et Pompeium exarsit, occisus est.

[f] *Triarii*] C. Valerius Triarius quæstor, deinde tribunus plebis anno U. C. 703. ante Christum 51. Asiaticis navibus cum D. Lælio præfuit magno illo Pompeium inter et Cæsarem bello civili. Cæsar de Bel. Civ. lib. III.

duobus cum cogito, doleo, nihil tuam perpetuam[6] auctoritatem[p] de pace valuisse! nam nec istos excellentes viros, nec multos alios præstantes cives respublica perdidisset. Sileamus, inquam, Brute, de istis, ne augeamus[7] dolorem: nam et præteritorum recordatio est acerba,[g] et acerbior expectatio reliquorum.[h] Itaque omittamus lugere, et tantum, quid quisque dicendo potuerit, (quoniam id quærimus,) prædicemus. LXXVII. 267. Sunt etiam ex iis, qui eodem bello occiderunt,[q] M. Bibulus,[i] qui et scriptitavit[1] accurate, cum præsertim non esset orator, et egit multa constanter: Appius Claudius,[j] socer tuus, collega et familiaris meus; hic jam et satis studiosus, et valde cum doctus,[2] tum etiam exercitatus orator, et cum auguralis,[r] tum omnis publici juris, antiquitatisque nostræ[s] bene peritus

[p] *Sententiam.* [q] *Civili Cæsarem inter et Pompeium.*
[r] *Juris.* [s] *Antiquæ historiæ Romanæ.*

Divers. x. 25.' *Orell.*—6 Nor. *perpetuam tuam.*—7 Guelf. 1. 2. Lallem. et Schutz. *nec augeamus.*

CAP. LXXVII. 1 Schutz. in ed. maj. *qui scriptitavit*, omissa conjunctione

NOTÆ

[g] *Præteritorum recordatio est acerba*] Si nec præsenti lætitia, nec spe futuri sublevetur; alioquin jucunda est præteritorum malorum memoria, ut affirmant Aristot. Rhet. I. 2. et Virgil. Æneid. I. 'Forsan et hæc olim meminisse juvabit.' Et Seneca, 'Quod fuit durum pati Meminisse dulce est.'

[h] *Acerbior expectatio reliquorum*] 'Facile existimari potest,' inquit Cornelius Nepos in Attici Vita, 'prudentiam quodammodo esse divinationem: non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, prædixit, sed etiam quæ nunc usu veniunt, cecinit, ut vates.'

[i] *M. Bibulus*] M. Calpurnius Bibulus cum C. Julio Cæsare anno U. C. 695. ante Christum 59. renuntiatus est nomine potius quam re consul. Quicquid enim sibi visum esset, Cæsar inconsulto collega faciebat. Hinc faceti homines annum illum notabant C. et Julio Coss. Tumque emanavit illud distichon, ut refert Suetonius in Julio, 'Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est: Nam Bibulo fieri consule nil memini.' Quarto post anno Bibulus censuram gessit; ac deinde proconsul anno U. C. 705. ante Christum 49. classem atque præfecturam totius oræ maritimæ obtinuit, et undecumque naves disposuit ut Cæsarem arceret, quicum non publicas modo, sed etiam privatas inimicitias exercebat. Cæsar de Bel. Civ. lib. III. Appianus, &c.

[j] *Appius Claudius*] Ap. Claudius Pulcher, cujus filiam primo duxerat Brutus, subinde enim uxorem accepit Porciam, filiam Catonis. Frater fuit P. Claudii, et consulatum gessit

fuit. L. Domitius[k] nulla ille quidem arte, sed Latine tamen, et multa cum libertate dicebat. 268. Duo præterea Lentuli consulares, quorum Publius[l] ille, nostrarum injuriarum ultor, auctor salutis, quicquid habuit, quantumcumque fuit, illud totum habuit ex disciplina:[t 3] instrumenta naturæ[u] deerant: sed tantus animi splendor,[v] et tanta magnitudo, ut sibi omnia, quæ clarorum virorum essent, non dubitaret asciscere, eaque omni dignitate obtineret. L. autem Lentulus[m] satis erat fortis orator, si modo orator; sed cogitandi non ferebat laborem: vox canora, verba non horrida sane, ut plena esset animi et terroris[4] oratio: quæreres in judiciis fortasse melius:[w] in republica quod erat, esse judicares satis.[x] 269. Ne T. quidem Postumius[n] contemnendus in dicendo: de republica vero non minus vehemens orator, quam bellator fuit: effrænatus, et acer nimis,[5] sed bene juris publici leges atque instituta cognoverat.

[t] *Studio et institutione.* [u] *Vox, laterum firmitas, &c.*
[v] *Tot animi virtutes.* [w] *Dicendi genus.*
[x] *Sufficiebat illud dicendi genus, ut reip. satisfaceret.*

et.—2 Schutz. e cod. Guelf. 1. *tum doctus.*—3 Nor. Ald. Junt. Manut. *e disciplina*, ut § 272. *ex* omittit Crat. Mox, *tantus erat animi* conj. Lamb. in marg. ed. 1584.—4 Nor. *terroris;* Schutz. et Ellendt. *fervoris*, e Purgoldi conjectura; Schutz. conj. etiam, *verba non horrida sane, plena an. ac fervoris, &c.* 'Nihil opus his deliciis; nam 'terror' Ciceroni nihil aliud est, nisi δεινότης. Cf. infra § 44.' *Orell.*—5 Cod. ψ *et acerrimus.*

NOTÆ

anno U. C. 700. ante Christum 54.

[k] *L. Domitius*] L. Domitius Ahenobarbus, hujus Appii Claudii in consulatu collega. Initio belli civilis ei provincia Gallia obtigit; a Pompeio desertus, a Cæsare obsessus, et captus, incolumis dimissus est. In acie Pharsalica demum occubuit. Suetonius in Nerone, Cæsar de B. C. lib. III. Appianus, &c.

[l] *Publius*] P. Corn. Lentulus Spinther Cicerone consule ædilis erat. Ad eum scriptus est lib. I. Epist. ad Famil. Consulatu functus est anno U. C. 697. ante Christum 57. sexennio post proconsul ex Cilicia redux triumphavit.

[m] *L. autem Lentulus*] L. Cornelius Lentulus Crus consul anno U. C. 705. ante Christum 49. Post Pompeii cædem a Ptolemæo comprehensus apud Pelusium in custodia necatus est. Orosius, &c.

[n] *T. quidem Postumius*] Eum esse probabile est qui prætor fuit anno C. 698. ante Christum 56. de quo senatus decreverat, ut statim in Siciliam iret, Fuffanoque succederet; quod narrat Cicero ad Att. VII. 15.

Hoc loco Atticus, Putarem te, inquit, ambitiosum esse, si (ut dixisti) ii, quos jamdiu colligis, viverent. Omnes enim commemoras, qui ausi aliquando sunt stantes loqui,[o] ut mihi imprudens[y] M. Servilium[p] præteriisse videare. LXXVIII. 270. Non, inquam, ego istuc ignoro, Pomponi, multos fuisse, qui verbum nunquam in publico fecissent,[z] cum melius aliquanto possent, quam isti oratores, quos colligo, dicere: sed his commemorandis etiam illud assequor, ut intelligatis primum ex omni numero, quam non multi ausi sint dicere, deinde ex iis ipsis, quam pauci fuerint laude digni. 271. Itaque ne hos quidem equites Romanos,[a] amicos nostros, qui nuper mortui sunt, P. Cominium Spoletinum,[q] quo accusante defendi C. Cornelium; in quo et compositum dicendi genus, et acre, et expeditum fuit: T. Accium Pisaurensem,[1] [r] cujus accusationi respondi pro A. Cluentio; qui et accurate dicebat, et satis copiose: eratque præterea doctus Hermagoræ præceptis: quibus etsi ornamenta non satis opima[2] dicendi, tamen, ut hastæ velitibus amentatæ,[s] sic apta quædam, et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur:[b] studio autem

[y] *Insciens.*
[z] *Qui nunquam publice orationes habuerint.*
[a] *Prætermittam.*
[b] *Quibus præceptis etsi non continentur illustrissima dicendi ornamenta, tamen idonea ad quaslibet causas argumenta depromuntur, ut a levis armaturæ militibus torquentur hastæ amentatæ.*

CAP. LXXVIII. 1 *Attium* Schutz. Variant etiam lapides Pisaurenses. Mox, *A. Cluentino* ψ.—2 Ita codd. cum edd. vett. Nor. Ald. Junt. Crat. Riv. Lamb. Manut. Grut. Schutz. et Orell. *optima* conj. nescio quis ap. Riv.—

NOTÆ

[o] *Stantes loqui*] More veterum. 'Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Ajax,' Ovid. Met. XIII. et apud Homer. Iliad. A. Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς· *Ad hos surgens locutus est pedibus celer Achilles.*

[p] *M. Servilium*] M. Servilius Geminus tribunus plebis anno U. C. 694. ante Christum 60.

[q] *Spoletinum*] E Spoletio Vilumbrorum in Italia urbe, etiamnum dicitur *Spolete.*

[r] *Pisaurensem*] Ex Pisauro urbe Semnonum in Italia: nunc *Pesaro.*

[s] *Amentatæ*] Jacula alias manu sola missa, alias loro revincta et eo excusso adjuta, dicebantur amentata. 'Amentum lorum est, quo hasta media religatur,' inquit Servius. Vide Lipsium.

neminem, nec industria majore cognovi. 272. [*p.* 190.] Quanquam[3] ne ingenio quidem qui præstiterit, facile dixerim, C. Pisoni,[t] genero meo: nullum tempus illi unquam vacabat[4] aut a forensi dictione, aut a commentatione domestica,[c] aut a scribendo, aut a cogitando: itaque tantos processus efficiebat, ut evolare,[d] non excurrere videretur: eratque verborum et delectus elegans, et apta et quasi rotunda constructio: cumque argumenta excogitabantur ab eo multa, et firma ad probandum, tum concinnæ acutæque sententiæ; gestusque natura ita venustus, ut ars etiam, quæ non erat, et e disciplina[e] motus quidam videretur accedere:[5] vereor, ne amore videar plura, quam fuerint[6] in illo, dicere; quod non ita est: alia enim de illo majora dici possunt: nam nec continentia, nec pietate, nec ullo genere virtutis quenquam ejusdem ætatis cum illo conferendum puto. LXXIX. 273. Nec vero M. Cœlium[u] prætereundum arbitror,

[c] *Semper occupatus erat, aut dicendo in foro, aut meditando domi.*
[d] *Ad perfectam eloquentiam.*
[e] *Studio et institutione.*

3 '*Traduntur. Studio autem . . . majore cognovi, quanquam*] Sic recte interpungitur ed. Ald. [ita Victor. et Orell.] Postea multi pessimam hanc verborum diremtionem invexere, *traduntur: studio autem . . . majore cognovi. Quanquam, &c.* quasi verba *studio . . . cognovi* ad Attium Pisaurensem, non ad Pisonem pertinerent.' *Schutz.*—4 Cod. ψ *illi vacabat*, omisso *unquam.*—5 Idem codex, *et disciplina m. q. v. accidere;* Lamb. in ed. 1566. omittit *quidam.*—6 Guelf. 1. 2. *fuerunt.*

NOTÆ

[t] *C. Pisoni*] C. Calpurnius Piso Frugi, primus Ciceronis gener, cujus filiam Tulliolam duxit: juvenis non ita multo post Ciceronis ab exilio reditum obiit. Quæstor fuit anno U. C. 697. ante Christum 57.

[u] *M. Cœlium*] Is ipse est M. Cœlius Rufus, quem a Clodia veneficii postulatum, luculenta quæ extat oratione, Tullius defendit. Vir eloquio animoque insignis, sed ingeniose nequam. Tribunatum plebis gessit anno U. C. 702. ante Christum 52. Quadriennio post prætor cum in Urbe res novas seditiose moliretur, referente Servilio consule, ex senatus auctoritate ipsi magistratus est abrogatus. Quod ægre ferens, Miloni exuli, qui fugitivorum manum contraxerat, sese adjunxit, bellumque parans circa Thurios armis oppressus et occisus est, dignus cui et mens melior et vita longior contigisset. Dio, Cæsar, Livius in Epitome, Velleius, &c. Quæ fuerit ejus dicendi facultas patet tum ex ejus epistolis, quæ librum octavum ad Familiares conficiunt, tum ex Quintil. Dialogo de Oratoribus: 'Quid ex Cœlianis,' inquit, 'orationibus? nempe hæ pla-

quæcumque ejus in exitu vel fortuna, vel mens fuit:[f] qui quamdiu auctoritati meæ paruit, talis tribunus plebis fuit, ut nemo contra civium perditorum[g] popularem turbulentamque dementiam, a senatu, et a bonorum causa steterit constantius: quam ejus actionem, multum tamen et splendida, et grandis, et eadem inprimis faceta et perurbana commendabat oratio. Graves ejus conciones aliquot fuerunt, acres accusationes tres, eæque omnes ex reipublicæ contentione[h] [1] susceptæ: defensiones, etsi illa erant in eo meliora, quæ dixi, non contemnendæ tamen, saneque tolerabiles. Hic cum summa voluntate bonorum ædilis curulis factus esset, nescio quomodo discessu meo discessit a sese,[i] ceciditque, posteaquam [2] eos imitari cœpit, quos ipse perverterat. 274. Sed de M. Calidio [3] [v] dicamus aliquid, qui non fuit orator unus e multis:[j] potius inter multos prope singularis fuit: ita reconditas exquisitasque sententias mollis et pellucens[k] vestiebat oratio. Nihil tam tenerum, quam illius comprehensio verborum:[l] nihil tam flexibile, nihil, quod magis ipsius arbitrio fingeretur, ut nullius oratoris æque in potestate fuerit: quæ primum ita

[f] *Quæcumque tandem ejus vel infelicitas vel improbitas fuerit in fine vitæ.*
[g] *Clodianorum quibus restitit.* [h] *Ex reipublicæ causa.*
[i] *Dum in Ciliciam profectus sum, a seipso degeneravit.*
[j] *Vulgaris.*
[k] *Concinna et splendida.* [l] *Periodus.*

Cap. LXXIX. 1 Cod. ψ *contione.* Mox, Reg. *erant in illo.*—2 Ita codd. item Nor. Lamb. Grut. Schutz. et Orell. *postea, quum* Ald. Junt. Crat. Manut.—3 *M. Callidio* Crat. et Lamb. Mox, particulam *prope* omittunt Guelf.

NOTÆ

cent: sive universæ, sive partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem verborum, et hians compositio, et inconditi sensus redolent antiquitatem: nec quenquam adeo antiquarium puto, ut Cœlium ex ea parte laudet, qua antiquus est.'

[v] *M. Calidio*] Cui prætori Tullius ab exilio revocatus in oratione post reditum in senatu gratias egit anno U. C. 697. ante Christum 57. Fabius x. 1. eum pro domo Ciceronis dixisse tradit, et xii. 10. subtilitatem ipsi attribuit. Apollodori Pergameni Græci oratoris discipulus fuit, et Cæsarianas partes in bello civili secutus, cum togatam Galliam regeret Placentiæ obiit. Eusebii Chronicon ad annum 4. Olymp. 181. qui est ante Christum 57.

pura erat, ut nihil liquidius; ita libere fluebat, ut nusquam adhæresceret: nullum, nisi loco positum, et tanquam in vermiculato [w] emblemate,[m] ut ait Lucilius, structum verbum videres: nec vero ullum aut durum, aut insolens, aut humile, aut longius [4] ductum: ac non propria verba rerum, sed pleraque tralata: sic tamen, ut ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres: nec vero hæc soluta, nec diffluentia, sed astricta numeris, non aperte, nec eodem modo semper, sed varie dissimulanterque [5] conclusis. 275. Erant autem et verborum et sententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα,[n] quibus tanquam insignibus [o] in ornatu,[6] distinguebatur omnis oratio: qua de re agitur [x] autem, illud quod multis locis in jurisconsultorum includitur formulis, id ubi esset,[7] videbat.[p] LXXX. Accedebat ordo rerum plenus artis, actio liberalis, totumque dicendi placidum et sanum genus.[q] 276. Quodsi est optimum, suaviter dicere; nihil est, quod melius hoc [r] quærendum putes. Sed cum a nobis paulo ante dictum sit, tria videri esse, quæ orator efficere deberet, ut doceret, ut delectaret, ut moveret; duo summe tenuit, ut et rem illustraret [s] disserendo, et animos eorum, qui audirent, devinciret [1] voluptate. Aberat tertia illa

[m] *Ita sunt coagmentata verba, ut in pavimento inter se consertæ sunt ex arte tesserulæ.*
[n] *Figuras.* [o] *Notis illustrioribus.*
[p] *Videbat præcipuum totius controversiæ caput; quod jurisperiti notant in suis formulis, ubi aiunt, qua de re agitur.*
[q] *Prudentia plenum.*
[r] *Hoc dicendi genere quod adhibuit Calidius.* [s] *Doceret.*

1. 2. probante Heusinger. improbante vero Orell.—4 Nor. *aut humile in longius;* unus Oxon. *aut humile longius.* Mox, pro *tralata,* quod ex ed. Gruteri recepit Ernesti, *translata* habent Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. et Orell. Cf. § 121. et 157.—5 Lamb. conj. *dissimiliterque* in marg. ed. 1584.—6 Idem Lamb. omittit *in ornatu.* Mox, *qua de re autem agitur* Guelf. 1. 2. *autem illud, quod, &c.* Schutz. et Orell. Pro *autem,* ψ habet *etiam*—7 Ita Manut. Lamb. Schutz. et Orell. *et ubi esset* Nor. Ald. Junt. Crat. Grut.

CAP. LXXX. 1 Ita codd. edd. vett. Nor. Ald. Junt. Crat. Grut. Schutz. et

NOTÆ

[w] *In vermiculato*] Integrum Lucilii locum exposuimus de Orat. lib. III. § 171.

[x] *Qua de re agitur*] Consulantur Topica § 95.

laus, qua permoveret atque incitaret animos, quam plurimum pollere diximus, nec erat ulla vis atque contentio: sive consilio, quod eos, quorum altior[2] oratio, actioque esset ardentior, furere et bacchari arbitraretur; sive, quod natura non esset ita factus, sive, quod non consuesset, sive, quod non posset:[3] hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat, abfuit:[y] si opus erat, defuit. 277. Quinetiam memini, cum in accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum paravisse, idque a se esse deprehensum, seseque chirographa, testificationes,[4] indicia, quæstiones, manifestam rem, deferre diceret, deque eo crimine accurate et exquisite disputavisset: me in respondendo, cum essem argumentatus, quantum res ferebat; hoc ipsum etiam posuisse pro argumento, quod ille, cum pestem capitis sui, cum indicia mortis,[t] se comperisse manifesto,[5] et manu tenere diceret, tam solute[u] egisset, tam leniter, tam oscitanter. 278. 'Tu istuc,[6] M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres?[v] præsertim cum ista eloquentia alienorum[7] hominum pericula defendere acerrime soleas, tuum negligeres? ubi dolor? ubi ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querelas solet? nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percussa,[8] [z] non femur:

[t] *Mortis sibi paratæ.* [u] *Frigide.*
[v] *An tam leniter causam perorares?*

Orell. *devinceret* Guelf. 1. et Manut. *demulceret* Lamb. *deliniret* conj. Ernesti. —2 Lamb. in annotatt. ed. 1584. suspicabatur *elatior.*—3 ' Hæc, *sive, quod non posset,* pro gloss. præcedentium, *sive, quod natura non ita esset factus,* habet Walch. Emend. Liv. p. 213. Sed quis talia gloss. ascripserit? Illud refer ad indolem animi, hoc vero ad vires corporis.' *Orell.*—4 Unus Oxon. *testificationis.*—5 Lamb. *se manifesto comperisse.*—6 *Tu istud* Schutz.—7 ' Nihil mutandum, etsi *ageres, præsertim ista eloquentia? cum alienorum* conj. Lamb. *ageres? tu, ista præsertim eloquentia cum alienorum* suspic. Schutz.' *Orell.*—8 El-

NOTÆ

[y] *Abfuit*] Rem aliquam minus est abesse nobis quam deesse: id quo caremus, si fuerit supervacaneum et inutile, abesse; si utile ac necessarium, deesse dicitur.

[z] *Frons non percussa*] Qui gestus in vehementioribus indignantis animi motibus apud Romanos alias decebant oratorem. Femur autem tres ob causas percutiebant, ad dolorem, ad admirationem, ad pudorem significandum.

pedis (quod minimum est) nulla supplosio. Itaque tantum abfuit,[9] ut inflammares nostros animos; somnum isto loco vix tenebamus.' Sic nos summi oratoris vel sanitate, vel vitio,[w] pro argumento ad diluendum crimen [x] usi sumus. 279. Tum Brutus, Atque [10] dubitamus, inquit, utrum ista sanitas fuerit, an vitium? [y] quis enim non fateatur, cum ex omnibus oratoris laudibus longe ista sit maxima, inflammare animos audientium, et, quocumque res postulet modo, flectere, qui hac virtute caruerit, id ei, quod maximum fuerit, defuisse? LXXXI. Sit sane ita, inquam: sed redeamus ad eum, qui jam unus restat, Hortensium: tum de nobismetipsis, quoniam id etiam, Brute, postulas, pauca dicemus; quanquam facienda mentio est, ut quidem mihi videtur, duorum adolescentium, qui si diutius vixissent, magnam essent eloquentiæ laudem consecuti.

280. C. Curionem [a] te, inquit Brutus, et C. Licinium Calvum arbitror dicere. Recte, inquam, arbitraris: [1] quorum quidem alter,[z] (quod verisimile dixisset,[b]) ita facile [a]

[w] *Sanitate si consilio tam molle dicendi genus usurparet, vitio si natura aut viribus deficientibus eo uteretur.*

[x] *Ad refellendum crimen.*

[y] *Sed quomodo possumus dubitare, utrum istud in Calidio fuerit laudabile, an vitiosum?*

[z] *Curio.* [a] *Facile profluentibus verbis.*

lendt. e Quintil. XI. 3. 123. *non frons percussa.*—9 *Itaque tantum abest* Quintil. ibid.—10 Ita Nor. Ald. Junt. Schutz. Orell. *Atqui* Crat. Manut. Lamb. Grut. *At qui* Le Clerc.

CAP. LXXXI. 1 *Brute, arbitraris* Nor. Mox, *quod verisimile dixisset* delent Lamb. Schutz. Ellendt. et Orell. quæ verba extant in codd. et edd. Ald.

NOTÆ

[a] *C. Curionem*] C. Scribonius Curio, patris consularis ac triumphalis eloquentia et ingenio similis, perditis moribus dissimillimus; quem Velleius lib. II. egregie describit: 'Vir nobilis, eloquens, audax, suæ alienæque et fortunæ et pudicitiæ prodigus, homo ingeniosissime nequam, et facundus malo publico; cujus animo, voluptatibus, vel libidinibus, neque opes ullæ, neque civitates sufficere possent.' Tribunus plebis anno U. C. 704. ante Christum 50. pecunia corruptus ad Cæsarem a senatu defecit. Ad recipiendam Africam missus, pulso fugatoque Varrone, jam superbus, subitum Jubæ regis adventum sustinere non potuit. Patebat victo fuga, sed pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur, anno U. C. 706. ante Christum 48. Florus IV. 2. Appianus, Cæsar, &c.

[b] *Quod verisimile dixisset*] Hæc verba ut omnino supervacanea non-

soluteque verbis volvebat satis interdum acutas, crebras quidem certe sententias, ut nihil posset ornatius esse, nihil expeditius. [*p.* 191.] Atque hic[2] a magistris parum institutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum: industriam[c] non sum expertus: studium certe fuit:[b] qui si me audire voluisset, ut cœperat, honores, quam opes, consequi maluisset. Quidnam est, inquit, istud?[3] et quemadmodum distinguis? Hoc modo, inquam. 281. Cum honos sit præmium virtutis, judicio studioque civium delatum ad aliquem, qui eum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi et honestus et honoratus videtur. Qui autem occasione aliqua, etiam invitis suis civibus,[d] nactus est imperium, ut ille cupiebat,[c] hunc nomen honoris adeptum, non honorem puto.[4] Quæ si ille audire voluisset, maxima cum gratia et gloria ad summam amplitudinem pervenisset, ascendens gradibus magistratuum,[d] ut pater ejus fecerat, ut reliqui clariores viri. Quæ quidem etiam cum P. Crasso,[e] M. F. cum initio ætatis[e] ad amicitiam se meam contulisset, sæpe egisse me arbitror, cum eum vehementer hortarer, ut eam laudis viam rectissimam esse duceret, quam majores ejus[f] ei tritam reliquissent. 282. Erat

[b] *Non sum expertus quantum ingenii solertia valeret; at scio eum sedulum ac diligentem fuisse.*
[c] *Cæsaris gratia fretus quidvis sperans.*
[d] *Qui sunt quæstura, ædilitas, prætura, et consulatus.*
[e] *Adolescens.*
[f] *Qui diu vixerunt summis magistratibus functi.*

Junt. Crat. Manut. et Grut. 'Est absurdum glossema ad illa *Recte . . . arbitreris*, ut in scholis solebant facere medii ævi magistri.' *Orell.*—2 *At hic* Nor. —3 Ita Grut. *istuc* unus Oxon. Junt. Lamb. Manut.—4 Lallem. e codice Re-

NOTÆ

nullis haud immerito videntur rejicienda.

[c] *Industriam*] Industria plerumque optimis Latinitatis auctoribus est acre studium vehemensque animi contentio: hic tamen pro ingenii sagacitate, quæ distinguitur a studio, sumitur.

[d] *Invitis suis civibus*] Præter expectationem omnium ad tribunatum pervenit, ut indicat Cicero ad Famil. II. 7. qua ipsi de hoc magistratu gratulatur.

[e] *P. Crasso*] Qui in expeditione contra Parthos suscepta, patris comes fortiter pugnans occisus est, anno U. C. 701. ante Christum 53. Plutarchus in M. Crasso, Livii Epitome, &c.

enim cum institutus [h] optime, tum etiam perfecte, planeque eruditus: ineratque et ingenium satis acre, et orationis non inelegans copia: prætereaque sine arrogantia gravis esse videbatur, et sine segnitia verecundus. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitæ [5] adolescentibus gloriæ: qui quia navarat miles operam imperatori, imperatorem se statim esse cupiebat; cui muneri mos majorum ætatem certam,[f] sortem incertam reliquit.[i] Ita gravissimo suo casu, dum Cyri [g] et Alexandri [h] similis esse voluit, qui suum cursum transcurrerant;[j] [6] et L. Crassi, et multorum Crassorum inventus est dissimillimus. LXXXII. 283. Sed ad Calvum [i] (is enim nobis erat propositus) revertamur: qui orator fuisset,[j] cum literis [1] eruditior, quam

[h] *P. Crassus.*

[i] *Quod munus imperatorium ætate certa, sed incerta sorte juxta majorum consuetudinem obtinetur.*

[j] *Qui ultra vires ætatis bella tentarunt.*

gio recepit, *hunc nomen honoris, non honorem adeptum puto.*—5 Ita Crat. Camer. Lamb. Orell. Ellendt. *quidam insolitæ*, omisso *non*, Guelf. 1. 2. Nor. Ald. Junt. Manut. et Schutz.—6 'Ne quid tentes, ascribo Forcellin. explicat. in v. Transcurrere: 'Qui non per gradus, sed quasi saltibus cursum gloriæ confecerant.' Omisit v. 'transcurrere' cum plurimis aliis, Schutz. in Lex. Cic.' *Orell.*

CAP. LXXXII. 1 'Turbatum hic aliquid videtur. Sic Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. *qui orator fuit, sed cum literis* conj. Corradus; unde non male, puto, legas, *qui orator fuit, cum literis.* Ernesti conj. *qui fuit cum literis;* Schutz. *qui cum fuisset literis;* Ellendt. *qui orator cum fuisset literis*, conjectura sua, non cum Aldo, ut ait. Sed neuter animadvertit, sic tolli necessariam oppositionem inter *cum* et *tum;* uti nec Lamb. (non Gothofr.) in marg. ed.

NOTÆ

[f] *Ætatem certam*] Imperatorio muneri ætas certa præscripta erat, quippe nisi ætatis anno quadragesimo expleto prætores fieri non poterant; sors autem erat incerta, quod plerumque provincias in quibus bella gerenda essent, sorte obtinerent, ut ex Romanis historicis patet.

[g] *Cyri*] Junioris Persarum regis, qui Græcorum præcipueque Lacedæmoniorum copiis confisus contra fratrem Artaxerxem Mnemonem arma sumsit, et in acie cecidit. Xenophon.

[h] *Alexandri*] Qui obiit anno ætatis 33. Vide notas in lib. IV. ad Herenn. § 37.

[i] *Ad Calvum*] C. Licinius Macer Calvus quæstor anno U. C. 699. ante Christum 55. dicendi facultatem poëtices laude cumulavit. 'Diu cum Cicerone,' inquit Seneca lib. VII. Controvers. 'iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit.' Orationum unum et viginti libros reliquisse scribit auctor Dialogi de Oratoribus.

[j] *Qui orator fuisset*] Hic est aliqua labes: legendum *cum orator fuisset*, an *orator fuit?*

Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi et exquisitius afferebat[k] genus: quod quanquam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat.[l 2] Itaque ejus oratio nimia religione attenuata, doctis et attente audientibus erat illustris: a multitudine autem, et a foro, cui nata eloquentia est, devorabatur.[m 3]

284. Tum Brutus, Atticum se,[k] inquit, Calvus noster dici oratorem volebat:[n] inde erat ista exilitas,[o] quam ille de industria consequebatur.[4] Dicebat, inquam, ita: sed et ipse errabat, et alios etiam errare cogebat. Nam si quis eos, qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide, Attice putat dicere; is recte, nisi Atticum, probat neminem.[p] Insulsitatem enim et insolentiam, tanquam insaniam quandam orationis, odit: sanitatem autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam oratoris,[5] probat.[q] Hæc

[k] *Sequebatur.*

[l] *Veram ac naturalem eloquentiæ formam amittebat.*

[m] *Nimium affectata diligentia ac superstitione ejus oratio exilior a peritis existimatoribus, qui attente audiebant, habebatur insignis: verum non gustabatur a populo, et iis qui in foro versabantur, quorum causa, propter judicia scilicet, primum inventa est eloquentia.*

[n] *Calvus volebat esse imitator Atticorum.*

[o] *Jejunitas ac siccitas orationis.*

[p] *Si quis putat eos Attice dicere qui non absurde, non moleste, non fastidiose dicunt, is jure neminem nisi Atticum probare debet.*

[q] *Dicendi rationem absurdam et ab usu vulgari abhorrentem, ut stultitiam orationis execratur: sanam autem et rectam dicendi rationem, quasi præcipuum et sacrum orationis caput approbat.*

1584. proponens, *qui cum orator fuisset literis.*' Orell.—2 Non est hæc Rivii correctio, sed habet sic jam Crat. item Manut. et Lamb. *dependebat* edd. vett. Nor. Ald. Junt.—3 ' Purgoldus suspicabatur *deserebatur;* verum sensum v. ' devorare' parum intelligentis.' *Orell.*—4 Lamb. *consectabatur;* sed cf. § 287.—5 Vocab. *oratoris* suspectum Ellendtio. ' Potest videri διττογραφία superioris voc. *orationis*, alieno loco perperam intrusa. Sed oppositionem quandam h. l. inter *orationem* atque *oratorem* captasse videtur Tullius: aurium quidem judicio si stabis, vocabulo *oratoris* h. l. carere vix poteris.'

NOTÆ

[k] *Atticum se*] Attici limati erant ac pressi, nec inane quicquam aut redundans ferebant. Quod assequi cum non possent Ciceronis temporibus oratores aridi et exsangues, imbecillitati suæ illustre sanitatis Atticæ nomen obtendebant. Consule Oratorem Ciceronis, § 23. &c. lib. de Opt. Gen. Orat. et Quintil. XII. 10.

omnium debet oratorum eadem esse sententia. 285. Sin autem jejunitatem,[1] et siccitatem, et inopiam, dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc recte duntaxat:[r] sed quia sunt in Atticis alia meliora, videat, ne ignoret et gradus, et dissimilitudines,[6] et vim, et varietatem Atticorum. Atticos, inquit, volo imitari: quos? nec enim est unum genus. Nam quid est tam dissimile, quam Demosthenes et Lysias?[m] quam idem,[s] [7] et Hyperides? quam omnium horum Æschines? Quem igitur imitaris? Si aliquem, ceteri ergo Attice non dicebant: si omnes, qui[t] potes, cum sint ipsi dissimillimi inter se? In quo etiam illud[8] quæro, Phalereus ille Demetrius Attice ne dixerit: mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsæ Athenæ videntur.[u] At est floridior, ut ita dicam, quam Hyperides, quam Lysias: natura quædam, aut voluntas ita dicendi fuit.[v] LXXXIII. 286. Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se; sed Attici tamen: quorum Charisius[n] multarum orationum;[1] quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam: Demochares[o] autem, qui fuit Demostheni[2] sororis filius, et orationes scripsit aliquot; et earum rerum histo-

[r] *Si quis Atticum orationis genus putat, quod est tenue, exile, et inops, modo sit informatum bonis sententiis et verbis, ille non ignorat, quale sit aliquod Atticum dicendi genus: hoc enim nonnulli Attici usurparunt.*
[s] *Demosthenes.* [t] *Quomodo.*
[u] *Illius orationibus nihil mihi videtur magis Atticum.*
[v] *Aut indole sua aut consilio illud orationis genus adhibuit.*

Orell.—6 Guelf. 1. *similitudines.*—7 Ita Nor. Ald. Junt. Lamb. Ellendt. *iidem* al. cum Schutz. et Orell.—8 Lamb. *illud etiam.*
CAP. LXXXIII. 1 Ita Nor. Junt. Crat. Camer. Grut. *multas orationes* Ald. Manut. *multas orationes scripsit, quas* Lamb.—2 Ita Nor. et Orell. et sic conj.

NOTÆ

[1] *Sin autem jejunitatem*] Interpretationi nostræ lucem affert Tullius in Oratore, § 28. 'Putant qui horride inculteque dicat, modo hoc eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. Errant quod solum, quod Attice non falluntur.'

[m] *Demosthenes et Lysias*] De quibus sub initium hujus libri disseruimus.

[n] *Charisius*] De quo vix quicquam memoriæ proditum.

[o] *Demochares*] Vir cum bellicis rebus, tum eloquentia civili nemini secundus. Plutarchus in Vitis Decem Oratorum in Demosthene.

riam, quæ erant Athenis ipsius ætate gestæ, non tam historico, quam oratorio genere perscripsit. At Charisii vult Hegesias[3] [p] esse similis, isque se ita putat Atticum, ut veros illos[w] præ se pæne agrestes putet. 287. At quid est tam fractum, tam minutum,[x] tam in ipsa (quam tamen consequitur) concinnitate puerile? Atticorum similes esse volumus. Optime. Suntne igitur ii Attici oratores? Quis negare potest? Hos imitamur. Quomodo,[4] qui sunt et inter se dissimiles, et aliorum? Thucydidem, inquit, imitamur. Optime, si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus, et grandis etiam fuit: hoc forense,[y] concertatorium, judiciale, non tractavit genus. Orationes autem, quas interposuit, (multæ enim sunt,) eas ego laudare soleo; imitari neque possim, si velim, nec velim fortasse, si possim. Ut, si quis Falerno[q] vino delectetur, sed eo nec ita novo, ut proximis consulibus[z] natum velit; nec rursus ita vetere, ut Opimium[5] [r] aut Anicium[s] consulem quærat;[a] (atqui eæ notæ sunt optimæ:[b] [t] credo: sed nimia vetustas nec habet eam, quam quærimus, suavitatem, nec est jam sane tolerabilis: 288. num igitur, qui hoc sentiat,[c]

[w] *Atticos.*
[x] *Tam concisum et divisum in particulas, sublatis numeris.*
[y] *Litigiosum.* [z] *Superiore anno.*
[a] *Ut natum sit Opimio aut Anicio consule.*
[b] *Vinum sub consulatu Opimii et Anicii fuit optimum.*
[c] *Qui Falernum vetustius bibendum non putet.*



Jac. Gronov. in ed. 1692. *Demosthenis* ceteri omnes.—3 *Egestas* unus Oxon.

NOTÆ

[p] *Hegesias*] Magnesius orator ineptus et historicus floruit annis circiter ante Christum 300. Strabo lib. xiv. Tullius in Oratore § 226.

[q] *Falerno*] A Falerno Campaniæ agro vitibus consito generosum Falernum vinum appellatum est.

[r] *Opimium*] 'L. Opimio consule ... ea cœli temperies fulsit, quam cocturam vocant, solis opere, natali urbis 633. (ante Christum 121.) durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in speciem redacta mellis asperi.' Plinius xiv. 4.

[s] *Anicium*] L. Anicius Gallus consul anno U. C. 594. ante Christum 160.

[t] *Notæ sunt optimæ*] Vini vetustas inscriptis amphoræ consulibus notabatur: annos enim consulibus numerare mos fuit.

si is potare velit, de dolio [d] [u] sibi hauriendum putet? minime: sed quandam sequatur ætatem [e]); sic ego istis censuerim et novam istam, quasi de musto ac lacu,[f] fervidam [6] orationem fugiendam, nec illam præclaram Thucydidis [7] nimis veterem, tanquam Anicianam notam,[g] persequendam. Ipse enim Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior.[h] LXXXIV. Demosthenem igitur imitemur. [*p.* 192.] O Dii boni! [v] quid, quæso,[1] nos aliud agimus, aut quid aliud optamus? At non assequimur.[i] 289. Isti enim videlicet Attici nostri, quod volunt, assequuntur:[j] ne illud quidem intelligunt, non modo ita memoriæ proditum esse, sed ita necesse fuisse, cum Demosthenes dicturus esset, ut concursus, audiendi causa, ex tota Græcia fierent. At cum isti Attici dicunt, non modo a corona,[k] quod est ipsum miserabile, sed etiam ab advocatis [l] relinquuntur. Quare si anguste et exiliter dicere, est Atticorum, sint sane Attici: sed in comitium veniant,[m] ad stantem judicem [2] dicant.

[d] *Ubi reconditur novum.* [e] *Mediam.*
[f] *Recens et immaturum dicendi genus, sic tanquam vinum modo torculari expressum.*
[g] *Quasi vetustissimum vinum.*
[h] *Non ita presso et exsangui stylo uteretur.*
[i] *Demosthenem.* [j] *Deteriores imitantur.*
[k] *Ab auditorum consessu.* [l] *Ab iis qui jus suggerunt.*
[m] *Ubi de minoribus causis agitur.*

—4 *Quoquo modo* Nor.—5 *Opimum* unus Oxon.—6 Ita codd. Ald. Junt. Orell. *quasi musteam de lacu ac fervidam* conj. Scheider. *quasi musteam ac de lacu fervidam* Ellendt. *quasi mustum de lacu, fervidam* conj. Schutz. 'Sed hæc omnia nimis incerta. Videndum etiam atque etiam, ne hoc proverbium quasi fuerit Latinorum, *de musto ac lacu.*' Orell.—7 Ita Ald. Junt. Crat. *Thucydidi* Nor. Manut. Lamb. Grut. Schutz. Orell.

CAP. LXXXIV. 1 Ita margo ed. 1584. Grut. et Orell. et hoc Manutio tribuitur a Grut. *quasi* Nor. Ald. Junt. Manut. *ergo* Crat. Camer. Lamb.—2 'Locus corruptus. Sic codd. et edd. omnes. Sed nullum judicum genus tam stultum erat, ut staret. Lego, *stantes ad judicem dicant*, plane ut § 269.

NOTÆ

[u] *De dolio*] Vinum de dolio, quod doliare vocat Ulpianus, est vinum novum, quod quia vetustatem non habet quæ diffuso quæritur, minoris erat pretii. Solebant alias vinum novum quod nondum imbiberat maturitatem, ex doliis in amphoras defundere, quod et diffusum dicebatur. Horat. I. Epist. 5. 'Vina bibes iterum Tauro diffusa.' Has amphoras pice obductas et nominibus consulum notatas in apothecis sive horreis collocabant. *Turnebus.*

[v] *O Dii boni*] Verba sunt illorum

Subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant.[n] 290. Volo hoc oratori contingat, ut, cum auditum sit eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal, gratiosi scribæ sint in dando et cedendo loco,[o] corona multiplex,[p] judex erectus:[q] cum surgit is,[3] qui dicturus sit, significetur a corona silentium,[r] deinde crebræ assensiones, multæ admirationes: risus, cum velit; cum velit, fletus: ut, qui hæc procul videat, etiamsi, quid agatur, nesciat; at placere tamen, et in scena esse Roscium[s w] intelligat. Hæc cui contingant, eum scito Attice dicere, ut de Pericle audivimus,[4] ut de Hyperide, ut de Æschine, de ipso quidem Demosthene maxime. 291. Sin autem acutum, prudens, et idem sincerum, et solidum, et exsiccatum genus orationis probant, nec illo graviore ornatu oratorio utuntur, et hoc proprium esse Atticorum volunt; recte laudant.[t] Est enim in arte tanta, tamque varia, etiam huic minutæ subtilitati locus: ita fiet, ut non omnes, qui Attice, iidem bene; sed, ut omnes, qui bene, iidem etiam Attice dicant. Sed redeamus rursus ad Hortensium.

LXXXV. 292. Sane quidem,[u] inquit Brutus: quanquam

[n] *Ad judicem, qui stans eos brevi tempore sit auditurus: cum sedet judex, debet firmiori ac pleniori voce permoveri.*

[o] *Scribæ dando et cedendo loco civium illustriorum favorem sibi concilient.*

[p] *Frequens consessus.* [q] *Comparatus ad audiendum.*

[r] *A consessu indicetur silentium.*

[s] *In foro dicere perfectum oratorem.*

[t] *Non falluntur, modo non contendant exsangue illud dicendi genus esse solum Atticorum.* [u] *Velim.*

'qui ausi aliquando sunt stantes loqui.'' *Orell.*—3 'Ellendt. conj. *cum surgat is;* perperam; sic enim punctum temporis, quo surgat orator, definite significare voluit Tullius.' *Orell.*—4 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. Ellendt. *audimus* Guelf. 1. 2. cum edd. Venett. Nor. Schutz. et Orell. Vide Heusing. Gernhard. et Beier. ad Offic. I. 6. 5. 'Eleganter: scrupulus tamen mihi remanet, num sic *audio* quoque reperiatur, an semper *audivi;* v. c. § 50. et 296. ubi ex ista regula numero plurali sane dicendum fuisset *audimus.*' Orell.

NOTÆ

Atticorum, qui, cum Demosthenem assequi se non posse videant, alios Atticos deteriores imitantur.

[w] *In scena esse Roscium*] Roscius perfectus histrio, id assecutus erat, ut in quo quisque artificio excelleret, in suo genere Roscius diceretur. Quod ipse superioribus libris testatus est Cicero.

ista mihi tua fuit perjucunda a proposita oratione degressio.[v] Tum Atticus, Aliquoties sum, inquit, conatus, sed interpellare nolui. Nunc, quoniam ad perorandum spectare videtur sermo tuus, dicam, opinor, quod sentio. Tu vero, inquam, Tite.[w][1] Tum ille, Ego, inquit, ironiam[x] illam, quam in Socrate[x] dicunt fuisse, qua ille in Platonis, et Xenophontis, et Æschinis[2] libris utitur, facetam et elegantem puto: est enim et minime inepti hominis, et ejusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptetur,[3] hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant: ut apud Platonem Socrates in cœlum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros; se autem omnium rerum inscium fingit et rudem: decet hoc nescio quomodo illum: nec Epicuro,[y] qui id reprehendit, assentior. Sed in historia, qua tu es usus in omni sermone, cum, qualis quisque orator fuisset, exponeres, vide, quæso, inquit, ne tam reprehendenda sit ironia, quam in testimonio.[y] 293. Quorsus,[4] inquam, istuc? non enim intelligo. Quia primum, inquit, ita laudavisti quosdam oratores, ut imperitos posses[5] in errorem inducere. Equidem in quibusdam risum vix tenebam, cum Attico[6] Lysiæ Catonem[z] nostrum[z] comparabas, magnum, mehercule, hominem, vel potius summum et singularem virum: nemo dicet secus:

[v] *Ad Atticos oratores.* [w] *Dic, Attice.*
[x] *Dissimulationem, qua quis aliud sentit, aliud dicit.*
[y] *Quam si quis testimonium dicens contra mentem loqueretur.*
[z] *Censorium.*



Cap. lxxxv. 1 *Attice* Nor. margo Crat. et Lamb.—2 '*Æschini*] Sic constantiæ causa dedi e Guelf. 1. 2. et Nor. *Æschinis* ceteri.' *Orell.*—3 Ita Nor. Ald. Junt. Lamb. et Orell. *disceptatur* Schutz. e Guelf. 1. 2. qui ubique indicativum præbent. Mox, *arrogent* conjectabat Ernesti.—4 *Quorsum* Guelf. 1. 2. Actutum, *istud*, pro *istuc*, Schutz.—5 Ellendt. suspicabatur *possis*.—6

NOTÆ

[x] *Quam in Socrate*] De ironia Socratis dictum est lib. ii. de Orat. § 270.

[y] *Epicuro*] Atheniensi philosopho, qui felicitatem non, ut plerique existimant, in obscœnis corporis voluptatibus, sed in perfecta animi tranquillitate collocavit. Obiit nonagenario major, anno secundo Olympiadis 127. ante Christum 271. Vide Laërtium.

[z] *Catonem*] De quo diximus supra § 60.

sed oratorem? sed etiam Lysiæ similem? quo nihil potest esse pictius:[a] bella ironia, si jocaremur:[7] sin asseveramus,[b] vide, ne religio nobis tam adhibenda sit, quam si testimonium dicamus. 294. Ego enim Catonem tuum,[c] ut civem, ut senatorem, ut imperatorem, ut virum denique cum prudentia et diligentia, tum omni virtute excellentem, probo: orationes autem[8] ejus, ut illis temporibus, valde laudo: significant enim quandam formam ingenii,[9] sed admodum impolitam, et plane rudem. Origines vero cum omnibus oratoris[10] laudibus refertas diceres, et Catonem cum Philisto et Thucydide comparares, Brutone te id censebas, an mihi probaturum? quos enim ne e Græcis quidem quisquam imitari potest, iis tu comparas hominem Tusculanum, nondum suspicantem, quale esset copiose et ornate dicere.[d] LXXXVI. 295. Galbam laudas: si ut illius ætatis principem,[e] assentior; sic enim accepimus:[1] sin ut oratorem, cedo, quæso, orationes,[f] (sunt enim,) et dic, hunc, quem tu plus, quam te, amas, Brutum, velle te illo modo dicere.[g] Probas Lepidi orationes: paulum[2] hic tibi assentior, modo ita laudes, ut antiquas: quod item de Africano,[h] de Lælio, cujus tu oratione negas fieri quicquam posse dulcius: addis etiam nescio quid augustius: nomine nos capis summi viri,[i] vitæque elegantissimæ verissimis laudi-

[a] *An aliquis dicet oratorem? an Lysiæ similem? quo Lysia nihil est elegantius ac politius.*
[b] *Serio loquimur.* [c] *Quem semper laudas.*
[d] *Hominem Tusculi natum, qui nondum videbat in quo posita esset eloquentia, postea civitate donatum.*
[e] *In dicendo primum.* [f] *Da nobis, obsecro, ejus orationes.*
[g] *Dic quod velis hunc Brutum, quem plus quam te amas, illo modo dicere.*
[h] *Tibi assentior.*
[i] *Nobis admirationem moves nomine magni viri.*

Idem conj. *ut cum Attico.*—7 Margo ed. 1584. *si jocamur;* non vero ut al. dicunt, *si jocemur.* Mox, *si testimonium diceremus* codd. et edd. omnes ante Ernesti. 'Sine causa hoc Ernestius mutavit in *dicamus.*' Schutz.—8 Vocab. *autem* suspectum est Orellio.—9 Lamb. *formam quandam ingenii.*—10 Ita Nor. Junt. Ald. Crat. Grut. Schutz. *oratoriis* Manut. Lamb. 'Verissime. Eadem confusio Orat. § 11. Alia ratio est in *oratoris laudibus,* § 279.' *Orell.* Paulo post, *Brutone id censebas* Nor.

CAP. LXXXVI. 1 'Num hic quoque, § 77. et 333. emendabunt *accipimus?* cf. Beier. ad Off. I. 6. 5. Non credo. Falsum id omnino videtur.' *Orell.*—2 Voc. *paulum* deest in Guelf. 1. *paullulum* habet Guelf. 2. Mox, *quod idem*

bus. Remove hæc: næ ista dulcis oratio ita sit abjecta,[j] ut eam aspicere nemo velit. 296. Carbonem in summis oratoribus habitum scio: sed cum in ceteris rebus, tum in dicendo, semper, quo[3] nihil est melius, id laudari, qualecumque est, solet. Dico idem de Gracchis: etsi de iis[4] ea sunt a te dicta, quibus ego assentior: omitto ceteros: venio ad eos, in quibus jam perfectam putas esse eloquentiam, quos ego audivi sine controversia magnos oratores, Crassum et Antonium: de horum laudibus tibi prorsus assentior: sed tamen non isto modo, ut Polycleti[5] Doryphorum[a] sibi Lysippus aiebat, sic tu suasionem legis Serviliæ tibi magistram fuisse: hæc germana ironia est:[k] cur ita sentiam, non dicam, ne me tibi assentari[l] putes. 297. Omitto igitur, quæ de iis ipsis,[6] quæ de Cotta, quæ de Sulpicio, quæ modo de Cœlio dixeris: ii enim fuerunt certe oratores: quanti autem, et quales, tu videris.[m] Nam illud minus curo, quod congessisti operarios omnes;[n] ut mihi videantur mori voluisse nonnulli, ut a te in oratorum numerum referrentur. LXXXVII. 298. [p. 193.] Hæc cum ille dixisset, Longi sermonis initium pepulisti,[1] inquam, Attice,

[j] *Sane ista Lœlii oratio, quam suavem appellasti, ita est humilis, &c.*
[k] *Non tamen, quemadmodum Lysippus dicebat Doryphorum Polycleti sibi fuisse canonem in arte statuaria, sic potes dicere orationem Crassi pro lege Servilia tibi fuisse regulam et exemplar perfectæ eloquentiæ; hoc dicere est vere loqui ironice.*
[l] *Adulari.* [m] *Tu judicabis.*
[n] *Imperitissimos quosque orationum artifices.*

ed. Rom. improbante Rivio.—3 Ita Crat. Camer. Lamb. Grut. *quoniam* Guelf. 1. 2. Junt. *quum* Nor. Ald. Manut.—4 Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. *etsi de eis.*—5 Lamb. *sed tamen non, ut Polycleti,* omissis *isto modo.*—6 Ita omnes codd. et edd. præter Nor. Manut. et Orell. in quibus legitur *de his ipsis.* Mox, *de Cœlio dixisti* conj. Schutz. in ed. maj. Actutum, *hi enim* Guelf. 1. 2. Manut. Schutz. Orell. *ii enim* Junt. Lamb. Grut. *iis enim* Ernesti errore typogr.

CAP. LXXXVII. 1 Hoc Victorio tribuitur, sed habet Crat. etiam Gronov. in ed. 1692. et Grut. *depulisti* codd. cum edd. Venet. Nor. Ald. Junt.

NOTÆ

[a] *Polycleti Doryphorum*] 'Polycletus Doryphorum viriliter puerum fecit (sic enim interpunctione sublata legimus) quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes velut a lege quadam.' Plinius XXXIV. 8. Doryphori satellites regum apud Persas a spiculo, quo armati erant, nomen habuere. Δόρυ, *spiculum;* φέρειν, *ferre.*

remque commovisti, nova disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. Volvendi enim sunt libri cum aliorum, tum inprimis Catonis: intelliges, nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem et colorem defuisse.[o] Nam de Crassi oratione sic existimo, ipsum fortasse melius potuisse scribere: alium, ut arbitror,[2] neminem.[p] Nec in hoc ironiam[q] dixeris[3] esse, quod eam orationem mihi magistram fuisse dixerim: nam etsi tu melius existimare videris de ea, si quam nunc habemus, facultate; tamen, adolescentes quid in Latinis potius imitaremur, non habebamus. 299. Quod autem plures a nobis nominati sunt, eo pertinuit (ut paulo ante dixi) quod intelligi volui, in eo,[r] cujus omnes cupidissimi essent, quam pauci digni nomine evaderent. Quare εἴρωνα[s] me, ne si Africanus[t] quidem fuit, (ut ait in historia sua C. Fannius,) existimari velim. Ut voles,[u] inquit Atticus. Ego enim non alienum a te putabam, quod et in Africano fuisset, et in Socrate. 300. Tum Brutus, De isto postea:[v] sed tu (inquit, me intuens) orationes nobis veteres explicabis? Vero,[w][4] inquam, Brute: sed in Cumano,[b] aut in Tusculano, aliquando, si modo licebit: quoniam utroque in loco vicini sumus. LXXXVIII. Sed jam ad id, unde digressi sumus, revertamur.

[o] *Nihil in illius dicendi forma desiderari, nisi quendam ornamentorum leporem et venustatem, quæ nondum ejus ætate inventa fuerat.*
[p] *Potuisse melius scribere.* [q] *Dissimulantiam.*
[r] *In oratorio munere.* [s] *Simulatorem.* [t] *P. Scipio Africanus minor.*
[u] *Nunc sentiam quod volueris, te non esse simulatorem.*
[v] *Ea de re postea disseremus.* [w] *Ego vero disseram.*

detulisti Manut. Lamb. *intulisti,* vel *propulisti,* suspicabatur Schutz. '*Pepulisti* a remorum pulsu desumta metaphora recte se habet.' *Orell. pepulisti* deest in Guelf. 1.—2 Ita codd. et edd. vett. Ald. Junt. Crat. Lamb. Manut. Grut. Orell. *alium arbitror* Schutz. *alium* [*ut*] *arbitror* Ellendt.—3 Ita ed. Rom. Ellendt. et Orell. *duxeris* Guelf. 1. et Venet. probante Rivio; item Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Schutz. *eduxeris* Guelf. 2. Nor. 'In quo latet, quod mihi verum videtur, *edixeris.* Vid. Ern. Clav.' *Orell.*—4 '*Ego vero* Lamb. sed cf. de Republ. I. 37. 'Vero minus, &c.' *Orell.* Mox, *si modo libebit* conj. Ernesti.

NOTÆ

[b] *Cumano*] Cumanum villa prope Cumas quæ urbs Campaniæ in Italia nunc dicitur *Foia nova.*

301. Hortensius[c] igitur cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad majores[1] causas adhiberi cœptus est: quanquam inciderat in Cottæ et Sulpicii ætatem, qui annis decem majores, excellente tum Crasso et Antonio, deinde Philippo,[2] post Julio, cum iis ipsis dicendi gloria comparabatur. Primum memoria tanta,[d] quantam in ullo[x 3] cognovisse me arbitror, ut, quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitavisset.[4] Hoc adjumento ille tanto sic utebatur, ut sua, et commentata,[5] et scripta, et, nullo referente, omnia adversariorum dicta meminisset. 302. Ardebat autem cupiditate sic,[y] ut in nullo unquam flagrantius studium viderim: nullum enim patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum: sæpissime autem eodem die utrumque faciebat. Attuleratque minime vulgare genus dicendi: duas quidem res, quas nemo alius; partitiones,[e] quibus de rebus dicturus esset, et collectiones;[6] memor et quæ essent dicta contra, quæque ipse

[x] *In nemine.* [y] *Eloquentiæ.*

CAP. LXXXVIII. 1 Unus Oxon. *ad omnes.* 'An conjungendum, *ad omnes majores*, ut fere § 226.?' *Orell.*—2 Nor. *dein Philippo.* Mox, *cum his* malit Orell. *gloria comprobatur* ψ. *gloria comparabatur* Schutz. 'Conjectura necessaria; nam *qui annis majores . . . comparabatur* (ut habent ceteri omnes) merus est solœcismus.' *Orell.*—3 Ita Crat. et Grut. probante Goerenz. ad Fin. v. 21. 59. *quantam in nullo* Manut. Lamb. Schutz. Olivet. Orell. *quantam in viro* Nor. Ald. Junt. *quanta in viro* ψ.—4 Ita Nor. Manut. Grut. *excogitavisset* Ald. Junt. Crat. Lamb. Cf. Orat. § 9.—5 Lamb. *ut sua commentata.*—6 Venet. Nor. Mediol. *et conjunctiones;* codd. ap. Grut. *et conjectiones.*

NOTÆ

[c] *Hortensius*] Natus anno U. C. 640. ante Christum 114. undeviginti annos natus in foro dicere cœpit. Consulatum gessit an. U. C. 685. obiit anno U. C. 704. ætatis 64. ante Christum 50. 'Hortensii scripta tantum intra famam sunt, qui diu princeps oratorum, aliquando æmulus Ciceronis existimatus est, novissime quoad vixit secundus: ut appareat placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non invenimus.' Fabius XI. 3.

[d] *Memoria tanta*] Cujus hoc indicium: 'Hortensius a Sisenna provocatus, in auctione persedit diem totum, et omnes res et pretia et emtores ordine suo, argentariis recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur, recensuit.' Seneca rhetor proœmio lib. I. Controvers.

[e] *Partitiones*] Quibus apte suas in partes oratio distribuitur: collectiones autem interpretor ἀνακεφαλαιώσεις, quibus in epilogo præcipua quæque argumenta breviter repetuntur, ut collecta magis moveant.

dixisset. 303. Erat in[7] verborum splendore elegans, compositione aptus, facultate copiosus: eaque erat cum summo ingenio, tum exercitationibus maximis consecutus: rem complectebatur memoriter, dividebat acute, nec prætermittebat fere quicquam, quod esset in causa, aut ad confirmandum, aut ad refellendum: vox canora, et suavis: motus et gestus etiam plus artis habebat,[f] quam erat oratori satis. Hoc igitur florescente,[g] Crassus est mortuus, Cotta pulsus, judicia intermissa[h] bello,[i] nos in forum venimus. LXXXIX. 304. Erat Hortensius in bello, primo anno miles, altero tribunus militum: Sulpicius legatus[j] aberat, etiam M. Antonius: exercebatur una lege judicium Varia,[k] ceteris propter bellum intermissis.[z] Qui frequentes aderant[1]

[z] *Exercebantur tantum in foro judicia, quæ lege Varia præscribebantur contra auctores belli Italici: ceteris legibus ad judicia pertinentibus intermissis.*

' Nota *et quæ . . . quæque,* nisi pro *et* legendum *eorum.*' Orell.—7 Particula *in* suspecta Ellendtio.

Cap. LXXXIX. 1 ' Schutz. de conjectura sua, *cui frequens aderam,* confirmata ab ed. principe, teste le Clerc. Eodem alludit lectio, *qui* (id est *quoi*) *frequens aderam,* codd. Regg. Guelf. 1. 2. Nor. uti vidit jam Schneider., *frequens* tamen sine causa in *frequenter* mutans. Non intellecto illo *qui,* sive *quoi,* dederunt *qui frequentes aderant* Junt. Crat. Manut. Lamb. Ernesti, Ellendt. qui exemplis minime huc facientibus defendere studet insolitum alias usum v. 'adesse:' cum in singulis his membris semper dicatur, Tullius quomodo versatus sit in studio dicendi.' *Orell.* ' Mox *quanquam* codd. et

NOTÆ

[f] *Plus artis habebat*] ' Nescires,' inquit Val. Max. VIII. 10. ' utrum cupidius ad audiendum eum, (Hortensium) an ad spectandum concurreretur: sic verbis oratoriis aspectus, et rursus aspectui verba serviebant. Itaque constat Æsopum et Roscium, ludicræ artis peritissimos, illo causas agente, in corona frequenter astitisse; ut foro petitos gestus in scenam referrent.' Gellius I. 5. refert eum ab æmulo L. Torquato nomine famosæ saltatriculæ Dionysiam vocatum. Id in gestuosum Hortensium ideo belle conveniebat, quod in inflexione brachiorum ad numeros veterum saltatio præcipue consisteret, ut superius observavimus § 225.

[g] *Hoc igitur florescente*] Cum floreret Hortensius ætatis anno 23. U. C. 663. mortuus est Crassus.

[h] *Judicia intermissa*] Tradit Asconius senatum decrevisse, ne judicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur.

[i] *Bello*] Marsico nimirum, de quo vide notas in lib. III. de Orat. § 8.

[j] *Legatus*] Tunc Sulpicius legatus in Marrucinos profectus erat, quos cecidit, universamque illam regionem recepit. Livii Epitome l. LXXVI.

[k] *Lege Varia*] Consule superiores notas § 205.

(quanquam pro se ipsi dicebant) oratores, non illi quidem principes, L. Memmius et Q. Pompeius, sed oratores tamen, teste diserto uterque Philippo;[a] cujus in testimonio[1] contentio et vim accusatoris habebat, et copiam.

305. Reliqui, qui tum principes[b] numerabantur, in magistratibus erant, quotidieque fere a nobis in concionibus audiebantur. Erat enim tribunus plebis tum C. Curio:[2][m] quanquam is quidem silebat, ut erat semel a concione universa relictus. Q. Metellus Celer, non ille quidem orator, sed tamen non infans:[c] diserti autem Q. Varius, C. Carbo, Cn. Pomponius: et ii[3] quidem habitabant in rostris. C. etiam Julius, ædilis curulis, quotidie fere accuratas conciones habebat: sed me cupidissimum audiendi primus dolor percussit, Cotta cum est[4] expulsus: reliquos frequenter audiens acerrimo studio tenebar, quotidieque et scribens, et legens, et commentans,[d][n] oratoris[5] tantum exercitationi-

[a] *L. Memmius et Q. Pompeius, qui sæpe in foro aderant, (quanquam secundum legem Variam purgabant se de crimine belli Italici conflati) non erant illi quidem præstantissimi oratores, sed uterque tamen erat orator, ipso Philippo teste viro diserto.*

[b] *Primi inter oratores.* [c] *Non indisertus.*

[d] *Variis exercitationibus me formans ad dicendum.*

edd. vett. Junt. Crat. Camer. Manut. Ellendt. et rectissime se habet. Pro *quanquam*, temere Lamb. *tantum;* Schutz. conj. aliquanto melius, *quum.* Sequentia sanissima sunt. Ludunt critici; v. c. *teste diserto utentes uterque Philippo* Buttman. quæ optima est explicatio, non emendatio; *cujus ille testimonio contentionem accusatoris habebat et copiam* conj. partim Purgold. partim censor Jenensis; *teste Philippo, cujus testimonio contentionem et vim accusatoris uterque habebat et copiam* Ellendt. suspicatus est satis mire, postquam longe meliorem Schneideri aliorumque interpretationem ipse probasset.' *Idem.*—2 Lamb. *tunc C. Curio;* Nor. *tunc Curio.*—3 Orell. conj. *et hi.*—4 Unus Oxon. *cum esset.*—5 Ita Venet. Mediol. Grut. *oratoriis* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Orell. *oratoris* deest in Nor. Mox, pro *tantum*, quod habent Guelf. 1. 2. unus Oxon. Junt. Crat. Lamb. *tamen* legunt Corrad. Manut. Schutz. et Ellendt. 'Mihi contra delendum videtur v. *non*, ita ut significet, se tunc oratoriæ tantum arti, nondum vero philosophiæ

NOTÆ

[1] *Cujus in testimonio*] Res, ut notat Corradus, fortasse tunc omnibus nota, certe nunc nobis ignota.

[m] *Tribunus plebis tum C. Curio*] Scilicet Coss. L. Julio Cæsare, P. Rutilio Lupo, anno U. C. 664. cum ætatis annum ageret Tullius decimum septimum.

[n] *Commentans*] Quibus exercitationibus operam daret adolescens, sub persona Crassi, opinor, indicavit lib. I. de Orat. § 154. 'In quotidianis cogitationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam, illam exercitationem maxime, ut aut versibus propositis quam maxime gra-

bus[e] contentus non eram. Jam consequente anno Q. Varius sua lege damnatus excesserat. 306. Ego autem, juris civilis studio, multum operæ dabam Q. Scævolæ, P. F.[f] [6] [o] qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen, consulentibus respondendo, studiosos audiendi docebat. Atque huic anno proximus[p] Sylla consule et Pompeio, fuit: tum P. Sulpicii in tribunatu quotidie concionantis totum genus dicendi penitus cognovimus: eodemque tempore, cum princeps Academiæ[g] Philo[q] cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello[r] domo[h] profugisset, Romamque venisset, totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus;[7] in quo hoc etiam commorabar attentius, quod etsi rerum ipsarum varietas et

[e] *Declamationibus.*
[f] *Ad percipiendum jus civile assidue audiebam Q. Scævolam Publii filium.*
[g] *Qui in Academia Platonis maxime florebat.* [h] *Athenis.*

operam dedisse.' *Orell.*—6 *Q. F.* conj. Wetzel.—7 Nor. et margo Crat. *inci-*

NOTÆ

vibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam quam legissem, verbis aliis, quam maxime possem lectis pronuntiarem,' &c. Consule hujus libri § 310.

[o] *Q. Scævolæ, P. F.*] Q. Mucius Scævola augur consul anno U. C. 637. ante Christum 117. in Fastis ubique dicitur Quinti filius: quare hunc in locum irrepsisse mendum non dubitamus. Ceterum hunc Scævolam pontificem intelligi non posse, inde constat quod Cicero se ad pontificem, non nisi augure mortuo contulit. Augur autem non solum hoc anno U. C. 665. verum etiam sequente anno superstes fuit, ac tum Ciceroni sermonem Lælii de amicitia exposuit, ut ex Lælio Ciceronis patet. Fabricius Marcoduranus.

[p] *Huic anno proximus*] Qui est U. C. 666. ante Christum 88. Ciceronis decimus nonus.

[q] *Philo*] Academicus philosophus, Clitomachi discipulus, Athenis ab Archelao Mithridatis præfecto occupatis, Romam confugit.

[r] *Mithridatico bello*] Cujus hæc origo fuit: Mithridates rex Ponti, supra modum crudelis et ambitiosus, Ariobarzanem Cappadociæ, Nicomedem Bithyniæ reges pop. Rom. amicos expulit: fudit exercitus Romanos, et quicquid Italorum erat per totam Asiam uno nuntio atque una literarum significatione occidit: Macedoniam, Thraciam et Athenas armis sibi subjecit. Verum ducibus postea profligatis ad pacis conditiones a victore Sylla compulsus est. Recruduit subinde idem bellum, cumque durasset, teste Floro, annos quadraginta, tandem omnino extinctum est Cicerone consule an. U. C. 691. ante Christum 63. Appianus, Plutarchus, Florus, Eutropius, &c.

magnitudo summa me delectatione retinebat; tamen[8] sublata jam esse in perpetuum ratio judiciorum videbatur. 307. Occiderat[i] Sulpicius illo anno, tresque proximo[s] trium ætatum oratores erant crudelissime interfecti, Q. Catulus, M. Antonius, C. Julius. Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, et actori summo causarum,[j] et magistro. XC. Hæc etsi videntur esse a proposita ratione[1] diversa, tamen idcirco a me proferuntur, ut nostrum cursum[k] perspicere, quoniam voluisti, Brute, possis, (nam Attico hæc nota sunt,) et videre, quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti. 308. Triennium fere fuit urbs sine armis,[l] sed oratorum aut interitu, aut discessu, aut fuga, (nam aberant etiam adolescentes M. Crassus et Lentuli duo) primas in causis agebat Hortensius :[m] [*p.* 194.] magis[2] magisque quotidie probabatur Antistius : Piso[3] sæpe dicebat : minus sæpe Pomponius, raro Carbo : semel aut iterum Philippus. At vero ego hoc tempore omni, noctes et dies, in omnium[4] doctrinarum meditatione versabar. 309. Eram cum Stoico Diodoto;[t] qui cum habitavisset apud me mecumque vixisset,[5] nuper est

[i] *Occisus fuerat.*
[j] *Summo oratori et rhetori.* [k] *Nostros in eloquentia progressus.*
[l] *Cum bellum Mithridaticum gereret Sylla.*
[m] *Oratoribus aut occisis, aut in fugam conjectis, primum locum in foro tenebat Hortensius.*

tatus.—8 Ita e vet. exemplari Rivii Lamb. et Orell. *in quo etiam comm. att . . . retinebat, sed tamen* Nor. Junt. Crat. Camer. *in quo hoc etiam . . . retinebat, sed tamen* Manut.

Cap. XC. 1 Lamb. *oratione.*—2 Lamb. *magisque.*—3 *Antistius Piso*, sine distinctione, Nor. ' Prave Junt. Crat. Manut. Lamb. *probatur. Antistius, Piso.* Cf. § 227. Lamb. 1566. *præterea dicebant.*' Orell.—4 Guelf. 1. *in omni.*—5 Ita Hervagius, (non Rivius, ut scribit Ernesti,) Manut. Lamb. *me cumque vixisset*

NOTÆ

[s] *Proximo*] Anno scilicet U. C. 667. ante Christum 87. Coss. Cn. Octavio, L. Cornelio Cinna.

[t] *Stoico Diodoto*] De quo sic Tullius Tusculanarum Quæst. lib. v. § 113. ' Diodotus Stoicus cæcus multos annos domi nostræ vixit. Is vero, quod credibile vix esset, cum in philosophia multo etiam magis assidue, quam antea versaretur, et cum fidibus Pythagoreorum more uteretur, cumque ei libri noctes et dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat; tamen, quod sine oculis fieri

domi meæ mortuus: [u] a quo cum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica exercebar; quæ quasi contracta et astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu, Brute, judicavisti, te illam justam [n] eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putant,[6] consequi non posse. Huic ego doctori, et ejus artibus variis atque multis, ita eram tamen deditus, ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies vacuus esset. 310. Commentabar declamitans (sic enim nunc loquuntur) [v] sæpe cum M. Pisone, et cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie; idque faciebam multum etiam Latine, sed Græce sæpius; vel quod Græca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latine dicendi afferebat:[7] vel quod a Græcis summis doctoribus, nisi Græce dicerem, neque corrigi possem, neque doceri. 311. Tumultus interim [o] pro recuperanda republica,[p] [w] et crudelis interitus oratorum trium, Scævolæ, Carbonis, Antistii: reditus Cottæ, Curionis, Crassi, Lentulorum, Pompeii: leges et judicia constituta: recuperata

[n] *Veram.* [o] *Accidit.*
[p] *Pro restituenda pristinum in statum republica.*



Nor. Venet. Mediol. Ald. Junt. Crat. *me, cum Quinto vixisset* ed. Rom.—6 Lamb.

NOTÆ

posse vix videtur, geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus, unde, quo, quamque lineam scriberent.'

[u] *Nuper est d. m. mortuus*] Tredecim antequam hæc scriberet Tullius annis mortuus est Diodotus Coss. Cæsare et Bibulo, anno U. C. 695. ante Christum 59.

[v] *Sic enim nunc loquuntur*] Declamare et declamatio apud nullum auctorem antiquiorem Calvo et Cicerone reperiri potest, sicut nec ipsum controversiæ vocabulum sensu a rhetoribus usurpato; ut auctor est Seneca rhetor procemio lib. I. Controvers.

[w] *Pro recuperanda rep.*] Cum Italiam Marianæ Cinnanæque partes obsiderent, Sylla, pace in orientis regionibus stabilita, cum exercitu trajecit in Italiam, missisque legatis qui de pace agerent, et a consule Cn. Carbone et C. Norbano violatis, eundem Norbanum prælio vicit. Et cum L. Scipionis alterius consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec potuerat, castra oppugnaturus esset, universus exercitus consulis, solicitatus per emissos a Sylla milites, signa ad Syllam transtulit. Scipio cum interimi posset dimissus Massiliæ in exilio vixit anno U. C. 671. ante Christum 83. Livii Epitome lib. LXXXV. Plutarchus, Appianus, &c.

respublica: ex numero autem oratorum Pomponius,[x] Censorinus, Murena sublati. Tum primum nos ad causas, et privatas et publicas, adire cœpimus, non ut in foro disceremus, quod plerique fecerunt, sed ut, quantum nos efficere potuissemus, docti in forum veniremus. 312. Eodem tempore Moloni dedimus operam: dictatore enim Sylla,[y] legatus ad senatum de Rhodiorum præmiis [z] venerat. Itaque prima causa publica,[a] pro Sex. Roscio dicta, tantum commendationis [b] habuit,[8] ut non ulla esset, quæ non digna nostro patrocinio videretur: deinceps inde multæ, quas non minus diligenter [9] elaboratas, et tanquam elucubratas afferebamus.

XCI. 313. Nunc, quoniam totum me, non nævo aliquo [c]

esse dilatatam putant.—7 Ernesti conj. *afferret.*—8 Ita Junt. Crat. Manut. Lamb. *habui* Guelf. 1. 2. edd. vett. Nor. Venet. Mediol. probante Grut. non improbante Ernesti. 'Sed non convenit cum *nostro patrocinio.*' Orell. *nostro digna patrocinio* Nor.—9 Junt. Crat. Camer. *nos diligenter;* Nor. *non diligenter.* Mox, pro *et tanquam*, Nor. Ald. Junt. Crat. Camer. habent *etiam quam.* Dein, pro *afferebamus*, quod exhibent codd. etiam ψ, Nor. Crat. Manut. Lamb. Schutz. Orell. *efferebamus* legitur in Junt. et Olivet.

NOTÆ

[x] *Pomponius, &c.*] A Sylla ex oratorum numero sublati sunt, quod Marii partibus faverent.

[y] *Dictatore Sylla*] Sylla 'vir,' ut ait Paterculus, 'in bello hostibus, in otio civibus infestissimus, quietisque impatientissimus .... dum vincit, mitissimo ac justissimo lenior; post victoriam, audito crudelior;' pæne profligata Marianorum factione, ab interrege L. Valerio Flacco dictatorem se renuntiari curavit, anno U. C. 672. ante Christum 82.

[z] *De Rhodiorum præmiis*] Quod soli Romanis tum fidem servassent, cum totam Asiam in eos Mithridates concitasset. Livius in Epitome, Paterculus, &c.

[a] *Prima causa publica*] Pro Sex. Roscio parricidii reo dicta fuit anno U. C. 674. Ciceronis 27. Roscius summa omnium admiratione judicio exemtus. Anno superiore, M. Tullio et Cn. Dolabella consulibus, causam privatam pro Quintio apud Aquilium Gallum judicem dixerat annos natus sex et viginti, ut recte ostendit Gellius XV. 28. Sed neque prima fuit ex privatis oratio pro Quintio, in qua sic loquitur ipse Tullius: 'Quod mihi consuevit in ceteris causis esse adjumento, id quoque in hac causa deficit.'

[b] *Tantum commendationis*] In Oratore tradit Tullius ea quæ de supplicio parricidarum dixit secundis totius coronæ clamoribus excepta fuisse.

[c] *Non nævo aliquo*] Proverbium hæc locutio redolet, sumtum ex veteribus comœdiis; in quarum nonnullis homines agnoscebantur, vel aliqua corporis macula, qualis est Ulyssis agnitio ex cicatrice in Odys-

aut crepundiis,[q] sed corpore omni, videris velle cognoscere, complectar nonnulla etiam, quæ fortasse videantur minus necessaria. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas[r] et infirmitas corporis; procerum et tenue collum; qui habitus et quæ figura non procul abesse putatur a vitæ periculo, si accedit[1] labor et laterum magna contentio. Eoque magis hoc eos, quibus eram carus, commovebat, quod omnia sine remissione, sine varietate, vi summa vocis, et totius corporis contentione dicebam. 314. Itaque cum me et amici et medici hortarentur, ut causas agere desisterem; quodvis potius periculum mihi adeundum, quam a sperata dicendi gloria discedendum[2] putavi. Sed cum censerem, remissione et moderatione vocis, et commutato genere dicendi, me et periculum vitare posse, et temperatius dicere; ut consuetudinem dicendi mutarem, ea causa mihi[d] in Asiam proficiscendi fuit. Itaque cum essem biennium versatus in causis, et jam in foro celebratum meum nomen esset, Roma sum profectus. 315. Cum venissem Athenas, sex menses cum Antiocho,[e] veteris Academiæ nobilissimo et prudentissimo philosopho, fui; studiumque philosophiæ nunquam intermissum, a primaque adolescentia cultum, et semper auctum,[3] hoc rursus summo auctore et doctore renovavi. Eodem tamen tempore Athenis apud Demetrium Syrum,[4] veterem et non ignobilem

[q] *Tenui aliqua parte et puerilibus indiciis.* [r] *Corporis habitus exilior.*

CAP. XCI. 1 Ernesti conj. *accedat;* et sic margo ed. 1584.—2 Guelf. 1. *discendum;* Ernesti conj. *desciscendum.*—3 Unus Oxon. *actum.*—4 '*Syrium* margo ed. 1584. Probabiliter, ut 'Pherecydes Syrius.' Nam Syrus rhetor

NOTÆ

sea, vel ex crepundiis infantilibus, monilibus videlicet, &c. Aristoteles lib. Poëtices cap. 13.

[d] *Ea causa mihi*] Aliam refert Plutarchus in Cicerone, metum Syllæ, in cujus libertum Chrysogonum acrius invectus fuerat oratione pro Roscio Amerino. Etsi Plutarcho videtur Eusebius in Chronico suffragari, Ciceroni de se dicenti majorem hic habemus fidem.

[e] *Antiocho*] Ascalonita, cujus dicendi copia et lepore Cicero capiebatur, sed quæ in philosophicis innovaverat, ea minime probabat. Plutarchus in Cicerone. Antiochus, qui appellabatur Academicus, erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus. Cicero lib. IV. Acad. Quæst. § 132.

dicendi magistrum, studiose exerceri solebam. Post a me Asia tota peragrata est, cum [5] summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus, quorum erat princeps Menippus Stratonicensis,[f] meo judicio, tota Asia illis temporibus disertissimus: et, si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum,[6] Atticorum est, hic orator in illis numerari recte potest. 316. Assiduissime autem mecum fuit Dionysius Magnes:[g] erat etiam Æschylus Cnidius,[h] Adramytenus[i] Xenocles. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Quibus non contentus Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romæ audiveram, Molonem, applicavi, cum actorem in veris causis, scriptoremque præstantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis, et instituendo docendoque prudentissimum. Is dedit operam (si modo id consequi potuit) ut nimis redundantes nos, et superfluentes [7] juvenili quadam dicendi impunitate et licentia, reprimeret,[s] et quasi extra ripas diffluentes coërceret. Ita recepi me biennio post,[j] non modo exercitatior, sed prope mutatus: nam et contentio nimia vocis [k] reciderat,[8] et quasi referverat oratio,[t] lateribusque vires, et corpori mediocris habitus [u] accesserat.

[s] *Ut stylum uberiorem ac juveniliter redundantem compesceret.*
[t] *Nimium contenta vox resederat, et oratio nonnihil de æstu remiserat, moderatior facta erat.*
[u] *Neque pinguior, neque gracilior.*

hoc tempore admodum mirus.' *Orell.*—5 '*Cum* suspectum erat nonnemini.' *Idem.*—6 Nor. *et ineptiarum.*—7 Guelf. 1. 2. Nor. *et suprafluentes;* Schutz. delet *et superfluentes;* uncis inclusit Ellendt. 'Fateor, varietatem illam barbaram *suprafluentes* me in Schutzii partes quasi traxisse.' *Orell.*—8 Ita omnes codd. et edd. præter Lamb. Schutz. et Orell. quæ habent *resederat.* Mox,

NOTÆ

[f] *Menippus Stratonicensis*] Ex urbe Cariæ Stratonica oriundus, quem idcirco Plutarchus appellat Menippum Carem.

[g] *Dionysius Magnes*] An ex Magnesia Asiæ Propriæ urbe, an ex Magnesia Macedoniæ regione?

[h] *Æschylus Cnidius*] Ex Cnidiorum oppido in Corcyra.

[i] *Adramytenus*] Adramyteos, sive Adramyteon, civitas est Troadis aut Mysiæ, teste Plinio.

[j] *Biennio post*] Falsus igitur est Eusebius in Chronico, qui non nisi triennio post Romam regressum esse Ciceronem ait.

[k] *Et contentio nimia vocis*] Consule Plutarchum in Cicerone.

XCII. 317. Duo tum excellebant oratores, qui me imitandi cupiditate incitarent, Cotta et Hortensius; quorum alter [v] remissus, et lenis, et propriis verbis comprehendens solute et facile sententiam; alter [w] ornatus, acer, et non talis, qualem tu eum, Brute, jam deflorescentem cognovisti, sed verborum et actionis genere commotior. Itaque cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse, quod [1] et dicendi ardore eram propior, et ætate conjunctior. Etenim videram in iisdem causis, ut pro M. Canuleio,[l] pro Cn. Dolabella [m] consulari, cum Cotta princeps adhibitus esset, priores tamen agere partes Hortensium.[x] Acrem enim oratorem, incensum, et agentem, et canorum, concursus hominum, forique strepitus desiderat. 318. Unum igitur annum,[n] cum rediissemus ex Asia, causas nobiles [o] egimus, cum quæsturam nos, consulatum Cotta, ædilitatem peteret Hortensius. Interim me quæstorem [p] Siciliensis excepit annus: Cotta ex consulatu est profectus in Galliam: [p. 195.] princeps et erat et habebatur Hortensius. Cum autem anno post e Sicilia me recepissem, jam videbatur

[v] *Cotta.* [w] *Hortensius.*
[x] *Cum primus invitatus fuisset Cotta, ut ætate major, primum in dicendo locum tenuisse Hortensium.*

deferverat Manut. Schutz. Orell. *deferbuerat* Lamb. *referverat* Nor. Junt. Crat. Camer. Grut. Vide Struve Lat. Decl. u. Conjug. p. 240. Deinde, pro *et corpori,* quod habent Guelf. 1. Lallem. Orell. *et corporis* dant Nor. Junt. Lamb. Grut.

CAP. XCII. 1 Nor. *quia.*

NOTÆ

[l] *M. Canuleio*] Quem repetundarum reum accusatum esse suspicatur Pighius in fastis ad annum U. C. 676. sive juxta calculos nostros 677. ante Christum 77.

[m] *Cn. Dolabella*] Eodem anno Cn. Dolabella, vir consularis ac triumphalis, a Julio Cæsare, tunc vigesimum tertium ætatis annum agente, repetundarum accusatus, Cotta et Hortensio defendentibus, causam obtinuit, majore civitatis favore quam reis præstari solet. Velleius, &c.

[n] *Unum i. annum*] Qui fuit Ciceronis 31. U. C. 678. ante Christum 76.

[o] *Causas nobiles*] Inter quas oratio fuit pro Q. Roscio Comœdo.

[p] *Me quæstorem*] Bini quæstores erant in Sicilia, Lilybætanus et Syracusanus. Cicero suffragiis omnibus renuntiatus est quæstor Lilybætanus, tumque magna comitatis, abstinentiæ, justitiæ, ac diligentiæ signa edidit, anno U. C. 679. Ciceronis 32. Eodem tempore consulatum gessit Cotta.

illud in me, quicquid esset, esse perfectum, et habere maturitatem quandam suam. Nimis multa videor de me, ipse præsertim: sed omni huic sermoni propositum est, non ut ingenium et eloquentiam meam perspicias, unde longe absum, sed ut laborem, et industriam. 319. Cum igitur essem in plurimis causis, et in principibus patronis, quinquennium fere versatus, tum in patrocinio Siciliensi[q] maxime in certamen veni, designatus ædilis, cum designato consule Hortensio. XCIII. Sed quoniam omnis hic sermo noster non solum enumerationem oratoriam,[y] [1] verum etiam præcepta quædam desiderat; quid tanquam notandum et animadvertendum sit in Hortensio, breviter licet dicere. 320. Nam is post consulatum (credo quod videret ex consularibus neminem esse secum comparandum, negligeret autem eos qui consules non fuissent) summum illud suum studium remisit, quo a puero fuerat incensus, atque in omnium rerum abundantia voluit beatius, ut ipse putabat, remissius[z] certe vivere. Primus, et secundus annus, et tertius tantum quasi de picturæ veteris colore detraxerat, quantum non quivis unus ex populo, sed existimator doctus et intelligens posset cognoscere.[2] Longius autem procedens, et in ceteris[3] eloquentiæ partibus, tum maxime in celeritate et continuatione verborum adhæres-

[y] *Oratorum.* [z] *Quietius.*

CAP. XCIII. 1 Ita codd. et edd. vett. Nor. Ald. Junt. Crat. Ellendt. Orell. *enumerationem oratorum* Lamb. e conjectura, et Schutz.—2 Pro v. *cognoscere*, Guelf. 1. 2. habent *magnum scelus;* Orell. conj. *agnoscere.*—3 Guelf. 1. 2. Nor. et Orell. *Longius autem procedens ut in ceteris;* Junt. Crat. Manut. Ellendt. *Longius autem p. et in ceteris;* Lamb. et Schutz. *cum in ceteris.*—

NOTÆ

[q] *Tum in patrocinio Siciliensi*] Anno U. C. 684. Cicero, natus annos 37. a Siculis, quibus quæstor in Sicilia opem benigne promiserat, rogatus, Verrem accusavit, qui prætor per triennium Siciliam libidinose, avare, et crudeliter administraverat. Ejus patrocinium suscepit Hortensius, sed frustra; nam Verrina tertia convictus Verres, voluntario sese ipse exilio mulctavit, ut auctor est Asconius; in eoque a triumviris multo post tempore proscriptum periisse tradunt Seneca in Suasoriis lib. I. et Lactantius. Ceteras Verrinas Cicero non dixit, sed ad specimen artis scriptas extare voluit.

cens,[a] sui dissimilior videbatur fieri quotidie. 321. Nos autem non desistebamus, cum omni genere exercitationis, tum maxime stylo, nostrum illud, quod erat,[4] augere, quantumcumque erat. Atque (ut multa omittam[5]) in hoc spatio, et in iis post ædilitatem annis, et prætor primus,[r] et incredibili populari voluntate, sum factus. Nam cum propter assiduitatem in causis et industriam, tum propter exquisitius et minime vulgare orationis genus, animos hominum ad me dicendi novitate converteram. 322. Nihil de me dicam: dicam de ceteris, quorum nemo erat, qui videretur exquisitius, quam vulgus hominum, studuisse literis, quibus fons perfectæ eloquentiæ continetur; nemo, qui philosophiam complexus esset, matrem omnium bene factorum[b] beneque dictorum; nemo, qui jus civile didicisset, rem ad privatas causas, et ad oratoris prudentiam, maxime necessariam; nemo, qui memoriam rerum Romanarum[c] teneret, ex qua, si quando opus esset, ab inferis[6][s] locupletissimos testes excitaret;[d] nemo, qui breviter argu-

[a] *Non ultra proficiens, sed contentus tum facultate quam sibi comparaverat, inveniendi, disponendi, exornandi, tum volubilitate continua sermonis.*

[b] *Rerum omnium bonarum parentem.* [c] *Historiam Romanam.*

[d] *Ex qua veteres fato functos quodammodo revocaret ad vitam, et induceret loquentes.*



4 'Nor. omittit *quod erat;* et mire sane sic se excipiunt ista duo membra.' *Orell.*—5 'In parenthesi habent *ut multa omittam* Nor. et Lamb. extra parenthesin Manut. et Ellendt. Difficilis quæstio est, utrum interpres verbis *in hoc spatio* superscripserit *in his* (sic recte Riv. Man. Schutz. Ellendt. *et in iis* Nor. Junt. *et iis* Crat.) *post ædil. annis,* quæ Ellendt. uncis inclusit, cui glossemati alius addiderit *et;* an a Tullio ipso fluxerint. Ad hoc tamen propendeo, cum ipse verborum ordo Tullianus sit, *spatiumque* commode ad studia eloquentiæ, reliqua ad tempus duntaxat referri queant.' *Orell.* Mox, *prætor et primus* Lamb. Tum pro *populari,* quod habent codd. Nor. Junt. Crat. et Manut. *populi* conj. Lamb. in ed. 1566. item Ernesti, Schutz. et Ellendt. —6 'Durum utique est, *ex qua . . . ab inferis:* an excidit *quasi,* quia mox præcessit *qua, si.*' Ernesti. Hanc conjecturam probant Schutz. et Ellendt. 'Nimiam Ciceronis audaciam scilicet castigant.' *Orell.* Mox, pro *incluso,*

NOTÆ

[r] *Prætor primus*] Anno U. C. 688. ante Christum 76. Cicero annum agens 40. cunctis centuriis suffragantibus, primo loco factus est prætor ex illis octo qui tum creabantur.

[s] *Ab inferis*] Id non semel præstitit Tullius, lib. I. in Verrem. § 94. excitat ab inferis Malleolum, qui officia tutelæ, sodalitatis, familiaritatisque a Verre flagitet. In oratione

teque, incluso adversario, laxaret judicum animos, atque a severitate paulisper ad hilaritatem risumque traduceret; nemo, qui dilatare posset, atque a propria ac definita disputatione hominis ac temporis, ad communem quæstionem universi generis orationem traducere;[7] nemo, qui delectandi gratia digredi parumper a causa, nemo, qui ad iracundiam magnopere judicem, nemo, qui ad fletum posset adducere; nemo, qui animum ejus (quod unum est oratoris maxime proprium) quocumque res postularet, impellere.[8] XCIV. 323. Itaque, cum jam pæne evanuisset[e] Hortensius, et ego anno meo,[t] sexto autem post illum consulem, consul factus essem, revocare se ad industriam cœpit; ne, cum pares honore essemus, aliqua re superiores videremur. Sic duodecim post meum consulatum annos in maximis causis, cum ego mihi illum, sibi me ille anteferret, conjunctissime versati sumus: consulatusque meus, qui illum primo leviter perstrinxerat,[f] idem nos rerum mearum gestarum,[g] quas ille admirabatur, laude conjunxerat. 324. Maxime vero perspecta est utriusque nostrum exercitatio paulo ante, quam perterritum armis[h] hoc studium, Brute, nostrum conticuit subito et obmutuit: cum lege Pompeia[u] ternis horis ad dicendum datis,[i] ad causas simillimas inter se, vel potius easdem, novi[j] veniebamus quotidie: quibus quidem causis tu etiam, Brute, præsto fuisti,[k] compluresque et nobiscum, et solus egisti: ut, qui non satis diu vix-

[e] *Cum maxime degeneravisset.* [f] *Offenderat.*
[g] *Consulatus extincta conjuratione Catilinæ celebris.*
[h] *Civili bello Cæsarem inter et Pompeium.* [i] *Defensori, binis accusatori.*
[j] *Novis instructi orationibus.* [k] *Interfuisti.*

Schutz. suspicatus est *illuso.*—7 Codd. et edd. ante Ernesti *traduceret,* quod retinuit Orell. *revocaret* conj. Schutz.—8 Codd. et edd. ante Ernesti, item Schutz. Orell. et Ellendt. *impelleret.*

NOTÆ

pro Cœlio redivivum Appium inducit, qui Clodiam a majorum moribus deficientem objurget § 33. &c.

[t] *Anno meo*] Ciceronis 44. U. C. 691. ante Christum 63.

[u] *Lege Pompeia*] De qua superius § 243.

erit Hortensius, tamen hunc cursum confecerit. Annis ante decem causas agere cœpit, quam tu es natus: idem quarto et sexagesimo anno, perpaucis ante mortem diebus, una tecum socerum tuum[v] defendit Appium. Dicendi autem genus quod fuerit in utroque, orationes utriusque[w] etiam posteris nostris indicabunt.

XCV. 325. Sed, si quærimus, cur adolescens magis floruerit dicendo, quam senior Hortensius; causas reperiemus verissimas duas. Primum,[1] quod genus erat orationis Asiaticum, adolescentiæ magis concessum,[x] quam senectuti. Genera autem Asiaticæ dictionis duo sunt: unum sententiosum et argutum, sententiis non tam gravibus et severis, quam concinnis et venustis; qualis[2] in historia Timæus, in dicendo autem, pueris nobis, Hierocles Alabandeus,[y] magis etiam Menecles, frater ejus, fuit; quorum utriusque orationes sunt inprimis, ut Asiatico in genere, laudabiles. Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum; quali[3] est nunc Asia tota; nec flumine solum orationis,[l] sed etiam exornato et faceto genere verborum: in quo fuit Æschylus Cnidius,[z] et meus æqualis Milesius Æschines.[a] In iis[4] erat admirabilis orationis cursus, ornata sententiarum concinnitas non erat. 326. Hæc autem (ut dixi) genera dicen-

[l] *Uberiore copia.*



CAP. XCV. 1 'Sine dubio debet esse *Primam,* sc. causam: maxime quia sequitur *quod.* Si *Primum* scripsisset, sequeretur *genus erat, &c.* sine *quod.*' Ernesti.—2 Schutz. in ed. maj. *quali.*—3 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. *quale* Nor. *qualis* conj. Schutz. improbante Orell.—4 Ita codd. et edd. præ-

NOTÆ

[v] *Tecum socerum tuum*] Laudationem Appii a M. Bruto scriptam laudat Diomedes lib. I.

[w] *Orationes utriusque*] Hortensianæ temporum injuria periere.

[x] *Adolescentiæ magis concessum*] Luxurians enim ac redundans Asiaticorum stylus arguit fœcunditatem in adolescente laudabilem, in sene, qui gravis et sententiosus esse debet, reprehendendam.

[y] *Hierocles Alabandeus*] Vide notas in lib. II. de Orat. § 95.

[z] *Æschylus Cnidius*] Ex Cnidiorum oppido insulæ Corcyræ.

[a] *Milesius Æschines*] Auctore Laërtio de politicis scripsit. Cum nimia dicendi libertate offendisset Pompeium Magnum, in exilio mortuus est. Strabo lib. XIV.

di aptiora sunt adolescentibus: in senibus gravitatem non habent. Itaque Hortensius, utroque genere florens, clamores faciebat[m] adolescens. Habebat enim et Meneclium illud studium[n] crebrarum venustarumque sententiarum; in quibus, ut in illo[o] Græco, sic in hoc,[p] erant quædam magis venustæ dulcesque sententiæ, quam aut necessariæ, aut interdum utiles. Et erat oratio cum incitata et vibrans, tum etiam accurata et polita.[q] Non probabantur[5] hæc senibus. [*p.* 196.] Sæpe videbam cum irridentem, tum etiam irascentem et stomachantem[r] Philippum:[s] sed mirabantur adolescentes, multitudo movebatur. 327. Erat excellens judicio vulgi,[b] et facile primas tenebat adolescens.[6] Etsi enim genus illud dicendi auctoritatis habebat parum, tamen aptum esse ætati videbatur: et certe, quod et ingenii quædam forma lucebat, et exercitatione perfecta erat, verborumque astricta comprehensio,[t] summam hominum admirationem excitabat.[7] Sed, cum jam honores, et illa senior auctoritas gravius quiddam requireret, remanebat idem,[u] nec decebat idem: quodque exercitationem studiumque dimiserat, quod in eo fuerat acerrimum, concinnitas illa crebritasque sententiarum pristina manebat,

[m] *Excitabat sibi plausum.*
[n] *Quod usurpabat Menecles.* [o] *Menecle.* [p] *Hortensio.*
[q] *Acris et vehemens, aut maxime florida et luminibus distincta.*
[r] *Gravius indignantem.* [s] *Consularem et jam senem.*
[t] *Concisa periodus.* [u] *Dicendi genus.*

ter Manut. et Orell. quæ exhibent *In his.*—5 'Sic dedi pro *probantur*, quod manifeste vitiosum erat. Res est ita evidens, ut mirer, tam diu hoc intactum mansisse.' *Ernesti.* *probantur* codd. omnes, Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut.—6 Hæc, *Erat e. j. v. et f. p. t. adolescens,* uncis inclusit Schutz. eumque secutus est Ellendt. 'Verba sunt Tulliana, e redundantia illa juvenili.' *Orell.*—7 'Sanissima hæc ita deformavit Schutz. *quod ingenii quædam forma lucebat, exercitatione perfecta, eratque verborum astricta comprehensio.* Scilicet Guelf. 1. omittit *et* ante *ingenii.* In Guelf. 2. et Nor. legitur *verborum, erat-*

NOTÆ

[b] *Excellens judicio vulgi*] Qui congruunt ista cum superius explicata sententia, eum qui a multitudine probetur, eundem doctis probari? Scilicet in eo dicendi genere quod sequebatur Hortensius, intelligentium perinde ac vulgi judicio placebat: sed docti Hortensiana præstantiorem aliquam orationis formam esse intelligebant, non item vulgus.

sed ea vestitu illo orationis, quo consueverat, ornata non erat: hoc tibi ille, Brute, minus fortasse placuit, quam placuisset, si illum flagrantem studio, et florentem facultate,[8] audire potuisses. XCVI. 328. Tum Brutus, Ego vero, inquit, et ista, quæ dicis, video qualia sint,[1] et Hortensium magnum oratorem semper putavi, maximeque probavi pro Messalla[c] dicentem, cum tu abfuisti.[v] Sic ferunt, inquam, idque declarat totidem, quot dixit, ut aiunt, scripta verbis oratio. Ergo ille a Crasso consule[d] et Scævola usque ad Paulum et Marcellum consules floruit; nos in eodem cursu fuimus a Sylla dictatore ad eosdem fere consules. Sic Q. Hortensii vox extincta fato suo est, nostra publico.[w] 329. Melius, quæso, ominare,[x] inquit Brutus. Sit sane ut vis, inquam; et id non tam mea causa, quam tua: sed fortunatus illius[y] exitus, qui ea[z] non vidit cum fierent, quæ providit[2] futura. Sæpe enim inter nos impendentes casus deflevimus, cum belli civilis causas in privatorum cupiditatibus inclusas, pacis spem a publico consilio esse exclusam videremus. Sed illum videtur felicitas ipsius, qua semper est usus, ab eis miseriis, quæ consecutæ sunt, morte vindicasse.[a] [3]

330. Nos autem, Brute, quoniam post Hortensii, claris-

[v] *In Ciliciam profectus.*
[w] *Eloquentia Hortensii obmutuit, cum mortuus est; nostra, cum publica libertas sublata est.*
[x] *Bona verba, obsecro; de futuris melius suspiceris.* [y] *Hortensii.*
[z] *Bella civilia Cæsaris et Pompeii.* [a] *Tempestiva morte eripuisse.*

que astricta.' Idem.—8 Ernesti conj. *ætate;* idque recepit Schutz. in ed. maj.

CAP. XCVI. 1 Guelf. 1. 2. *sunt.*—2 Lamb. *quæ prævidit.*—3 Idem Lamb.

NOTÆ

[c] *Pro Messalla*] M. Valerio Messalla, Hortensii sororis filio, quem primo absolutum, deinde condemnatum fuisse scribit Cœlius ad Ciceronem Fam. Epist. VIII. 4.

[d] *A Crasso consule, &c.*] Ab anno U. C. 659. ad 704. per quadraginta quatuor annos floruit Hortensius. Idem eloquentiæ stadium cum Hortensio corripuit Tullius a Sylla dictatore ad mortem Hortensii, nimirum ab anno U. C. 674. ad 704. per annos triginta.

simi oratoris, mortem, orbæ[b] eloquentiæ quasi tutores relicti sumus, domi teneamus eam, septam liberali custodia:[c] et hos ignotos atque impudentes procos[d] repudiemus, tueamurque, ut adultam virginem, caste, et ab amatorum[4] impetu, quantum possumus, prohibeamus. Equidem, etsi doleo, me in vitam paulo serius, tanquam in viam, ingressum, priusquam confectum iter sit, in hanc reipublicæ noctem incidisse;[e] tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi, Brute, adhibuisti tuis suavissimis literis; quibus me forti animo esse oportere censebas, quod ea gessissem, quæ de me, etiam me tacente, ipsa loquerentur, mortuoque, viverent:[f][5] 331. quæ, si recte esset, salute reipublicæ; sin secus, interitu ipso, testimonium meorum de republica consiliorum darent.[g] XCVII. Sed in te intuens, Brute, doleo; cujus in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem,[1][e] transversa incurrit misera fortuna reipublicæ:[h] hic me dolor tangit,[2] hæc me cura solicitat, et hunc mecum, socium ejusdem et amoris et judicii. Tibi favemus, te tua frui virtute cupimus: tibi optamus eam rempublicam, in qua duorum generum[f] amplissimo-

[b] *Parente privatæ.* [c] *Custodia quæ liberalibus et ingenuis adhibenda est.*
[d] *Rabulas qui temere ad eloquentiam aspirant, eos qui Atticorum appellatione gloriantur.*
[e] *Priusquam mortem obirem, hæc miserrima reip. tempora vidisse.*
[f] *Et meum nomen post mortem apud posteros commendarent.*
[g] *Facta mea dabant testimonium meorum de rep. consiliorum: si res bene verterent, salute reip. quam procurassem; si res male verterent, ipso interitu reip. de quo frustra præmonuissem.*
[h] *Quem in ipso adolescentiæ flore inter oratores triumphantem retardat misera reip. calamitas.*



morte vindicavisse.—4 Ita Manut. Lamb. et Orell. *armatorum* Nor. Ald. Junt. Crat. Defendit Wetzel.—5 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Orell. *quæ de me etiam me tac. ipsa loq. mortuo viverentque* Nor. *quæ de me etiam tac. ipsa loq. mortuoque me viv.* de Ernesti sententia Schutz. *quæ de me etiam tac. ipsa loq. mortuoque viv.* Lamb. et Ellendt. Mox, *saluti* ed. Rom. et Nor.

CAP. XCVII. 1 Lamb. *volantem.* Vid. Oudendorp. ad Apul. tom. I. p. 12.—2 Corrad. Lamb. et Schutz. *angit.* Mox, *me* ante *cura* omittunt Guelf.

NOTÆ

[e] *Vehentem*] Id est, vectum, non ignota aureæ Latinitatis ætati locutione.

[f] *Duorum generum*] Genere Junio paterno, et Servilio materno.

rum[i] renovare memoriam atque augere possis. Tuum enim forum, tuum erat illud curriculum: tu illuc veneras unus, qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento,[j] et iisdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiæ laude junxisses.[3] 332. Ex te duplex nos afficit solicitudo, quod et ipse republica careas, et illa te. Tu tamen, etsi cursum ingenii tui, Brute, premit[k] hæc importuna clades civitatis, contine[l] te in tuis perennibus studiis, et effice id, quod jam propemodum, vel plane potius effeceras, ut te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum. Nec enim decet te, ornatum uberrimis artibus, (quas cum domo[m] haurire non posses, arcessivisti ex urbe ea,[n] quæ domus est semper habita doctrinæ) numerari in vulgo patronorum.[o] Nam quid te exercuit Pammenes,[g] vir longe eloquentissimus Græciæ? quid illa vetus Academia, atque ejus hæres Aristus, hospes et familiaris meus,[h] siquidem similes majoris partis oratorum[p] futuri sumus? 333. Nonne cernimus, vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles constitisse?[q] [4] Galba fuit[i] inter tot æquales unus excellens, cui, quemadmodum accepimus, et Cato cedebat senior, et qui temporibus illis ætate inferiores fue-

[i] *Duarum gentium clarissimarum.* [j] *Præsidio.*
[k] *Impedit.* [l] *Persevera.* [m] *Ex urbe Roma.*
[n] *Athenis.* [o] *Inter plebeios oratores.*
[p] *Non superiores mediocribus oratoribus.*
[q] *Vix extitisse singulis hominum ætatibus duos oratores laudabiles?*



1. 2.—3 Iidem codd. *cum summa eloquentia devinxisses.*—4 Lamb. de Rivii

NOTÆ

[g] *Pammenes*] Quem Demosthenis studiosissimum fuisse tradit Cicero in Oratore.

[h] *Aristus, hospes et f. meus*] A quo exceptus est Tullius in Ciliciam proficiscens.

[i] *Galba fuit*] Varias enumerat oratorum ætates; quarum aliis alii, sed pauci admodum floruerunt oratores; Galba et Cato; deinde Lepidus; postea Carbo; tum Crassus et Antonius; deinde Sulpicius et Cotta: postremo Hortensius; cui se tacite adjungit Tullius, oratorum cujuscumque ætatis omnium judicio facile princeps.

runt, Lepidus[5] postea, deinde Carbo: nam Gracchi[6] in concionibus multo faciliore et liberiore genere dicendi; quorum tamen ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit: Antonius, Crassus, post Cotta, Sulpicius, Hortensius, nihil dico amplius: tantum dico, si mihi accidisset, ut numerarer in multis,[r][j] * si operosa est concursatio magis opportunorum, * *

[r] *Si locum haberem inter mediocres oratores.*

conjectura *extitisse.*—5 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. *fuerunt: Lepidus, &c.* al. Sic distinguunt Nor. Corrad. Lamb. et Ellendt.—6 Nescio quis ap. Orell. conj. *jam Gracchi.*

NOTÆ

[j] *Ut numerarer in multis*] Pauca quædam hic desunt, quorum verum assequi sensum non nisi divinando possumus. Hæc esse videtur sententia Ciceronis: Si mihi accidisset ut numerarer in multis oratoribus, non tantum in eloquentiæ studio laboris insumsissem; siquidem excellentium oratorum maxime rara est multitudo.

M. TULLII CICERONIS

AD MARCUM BRUTUM

ORATOR.

ARGUMENTUM.

Hujus libri summum consilium hoc est, ut perfecti ab omnibus partibus et absoluti oratoris species quædam et forma effingatur, quam intuens futurus orator, ad perfectam eloquentiam conformare orationem possit. Summa autem totius disputationis huc redit, ut orator perfectus is sit, qui tria illa dicendi genera ita habeat in potestate, ut parva submisse, modica temperate, magna graviter dicere possit. Vid. c. 29. Hanc disputationem ita instruxit, ut posito tanquam fundamento eloquentiæ philosophiæ studio, c. 3. 4. primo de tribus dicendi generibus agat, eaque occasione verum Atticum dicendi genus hoc esse aiat, quod omnia apte possit eloqui, non aridum illud et jejunum, quod quidam consectarentur, c. 5—9. deinde vero tria oratori videnda ostendat, quid, quo loco, et quomodo dicat, quorum primum in inventione, alterum in dispositione, tertium in elocutione versetur, c. 10—18. ac summam eloquentiæ vim in elocutione positam doceat, quæ tum quidem perfecta sit, cum sit ad docendum, delectandum, flectendum accommodata, h. e. tribus illis generibus commode utatur, cujusmodi elocutio quibus quasi signis agnoscatur et judicetur, fuse persequitur c. 19—38. Tandem ipsa forma ac character orationis traditur, et de verborum sententiarumque luminibus c. 39. 40. ac tandem de collocatione verborum c. 44. sqq. agat. Ea autem cernitur, vel cum extrema cum primis apte cohærent et enuntiantur suavissimis vocibus; vel cum forma ipsa concinnitasque verborum conficit orbem suum; vel tertio cum periodi apte numeroseque cadunt. Itaque tandem agitur de numero, cujus origo c. 52. causa c. 53. natura c. 53. sqq. et usus c. 61. sqq. declaratur.

I. 1. [*p.* 197.] UTRUM difficilius [a] aut majus [b] esset negare tibi sæpius idem roganti, an efficere id, quod rogares, diu multumque, Brute, dubitavi. Nam et negare ei, quem unice diligerem, cuique me carissimum esse sentirem, præsertim et justa [c] petenti, et præclara cupienti, durum admodum mihi videbatur: et suscipere tantam rem, quantam non modo facultate consequi difficile esset, sed etiam cogitatione complecti; vix arbitrabar esse ejus,[1] qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium. 2. Quid enim est[2] majus, quam, cum tanta sit inter oratores bonos dissimilitudo, judicare, quæ sit optima species, et quasi figura dicendi? Quod quoniam me sæpius rogas, aggrediar, non tam perficiendi spe, quam experiundi voluntate.[3] Malo enim, cum studio tuo sim obsecutus, desiderari a te prudentiam meam, quam, si id non fecerim, benevolentiam.[d] 3. Quæris igitur, idque jam sæpius, quod eloquentiæ genus probem maxime, et quale mihi videatur illud, cui[4] nihil addi possit, quod ego summum et perfectissimum judicem. In quo vereor, ne, si id, quod vis, effecero, eumque oratorem, quem quæris, expressero, tardem studia multorum, qui desperatione debilitati, experiri nolint,[e] [5] quod se assequi posse diffidant. 4. Sed par est[f] omnes omnia experiri, qui res magnas et magno opere expetendas concupiverunt.[6] Quodsi quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenii vis forte deficiet, aut minus instructus[7]

[a] *Propter meam in te benevolentiam.*
[b] *Propter operis difficultatem.* [c] *Jure suo.*
[d] *Malo videri tibi minus prudens cum fecero id quod rogas, quam minus amicus, si non fecero.*
[e] *Animum non applicabunt ad eloquentiam quam, &c.* [f] *Convenit.*



CAP. I. 1 Lamb. *ejus esse.* Mox, *atque prudentum* Nor.—2 *Quid est enim* al. ap. Orell.—3 Lamb. et Orell. *perficiendi s. q. experiendi voluntate*; codd. aliquot, item Crat. Manut. Schutz. *perficiundi . . . experiundi voluntate*; Nor. *perficiendi . . . experiundi voluntate.* 'Sed cur uno fere loco antiquior scriptura retineretur, exputare non potui.' *Orell.*—4 Codd. aliquot et Nor. *qui*, i. e. *quoi.*—5 Ita e conjectura sua Ernesti; *experiri nolent* Nor. *experiri id nolent* codd. aliquot, Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Schutz. *experiri id nolint* Guelf. 2. et Schutz. in ed. maj.—6 'Lamb. *concupivere*; sed hoc historicorum

erit magnarum artium disciplinis; teneat tamen eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem, honestum est in secundis tertiisque consistere.[g] Nam in poëtis,[8][a] non Homero soli locus est, (ut de Græcis loquar) aut Archilocho,[b] aut Sophocli, aut Pindaro:[c] sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. 5. Nec vero Aristotelem in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, et copia, ceterorum[d] studia restinxit. II. Nec solum ab optimis studiis excellentes viri deterriti[1] non sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt, qui aut Jalysi,[e] quem Rhodi

[g] *Qui ad primum locum aspirat, cum dignitate in secundo et tertio consistere potest.*

est.' *Orell.*—7 Schutz. *minus si instructius,* non monito lectore.—8 *An in poëtis* ψ, Nor. Junt. *Non enim in poëtis Homero* Crat.

CAP. II. 1 Cod. ψ habet *exterriti;* Schutz. conj. *deducti,* improbante Orell. Mox, *non* delendum censebat Ernesti. Paulo post, *se ab artibus*

NOTÆ

[a] *Nam in poëtis*] Homerus poëtarum heroicorum facile princeps est. Neque continuo Hesiodus, Callimachus, Orpheus, et Apollonius, &c. laude sua caruerunt. Euripides et Sophocles in tragico carmine principatum tenent; Æschylus cum dignitate subsequitur. In lyricis excellunt Pindarus et Archilochus: nec mediocriter Anacreon, Simonides, Stesichorus, et alii celebrantur. Ceterum quæ de Homero, Sophocle, et ceteris, cum oratoribus ac poëtis, tum philosophis, supra diximus, consulantur.

[b] *Archilocho*] Hic fuit ex insula Paro oriundus, poëtarum petulantissimus olim dictus; cujus carmina propter obscœnam maledicendi libertatem a Lacedæmoniis olim proscripta sunt. De eo sic Horatius in Arte: 'Archilochum proprio rabies armavit iambo.' Floruit Olymp. 23. teste Cyrillo lib. I. contra Julianum, annis ante Christum 688. Eum refert Eusebius ad Olymp. 33. annos ante Christum 648. 'Summa in Archilocho vis elocutionis, cum validæ, tum breves vibrantesque sententiæ, plurimum sanguinis atque nervorum: adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam minor est, materiæ esse, non ingenii virium.' Fabius x. 1.

[c] *Pindaro*] Poëta Thebis oriundo. Hic, teste Quintil. x. 1. 'Novem lyricorum longe princeps, spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum verborumque copia, et velut eloquentiæ quodam flumine: propter quæ Horatius eum merito credit nemini imitabilem.' Obiit annos natus 66. aut secundum alios 80. Olympiade 86. annos ante Christum 486. In ejus Vita.

[d] *Ceterorum*] Theophrasti et aliorum quorum opera passim recensentur a Diogene Laërtio.

[e] *Jalysi*] Quod Protogenis statuarii simulacrum fuit, an, ut nobis videtur, Jalysi, qui urbem in insula

vidimus, non potuerunt, aut Coæ Veneris [f] pulchritudinem imitari. Nec simulacro Jovis Olympii,[g] aut Doryphori statua [h] deterriti, reliqui minus experti sunt, quid efficere, aut quo progredi possent: quorum tanta multitudo fuit, tanta in suo cujusque genere laus, ut, cum summa miraremur,[2] inferiora tamen probaremus. 6. In oratoribus vero,[3] Græcis quidem, admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Attamen,[4] cum esset Demosthenes, multi oratores [i] magni et clari fuerunt, et antea fuerant, nec postea defecerunt. Quare non est, cur eorum, qui se studio eloquentiæ dediderunt,[5] spes infringatur, aut languescat industria. Nam neque illud ipsum, quod est optimum, desperandum est; et in præstantibus [6] rebus magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima. 7. Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Non enim quæro, quis fuerit, sed quid sit illud, quo nihil possit esse præstantius: [7] quod in perpetuitate dicendi non sæpe, atque haud scio an unquam,[8] [j] in aliqua autem parte elu-

Lamb.—2 Nor. *miremur.*—3 *In oratoribus autem* Guelf. 2. *vero* delet Schutz. auctore Goerenzio; uncis inclusit Orell. Actutum, *Græcis quiddam* Manut. —4 *Ac tamen* Guelf. 2. 3. Schutz. et Orell. *Attamen* ceteri codd. et edd.—5 Guelf. 2. et Schutz. *qui studio eloquentiæ se dediderunt.* Mox, *aut spes* Lamb. —6 Nor. *præsentibus.*—7 Guelf. 2. 3. *esse possit præstantius.*—8 'Ita omnes,

NOTÆ

Rhodo cognominem condidit? an venatoris? an Satyri? quod alii opinantur: an Bacchi? ut ex Suida colligit Strebæus. De hac Jalysi imagine vide Gell. lib. xv. cap. ult.

[f] *Coæ Veneris*] 'Apelles inchoaverat aliam Venerem Cois, superaturus etiam suam illam priorem. Invidit mors peracta parte, nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inventus est.' Plinius xxxv. 10. Coa Venus est imago Veneris depicta in Co, quæ nobilissima Ægæi maris insula *Stancon* vocatur, auctore Bellonio; vel *Lango*, ut eam appellat Sophianus.

[g] *Simulacro Jovis Olympii*] Quod opus præstantissimum ex ebore confectum est a Phidia. Jupiter Olympius dictus est, quod ejus honoris causa magnificentissimi ludi ab Hercule ad Olympiam fuerint instituti. At simulacrum Jovis Olympii ab urbe Olympia, ubi teste Plinio xxxiv. 8. elaboratum est, appellatum opinor, ut Venerem Coam ab insula Co.

[h] *Doryphori statua*] Vide superiorem lib. § 296.

[i] *Multi oratores*] Demostheni ætate superiores fuere oratores Gorgias, Pericles, Isocrates, Lysias, &c. æquales Æschines, Dinarchus, Hyperides, et Demades: inferiores Demetrius Phalereus, et alii, quos in Bruto recensuit accurate Tullius.

[j] *Haud scio an unquam*] Nullus est

cet[9] aliquando, idem apud alios densius, apud alios fortasse rarius.[h] 8. Sed ego sic statuo, nihil esse in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit,[k] unde illud, ut ex ore aliquo, quasi imago, exprimatur,[i] quod neque oculis,[j] neque auribus, neque ullo sensu percipi potest: cogitatione tantum, et mente complectimur. Itaque et Phidiæ simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus,[10] et his picturis, quas nominavi, cogitare tamen possumus pulchriora. 9. Nec vero ille artifex, cum faceret Jovis formam, aut Minervæ, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret; sed ipsius in mente[l] insidebat species

[h] *Quod in tota oratione raro et fortasse nunquam, in aliqua autem orationis parte interdum eminet, sæpius apud alios oratores, rarius apud alios.*

[i] *Quod non pulchritudine superet idea, ex qua, tanquam ex vultu animato, quasi imago, exprimitur.*

[j] *Quæ idea neque oculis, &c.*

etiam Lamb. 1566. *nunquam* de Lambini conjectura in marg. ed. 1584. et Schutz. probante Beier. Offic. tom. II. p. 192. Sed cf. Ramshorn. Lat. Gram. p. 500. cujus judicium cum codd. convenire video: idque distat, nec tamen falso, a Germanorum sensu.' *Orell.*—9 'Edidimus *elucet* pro *eluceat;* nam conjunctivus locum hic habere nullo modo potest.' *Ernesti.*—10 Nor. *vidimus.*

NOTÆ

qui omni dicendi genere excellat: plus valent alii in genere deliberativo, alii in exornativo aut judiciali. Egregie docent alii, non movent; movent alii ac docent, non perinde delectant. Immo ejusdem orationis est qui belle narrationem conficiat, et in confirmatione aut peroratione sui sit dissimilis. 'Nihil est,' ut aiebat Horatius, 'ab omni parte beatum.'

[k] *Quo non pulchrius id sit, &c.*] Methodum hic Platonicam ab Aristotelea diversam sequitur Tullius. Plato via sapientiæ altissimas rerum causas investigat; ideas rerum perfectissimas mente exprimit, et ab universalibus, ut aiunt, ad singularia descendit. Aristoteles via scientiæ proximas rerum causas inquirit, et a singularibus ad universalia progreditur. De perfecto oratore si disserendum sit Aristoteleo more, videndum quid in singulis oratoribus sit eximium, et collatis singulorum virtutibus, exprimenda generatim oratoris imago. At dicendum sit more Platonico, perfectæ eloquentiæ species cogitatione comprehendenda, ad quam singulos oratores dirigamus.

[l] *Ipsius in mente*] Phidias 'interrogatus ab amico,' uti narrat Val. Max. III. 7. 'quonam mentem suam dirigens, vultum Jovis propemodum ex ipso cœlo petitum eboris lineamentis esset amplexus; illis se versibus Homeri quasi magistris usum respondit' Iliad. A. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων· Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. *Dixit, et nigris superciliis annuit Jupiter: Ambrosiæ autem comæ defluxerunt capite Ab immortali, ac*

pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius similitudinem artem et manum dirigebat. III. Ut igitur in formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cujus ad cogitatam [1] speciem imitando referuntur ea, quæ sub oculos ipsa cadunt; [2] sic perfectæ eloquentiæ speciem animo videmus, effigiem auribus quærimus.[k] 10. Has rerum formas appellat ideas [3] [m] ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister, Plato; easque gigni negat, et ait semper esse, ac ratione et intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, fluere, labi; nec diutius esse uno et eodem statu. Quicquid est igitur, de quo ratione et via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum.

11. Ac video, hanc primam ingressionem[l] meam non ex oratoris [4] disputationibus ductam, sed e media[m] philosophia repetitam, et eam quidem cum antiquam, tum subobscuram, aut reprehensionis aliquid, aut certe admirationis habituram. Nam aut mirabuntur, quid hæc pertineant ad ea, quæ quærimus: quibus satisfaciet res ipsa cognita, ut

[k] *Audire cupimus orationem, perfectum opus eloquentiæ.*
[l] *Disputationis initium, qua loquor de ideis Platonis contra rhetorum consuetudinem.* [m] *Recondita.*



Cap. III. 1 Ita duo codd. Lambini, margo ed. 1584. et Grut. *excogitatam* Nor. Junt. Crat. Manut. Lamb.—2 'Verissime codd. omnes, edd. vett. Nor. Junt. Crat. Camer. et Manut. *ipsa non cadunt.* Victorius v. *non* expunxit sequentibus Lamb. Ernesti, et Schutz.' *Orell.*—3 'Græce scripsi ἰδέας. Ceteri *ideas.*' Orell.—4 Ita codd. omnes et edd. vett. Nor. Ald. Junt. Manut. Lamb. item Nonius in v. 'ingressus;' *oratoriis* Streb. Gronov. Schutz. et Orell.

NOTÆ

magnum concussit Olympum.

m *Appellat ideas*] Idea Platonica aliud nihil est, nisi rei naturalis exemplar æternum: ut enim prudens artifex ex imagine, quam animo informavit, opus dirigit, et efficit; ita Deus, cujus infinita est providentia, ex specie quæ divinæ menti insidet, omnia molitur. Hæc porro species est idea, quæ non gignitur, sed semper est, ac ratione et intelligentia continetur. Quo propius ad illam ideam accedit opus aliquod, eo perfectius censetur. Exempli gratia, pulchritudo in corporibus est magis expressa ideæ similitudo. Ejusmodi rerum ideæ utrum hominum animis innatæ sint, an adventitiæ et usu acquirendæ, disceptant Platonici. Vide Platonem in Parmenide, in Timæo, de Rep. lib. x. Alcinoum cap. 9. Plotinum, &c. ex quibus tum veterum tum recentiorum de ideis Platonicis commenta derideas.

non sine causa alte repetita videatur: aut reprehendent, quod inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. 12. Ego autem et me sæpe nova videri dicere intelligo, cum pervetera dicam, sed inaudita plerisque; et fateor, me oratorem, si modo sim, aut etiam quicumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiæ spatiis extitisse.[n] [*p.* 198.] Illa enim sunt[5] curricula multiplicium variorumque sermonum, in quibus Platonis primum impressa sunt vestigia:[o] sed et hujus[n] et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus maxime orator est, et adjutus. Omnis enim ubertas, et quasi sylva[p] dicendi, ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas, quas, ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus Musis[q] reliquerunt. 13. Sic eloquentia hæc forensis, spreta a philosophis, et repudiata, multis quidem illa adjumentis magnisque caruit; sed tamen ornata verbis atque sententiis, jactationem[r] habuit in populo, nec paucorum judicium reprehensionemque pertimuit. Ita et doctis eloquentia popularis, et disertis elegans doctrina defuit.[s] IV. 14. Positum sit igitur inprimis, (quod post magis intelligetur,) sine philosophia non posse effici, quem quærimus, eloquentem: non ut in ea tamen omnia sint,[1] sed ut sic adjuvet, ut palæstra histrionem[t] (parva enim magnis sæpe rectissime conferuntur): nam nec latius,[2] nec copiosius de magnis variisque rebus sine philosophia potest

[n] *Non ex rhetorum institutionibus, sed ex philosophorum Academicorum disputationibus.*

[o] *Diversis ac multiplicibus sermonibus abundant dissertationes illæ philosophicæ, in quibus primus Plato maxime sese exercuit.*

[p] *Copia.* [q] *Incultioribus artibus.* [r] *Favorem.*

[s] *Eloquentia ad populum accommodata defuit philosophis, et iis qui publice dicebant defuit doctrina philosophorum.*

[t] *Ut locus, in quo formatur a magistris ad agendum in scena, adjuvat actorem fabularum.*

Paulo post, *tum antiquam* Schutz. ex uno codice.—5 *Illa sunt enim* Beier. ad Offic. tom. II. p. 296. Mox, *impressa sunt* Junt. Manut. *sunt impressa* Guelf. 2. 3. et Nor.

CAP. IV. 1 Lamb. *sint omnia.*—2 Guelf. 2. 3. *nam neque latius;* Nor. *nam*

NOTÆ

[n] *Hujus*] Designat hic Gorgiam Platonis Dialogum, quo putat oratores irrideri, sed falso, ut annotavimus lib. I. de Orat. ad § 47.

quisquam dicere. 15. Siquidem etiam in Phædro Platonis[o] hoc Periclem præstitisse ceteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagoræ[p] physici fuerit auditor: a quo censet, eum, cum alia præclara quædam et magnifica didicisset, uberem[3] et fœcundum fuisse, gnarumque (quod est eloquentiæ maximum) quibus orationis modis quæque animorum partes pellerentur: quod idem de Demosthene existimari potest: cujus ex epistolis[q] intelligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor. 16. Nec vero sine philosophorum disciplina,[u] [r] genus et speciem cujusque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus; nec judicare, quæ vera, quæ falsa sint, neque cernere consequentia, repugnantia videre, ambigua distinguere. Quid dicam de natura rerum,[v] cujus cognitio magnam orationis[4] suppeditat copiam? de vita,[w] de officiis,

[u] *Dialectica sive logica.* [v] *Physica.*
[w] *De philosophia morali, &c.*

nec latius neque, &c.—3 Schutz. conj. *didicisse, tum uberem.* Mox, *narumque* Lamb.—4 Ita Ald. Junt. Manut. Lamb. *oratoris* Venett. Nor. Mediol. unde Ernesti conj. *oratori,* probante Klein in Misc. Crit. I. p. 504. *orationi* Schutz.

NOTÆ

[o] *In Phædro Platonis*] Quem locum hic subjicere haud abs re fuerit: Σωκρ. Κινδυνεύει, ὦ ἄριστε, εἰκότως ὁ Περικλῆς πάντων τελεώτατος εἰς τὴν ῥητορικὴν γενέσθαι .... Ὁ δὲ Περικλῆς πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι ἐκτήσατο· προσπεσὼν γὰρ, οἶμαι, τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς, καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος (ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο Ἀναξαγόρας) ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐτῇ. *Socr. Videtur, optime* Phædre, *jure Pericles omnium perfectissimus oratorum extitisse* .... Harum artium subsidia *Pericles ad ingenium suum adjunxit: cum enim incidisset in Anaxagoram tantum virum, rerum sublimium notitia repletus est, et ad cognitionem mentis ac dementiæ pervenit (quibus de rebus fuse disseruit Anaxagoras): inde hausit ad artem oratoriam quantum utile esset.* Anaxagoram et Periclem amicitia conjunctos fuisse tradit etiam Plato Epist. 2. ad Dionysium.

[p] *Anaxagoræ*] Vid. lib. II. de Orat. § 56.

[q] *Cujus ex epistolis*] Quæ sine dubio perierunt: ex una ejus ad Heracleodorum epistola 5. patet apud Demosthenem summo loco fuisse Platonem. Consule lib. I. de Orat. § 89.

[r] *Philosophorum disciplina*] Totam philosophiam tres in partes distribuit: in dialecticam, sive logicam, cujus est de genere et specie disputare; definitionis, divisionis, argumentationis, ac dignoscendæ veritatis regulas tradere: in physicam,

de virtute, de moribus? sine multa earum ipsarum rerum disciplina,[5] aut dici, aut intelligi potest? V. 17. Ad has tot tantasque res[x] adhibenda sunt ornamenta innumerabilia, quæ sola tum quidem tradebantur ab iis qui dicendi numerabantur magistri. Quo fit, ut veram illam et absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelligendi, alia dicendi disciplina est;[y] et ab aliis, rerum, ab aliis, verborum doctrina quæritur. 18. Itaque M. Antonius, cui vel primas eloquentiæ patrum nostrorum tribuebat ætas, vir natura peracutus et prudens, in eo libro, quem unum reliquit, disertos[s] ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. Insidebat videlicet in ejus mente species eloquentiæ, quam cernebat animo, re ipsa[1] non videbat. Vir autem acerrimo ingenio (sic enim fuit) multa et in se et in aliis desiderans, neminem plane, qui recte appellari eloquens posset, videbat. 19. Quodsi ille nec se, nec L. Crassum eloquentem putavit, habuit profecto comprehensam animo quandam formam eloquentiæ, cui quoniam nihil deerat, eos, quibus aliquid aut plura deerant, in eam formam non poterat includere. Investigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem nunquam vidit Antonius, aut qui omnino nullus unquam fuit; quem si imitari atque exprimere non possumus, quod idem ille vix Deo concessum esse dicebat; at qualis[2] esse debeat, poterimus fortasse dicere.

[x] *Quas subministrat philosophia.*
[y] *Ab aliis magistris intelligendi, ab aliis dicendi præcepta traduntur.*



—5 Norimb. *sine multarum rerum disciplina.* Mox, *aut intelligi posse* codd. et edd. vett. item Nor. Junt. Crat. Manut. Steph. 'Rectissime; nam in vulgata ante *de vita* inserendum esset *quid*, vel *an*.' Orell.
CAP. V. 1 Lamb. conj. *reapse,* in marg. ed. 1584. ut est aliquoties in li-

NOTÆ

quæ rerum naturalium causas et effecta explicat: denique in ethicam sive moralem, quæ de virtutibus ac vitiis, ceterisque ad mores pertinentibus disserit.

[s] *Disertos*] Disertus est qui ornate et copiose disserit; eloquens qui ita dicit, ut probet, ut delectet, ut flectat; qui in quolibet dicendi genere excellens, et humilia subtiliter, et magna graviter, et mediocria temperate potest dicere.

20. Tria sunt omnino genera dicendi,[t] quibus in singulis quidam floruerunt; peræque autem (id quod volumus) perpauci in omnibus. Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate,[3] et majestate verborum, vehementes, varii, copiosi, graves: ad permovendos et convertendos animos instructi et parati: quod ipsum [4] alii aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque conclusa;[z] alii lævi, et structa,[5] et terminata;[a] et contra tenues, acuti, omnia docentes, et dilucidiora, non ampliora, facientes, subtili quadam et pressa oratione limati.[b] [6] VI. In eodemque genere[c] alii callidi, sed impoliti, et consulto rudium similes et imperitorum: alii in eadem jejunitate[d] concinniores, id est,[1] faceti, florentes etiam, et leviter ornati. 21. Est autem quidam interjectus, inter hos medius,[2] et quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec flumine [3] utens superiorum, ut cinnus [u] ambo-

[z] *Neque numeris comprehensa.* [a] *Periodis definita.*
[b] *Angusta et contracta oratione politi.* [c] *Exili.* [d] *Tenuitate.*

bris de Republica.—2 Nor. Junt. Lamb. *attamen qualis.*—3 ‘*Granditate*] Ita rescripsi pro vulg. *gravitate*, quia statim sequitur *graves*. Infra c. 9. ‘amplum atque grandem.’’ *Schutz.* ‘Sed non minus offendimus in v. *grandiloqui cum granditate*, quam in his, *cum granditate . . . graves*.’ Orell.—4 Ita codd. etiam Regii, item Nor. Ald. Junt. Lamb. *in quo ipso* Bipont. Schutz. in ed. maj. *quorum ipsorum* conj. nescio quis in Lambini annott.—5 ‘Correxi *structa* pro vulg. *instructa;* quod e vicinia huc translatum est, nec ullo modo hic locum habet: oratio *structa* apta est h. l.’ *Ernesti.* *instructa* codd. Nor. Ald. Junt. Lamb.—6 Guelf. 2. 3. et Nor. *limata;* hinc *et limata* Lamb.

CAP. VI. 1 Vocc. *id est* suspecta Schutzio.—2 Ita Nonius in v. ‘cinnus,’ Manut. Grut. Orell. *interjectus intermedius* Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb.—3 ‘Primum edidimus *flumine* pro *fulmine;* quia aptius rei, et quia sic est ap. Nonium; e quo cum *ut cinnus* receptum sit, quare non et *flumine* recipiatur? In altero, *ut cinnus*, vetus lectio librorum est *vicinus amborum*, pro quo ex ad-

NOTÆ

[t] *Tria sunt omnino genera dicendi*] Hæc est Græcorum doctrina, qui triplicem dicendi characterem statuunt, ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον, *uberem, gracilem, mediocrem.* Uberi dignitas est et amplitudo: gracili venustas et subtilitas: medius in confinio est utriusque modi particeps. His singulis virtutibus vitia agnata sunt. Sufflati atque tumidi fallunt pro uberibus, squalentes et jejuni dicti pro gracilibus, incerti et ambigui pro mediocribus. Gellius VII. 14. Grandiloquus est Cicero in oratione pro Milone, tenuis et acutus cum dicit pro Cæcina, temperatus in oratione pro lege Manilia.

[u] *Ut cinnus*] Perperam nonnullis

rum,[e] in neutro excellens, utriusque particeps; vel utriusque (si verum quærimus) potius expers. Isque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter facilitatem et æquabilitatem:[4] aut addit aliquos, ut in corona, toros,[f] [v] omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit. 22. Horum singulorum generum quicumque vim [singulis][5] consecuti sunt, magnum in oratoribus nomen habuerunt.[g] Sed quærendum est, satisne id, quod volumus, effecerint.[h] VII. Videmus enim fuisse quosdam, qui iidem ornate ac graviter,[1] iidem versute et subtiliter dicerent. Atque utinam in Latinis talis oratoris simulacrum reperire possemus! esset egregium non quærere externa,[i] domesticis esse contentos. 23. Sed ego idem, qui in illo sermone nostro, qui est expositus in Bruto,[j] multum tribuerim Latinis, vel ut hortarer alios, vel quod amarem meos, recordor longe[2] omnibus unum anteferre Demosthenem, qui vim accommodarit ad eam, quam sen-

[e] *Ut aliquid ex utroque commixtum.*
[f] *Partem aliquam magis eminentem.*
[g] *Quicumque singuli his tribus dicendi generibus singulis, non universis excelluerunt.*
[h] *Ad acquirendam eloquentiæ perfectæ gloriam.* [i] *E Græcis petita.*
[j] *In dialogo de claris oratoribus, qui inscribitur Brutus.*



monitu Rivii receptum est *ut cinnus* e Nonio. Ceterum etsi *ut* possum concoquere; nam et c. 24. est 'sumere, ut mutuo;' tamen malim h. l. *velut cinnus a.* et *vicinus* forte natus est e compendiis *ult. cinus.*' Ernesti. *fulmine* Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut. Schutz. Orell. *vicinus amborum* codd. edd. Rom. Nor. Ald. Junt. Crat. Schutz. Orell. probante Schneidero; *ut cinnus amborum* Manut. Lamb. Grut. Actutum, particula *in* deest ap. Non.—4 Ita Manut. Grut. Orell. *facultatem et æqualitatem* Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb.—5 'Quid *singulis?* nihil aliud esse potest, quam in singulis generibus. Sed id jam ante dictum. Delendum puto.' *Ernesti. singuli* Schutz. Le Clerc. et Orell. *in singulis* Camer. *singulis* codd. edd. vett. Ald. Junt. Lamb.

CAP. VII. 1 Lamb. *ornate et graviter.*—2 Gothofr. *recordor me longe.*—

NOTÆ

in editionibus habetur *vicinus.* Veram lectionem ex Nonio Marcello ab eruditis detectam attulimus. 'Cinnus,' inquit, 'est commissio plurimorum, unde et 'concinnare' dicitur.' Deinde locum hunc integrum subjicit.

[v] *Ut in corona, toros*] Volubile genus orationis et rotundum, ut corona, suscipit ad ornamentum partes eminentiores, quasi toros, ne tanquam politum marmor, varietatis jucunditate careat. Ita Strebæus.

tiam,[k] eloquentiam, non ad eam, quam in aliquo ipse cognoverim.[3] Hoc nec gravior extitit quisquam, nec callidior, nec temperatior.[l] Itaque nobis monendi sunt ii, quorum sermo imperitus increbuit,[m] [4] qui aut dici se desiderant Atticos, aut ipsi Attice volunt dicere, ut mirentur hunc[n] maxime, quo ne Athenas[5] quidem ipsas magis credo fuisse Atticas: [*p.* 199.] quid enim sit Atticum, discant, eloquentiamque ipsius[o] viribus, non imbecillitate sua, metiantur. 24. Nunc enim tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari. Sed tamen eos studio optimo,[p] judicio minus firmo[q] præditos, docere, quæ sit propria laus Atticorum, non alienum puto.

VIII. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia.[r] Omnes enim, qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque, et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant. 25. Itaque Caria, et Phrygia,[w] et Mysia, quod minime politæ, minimeque elegantes sunt, asciverunt aptum suis auribus opimum[x] quoddam, et tanquam adipatæ[1]

[k] *Quam animo expressi.*
[l] *Demosthene nec in sublimi dicendi genere vehementior quisquam fuit, nec in tenui subtilior, nec in mediocri moderatior.*
[m] *Quorum impolita dictio cœpit a nonnullis usurpari.*
[n] *Demosthenem.* [o] *Demosthenis.*
[p] *Quia ad eloquentiam Atticam aspirant.*
[q] *Quia eam discernere nequeunt.*
[r] *Auditorum ingenium et indoles semper fuit regula, cui se conformarunt oratores.*



3 Lamb. in marg. ed. 1584. *ipse cognorim.*—4 Ita Nor. Junt. Crat. Manut. *increbruit* Lamb. et Schutz. Vid. Struve Lat. Decl. et Conj. p. 225.—5 Nor. Junt. Crat. *quo Athenas*, probante Schneidero.
CAP. VIII. 1 Ita Nonius, Manut. et Grut. *tanquam adipale* codd. Nor. Ald.

NOTÆ

[w] *Caria, et Phrygia, &c.*] Regiones Asiæ Minoris, quæ jam dicitur *la Natolie:* Caria vocatur *Aidinelli*, Phrygia *Germian.*

[x] *Opimum*] Inde fluxit in Asiam fusum ac crassum dictionis genus, quod paulatim sermone Græco in proximas Asiæ civitates delato, nondum satis periti loquendi facundiam concupierint: ideoque ea, quæ proprie signari poterant, circuitu cœperint enuntiare, ac deinde in eo perseverarint, ut tradit Quintilianus XII. 10.

dictionis genus,[s] quod eorum vicini (non ita lato [y] interjecto mari) Rhodii nunquam probaverunt, Græci multo minus,[2] Athenienses vero funditus repudiaverunt; quorum semper fuit prudens sincerumque judicium, nihil ut possent, nisi incorruptum, audire, et elegans: eorum religioni [t] cum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum [u] ponere audebat. 26. Itaque hic,[v] quem præstitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte [z] oratione longe optima, submissus [w] [3] a primo; deinde, dum de legibus disputat, pressus:[x] post sensim incedens, judices ut vidit ardentes,[y] in reliquis exultavit audacius.[z] Ac tamen [4] in hoc ipso, diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Æschines quædam,[a] et exagitat; illudensque, dira,[5] odiosa, intolerabilia esse dicit. Quinetiam quærit ab ipso, cum quidem eum belluam appellet,[b] utrum illa verba, an portenta sint: ut Æschini ne Demosthenes quidem videatur Attice dicere. 27. Facile est enim verbum aliquod ardens [c] (ut ita dicam) notare, idque restinctis jam animo-

[s] *Pinguis dictionis genus.* [t] *Prudenti solertiæ.*
[u] *Nullam inusitatam, nullam ineptam vocem.* [v] *Demosthenes.*
[w] *Sine ulla contentione exorditur.* [x] *Subtilis.* [y] *Commotos.*
[z] *Reliqua oratione liberius locutus est.*
[a] *In ipso Demosthene, qui vim cujusque vocis accurate ponderabat, ejus æmulus orator Æschines arguit nonnullas ineptias, &c.* [b] *Eum belluam appellans.*
[c] *In vehementissima contentione prolatum.*



Junt. Crat. Schutz. et Orell. *tanquam adipatum* Lamb.—2 Ita Grut. *Græcia autem multo minus* Guelf. 2. unde Schutz. *Græcia multo minus;* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Orell. *Græci autem multo minus.*—3 Ita Lamb. et Orell. *summissius* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. '*summissus . . . pressus* sine hæsitatione edidimus pro *summissius . . . pressius,* quod Latinitas non patitur, et natum est ex ultimo *audacius,* cui hæc sunt per inscitiam conformata, cum nihil habeant conjunctionis cum verbo *exultavit.*' Ernesti. *pressius* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Mox, pro *incedens, judices,* quod servant codd. Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut. Brewer. *incendens judices* habent unus Oxon. Guelf. 1. Schutz. et Orell.—4 *Attamen* Lamb. Mox, *examinans* Ald. Junt. Crat.—5 Ita Nor. aliæque edd. vett. *dura* Ald. Junt.

NOTÆ

[y] *Non ita lato*] Decem fere leucis Gallicis Rhodus distat a littoribus Cariæ.

[z] *Pro Ctesiphonte*] Sive de corona oratione, cujus argumentum egregie Tullius exponit libello de Optimo Genere Oratorum.

rum incendiis irridere. Itaque se purgans[d] jocatur Demosthenes: negat, in eo positas esse[6] fortunas Græciæ, hoc an illud verbum dixerit,[7][a] huc an illuc manum porrexerit. Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx[e] Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus?[f] Cum vero inclinata ululantique voce, more Asiatico, canere cœpisset, quis eum ferret? aut quis potius non juberet auferri? IX. Ad Atticorum igitur aures teretes[g][b] et religiosas qui se accommodant, ii sunt existimandi Attice dicere. 28. Quorum genera plura sunt; hi unum modo quale sit,[1] suspicantur. Putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. Errant, quod solum: quod Attice, non falluntur.[h] 29. Istorum enim judicio si solum illud[i] est Atticum, ne Pericles quidem dixit Attice, cui primæ sine controversia deferebantur: qui si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane[c] poëta fulgere,[2] tonare, permiscere

[d] *Excusans ejusmodi voces.* [e] *Ex Mysia aut Phrygia oriundus.*
[f] *Barbare loquens.* [g] *Eruditas et ad numerosam orationem factas.*
[h] *Attice dicentium plura sunt genera: sed Latini, qui se dicere Attice putant, unum sibi genus qualecumque sit, fingunt. Eum enim qui tenui et exili dicendi genere utatur, putant Attice dicere, cum illud bonis sententiis et verbis informat. Falluntur quod eum duntaxat dicere Attice sentiant; non falluntur quod in Atticorum numero collocent.* [i] *Tenue dictionis genus.*

Lamb. Grut.—6 Verbum *esse* deest in Nor.—7 Ita Streb. Fr. Gryph. *hoc an illud locutus sit* Lamb. in marg. 1584. *in hoc in eum, huc an illuc* codd. et edd. vett. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *hoc an illo verbo usus sit* Schutz. et Orell. Vide Ambrosii Comment. in Lucam II. 2.

CAP. IX. 1 Lamb. *quale id cumque sit.*—2 Ita Nor. Ald. Junt. Grut. *poëta*

NOTÆ

[a] *Hoc an illud verbum dixerit* [*in hoc eum*] Mendosum hunc locum arguit tum sententia pendens et imperfecta, tum ipsa Demosthenis verba in oratione de Corona: Πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο, (οὐχ' ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ· ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνεγκα; *Certe enim hic, nonne vides, reip. fortunas non esse positas, si hoc verbum non illud dixerim, aut huc manum non illuc porrexerim?* Ex quibus sic restituendus est hic locus: *Negat in eo positas esse fortunas Græciæ, hoc an illo verbo usus sit, huc an illuc manum porrexerit*, quomodo legit Ambrosius in Lucam II. 2. ut observavit Manucius.

[b] *Aures teretes*] Id est, perfectas. Quo sensu dixit Horatius in Arte: 'Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui.'

[c] *Aristophane*] Quem alii Rhodium,

Græciam dictus esset. Dicat igitur Attice venustissimus ille scriptor ac politissimus, Lysias, (quis enim id possit negare ?) dum intelligamus, hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit, atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens[j] aut ineptum. Ornate vero, et graviter, et copiose dicere, aut Atticorum sit, aut ne sit Æschines, neve Demosthenes Atticus. 30. Ecce autem aliqui se Thucydidios[k] [d] esse[3] profitentur, novum quoddam imperitorum et inauditum genus. Nam qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur : non illum quidem amplum, atque grandem ; subtilem et elegantem tamen, et qui in forensibus causis possit præclare consistere. Thucydides autem res gestas et bella narrat, et prælia, graviter sane, et probe : sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum,[4] et publicum. Ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras [e] abditasque sententias, vix ut intelligantur : quod est in oratione civili vitium vel maximum. 31. Quæ est autem in hominibus tanta perversitas, ut, inventis [f] frugibus, glande

[j] *Non usu probatum.* [k] *Thucydidis imitatores.*

fulgurare Crat. Manut. Lamb. Schutz. in ed. maj.—3 Verbum *esse* suspectum

NOTÆ

Æginetam alii dicunt, quidam etiam Ægyptium. Fuit facetissimus poëta veteris comœdiæ Græcæ: inimicitias exercuit cum Socrate, cujus personam in scena affatim deridendam multitudini præbuit. Floruit, Eusebio teste, Olympiade 85. annis ante Christum 440. De Pericle dicebat in Acharnensibus, ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα· *Fulgurabat, tonabat, permiscebat Græciam.*

[d] *Thucydidios*] Demosthenes tamen unum sibi Thucydidem imitandum proposuit, quem, ut refert Lucianus, octies manu sua descripsit. Immo cum incensa Atheniensi bibliotheca, simul periissent Thucydidis historiæ, ex auctore nescio quo scribit Arsenius, Monembasiæ episcopus, in apophthegmatis Græcis, unum Demosthenem, cum eas memoriter teneret, describendas curasse. Quam tamen narrationem commentitiam cum Vossio arbitramur. Verum Thucydidem ab oratore Tullius ablegat, quod cum egregia Demosthenis et aliorum suppeterent opera, pressum, concisum, et obscurum historicum, a forensi dictione alienum, ætate sua nonnulli sequerentur.

[e] *Obscuras*] Obscurus Thucydides, tum quia compressione rerum brevis est, ut ait Tullius in Bruto ; tum quia locutiones adhibet, quæ nisi conjectura intelligi non possunt, ut tradit Dionys. Halicarnasseus.

[f] *Ut, inventis*] Melioribus detectis,

vescantur? An victus hominum, Atheniensium beneficio [g] excoli potuit, oratio non potuit? Quis porro unquam Græcorum rhetorum [h] a Thucydide quicquam duxit? [l] At laudatus est ab omnibus: fateor: sed ita, ut rerum explicator prudens, severus,[5] gravis; non ut in judiciis versaret causas,[m] sed ut in historiis bella narraret. Itaque nunquam est numeratus orator. 32. Nec vero, si historiam non scripsisset, nomen ejus extaret,[n 6 i] cum præsertim fuisset honoratus et nobilis. Hujus tamen nemo neque verborum, neque sententiarum gravitatem imitatur: sed, cum mutila quædam, et hiantia locuti sunt,[o] quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas.[p 7] Nactus sum etiam qui Xenophontis similem esse se cuperet; cujus sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus.[q]

33. Referamus nos igitur [8] ad eum,[r] quem volumus, inchoandum, et eadem eloquentia informandum, quam

[l] *Imitando sumsit.* [m] *In foro causas ageret.*
[n] *Nomen ejus posteritati innotesceret.*
[o] *Decurtata et horrida aspero extremarum vocum cum insequentibus primis concursu.*
[p] *Credunt se eodem, quo Thucydides usus est, dicendi genere uti.*
[q] *Minime aptus judicialibus causis.* [r] *Oratorem.*

est Ernestio.—4 Lamb. *usum forensem.*—5 Schutz. e Bruto cap. 83. legit *sincerus.*—6 Ita codd. Ald. Junt. Crat. Mannt. Lallem. 'Recte: negatio sane requireretur, si esset *præsertim cum,* ut ceperunt ii, a quibus *non* intrusum est. Sed junge, *cum,* id est, quamvis, *fuisset honoratus præsertim.*' Orell. *non extaret* habent Lamb. Grut. Schutz.—7 Ita e libro vet. Rivius, Mannt. et Lamb. *Thucydidis* Ald. Junt. Crat.—8 *Referamus igitur nos* Guelf. 1. 2. et Schutz. in ed. maj. Mox, *et ea demum eloquentia* de Ernestii conjectura edidit Schutz.

NOTÆ

stulte deteriora eliguntur. Glandem nemo sapiens ad victum adhibeat frugibus inventis: nemo cum Demostheuem possit, Thucydidem imitetur.

[g] *Atheniensium beneficio*] Primos omnium Athenienses agriculturæ rationem a Triptolemo edoctos fuisse memoriæ proditum est.

[h] *Quis p. u. Græcorum rhetorum*] Demosthenes, ut mox exposuimus.

[i] *Nomen ejus extaret* [*non ext.*] Ita Lambini editiones, quod cum verbis sequentibus magis congruit; ut sententia sit: Nunquam Thucydides locum inter oratores habuit, celebris est tantum historici nomine: non continuo tamen si historiam non scripsisset, oblivioni fuisset traditus, siquidem et nobilitate et honoribus Athenis inclaruit. In aliis editionibus particula negans supprimitur.

in nullo cognovit Antonius. X. Magnum opus omnino et arduum, Brute, conamur: sed nihil difficile amanti puto. Amo autem, et semper amavi ingenium, studia, mores tuos. Incendor porro quotidie magis, non desiderio solum (quo quidem conficior)[s] congressus nostros, consuetudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam admirabili fama virtutum incredibilium,[1] quæ specie dispares, prudentia conjunguntur.[t] 34. Quid enim tam distans, quam a severitate comitas? Quis tamen unquam te aut sanctior[u] est habitus, aut dulcior? Quid tam difficile, quam in plurimorum controversiis dijudicandis ab omnibus diligi? consequeris tamen, ut eos ipsos, quos contra statuas,[v] æquos placatosque dimittas: itaque efficis, ut, cum gratiæ causa nihil facias, omnia tamen sint grata, quæ facis. [*p.* 200.] Ergo omnibus[2] terris, una Gallia[j] communi non ardet incendio:[w] in qua frueris ipse te, cum in Italiæ luce cognosceris,[x] versarisque in optimorum civium vel flore, vel robore. Jam quantum illud est, quod in maximis occupationibus[k] nunquam intermittis studia doctrinæ! semper aut ipse scribis aliquid, aut me vocas ad scribendum! 35. Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto:[y] quem ipsum nunquam attigissem, tempora timens inimica virtuti,[z] nisi tibi hortanti, et illius memoriam mihi caram

[s] *Non solum desiderio tui, cujus me torquet absentia.*
[t] *Quæ licet specie dissimiles sint, prudentia tua conjunguntur.*
[u] *Incorruptior.* [v] *Adversus quos fers sententiam.*
[w] *Toto imperio Romano sola Gallia quam administras pacifica est et tranquilla, expers bellorum civilium.*
[x] *Ex tuis virtutibus fructum colligis, cum in Italiæ celeberrima parte flores.*
[y] *Libro de laudibus Catonis Uticensis.* [z] *Cæsaris tyrannidem reformidans.*

CAP. X. 1 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. 'Et sic codd. aliquot habere videntur, cum e Guelff. et Oxon. nihil notetur.' *Orell.* *incredibili fama virtutum admirabilium* edd. vett. et Schutz. in ed. min. *admirabilium incredibili fama virtutum* Schutz. in ed. maj.—2 *Ergo ex omnibus* Lamb. et Schutz.

NOTÆ

[j] *Una Gallia*] Trajecturus in Africam Cæsar adversus Catonem et Scipionem, Bruto Galliam Cisalpinam magna illius provinciæ felicitate commisit. Plutarchus in M. Bruto.

[k] *In maximis occupationibus*] Adeo studio literarum deditum fuisse Brutum scribit Plutarchus, ut in castris daret operam legendis libris, et paulo ante Pharsalicam pugnam, aliis de eventu pugnæ solicitis, ipse Polybii Epitomen componeret.

excitanti, non parere nefas esse duxissem: sed testificor, me a te rogatum, et recusantem, hæc scribere esse ausum. Volo enim mihi tecum commune esse crimen, ut, si sustinere tantam quæstionem [a] non potuero, injusti oneris impositi tua culpa sit,[b] mea recepti:[c] in quo tamen judicii nostri errorem laus tibi dati muneris compensabit.[d]

XI. 36. Sed in omni re difficillimum est, formam (quæ [1] χαρακτὴρ Græce dicitur) exponere optimi: quod aliud aliis videtur optimum. Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum: Pacuvio, inquit alius; omnes apud hunc ornati, elaboratique sunt versus: multa [2] apud alterum [e] negligentius. Fac alium Attio:[f] varia enim sunt judicia, ut in Græcis:[g] nec facilis explicatio, quæ forma maxime excellat. In picturis alios horrida,[h] inculta, abdita,[i] et opaca: contra alios nitida, læta, collustrata delectant.[3] Quid est, quo [4] præscriptum [1] aliquod, aut formulam exprimas, cum in suo quodque genere præstet, et genera plura sint?[j] Hac ego religione [k] non sum ab hoc conatu repulsus:[5] existimavique, in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiamsi lateret: idque ab eo posse, qui ejus rei gnarus esset,[l] judicari. 37. Sed quoniam plura

[a] *Tam grave scribendi argumentum.*
[b] *Quod mihi tantum onus imposueris.* [c] *Quod tantum onus receperim.*
[d] *Ex hoc tibi dato munere quam percipiam laudem, ea compensabit vitium judicii nostri, quo argumentum viribus majus suscepimus.*
[e] *Ennium poëtam.*
[f] *Finge alium quempiam delectari Attio tragico poëta.*
[g] *In Latinis scriptoribus, ut in Græcis.*
[h] *Tabellæ quæ redolent antiquitatem.*
[i] *Frequentibus umbris subobscuræ.*
[j] *Objiciet aliquis: Quid est quod certam aliquam ac definitam eloquentiæ regulam statuas, cum multiplex sit eloquentiæ forma, et varia illius genera singula aliquid optimum habeant?*
[k] *Metu ne id mihi objiceretur.* [l] *Qui eam rem intelligeret.*

CAP. XI. 1 Ita codd. et Nor. Vide Bremium ad lib. de Fato p. 3. *quod* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *qui* Tulich. Lamb. Schutz. et Orell.—2 Lamb. *multo.* 'Memorabilis lectio.' *Orell.*—3 Ita Nor. Manut. Lamb. *alius n. l. c. delectatur* Venet. et Mediol. *alios n. l. c. delectat* Ald. Junt. Crat.—4 *Quid est*

NOTÆ

[1] *Præscriptum*] Literarum characteres prius scripti, quos ludi-magister pueris imitandos proponit.

sunt[m] orationum genera, eaque diversa, neque in unam formam cadunt omnia; laudationum, scriptionum,[6] et historiarum, et talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum,[n] multique alii, qui sunt nominati sophistæ,[o] reliquarumque rerum[7] formam, quæ absunt ab forensi contentione, ejusque totius generis, quod Græce ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod[8] quasi ad inspiciendum,[m] delectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore; non quo negligenda sit;[n] est enim illa quasi nutrix ejus oratoris, quem informare volumus,[o] et de quo molimur aliquid exquisitius dicere. XII. Ab hac et verborum copia alitur, et eorum constructio, et numerus liberiore quadam fruitur licentia. 38. Datur etiam venia concinnitati sententiarum:[p] et arguti, certique, et circumscripti verborum ambitus conceduntur: de industriaque, non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur, ut verba verbis quasi demensa[1] et paria respondeant, ut crebro conferantur pugnantia, comparenturque[2] contraria:[q] et ut pariter extrema terminentur,

[m] *Nunc non tractabo laudationes, argumenta ad exercitationem oratoriam proposita, historias, et suasiones, cujusmodi est Panegyricus Isocratis et plurimorum aliorum rhetorum, et reliquas ejusmodi orationes, quæ ad forum non pertinent, et versantur in genere demonstrativo, quod Græci appellant ἐπιδεικτικὸν, quod quasi ad ostentationem tantum factum sit.*

[n] *Forma illa orationum.* [o] *Cujus ideam proponere volumus.*

[p] *In illis dicendi generibus a forensi ratione alienis toleratur venustas sententiarum, conceduntur periodi.*

[q] *Ars minime latet: magno studio aperte et palam, non clam laborant ut verba priora posterioribus ex æquo respondeant, ut crebris utantur antithetis, et similiter desinentibus.*

quod Crat. et Lamb.—5 Lamb. *conatu depulsus.*—6 Lamb. et Lallem. *suasionum.* Mox, *historiarum* delendum censebat Lamb. Deinde, pro *suasionum,* Lamb. et Lallem. dant *scriptionum.*—7 Voc. *rerum* suspectum est Schutzio. Actutum, *formam* Lambinus transposuit ante *non complectar.*—8 Nor. *qua.*—9 Guelf. 1. 2. *non complector.*

CAP. XII. 1 Ita omnes codd. et edd. præter Lamb. et Orell. in quibus legitur *dimensa.*—2 Ita Manut. Grut. Schutz. et Orell. *conferant pugnantia,*

NOTÆ

[m] *Plura sunt*] Omnia tamen referuntur ad triplex genus, judiciale, deliberativum, et demonstrativum.

[n] *Panegyricum*] In quo elaborando decem aut etiam quindecim annos Isocratem consumsisse tradunt. Oratio ex suasione et laudatione mixta; cujus prima parte laudes Atheniensium persequitur, altera eosdem ad bellum regi Persarum inferendum impellit.

[o] *Sophistæ*] Dicuntur tum qui phi-

eundemque referant in cadendo sonum: quæ in veritate causarum [r] et rarius multo facimus, et certe occultius.[s] In Panathenaico [p] autem Isocrates ea [t] studiose consecutum [3] fatetur: non enim ad judiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat. 39. Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium, primum, et Leontinum ferunt Gorgiam; [4] Theodorum inde Byzantium, multosque alios, quos λογοδαιδάλους [u] appellat in Phædro [v] Socrates; quorum satis arguta [w] multa, sed ut modo primumque nascentia, minuta, et versiculorum [5] similia quædam, nimiumque depicta.[x] Quo magis sunt Herodotus, Thucydidesque mirabiles: quorum ætas cum in eorum tempora, quos nominavi, incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis, vel potius ineptiis, abfuerunt: alter enim sine ullis salebris,[y] quasi sedatus amnis fluit: alter incitatior fertur, et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum:[z] primisque ab his (ut ait Theophrastus) historia commota est, ut auderet uberius,

[r] *Cum veræ in foro aguntur causæ.*
[s] *Quam cum fictum aliquod ad exercitationem argumentum tractatur.*
[t] *Quæ auribus blandirentur.* [u] *Orationum artifices.*
[v] *In Platonis Dialogo qui inscribitur Phædrus.* [w] *Acuta.*
[x] *Ut sunt ea quæ primum nascuntur, numeri erant breviores, versiculorum instar concisi, et nimium ornati relatis, antithetis, contrariis, &c.*
[y] *Herodotus sine ulla duriore locutione.*
[z] *Thucydides vehementior est, et sonanti dictione in bellis describendis prope sonitum tubæ imitatur.*



comparentque Guelf. 1. 2. Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb.—3 Ita Guelf. 1. Venet. Mediol. Nor. *ea studiose consectatum* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Orell. *ea se studiose consectatum* Guelf. 2. et Lamb. *ea studio se consectatum* Schutz. *ea studiose se consecutum* suspicatus est Ernesti.—4 Lamb. *et Gorgiam Leontinum ferunt.*—5 Lamb. *et versicolorium.* Mox, pro *depicta*, Schutz. conj. *astricta.*

NOTÆ

losophiam, tum qui rhetoricam docent. Nomen fuit primo honorificum, deinde in invidiam abiit, ut sophistæ dicerentur, qui fallacibus conclusiunculis fictam quandam scientiæ speciem jactitarent.

[p] *Panathenaico*] Isocratis oratione sic appellata, vel quod habita fuerit Panathenæis solennibus feriis, vel quod Atheniensium omnia egregia facta, eorumque laudes ab ultima origine repetit. Eam orationem scripsit annos natus nonaginta quatuor, et in exordio fatetur Isocrates, juniorem se rhetorum flosculos studiosius conquisivisse.

quam superiores, et ornatius dicere.[a] XIII. 40. Horum ætati successit Isocrates, qui præter ceteros ejusdem generis laudatur semper a nobis, nonnunquam, Brute, leviter[1] et erudite repugnante te: sed cedas[2] mihi fortasse,[b] si, quid in eo laudem, cognoveris. Nam cum concisus ei Thrasymachus minutis[c] numeris videretur, et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba vinxisse;[d][3] Theodorus[4] autem præfractior,[e] nec satis (ut ita dicam) rotundus: primus instituit[f] dilatare verbis, et mollioribus numeris explere sententias. In quo cum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterunt, domus ejus officina habita eloquentiæ est. 41. Itaque ut ego, cum a nostro Catone laudabar, vel reprehendi me a ceteris facile patiebar: sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum judicia debere contemnere. Est enim (ut scis) quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens Socrates: 'Adolescens[q] etiam nunc, o Phædre, Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem? inquit ille.[g] Majore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur. Præterea ad virtutem major indoles: ut minime mirum futurum sit, si, cum ætate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum, quantum pueris, reliquis præstet omnibus, qui un-

[a] *Excitata est ad copiosius et ornatius dicendi genus, quam antea fuerat.*
[b] *Mecum fortasse laudabis Isocratem.* [c] *Brevioribus.*
[d] *Verba simul illigasse in periodorum formam.* [e] *Asperior.*
[f] *Isocrates incepit.* [g] *Phædrus.*



CAP. XIII. 1 Ita Nor. et Lamb. *leniter* ex codd. Schutz. et Orell.—2 'Bene Ernestius *cedas* substituit vulgato *credas*. Illud melius respondet verbo *repugnare*, quod præcessit. Idem, si quis malit *cedes*, quo ducit cod. V. qui habet *ciedes*, se repugnaturum negat. Idque mihi quoque hic aptius visum est.' *Schutz.*—3 Ita margo ed. 1584. Grut. et Orell. *junxisse* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. 'Nec fortasse mutandum fuit. Cf. § 68.' *Orell.*—4 'Hoc nomen reposui pro nomine *Thucydidis*, quod est in edd. Id nomen hic reponendum esse, dudum in Clave monui. Est enim hic tertius ex iis, quos ante nominarat. Thucydides non fuit in sophistis. Nonius in v. 'Rotundum' habet *Theodecies*; sed et hic alienus est ab h. l.' *Ernesti.* *Thucy-*

NOTÆ

[q] *Adolescens*] Locum hunc integrum transtulit e Phædro Tullius.

quam orationes attigerunt; aut, si contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu majora concupiscat. Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quædam.' Hæc de adolescente Socrates [5] auguratur. 42. At ea de seniore [h] scribit Plato, et scribit æqualis, et quidem exagitator omnium rhetorum: hunc miratur unum. [*p*. 201.] Me autem,[r] qui Isocratem non diligunt, una cum Socrate et cum Platone [6] errare patiantur. Dulce igitur orationis genus, et solutum,[i] et effluens,[7] sententiis argutum, verbis sonans, est in illo epidictico[j] genere: quod diximus proprium [8] sophistarum; [k] pompæ, quam pugnæ aptius; gymnasiis et palæstræ dicatum; [l] spretum et pulsum foro. Sed quod educata hujus nutrimentis eloquentia, ipsa se postea colorat et roborat,[m] non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Verum hæc,[9] ludorum, atque pompæ: nos autem jam in aciem dimicationemque descendamus.[n] [10]

XIV. 43. Quoniam tria videnda sunt oratori, quid dicat,[s] et quo quidque loco, et quomodo; dicendum omnino est,

[h] *De Isocrate qui tum erat senior.* [i] *Nullis salebris impeditum.*
[j] *Demonstrativo.* [k] *Dicendi magistrorum.*
[l] *Aptius ostentationi quam foro, destinatum scholis et umbratili exercitationi.*
[m] *Quia ab his elementis incipiens eloquentia, adolescit deinde et corroboratur.*
[n] *Sed hæc spectant genus exornativum, quod ad delectationem et ornatum adhibetur: veniamus ad genus judiciale, in quo cum adversariis quasi in acie certandum.*



dides Nor. Lamb. Grut.—5 *Hæc de adolescente Isocrate Socrates* Lamb.—6 *Socrate et Platone* Lamb.—7 Guelf. 2. *et affluens.*—8 'Schutz. conj. *est illud ἐπιδεικτικὸν, quod diximus, proprium.* Fortasse sufficiet, *est in illo ἐπιδεικτικῷ, quod diximus, proprium.* Cf. § 207. Dativis scil. Græcis pro ablativis Latinis, præsertim cum præpositione, ut aliter fieri nequibat, utitur etiam Cicero ad Attic. v. 21.' *Orell.*—9 *Verum hoc* Guelf. 1. 2.—10 Ita edd. vett. Venet. Mediol. et Orell. *veniamus* codd. Regii, ed. princ. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut.

NOTÆ

[r] *Me autem*] Simile quid de Isocrate sentit Fabius x. 1. 'Isocrates in diverso genere dicendi nitidus et comtus; et palæstræ quam pugnæ magis accommodatus, omnes dicendi veneres sectatus est: nec immerito; auditoriis enim se non judiciis compararat: in inventione facilis, honesti studiosus; in compositione adeo diligens, ut cura ejus reprehendatur.'

[s] *Quid dicat*] Quatuor hic eloquentiæ partes indicat: quid dicat orator, suggerit inventio; quo quidque loco, id præstat dispositio; modus dicendi elocutionem, et actionem spectat.

quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus, atque in tradenda arte dici solet: nulla præcepta ponemus (neque enim id suscepimus); sed excellentis eloquentiæ speciem et formam adumbrabimus: nec, quibus rebus ea paretur, exponemus; sed qualis nobis esse videatur. 44. Ac duo breviter prima: sunt enim non tam insignia ad maximam laudem, quam necessaria,[o] et tamen cum multis[t] pæne communia: nam et invenire, et judicare, quid dicas,[1] magna illa quidem sunt, et tanquam animi instar in corpore; sed propria magis prudentiæ, quam eloquentiæ: qua tamen in causa est vacua prudentia?[p][2] Noverit igitur hic quidem orator, quem summum esse volumus, argumentorum[u] et rationum locos.[q][3] 45. Nam quoniam, quicquid est, quod in controversia,[v] aut in contentione[4] versetur, in eo, aut sitne, aut quid sit, aut quale sit, quæritur: sitne, signis;[r] quid sit, definitionibus; quale sit, recti pravique partibus: quibus ut uti possit orator, non ille vulgaris, sed hic excellens, a propriis personis[w] et temporibus semper, si potest,

[o] *Inventionem et dispositionem explicabimus, quæ non magnam nobi afferunt laudem, licet sint omnino ad dicendum necessaria.*

[p] *Id fere præstant orationi, quod animus corpori; sed ad prudentiam pertinent potius, quam ad eloquentiam. Quanquam estne aliqua causa, in qua non requiratur prudentia?*

[q] *Locos rhetoricos, ex quibus eruuntur argumenta et rationes.*

[r] *Cognoscitur.*

Cap. xiv. 1 'Schutz. conj. ingeniose, *quid et quo loco dicas.*' Orell.—2 Ita codd. Ald. Junt. Grut. Schutz. et Orell. *qua enim in causa vacua est prudentia* Gryph. *qua enim in causa* etiam margo ed. Crat. *quæ tamen qua in causa vacua est prudentia* Melancthon, probante Ernesti; *quæ tamen causa est vacua prudentia* Manut. et Lamb.—3 Schutz. conj. *actionum locos.*—4 Nizolius

NOTÆ

[t] *Cum multis*] Nulla fere est ars, nulla disciplina, in qua necesse non sit invenire et disponere quid dicas.


[u] *Argumentorum*] De quibus in Topicis agemus.

[v] *Quod in controversia*] Quælibet controversia ad triplicem causæ statum refertur. Si quod objicitur negas, conjecturæ status est, in quo signis et indiciis res facta sit, necne, investigandum. Si quod ante factum est fateris, sed negas eam vim nominis habere, quam adversarius criminatur, status est definitionis: causa definitionibus opportune adhibitis discutienda. Si neque factum neque nomen dubium est, sed jure factum contendis, utendum notione recti et pravi.

[w] *A propriis personis*] Verbi gratia,

avocat controversiam: latius enim de genere, quam de parte disceptare licet;[s] ut, quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse. 46. Hæc igitur quæstio a propriis personis et temporibus, ad universi generis orationem[5] traducta, appellatur 'thesis.'[6 x] In hac Aristoteles adolescentes, non ad philosophorum morem tenuiter disserendi,[t] sed ad copiam rhetorum, in utramque partem, ut ornatius et uberius dici posset,[7] exercuit: idemque locos[y] (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio. XV. 47. Facile igitur hic noster, (non enim declamatorem aliquem de ludo,[u] aut rabulam de foro,[v] sed doctissimum[w] et perfectissimum quærimus,) quoniam loci certi traduntur, percurret omnes, utetur aptis, generatim dicet:[1 z] ex quo emanant etiam, qui communes appellantur loci:[r] nec vero utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet[2] et seliget: non enim semper, nec in omnibus causis, ex iisdem[3] eadem

[s] *Copiosius disserere possumus de genere, quam de parte generis.*
[t] *Acute disputandi.* [u] *De schola.*
[v] *Imperitum causidicum.* [w] *Oratorem.*
[x] *A propriis personis ac temporibus ad universi generis tractationem transferet orationem.*



et in contentione.—5 Nizol. et Purgold. *rationem.*—6 *Græce appellatur θέσις* edidit Schutz. *appellatur thesis* Nor. Ald. Junt. 'Græcis literis erat scribendum.' *Orell.*—7 Ita Gryph. Lamb. Schutz. et Orell. *possit* ceteri.

Cap. xv. 1 Ita Lamb. in marg. ed. 1584. Lipsius Var. Lectt. ii. 7. et e codd. Ernesti; *dicat* unus Oxon. et al. *utetur aptis generatim, discet ex quo* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. in ed. 1566. *percurrat . . .utatur a. q. discet* al. ap. Orell. Mox, pro *emanant*, Lamb. et Grut. habent *emanent.* Ceterum, *utetur a. g. dicet: ex q. emanant e. q. c. a. loci,* quasi spuria, uncis inclusit Schutz.—2 'Schutz. conj. *sed idonea exquiret.* Fortasse, *sed idonea excerpet.*'

NOTÆ

exagitandus sit Catilina; non tantum ejus conjurationi insistendum, verum etiam in genere multa dicenda adversus eos qui patriæ ruinam moliuntur. Ex quo latior disserendi campus aperitur.

[x] *Thesis*] Quæstio infinita et generalis, thesis; certis temporibus, locis ac personis definita, hypothesis appellatur.

[y] *Locos*] Topicorum libros octo scripsit Aristoteles.

[z] *Generatim dicet*] Lectionem Lipsii secuti sumus. In aliis editionibus habetur, *utetur aptis generatim, discet ex quo emanent etiam qui communes appellantur loci.*

argumentorum momenta sunt.[y] 48. Judicium igitur[4] adhibebit: nec inveniet solum quid dicat, sed etiam expendet. Nihil enim est[5] feracius ingeniis, iis præsertim, quæ disciplinis exculta sunt. Sed ut segetes fœcundæ et uberes, non solum fruges, verum herbas etiam effundunt[6] inimicissimas frugibus; sic interdum ex illis locis, aut levia quædam, aut causis aliena, aut non utilia gignuntur; quorum ab oratoris judicio delectus magnus adhibebitur. 49. Alioqui quonam modo[7] ille in bonis hærebit et habitabit suis? aut molliet dura,[z] aut occultabit quæ dilui non poterunt, atque omnino opprimet, si licebit,[a] aut abducet animos?[b] aut aliud afferet, quod oppositum probabilius sit, quam illud, quod obstabit?[8] 50. Jam vero ea, quæ invenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus.[c] Vestibula[d] nimirum honesta, aditusque ad causam faciet illustres: cumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit, excludetque contraria;[e] de firmissimis[f] alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora.[g] Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset, summatim breviterque descripsimus. XVI. Sed, ut ante dictum est, in his partibus[h] (etsi graves atque magnæ sunt) minus et artis est, et laboris. 51. Cum autem, quid et quo loco dicat, invenerit, illud est longe maximum, vi-

[y] *Aliorum in aliis causis pondus est argumentorum.*

[z] *Nisi judicium adhibeat orator, quomodo insistet in argumentis suæ causæ utilibus? aut dura mitigabit, quæ possent offendere sive judices, sive eum, pro quo dicit?*

[a] *Dissimulabit, aut omnino supprimet, si liceat, ea quæ refutari non poterunt, quasi illa vel essent extra causam, vel ut leviora contemneret.*

[b] *Ab iis quæ causæ nocent, ad ea quæ prosunt.*

[c] *Ex tribus oratoris partibus, secunda est dispositio.* [d] *Exordia.*

[e] *Cum in judicum animos sese prima orationis parte insinuaverit, refutabit suæ causæ contraria.*

[f] *Argumentis.* [g] *Argumenta leviora media interponet.*

[h] *In inventione et dispositione.*

Orell.—3 Lamb. *nec ex iisdem.*—4 *Judicium ergo* Lamb.—5 Ita Manut. Grut. *Nihil enim,* omisso *est,* Guelf. 2. Ald. Junt. Crat. Lamb. *Nihil est enim* Schutz. et Orell. Mox, *his præsertim* Lamb.—6 Lamb. *etiam herbas effundunt.*—7 Ita Crat. Gryph. Lamb. *adhibebitur alioqui modo* Grut. *adhibebitur. Quonam modo* codd. aliquot et edd. vett. Mediol. Ald. Junt. Manut. Mox, *ut molliet dura, ut o. . . . ut abducet a. aut,* &c. Lamb.—8 Ernestius conj. *obstet,* vel *obstabat.*

dere, quonam modo. Scitum est[i] enim, quod Carneades noster[a] dicere solebat, Clitomachum[b] eadem dicere,[j] Charmadam[c] autem eodem etiam modo dicere.[k][1] Quodsi in philosophia tantum interest,[l] quemadmodum dicas, ubi res spectatur, non verba penduntur; quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio?[m] 52. Quod quidem ego, Brute, ex tuis literis sentiebam, non te id scitari,[2] qualem ego in inveniendo et in collocando summum esse oratorem vellem, sed id mihi quærere videbare, quod genus ipsius orationis optimum judicarem. Rem difficilem, Dii immortales! atque omnium difficillimam. Nam cum est oratio mollis, et tenera, et ita flexibilis, ut sequatur,[d] quocumque torqueas; tum et naturæ variæ, et voluntates, multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. 53. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est,[n] qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Distincta alios et interpuncta[3] intervalla, moræ, respirationes-

[i] *Elegans est.*
[j] *Easdem semper sententias invenire, eodemque modo collocare.*
[k] *Uno eodemque stylo, simili semper orationis forma.*
[l] *Tanti est momenti.* [m] *In quibus præcipuam vim habet oratio.*
[n] *Alii delectantur oratione continua et volubili.*



Cap. xvi. 1 ' Locus ridicule corruptus. Quis est enim *Carneades* ille *noster*, qui æqualis fuerat Catonis Censorii? Quid Carneades dicere poterat de Clitomacho et Charmada post obitum ejus natis? Tum, *eadem dicere* quocum tandem? Equidem lego, *quod Chamadas noster dicere solebat, Clitomachum eadem dicere et Carneadem, Carneadem autem quodam etiam modo dicere.* Omnes codd. Nor. Junt. Crat. Manut. habent *Carneadem autem;* pravoque loco Victor. Steph. Lamb. 1566. Ernesti, et Schutz. ei substituere *Charmadam.* Margo ed. 1584. et Grut. *Charmidam.* Egregia est conjectura Schutzii, *quodam etiam.* Is, quod necessarium non erat, præterea *dicere* in fine expunxit.' *Orell.*—2 Unus Oxon. *sciscitari.*—3 Lamb. *alios interpuncta,*

NOTÆ

[a] *Carneades noster*] Ciceronis ac Bruti familiaris, junior quam celebris ille philosophus novæ Academiæ princeps, qui divina quadam celeritate ingenii dicendique copia præstabat.

[b] *Clitomachum*] De quo lib. I. de Orat. § 45.

[c] *Charmadam* [*Charmidam*] Locum hunc, quo perperam legebatur *Carneadem,* restituit Victorius. Charmidas autem philosophus fuit Academicus, quem nonnulli tradunt quartam Academiam cum Philone instituisse, uti refert Sextus Pyrrhoniarum Hypotyposeon I. 33.

[d] *Ut sequatur*] Eadem oratio, pro varia verborum collocatione, erit aut clara, aut obscura, aut lenis et æquabilis, aut dura et hiulca.

que delectant.[o] Quid potest esse tam diversum? tamen est in utroque aliquid excellens. Elaborant alii in lenitate[4] et æquabilitate, et puro quasi quodam et candido genere dicendi. Ecce aliqui[5] duritatem et severitatem quandam verbis, et orationis quasi mœstitiam sequuntur; quodque paulo ante divisimus,[p] ut alii graves, alii tenues, alii temperati vellent videri; quot orationum genera esse diximus,[6] totidem oratorum reperiuntur.

XVII. 54. Et, quoniam cœpi jam cumulatius hoc munus augere, quam a te postulatum est, (tibi enim tantum de orationis genere[q] quærenti respondi etiam breviter de inveniendo et collocando,[1]) [*p.* 202.] ne nunc quidem solum de orationis modo dicam, sed etiam de actionis:[r] ita prætermissa pars nulla erit:[s] quandoquidem de memoria nihil est hoc loco dicendum, quæ communis est multarum artium. 55. Quo modo autem dicatur, id est in duobus, in agendo, et in eloquendo.[t] Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia, cum constet e voce atque motu.[2] Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maxime voce commoventur. Itaque ille perfectus,[3] quem jamdudum nostra indicat oratio, utcumque[u] se affectum videri et animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum: de quo plura dicerem, si hoc præcipiendi tempus esset, aut si tu hoc quæreres: dicerem etiam de gestu, cum quo junctus est vultus: quibus omnibus, dici

[o] *Alii delectantur oratione concisa, crebris interpunctionibus distincta, quæ non uno spiritu pronuntietur.*
[p] *Observavimus cum oratorum genera divideremus.*
[q] *De forma elocutionis.*
[r] *Non solum de elocutione, sed etiam de actione tractabo.*
[s] *Quæ ad eloquentiam spectet.*
[t] *Ratio dicendi consistit in duobus, actione scilicet et elocutione.*
[u] *Quocumque modo.*

omissa conjunctione.—4 Ita Lamb. 1566. 1584. et Grut. *alii lenitate*, omisso *in*, codd. cum edd. vett. Ald. Junt. Crat. Manut. Steph. *alii levitate* Nor. *lævitate* haud improbat Lamb.—5 Ita Manut. et Grut. *Ecce alii* Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb.—6 'Transposui verba *divisimus* et *diximus*; nam *divisimus* minus bene refertur ad *vellent videri*.' Schutz.

CAP. XVII. 1 Hæc, *tibi e. t. t. de o. g. q. r. e. b. de i. et collocando,* suspecta sunt Schutzio in ed. maj.—2 'Venet. *et voce et motu*. Pro *cum* puto legendum esse *quæ*; est enim definitio non ratio.' *Ernesti.*—3 *Itaque perfectus ille*

vix potest, quantum intersit, quemadmodum utatur orator. 56. Nam et infantes,[v] actionis dignitate,[e] eloquentiæ sæpe fructum tulerunt: et diserti, deformitate agendi,[w] multi infantes putati sunt: ut jam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas, et secundas, et tertias[x] actioni. Si enim eloquentia nulla sine hac,[y] hæc autem sine eloquentia, tanta est; certe plurimum in dicendo potest. Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet, et contenta[z] voce, atrociter dicere; et submissa, leniter; et inclinata,[a] videri gravis; et inflexa,[b] [4] miserabilis. 57. Mira est enim quædam natura vocis; cujus quidem, e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi,[c] tanta sit, et tam suavis varietas perfecta in cantibus. XVIII. Est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior,[f] non hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus,[1] pæne canticum;[d] sed ille, quem significat Demosthenes et Æschines, cum alter alteri objicit[g] vocis

[v] *Minime diserti.* [w] *Cum carerent venustate actionis.*
[x] *Primum, secundum, et tertium locum.* [y] *Actione.*
[z] *Vehementi.* [a] *Media inter acrem et lenem sonum.*
[b] *Mutata ab acuto sono ad gravem.*
[c] *Primo qui temperatus sit acuto et gravi, secundo qui sit acutus, tertio qui gravis.*
[d] *Non ille cantus, quo agrestes e Phrygia et Caria rhetores utuntur in perorationibus, qui similis est cantilenæ.*

Lamb. sed cf. § 59. et 61.—4 '*Flexa*] Sic correxi vulgatum *inflexa;* nam in miserationibus auctor utitur voce flexa et 'circumducta.' Cf. Quintil. XI. 3. 170. Aliud est, cum dicitur de Orat. II. 46. 193. 'inflexa ad miserabilem sonum voce.' Neque vero hic commode poneretur *inflexa*, quod statim sequitur *inflexo*, alia significatione.' *Schutz.*

CAP. XVIII. 1 'Sana hæc credo, etsi duri nescio quid habent. *rhetorum* (sc. cantus,) *quorum epilogus pæne canticum* conj. Ernesti. *Caria, rhetorum epilogis p. c.* Manut. Sed ita deberet esse: *non hoc e Phr. et C. rhetorum in*

NOTÆ

[e] *Actionis dignitate*] Consule quæ sub finem lib. III. de Orat. in notis observavimus de actione.

[f] *Cantus obscurior*] Cum præstantissimis oratoribus Demostheni atque Æschini placuerit, quis eum improbet? Ait tamen Fabius XI. 3. cantum illum obscuriorem naturali vitio venire, seque ex omnibus actionis vitiis cantum minime ferre posse.

[g] *Cum alter alteri objicit*] Objiciebat Æschines, Ὅλως δὲ τί δάκρυα; τί ἡ κραυγή; τί ὁ τόνος τῆς φωνῆς; *Denique quorsum lacrymæ? quorsum vociferatio? quorsum vocis contentio?* Hoc reponebat Demosthenes: Εἶτ' ἐπὶ τούτῳ τῷ καιρῷ ῥήτωρ ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ πνεῦμα, ἐφάνη, καὶ πεφω-

flexiones.[e] Dicit[2] plura etiam Demosthenes, illumque sæpe dicit voce dulci et clara[h] fuisse. 58. In quo illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendæ[f] suavitatis in vocibus. Ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem,[g] in omni verbo posuit acutam vocem,[i] nec una plus,[j] nec a postrema[k] syllaba ultra[3] tertiam;[h] quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria.[i] 59. Ac vocis quidem bonitas optanda est; non est enim in nobis: sed tractatio atque usus in nobis. Ergo ille princeps[j] variabit et mutabit; omnes[4] sonorum, tum intendens,[k] tum remittens,[l] persequetur gradus: idemque motu sic utetur, nihil ut supersit[m] [5] in gestu. Status erectus et celsus: rarus incessus, nec ita longus: excursio moderata, eaque rara: nulla mollitia cervicum, nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus ca-

[e] *Vitiosas.* [f] *Adhibendæ.*
[g] *Quasi numerum ac modum daret orationi hominum.*
[h] *Neque plus una acuta voce, neque ultra antepenultimam.*
[i] *Labor ac sedulitas oratoris.* [j] *Orator ille præstantissimus.*
[k] *Acuta et elata voce.* [l] *Gravi et depressa voce.*
[m] *Redundet.*

epilogis p. c.' Orell.—2 '*Dicit* sine dubio vitiosum est, et ex altero membro repetitum: quod et sensit Lambinus, qui repetit *objicit*, quod est sane aptius. Sed melius intelligetur, deleto *dicit*.' Ernesti. *flexiones. Objicit plura Æschini Demosthenes* conj. Lamb. in ed. 1566. *flexiones: et huic plura etiam Demosthenes* conj. Schutz.—3 Ernestius recepit *ultra* pro *citra*, quod recte improbavit Spaldingius ad Quintil. I. 5. 30.—4 Lamb. *et omnes*.—5 Schutz. e

NOTÆ

νασκηκὼς καὶ συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους, συνείρει τούτους σαφῶς καὶ ἀπνευστί. Deinde hac occasione rhetor repente ex quiete ut turbo prodiit, et ubi cantitavit, et selegit verba et orationes, eas claro nec interrupto spiritu continuat.

[h] *Voce dulci et clara*] Æschinem eximia voce valuisse cum aliunde, tum ex Demosthenis oratione de Falsa Legatione patet.

[i] *Posuit acutum vocem*] Ea syllaba, quæ notatur accentu, aliquanto elatius efferri debet, aliæ depressius; ex quo suavis quædam modulatio.

[j] *Nec una plus*] Nisi forte sequatur enclitica particula, quæ in ultimam præcedentem syllabam semper apud Latinos accentiunculam rejicit: 'Córporáque clypeíque.' Apud Græcos quandonam encliticæ notas vocum immutent, aut rejiciant, docent grammatici.

[k] *Nec a postrema*] Aurium id judicio probatur: 'impróbitas,' 'relígio,' &c.

dens:[n] trunco magis toto se ipse moderans,[o] et virili laterum flexione, brachii projectione in contentionibus, contractione in remissis. 60. Vultus vero, qui secundum vocem[p] plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venustatem? in quo cum effeceris, ne quid ineptum, aut vultuosum sit,[q] tum oculorum est quædam magna[6] moderatio. Nam ut imago est animi, vultus; sic indices oculi; quorum et hilaritatis, et vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt.[r]

XIX. 61. Sed jam illius perfecti oratoris et summæ eloquentiæ species exprimenda est: quem hoc uno excellere id est oratione, cetera[1] in eo latere, indicat nomen ipsum. Non enim inventor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia, sed et Græce ab eloquendo ῥήτωρ,[l] et Latine eloquens dictus est. Ceterarum enim rerum, quæ sunt in oratore, partem aliquam[m] sibi quisque vindicat: dicendi autem, id est eloquendi, maxima vis soli huic conceditur. 62. Quanquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt,[n] (siquidem et Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit, et Aristoteles Isocratem[o] ipsum

[n] *Non sit cervicum mollis hinc et inde inflexio, nec celeres digitorum motiones, quales in præstigiatoribus esse solent; non inflectantur articuli quasi ad numerum, quod tibicines usurpant.*
[o] *Corporis trunco potius, quam ceteris partibus motum temperet.*
[p] *Post vocem.*
[q] *Triste ac severum, aut ridiculæ mutationi ac contortioni obnoxium.*
[r] *Oculi vel læti, vel tristes sint, ut exigent res de quibus agetur.*

conjectura, *nihil ut desit, aut supersit.* Vid. Quintil. IX. 4. 84.—6 Lamb. *est magna quædam.*

CAP. XIX. 1 '*Excellere, cetera*] Vulgo additur *id est oratione;* nempe glossandus est.

NOTÆ

[l] Ῥήτωρ] Ab inusitato ῥῶ, *dico,* unde ῥήσω, *dicam,* ἔῤῥηκα, *dixi,* ῥῆμα, *vocabulum,* ῥῆσις, *oratio.*

[m] *Partem aliquam*] Inventionem ac dispositionem rerum sibi vindicant philosophi, mathematici, et alii.

[n] *Ornate locuti sunt*] Id si præstitere, materies fuit philosophorum: ornatus ipse verborum oratoris putandus est.

[o] *Aristoteles Isocratem*] Aristoteles motus Isocratis rhetoris gloria dicere cœpit et adolescentes docere, vulgato illo, ut aiunt, versu ex Philocteta usus: Αἰσχρὸν σιωπᾷν μὲν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾷν λέγειν· *Turpe est tacere, et Isocratem pati dicere.*

lacessivit,[s] et Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt: et longe omnium, quicumque scripserunt aut locuti sunt, extitit et gravitate princeps[2] Plato) tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac forenses habet.[t] 63. Loquuntur[3] cum doctis, quorum sedare animos malunt, quam incitare: sic de rebus placatis,[p] ac minime turbulentis, docendi causa, non capiendi,[u] loquuntur: ut in eo ipso, quod delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus nonnullis, quam necesse sit, facere videantur. Ergo ab hoc genere[v] non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, secernere. 64. Mollis est enim oratio philosophorum, et umbratilis, nec sententiis, nec verbis instructa popularibus, nec vincta[4] numeris, sed soluta liberius: nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum:[w] casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Itaque sermo potius, quam oratio, dicitur.[5] Quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprie[6] signata nomine est. 65. Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos

[s] *Dicendi facultate provocavit.*
[t] *Non nervorum robore contendit, non aculeis pungit.*
[u] *Fallendi adversarii causa.* [v] *Philosophico.*
[w] *Non concitat audientium iram, non invidiam, non amplificat atrocitatem alicujus facti, non conciliat admirationem, non tendit laqueos adversario.*

semate in ordinem recepto.' *Schutz.*—2 Ita codd. plerique et edd. vett. Ald. Junt. Crat. Manut. 'Vulgo pessima omissione, *extitit et gravitate princeps.* Nizolius quidem legit, *extitit et copia dicendi et gravitate princeps.* Lamb. in marg. ed. 1584. *et ubertate et gravitate.* Præstat autem quod Gruterus ex codd. eruit, *et suavitate et gravitate.*' Schutz. Sic legit Orell. 'Si *et* intelligas *etiam*, nihil desit. Nempe Theophrastus et Isocrates copia et suavitate, Plato etiam gravitate excelluit.' *Ernesti.*—3 '*Sic .... loquuntur*] Ita Junt. et Grut. *sic* et *loquuntur* omisit Guelf. 1. non male. Jam olim hæserunt in *sic.*' Orell. Hinc Schutzius conj. *quam incitare, de rebus placatis ... capiendi: ut, &c.* Crat. et Lamb. *si quidem de rebus;* Manut. *sed de rebus.*—4 'Sic edidi pro vulgato *juncta;* quia est proprium in ea re et perpetuum Ciceronis verbum, quod et accurate verbo *soluta* opponitur.' *Ernesti.* Sic etiam Guelf. 1. Manut. et Lamb. *juncta* Nor. Ald. Junt. Crat.—5 Guelf. 1.

NOTÆ

[p] *De rebus placatis*] De virtute ac vitio, de summo bono, de rerum causis et effectis, quæ philosophorum in scholis tractantur.

adhibet orator in causis, persequi.[x] Sed hoc differunt, quod, cum sit his[y] propositum non perturbare animos,[z] sed placare potius; nec tam persuadere, quam delectare; et apertius7 id faciunt,[a] quam nos, et crebrius: concinnas magis sententias exquirunt, quam probabiles:[q] a re sæpe discedunt,[r] intexunt fabulas,[s] verba apertius transferunt,[t] eaque ita disponunt, ut pictores varietatem colorum: paria paribus[u] referunt, adversa contrariis, sæpissimeque similiter extrema definiunt. XX. 66. Huic generi historia finitima est, in qua et narratur ornate, et regio sæpe aut pugna describitur: interponuntur etiam conciones et hortationes: [p. 203.] sed in his tracta[b] quædam et fluens expetitur, non hæc contorta[c] et acris oratio. Ab his[d] non multo secus, quam a poëtis, hæc eloquentia, quam quærimus, sevocanda est: nam etiam poëtæ quæstionem attulerunt,[e] quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus: nu-

[x] *Oratores, et qui rhetoricam docent, sunt aliquo modo similes: observandum tamen, quid in illa similitudine sit discriminis. Sophistæ utuntur iisdem figuris, quæ adhibentur ab oratoribus.*
[y] *Sophistis.* [z] *Non excitare motus animorum.*
[a] *Verborum ac sententiarum figuras afferunt.* [b] *Æquabili stylo deducta.*
[c] *Magna animi contentione habita.* [d] *Historicis.*
[e] *Effecerunt ut dubitaremus.*

dicetur.—6 Ita de conjectura sua Ernesti; reliqui *proprio.*—7 'In codd. et edd. est *apertius.* Sensus tamen postulat *audacius.* Sic c. 59.' *Schutz.* 'At malim *altius,* ut § 82.' *Orell.*

NOTÆ

[q] *Concinnas magis s. e. quam probabiles*] Talis est hæc Latini Pacati sententia in Panegyrico Theodosio § 39. 'Recte profecto germana illa pictorum poëtarumque commenta, Victoriam finxere pennatam, quod hominum cum fortuna euntium non cursus est, sed volatus.'

[r] *A re sæpe discedunt*] Isocrates in Encomio Helenæ plura prope dicit præter rem quam ad rem. In exordio reprehendit rhetores qui inepta tractant argumenta, et in sophistas invehitur: tum fuse excurrit in Thesei laudes.

[s] *Intexunt fabulas*] Quales de heroicis Thesei et Herculis factis in eodem Encomio Helenæ scripsit Isocrates.

[t] *Verba apertius transferunt*] Sic Ausonius in Gratiarum Actione ad Gratianum Augustum: 'Tua hæc verba sunt a te mihi scripta, solvere te quod debebas, et adhuc debere quod solveris. O mentis aureæ dictum bracteatum!'

[u] *Paria paribus*] Quorum frequentiora sunt exempla, quam ut opus sit hic referre.

mero maxime videbantur antea, et versu: nunc apud oratores jam ipse numerus increbruit.[f] [1] 67. Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu, (nam id quidem orationis est vitium[v]) numerus[w] vocatur, qui Græce ῥυθμὸς dicitur. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur, et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëma putandum, quam comicorum poëtarum; apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis: nec tamen id est poëtæ maximum; etsi est eo laudabilior,[g] quod virtutes oratoris persequitur,[2] cum versu sit astrictior.[h] 68. Ego autem, etiamsi quorundam[i] grandis et ornata vox est poëtarum, tamen in ea[3] cum licentiam statuo majorem esse, quam in nobis, faciendorum jungendorumque verborum,[x] tum etiam nonnullorum voluptati[4] vocibus magis, quam rebus[j] inserviunt. Nec vero, si quid est unum inter eos[k] simile, (id autem est judicium, electioque

[f] *Usitatus est.* [g] *Poëta comicus.*
[h] *Oratoris instar imitatur sermonem quotidianum, cum tamen versuum legibus astringatur.*
[i] *Heroicorum et tragicorum.* [j] *Sententiis.*
[k] *Oratores et poëtas.*

CAP. XX. 1 Ita Lamb. Grut. et Schutz. *increbuit* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Orell.—2 Nor. *prosequitur.*—3 Schutz. in ed. maj. conj. *in iis.*—4 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Orell. *tum etiam nonnullorum voluntati* codd. Regii, et al. cum edd. ante Ald. *tum etiam voluptati* Lamb. in ed. 1566. *tum etiam auditorum voluptati* idem in marg. ed. 1584. *tum etiam nonnulli*

NOTÆ

[v] *Orationis est vitium*] In quod Ciceronem nonnunquam incurrisse, inferius ostendemus.

[w] *Numerus*] Duplex est; oratorius, qui ῥυθμός· poëticus, qui μέτρον appellatur. Definitio numeri a Cicerone allata, et oratorio convenit, et poëtico. Numerus oratorius est modus quidam orationis ex pedibus permixtis, quibus constat, apta ratione nascens. Sic numerosa est hæc Ciceronis sententia in Oratione pro Ligario, 'Nihil habet, Cæsar, nec fortuna tua majus, quam ut possis, nec natura melius, quam ut velis servare quamplurimos.'

[x] *Faciendorum jungendorumque verborum*] Magna poëtarum in fingendis vocibus licentia. Lucilius cochleam teste Cicerone appellabat, 'Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.' Arietem Laberius 'reciprocicornem,' 'lanicutem,' &c.

verborum,[5]) propterea ceterarum rerum dissimilitudo intelligi non potest: sed id nec dubium est, et, si quid habet quæstionis,[l] hoc tamen ipsum ad id, quod propositum est, non est necessarium. Sejunctus igitur orator a philosophorum eloquentia,[6] a sophistarum, ab historicorum, a poëtarum, explicandus est[7] nobis, qualis futurus sit.

XXI. 69. Erit igitur eloquens (hunc enim, auctore Antonio, quærimus) is, qui in foro, causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare, necessitatis est; delectare, suavitatis; flectere, victoriæ: nam id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi; subtile in probando, modicum[m] in delectando, vehemens in flectendo: in quo uno vis omnis oratoris est. 70. Magni igitur judicii, summæ etiam facultatis esse debebit moderator ille, et quasi temperator hujus tripartitæ varietatis:[n] nam et judicabit, quid cuique opus sit; et poterit, quocumque modo postulabit causa, dicere. Sed est eloquentiæ, sicut reliquarum rerum, fundamentum, sapientia.[o] [y] Ut enim in vita, sic in oratione, nihil est difficilius, quam, quid deceat, videre: πρέπον appellant hoc Græci: nos dicamus sane decorum: de quo præclare, et multa[1] præcipiuntur, et res est cognitione dignissima. Hujus ignoratione non modo in vita, sed sæpissime et in poëmatis,[2] [z] et in oratione pecca-

[l] *Controversiæ.* [m] *Temperatum.*
[n] *Is cujus est officium triplex illud dicendi genus accommodare ad varia argumenta.*
[o] *Magna prudentia.*



aurium voluptati Schutz. ingeniose, inquit Orell.—5 'Vulgo additur, *id autem est judicium, electioque verborum,* quod est glossatoris emblema.' *Schutz.*—6 Margo ed. 1584. *a philosophorum locutione.* Gothofr. conj. legendum vel *locutione,* vel *loquentia.*—7 'Orator 'explicari' non sane bene dicitur, saltem duriuscule. Credo Ciceronem scripsisse *explicandum est.* Lapsus causa in promtu est.' *Ernesti.*

CAP. XXI. 1 Strebæus, *de quo et præclare multa,* quod recepit Schutz. Contra Goerenz. ad lib. de Fin. pag. 33. *et* ante *multa* delendum censet. Cf.

NOTÆ

[y] *Sapientia*] Horatius in Arte: 'Scribendi recte sapere est et principium et fons.'

[z] *In poëmatis*] An ubique servet decorum Homerus, viderint perpetui ejus admiratores. Certe Iliados li-

tur. 71. Est autem, quid deceat, oratori videndum, non in sententiis solum, sed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna,[a] non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec vero locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum: semperque in omni parte orationis, ut vitæ, quid deceat, est considerandum: quod et in re, de qua agitur, positum est, et in personis et eorum qui dicunt, et eorum qui audiunt. 72. Itaque hunc locum, longe et late patentem, philosophi solent in officiis tractare, non cum de recto ipso disputant, (nam id quidem unum est,[p] [3]) grammatici in poëtis,[q] eloquentes [4] in omni et genere et parte causarum. Quam enim indecorum est, de stillicidiis [b] cum apud unum judicem dicas, amplissimis verbis et locis uti communi-

[p] *Quod est rectum, aliquid unum est: decorum autem multiplex.*
[q] *Grammatici, cum explicant poëtas, disserunt de decoro.*

Beier. Offic. tom. II. p. 111.—2 Cod. Reg. 7703. *in poëmatibus.*—3 Hæc, *non cum de r. i. d. n. id q. u. est,* uncis inclusit Schutz. Sed vide Beier. Offic. tom. I. p. 318.—4 '*Rhetores*] Sic rescripsi pro vulg. *eloquentes;* loquitur

NOTÆ

bro A, heroës, arreptis e trivio maledictis, se mutuo lacessunt. Lib. Λ, Ajax, post magnam cladem illatam excedens ex prælio, comparatur cum asino, quem ex segetibus, quas populatur, pueri fustibus expellunt. Lib. Ψ, Antilochus multis versibus equos ad cursum hortatur exemplo aliorum equorum, et comminatione mortis, si vincantur. Passim Jupiter Junoni et ceteris Diis convicium facit. Quid dicam de Odyssea, ubi inducitur Ulysses apud Phæacas ebrius et cum mendicabulo pugnis et calcibus decertans? Hæc et alia decent heroëm?

[a] *Non enim omnis fortuna*] 'Nec tantum quis, et pro quo, sed etiam apud quem dicas, interest. Facit enim et fortuna discrimen, et potestas: nec eadem apud principem, magistratum, senatorem, privatum tamen tantum ratio est; nec eodem sono publica judicia, et arbitrorum disceptationes, aguntur .... Tempus quoque, ac locus, egent observatione propria. Nam et tempus tum lætum, tum triste, tum liberum, tum angustum est. Atqui ad hæc omnia componendus orator. Et loco publico, privatone; celebri, an secreto; aliena civitate, an tua; in castris denique, an foro dicas, interest plurimum, ac suam quidque formam, et proprium quendam modum eloquentiæ poscit.' Quintil. XI. 1.

[b] *De stillicidiis*] Multiplex esse potest actio. Nam est recipiendi stillicidii servitus, qua vicinus pati cogitur, ut aqua pluvia per stillas ex tecto meo in ædes suas defluat. Item fluminis excipiendi servitus, qua ferre cogitur, ut aqua eadem in alveum canalemve recepta, in suas ædes cum impetu labatur.

bus;[r] de majestate populi Romani submisse[s] et subtiliter![5] XXII. Hic genere toto. At persona alii peccant, aut sua, aut judicum, aut etiam adversariorum; nec re solum, sed sæpe verbo:[1 c] etsi sine re nulla vis verbi est, tamen eadem res sæpe aut probatur, aut rejicitur, alio atque alio elata verbo. 73. In omnibusque rebus videndum est, quatenus:[t] etsi enim suus cuique modus est,[d] tamen magis offendit nimium,[e] quam parum. In quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis.[u] Magnus est locus hic,[v 2] Brute, quod te non fugit, et magnum volumen aliud desiderat: sed ad id, quod agitur, illud satis. Cum hoc decere, (quod semper usur-

[r] *Adhibere sublime et magnificum dicendi genus.*
[s] *Tenui et presso genere uti.* [t] *Quousque progrediendum sit.*
[u] *Quis sit modus in picturis adhibendus.*
[v] *Copiosa esset disputatio de decoro.*

enim Cicero de magistris eloquentiæ, non de oratoribus.' *Orell.*—5 Lamb. in marg. ed. 1584. conj. *et subtiliter dicere.*

Cap. xxii. 1 Ita Nor. Manut. Schutz. Orell. *sæpe etiam verbo* Ald. Junt. Crat. Lamb. Mox, *etsi enim sine re* Lamb. Schutz. Orell. *enim* omittunt Nor. Junt. Crat. Manut.—2 'Vulgo, *Magnus esset locus hic.* Ernesti post Strebæum, *Magnus est locus hic.* Guelf. 1. 2. habent *esset*, idque ab Heusingero defenditur hoc sensu: *Magnus esset locus hic,* nisi aliud ageremus.' *Schutz.* 'Recte: *magnus esset locus hic*, si enim hoc loco pertracturi essemus, et *revera* aliud volumen *desiderat.*' Orell. *Magnus est et hic locus* Gryph.

NOTÆ

[c] *Sæpe verbo*] Exempli gratia: verbum hoc quod judices exasperasset, 'servi Milonis interfecerunt Clodium,' sic emollit Cicero in Miloniana § 29. 'Cum Milonem occisum etiam ex ipso Clodio audirent, et ita esse putarent; fecerunt id servi Milonis, (dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est,) neque imperante, neque sciente, neque præsente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.' Quæ sententia ex Demosthenis oratione contra Midiam expressa est, ut observarunt eruditi. Vide Abramum in Milonianam.

[d] *Suus cuique modus*] Juxta illud Horatii: 'Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra, citraque, nequit consistere rectum.'

[e] *Magis offendit nimium*] In mediocritate virtus consistit, cui extrema duo opponuntur, alterum defectu, alterum, ut aiunt, excessu, v. g. sic fortitudo metum inter et temeritatem media est. Minus offendit quod parum, quia propius abesse videtur a moderatione, quæ virtus est. Vitium est, at quadam virtutis umbra coloratum.

pamus in omnibus dictis et factis, minimis et maximis,[3]) cum hoc, inquam, decere dicamus, illud non decere, et id usquequaque,[w] quantum sit, appareat; in alioque ponatur, aliudque totum sit, utrum decere, an oportere dicas;[x]
74. (oportere enim, perfectionem declarat officii, quo et semper utendum est,[y] et omnibus: decere, quasi aptum esse, consentaneumque tempori et personæ; quod cum in factis sæpissime, tum in dictis valet, in vultu denique, et gestu, et incessu;) contraque item dedecere:[z] (quod si poëta fugit[f] ut maximum vitium, qui peccat etiam, cum probam orationem affingit improbo, stultove sapientis; si denique pictor ille[g] vidit,[a] cum immolanda Iphigenia[h] tris-

[w] *In omnibus locis, temporibus, ac personis.*
[x] *In alia dissertatione quæratur, et aliud omnino sit id quod oportet fieri et id quod decet fieri.*
[y] *Ostendit aliquid rectum, quod nemo bonus possit omittere.*
[z] *Indecorum.* [a] *Fugiendum indecorum.*

Magnus esset hic locus Lamb.—3 Beier. Offic. tom. I. p. 135. conj. *dictis factis, minimis maximis.* 'Locus hic, usque ad finem capitis, est difficilis ad intelligendum, propter crebras, longiores etiam parentheses, vulgo non animadversas, nec in libris notatas. Sunt autem tres: prima in principio, *quod semper ... maximis;* altera, *oportere enim ... incessu;* tertia, *quod si ... putemus:* quæ maxime fefellit: eam indicat *sed,* quod post parentheses est pro igitur, inquam. In ejus principio *quod si,* non est argumentantis, sed pro, quod negotium, sc. *τὸ dedecere.* Series sententiæ est: *Cum hoc* (aliud) *decere dicamus* (sic enim scribendum, quia sequitur *et ... appareat*) *hoc* (aliud) *dedecere,* idque magnum sit usquequaque; aliud porro *decere* et *oportere,* item contra *dedecere* (idque fugiant omnes artifices): sequitur oratorem et in causis totis et in partibus videre debere quid deceat, et genus dicendi rebus accommodare. Ceterum in *si denique pictor,* scribendum *deinde,* nam post est, *si denique histrio:* item *cum immolanda Iph.* videtur excidisse *in.*' Ernesti. 'Hæc, *dicimus, illud non decere et id,* Lambinus auctoritate codd. recte delevit; misere enim turbant sententiarum nexum; *hoc decere* substantive accip. *τοῦτο τὸ πρέπειν,* s. *πρέπον.* Glossema cum in v. *non decere* pro *dedecere,* tum maxime in v. *dicimus* esse prodit, quod occultaverunt Ernesti et Schutz. *dicamus* de conjectura scribentes.' *Orell.*

NOTÆ

[f] *Si poëta fugit*] Sermonem cuique pro suo statu accommodandum a poëta monet Horatius in Arte: 'Intererit multum Davusne loquatur, an heros, Maturusne senex, an adhuc florente juventa Fervidus, an matrona potens, an sedula nutrix, Mercatorne vagus, cultorve virentis agelli, Colchus, an Assyrius, Thebis nutritus, an Argis.'

[g] *Pictor ille*] Timanthes pictor ingeniosissimus, cujus est tabella Iphigeniæ stantis ad aras et perituræ. De qua Plin. XXXV. 10.

[h] *Iphigenia*] Agamemnonis et Clytemnæstræ filia, quæ oraculi jussu a

tis Calchas esset, mœstior Ulysses, mœreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari; si denique histrio, quid deceat, quærit: quid faciendum oratori putemus?) sed, cum hoc tantum sit; quid in causis earumque quasi membris faciat, orator viderit. Illud quidem perspicuum est, non modo partes orationis, sed etiam causas totas, alias alia forma dicendi esse tractandas.

XXIII. 75. Sequitur, ut cujusque generis nota quæratur, et formula:[b] magnum opus, et arduum, ut sæpe jam diximus: sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus: nunc quidem jam, quocumque feremur, danda nimirum vela sunt.[c] Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum. 76. [p. 204.] Submissus est, et humilis, consuetudinem imitans, ab indisertis re plus, quam opinione, differens. Itaque eum qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere: nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem[1] videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus.[d] [i] Etsi enim non plurimi sanguinis[j] est, habeat tamen succum aliquem oportet, ut, etiamsi illis maximis viribus careat, sit (ut ita dicam) integra valetudine. 77. Primum igitur eum tanquam e vinculis numerorum eximamus. Sunt enim quidam[2] (ut scis) oratori[3] numeri (de quibus

[b] *Cujusque generis, gravis, tenuis, ac temperati character examinetur.*
[c] *Sub initium disputationis nobis proponenda fuit idea cujuscumque generis universim spectati, quod minus arduum fuit: nunc de singulis generibus, quorum explicatio difficilior, in omnem eventum habenda dissertatio.*
[d] *Minus imitabile.*



Cap. XXIII. 1 Lamb. *quidem illa.*—2 *Sunt enim quidem* Lamb.—3 Ita Nor. ed. 1584. et Grut. *oratorii* unus Oxon. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb.

NOTÆ

patre immolanda ope Dianæ translata est in Tauricam regionem. Chalcas Græcorum sacerdos. Ulysses rex Ithacæ, cujus artibus abducta fuerat a matre Iphigenia. Menelaus frater Agamemnonis.

[i] *Nihil est experienti minus*] Tale est illud dicendi genus, quale carmen, de quo loquitur Horatius in Arte: 'Ut sibi quivis Speret idem: sudet multum frustraque laboret Ausus idem.'

[j] *Non plurimi sanguinis*] Comparatur orationis illa subtilitas cum cor-

mox agemus) observandi, ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi: solutum quiddam sit,[k] nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. Verba etiam verbis quasi coagmentare[e] negligat. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, et quod indicet non ingratam negligentiam, de re, hominis, magis quam de verbis, laborantis. 78. Sed erit videndum de reliquis, cum hæc duo ei liberiora fuerint, circuitus, conglutinatioque verborum.[f] Illa enim ipsa contracta et minuta non negligenter tractanda sunt; sed quædam etiam negligentia est diligens:[l] nam ut mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas[4] id ipsum deceat; sic hæc subtilis oratio etiam incomta delectat. Fit enim quiddam in utroque, quo sit venustius, sed non ut appareat. Tum removebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarum:[m] ne calamistri[n] quidem adhibebuntur. 79. Fucati vero medicamenta candoris et ruboris[g] omnia repellentur: elegantia modo, et munditia[5] remanebit. Sermo purus erit, et Latinus: dilucide planeque dicetur: quid deceat, circumspicietur. XXIV. Unum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus, ornatum illud,[1] suave et affluens: acutæ crebræque senten-

[e] *Connectere.*
[f] *Periodus et compositio verborum.* [g] *Arcessitus ornatus.*



'Lectio admodum memorabilis.' *Orell.* Mox, *hiatus et concursus vocalium* C. Julius Victor Maii p. 99.—4 Ita unus codex ap. Ernesti, item Ald. Junt. Lamb. *quasi* codd. aliquot ap. Grut. edd. vett. et Nor. 'Male: litera ultima adhæsit e sequente verbo. Si *quasi* verum esset, sensus præcedentis non esset perfectus, legendumque foret *laudantur*, aut simile quid.' *Ernesti.* Mox, *delectabit* de sua conjectura Schutz. in ed. maj.—5 Al. in marg. ed. 1584. *munditiies.*

CAP. XXIV. 1 Lamb. *ornamentum illud;* nescio quis ap. Orell. *oratorium*

NOTÆ

pore parum robustæ, sed tamen sanæ temperationis.

[k] *Solutum quiddam sit*] Scite Quintilianus, 'Laxius vinculum, potius quam nullum.'

[l] *Negligentia est diligens*] Nocet aliquando nimia diligentia. Apelles Protogenem arguebat, quod nesciret manum de tabella tollere.

[m] *Margaritarum*] Margaritæ lapilli candidi in conchis nascuntur; a Latinis 'uniones' appellati, quod nulli duo reperiantur indiscreti. Plin. IX. 35.

[n] *Calamistri*] Vide notas in Brutum § 262.

tiæ ponentur, et nescio unde ex abdito erutæ,[h] atque in hoc oratore dominabuntur. 80. Verecundus erit usus oratoriæ [i] quasi supellectilis. Supellex [2] est enim quodammodo nostra, quæ est in ornamentis, alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum, duplex: unus simplicium, alter collocatorum.[j] Simplex probatur in propriis usitatisque verbis,[k] quod aut optime sonat, aut rem maxime explanat: in alienis, aut translatum, aut sumtum [3] aliunde,[o] ut mutuo: aut factum ab ipso, aut novum: aut priscum, et inusitatum. Sed etiam inusitata, ac prisca, sunt in propriis; nisi quod raro utimur. 81. Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat,[p] manente sententia. Nam sententiarum ornamenta, quæ permanent, etiamsi verba mutaveris, sunt illa quidem permulta, sed, quæ emineant, pauciora. Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, et in transferendis verecundus,[l] et parcus in priscis; reliquisque [4] ornamentis et verborum et sententia-

[h] *Ex quadam interiore doctrina depromtæ.*
[i] *Parce utendum oratoriis ornamentis illustrioribus.*
[j] *Unus est verborum seorsim spectatorum, alter verborum in orationis serie positorum.*
[k] *In verbis, quæ prope cum ipsis rebus videntur nata.* [l] *Subtimidus.*

illud. Mox, *ponentur, nescio, &c.* Lamb.—2 *Simplicium* Schutz. de sua conjectura. Mox, *aut optime sonant ... explanant* Lamb. Vulgo ante Schutz. et Ernesti *explanat. In alienis, &c.*—3 Ita de conjectura legit Ernesti; *aut factum* codd. cum edd. vett. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *et sumtum* Lamb. Schutz. et Orell. Mox, *aut mutuo* Nor. Ald. Junt. Crat. *ut mutuum* Lamb. Deinde, pro *aut novum*, quod habent codd. omnes, Nor. Ald. Junt. Crat. *et novum* legunt Schutz. et Orell. *ut novum* Manut. et Lamb. Cf. in toto h. l. de Orat. III. 38.—4 Sic distinguunt codd. aliquot, Riv. Grut.

NOTÆ

[o] *Aut translatum, aut sumtum* [*factum*] *aliunde*] Rectius sane legeretur, *aut translatum, et sumtum aliunde, ut mutuo.* Quis enim nescit translatum omne verbum esse factum, aut potius sumtum aliunde? Hæc est porro hujus loci sententia: Aliena verba, modo translata sunt, et mutuo aliunde accepta, cum quod non habeas, aliunde sumas; multa enim necessitas genuit inopia coacta. Sic dicimus 'luxuriem segetum,' 'lætas segetes,' 'sitientes agros,' &c. Modo facta sunt ab ipso verbo, unde derivantur, ut 'expectorare,' 'grandiloquus,' &c. Consule sis nostras in lib. III. de Orat. § 153. notas, ubi eadem fere exponuntur.

[p] *Verbis mutatis non maneat*] Vide lib. III. de Orat. § 201.

rum demissior: translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum: siquidem est eorum, 'gemmare vites,[m] sitire agros,[n] [5] lætas[o] esse segetes, luxuriosa frumenta.'[p] 82. Nihil horum parum audacter:[6] sed aut simile est illi, unde transferas; aut, si res suum nullum habet nomen,[q] docendi causa sumtum, non ludendi,[r] videtur. Hoc ornamento liberius paulo, quam ceteris, utetur hic submissus;[s] nec tam licenter tamen, quam si genere dicendi uteretur amplissimo. XXV. Itaque illud indecorum (quod quale sit, ex decoro debet intelligi) hic quoque apparet, cum verbum aliquod altius transfertur,[t] idque in oratione humili ponitur, quod idem in alia deceret.[1] 83. Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat his luminibus, quæ Græci, quasi aliquos gestus[u] orationis, σχήματα appellant,[v] (quod idem verbum ab his etiam in sententiarum ornamenta transfertur,) adhibet quidem hic subtilis, (quem, nisi quod solum, ceteroquin recte quidam[2] vocant Atticum,[w]) sed paulo parcius. Nam, sicut[3] in epularum[q] apparatu, a magnificentia recedens, non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet; eliget,[4] quibus utatur. 84. Sunt enim pleræque aptæ[5] hujus ipsius

[m] *Cum primum edunt pampinum.*
[n] *Cum pluviis deficientibus exarescunt.* [o] *Cum sunt copiosæ.*
[p] *Cum herbarum copiam justo majorem emittunt.*
[q] *Non habet proprium, sed aliunde translatum, nomen.* [r] *Delectandi.*
[s] *Orator, qui versatur in tenui dicendi genere.*
[t] *Ex re aliqua remotiori petitum.* [u] *Habitus.*
[v] *Σχήματα vocant etiam figuras sententiarum.*
[w] *Quem recte quidam appellant Atticum, sed non recte solum Atticum.*

Orell. *et parcus; in priscis reliquisque* Junt. Crat. Manut. Lamb.—5 Ita Junt. Crat. Manut. Lamb. *lascivire agros* Guelf. aliique codd. ap. Le Clerc item Venet. Nor. Schutz. Orell. probantibus Ernestio et Schneidero.—6 Schutz. correxit *partum audacter.*

Cap. XXV. 1 Schutz. de conjectura sua in ed. maj. *alta deceret.* 'Recte omnino.' *Orell.*—2 Ita Venet. Mediol. Ald. Junt. Lips. Gryph. Schutz. Orell. *recte quidem* Grut. et al. ante Ernesti.—3 Mediol. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Gryph. *Nam si ut;* Lamb. *Nam sic ut.* 'In vulgata *Nam sicut* interpungendum post *Nam,* ut fecimus.' *Ernesti.*—4 Lamb. *eligetque.*—5 Sic

NOTÆ

[q] *Sicut in epularum*] Sententia est: Qui subtile dicendi genus usurpat, in eloquentiæ apparatu nec sit sordidus, nec magnificus, sed elegans.

oratoris, de quo loquor, parsimoniæ. Nam illa, de quibus ante dixi, huic acuto [x] fugienda sunt, paria paribus relata,[r] et similiter conclusa,[s] eodemque pacto cadentia: et immutatione literæ [t] quasi [6] quæsitæ venustates; ne elaborata concinnitas, et quoddam aucupium delectationis [y] manifesto deprehensum appareat. 85. Itemque si quæ verborum iterationes [u] contentionem aliquam, et clamorem requirent, erunt ab hac submissione [z] orationis alienæ: ceteris [a] promiscue poterit uti; continuationem verborum modo relaxet, et dividat,[b] utaturque verbis quam usitatissimis, translationibus quam mollissimis: etiam illa sententiarum lumina assumat,[7] quæ non erunt vehementer illustria. Non faciet rempublicam loquentem,[c] nec ab inferis mortuos excitabit, nec acervatim multa frequentans, una complexione devinciet.[d] Valentiorum hæc laterum sunt,[e] nec ab hoc, quem informamus, aut expectanda, aut postulanda; erit enim ut

[x] *Oratori, qui sectatur tenue dictionis genus.* [y] *Venatio delectationis.*
[z] *Ab hoc tenui dicendi genere.* [a] *Verborum iterationibus.*
[b] *Periodis utatur, sed brevioribus, et concisis.*
[c] *Non adhibebit prosopopœiam.* [d] *Unica amplificatione exaggerabit.*
[e] *Hæc spectant oratores majoris spiritus.*

codd. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. 'Locus corruptus, necdum sanatus vel a Lamb. *sunt enim pleraque apta*, quod idem in mentem venit Ernestio; sed saltem deberet esse, *Sunt tamen;* vel a Schutzii conjectura, *Non sunt enim peræque apta;* qua in lectione desideratur v. *omnia*, nec convenit negatio cum v. *ipsius*. Melius omissa negatione dedisset, *Sunt enim peræque* (ut in epulis illis parcis quidem, sed elegantibus tamen) *apta* (quædam, non omnia),' *&c.* Orell.—6 'Lamb. delet *quasi*, quod sane melius abesset, ac fortasse inter verba *quoddam* et *aucupium* transponendum.' *Schutz.* Mox, *manifeste* Lamb.—7 Ita omnes codd. et edd. præter Lamb. Schutz. et Orell. in

NOTÆ

[r] *Paria paribus relata*] Πάρισον Græci dicunt, cum membrum unum alteri prope ex æquo respondet. Cujusmodi est istud Ciceronis ad Quint. Fr. II. 11. 'Tu vero ut me et appelles, et interpelles, et obloquare, et colloquare velim.'

[s] *Similiter conclusa*] Cum voces simili sono clauduntur: ut in illis versiculis ab Hadriano imperatore moriente, ut refert Spartianus, compositis: 'Animula, vagula, blandula, Hospes comesque corporis, Quæ nunc abibis in loca Pallidula, rigida, nudula; Nec, ut soles, dabis jocos.'

[t] *Immutatione literæ*] Quale est illud Ovidii de Arte lib. II. 'Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.'

[u] *Iterationes*] Qualis est hæc, Catilin. I. § 4. 'Vivis: et vivis, non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.'

voce, sic etiam oratione suppressior.[f] 86. Sed pleraque ex illis convenient etiam huic tenuitati;[g] quanquam iisdem ornamentis utetur horridius:[h] talem enim inducimus. Accedet[8] actio non tragica, nec scenæ, sed modica jactatione corporis, vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere,[i] sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidque pronuntient. XXVI. 87. [p. 205.] Huic generi[v] orationis aspergentur etiam sales,[j] qui in dicendo nimium[1] quantum[k] valent: quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis: utetur utroque; sed altero in narrando aliquid venuste, altero in jaciendo, mittendoque ridiculo:[2] cujus genera plura sunt: sed nunc aliud agimus.[w] 88. Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit; nec subobscœno, ne mimicum;[3] nec petulanti, ne improbum; nec in calamitatem, ne inhumanum; nec in facinus, ne odii locum risus occupet; neque aut sua persona, aut judicum, aut tempore alienum: hæc enim ad illud indecorum referuntur. 89. Vitabit etiam quæsita, nec ex tempore ficta, sed domo allata:[l] quæ plerumque sunt frigida. Parcet et amicitiis, et dignitatibus: vitabit insanabiles contumelias:[m] tantummodo

[f] *Minus elatus.*
[g] *Huic tenui dicendi generi.* [h] *Negligentius.*
[i] *Os et vultum distorquere.* [j] *In hoc dicendi genere miscebuntur joci.*
[k] *Maxime.* [l] *Prius meditata.*
[m] *Convicia, quæ sequuntur implacabiles inimicitiæ.*



quibus legitur *assumet.*—8 Ita Lamb. Schutz. et Orell. *Accedit* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut.

CAP. XXVI. 1 Lamb. *mirum.*—2 Schutz. de conjectura, *remittendoque ridiculo.*—3 Codd. et edd. ante Ald. *inimicum;* Junt. et recentt. *ne mimicum.*

NOTÆ

[v] *Huic generi*] Jocos ad subtile et infimum dicendi genus hic refert Tullius; in quo a se ipse dissentit. Scilicet, alibi triplex oratoris esse munus statuit: docere, quod ad orationem attenuatam; delectare, quod ad temperatam; permovere, quod ad grandem pertinet. Et qui lib. II. de Orat. sales et jocos ad illud dicendi genus revocat, cujus est delectare; idem nunc eos infimo orationis generi attribuit.

[w] *Nunc aliud agimus*] De risu et salibus fuse disputatum lib. II. de Orat.

adversarios figet, nec eos tamen semper, nec omnes, nec omni modo: quibus exceptis sic utetur sale[4] et facetiis, ut ego ex istis novis Atticis talem cognoverim neminem, cum id certe sit vel maxime Atticum.[n] 90. Hanc ego judico formam submissi oratoris, sed magni tamen, et germani[o] Attici: quoniam, quicquid est salsum[p] aut salubre in oratione,[5] id proprium Atticorum est; e quibus tamen non omnes faceti: Lysias satis, et Hyperides, Demades præter ceteros fertur. Demosthenes minus habetur; quo quidem mihi nihil videtur urbanius: sed non tam dicax[q] fuit, quam facetus.[r] Est autem illud acrioris ingenii,[s] hoc majoris artis.[t]

91. Uberius est aliud,[u] aliquantoque[6] robustius, quam hoc humile, de quo dictum est; submissius autem, quam illud, de quo jam dicetur, amplissimum. Hoc in genere, nervorum vel minimum, suavitatis[7] autem est vel plurimum. Est enim plenius, quam hoc enucleatum;[v] quam autem illud ornatum,[x] copiosumque, submissius. XXVII. Huic[w] omnia[1] dicendi ornamenta conveniunt, plurimumque est, in hac orationis forma, suavitatis. 92. In qua multi floruerunt apud Græcos: sed Phalereus Demetrius meo

[n] *Ineptioribus jocis exceptis, liberales adhibebit facetias, quibus qui utatur ex illis, qui se novos Atticos gloriantur, novi neminem.*
[o] *Veri.* [p] *Acutum et commodum.*
[q] *In jaciendo mittendoque ridiculo.* [r] *In oratione lepide texenda.*
[s] *Esse dicacem.* [t] *Esse facetum.*
[u] *Dicendi genus mediocre et temperatum.* [v] *Tenue et subtile.*
[w] *Huic temperato generi.*

Lips. pariter *mimicum* habet, sed *nec* pro *ne*, ut Venet. Gryph.—4 'Margo ed. 1584. *salibus;* cujus generis multa, ut hoc, innocentissimo Gothofredo tribuuntur.' *Orell.*—5 Ita codd. Ald. Junt. Manut. Cf. Quintil. VI. 3. 18. *quicquid est sanum in oratione* Lamb. Actutum, *id proprie Atticorum* unus Oxon.—6 'Vet. Car. Stephani *multoque,* cujus variæ lectiones hinc demum incipiunt, cum Guelf. 3. fere consentientes.' *Orell.*—7 'Schutz. de conjectura *sanguinis:* ingeniose. Vet. Steph. *non minimum suavitas, haud scio si vel plurimum;* ex quo vides v. *suavitatis* probabiliter pro corrupto habuisse Schutzium. Hinc Lamb. 1566. *nervorum est vel minimum, suavitatis haud scio an plurimum.*' Idem.

NOTÆ

[x] *Ornatum*] Cur grandem orationis characterem Cicero vocat ornatum, cum ornatus omnium dicendi generum communis sit?

judicio præstitit ceteris; cujus oratio cum sedate placideque loquitur,[2] tum illustrant eam, quasi stellæ quædam, tralata verba, atque immutata. Tralata ea dico, ut sæpe jam,[x] quæ per similitudinem ab alia re[3] aut suavitatis[y] aut inopiæ causa transferuntur; mutata,[4] in quibus pro verbo proprio subjicitur aliud,[z] quod idem significet, sumtum ex re aliqua consequenti. 93. Quod quanquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit,[a] cum dixit Ennius 'arcem et urbem orbas:'[y] [5] alio modo, si pro patria arcem dixisset: et 'horridam Africam terribili tremere tumultu' cum dicit, pro Afris immutat Africam.[6] Hanc hypallagen[7] [b] rhetores, quia quasi submutantur verba pro verbis; metonymiam[c] grammatici vocant, quod nomina transfe-

[x] *Dixi.* [y] *Romam et Capitolium civibus viduatum.*

CAP. XXVII. 1 *Huic fere omnia* conj. Schutz.—2 Purgold. conj. *labitur*, prob. Beier ad Offic. tom. I. p. 274. *loquitur* defendit Walch. Emend. Liv. p. 204. Mox, pro *tralata*, al. habent *translata*.—3 'Codd. Regii omnes, *ad aliam rem*. Recte, puto; cf. de Orat. III. 42.' *Orell.*—4 '*Immutata* Schutz. de conjectura: probabiliter.' *Idem.* Mox *proprio* omittunt Guelf. 3. et Vet. Steph. *verbo proprio proprium subjicitur* Schutz. Cf. de Orat. III. 42.—5 Ita codd. plerique, edd. vett. Nor. Ald. Junt. '*Arce et urbe orbam*] Sic dedi ego. Ex Tusc. III. 19. constat Andromachæ verba fuisse hæc, *Arce et urbe orba sum*, quod ipsum receperunt Lamb. et Schutz. At cum sequentem quoque Ennii versum oratione obliqua laudet, patet veram, quam ascivi, lectionem latere in corruptela. Guelf. 3. et Vet. Steph. *eramus arcent urbem orbam.*' Orell.—6 'Locus corruptus. Sic Nor. Junt. Crat. Manut. *si pro patria arcem et urbem dixisset* Lamb. quo supplemento nihil opus est. Vet. Steph. *si patriam arceret dixisset*; Pall. duo, *ardent urbem orbam; alio modo si patriam ardere dixisset*; quod placebat Grutero et Ernestio. Sed nemo dum vidit, verba sic fere transponenda esse, *cum dixit E. arce et urbe orbam, pro patria arcem dicens; et alio modo horridam Africam,' &c.* Idem. Pro *immutat* duo codd. habent *immutate*, probante Grutero.—7 Hanc

NOTÆ

[y] *Aut suavitatis*] Ad ornatum spectant hæ translationes, 'inflammatus ira,' &c. ad necessitatem, 'gemmæ' in vitibus, 'divortium' in uxore, &c.

[z] *Subjicitur aliud*] Ut si pro Afris Africam dixeris.

[a] *Alio modo transtulit*] Alia est translatio cum sumit Ennius 'arcem' pro Capitolio, alia si sumeret 'arcem' pro patria. Primus translationis modus refertur ad synecdochen, qua genus ponitur pro specie; alter ad metaphoram, qua propter similitudinem res una substituitur alteri: ut enim arx et defendit et defendi debet, sic patria cives tuetur, eamque singuli debent tueri. Damus fortasse plusculum conjecturæ; sed quid aliud in evolvendis veterum fragmentis expectes?

[b] *Hypallagen*] Ὑπαλλάττειν est *submutare*. Vid. lib. IV. Heren. § 43.

[c] *Metonymiam*] Μετωνυμία est *transnominatio*, nominis pro nomine posi-

runtur. 94. Aristoteles autem translationi[d] hæc ipsa subjungit, et abusionem,[e] quam κατάχρησιν vocant:[z] ut, cum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod decet.[8] Jam cum fluxerunt plures continuæ tralationes,[9] alia plane fit oratio. Itaque genus hoc[a 10] Græci appellant ἀλληγορίαν,[f] nomine recte; genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat. Hæc frequentat[b] Phalereus maxime, suntque dulcissima: et quanquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes[c] nusquam crebriores. 95. In idem genus orationis (loquor enim de illa modica ac temperata) verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum:[d] latæ eruditæque disputationes ab eodem explicantur,[e 11] et loci communes sine contentione dicuntur. Quid multa? e philosophorum scholis tales fere evadunt:[f 12] et, nisi coram erit comparatus ille fortior, per se hic, quem dico, probabitur. 96. Est enim quoddam etiam insigne,[13]

[z] *Aristoteles hypallagen, metonymiam, et catachresin comprehendit nomine metaphoræ.*

[a] *Continuatam translationem.* [b] *His translationibus crebro utitur.*

[c] *Hypallage et metonymia.*

[d] *Omnes verborum, et multæ sententiarum figuræ.*

[e] *A Demetrio Phalereo habentur dissertationes philosophicæ.*

[f] *Quales Demetrius; et orator, qui in hoc genere eleganter versabitur, placebit ut summus orator, nisi cum eo comparetur Demetrius, qui facile princeps est.*

ὑπαλλαγὴν Schutz. et Orell. Mox, *quasi summittantur* Steph.—8 Ita Steph. et Lamb. *licet* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut.—9 Duo codd. Gruteri, et Gryph. *confluxerunt plures continuæ translationes;* Lamb. *cum f. continuæ plures translationes;* Guelf. 3. *confluxerunt continuo plures translationes.*—10 *Itaque hanc* conj. Schutz.—11 Ita plerique codd. et edd. *explicabuntur* Guelf. 3. et Orell. prob. Heusing. et Schutz. Mox, *dicentur* Guelf. 2. Schutz. et Orell. probante Heusinger. *dicuntur* Junt. Crat. Manut. *inducuntur* Lamb.—12 Guelf. 3. et Vet. Steph. *evadent.*—13 'Sic Camer. Steph. Grut. Verum *etiam*, quod ego uncis inclusi, suspectum est, tum quod sedes ejus variat, tum quod non de alio, sed de præcedente omnino genere sermo est.' *Orell. Est enim*

NOTÆ

tio. De qua consule notas in lib. III. de Orat. § 166.

[d] *Translationi*] Translationis, seu metaphoræ, nomen ab Aristotele latius sumtum fuisse, patet vel ex uno hoc loco libri de arte poëtica cap. 21. Hunc consule.

[e] *Abusionem*] De qua diximus lib. IV. ad Heren. § 45.

[f] 'Αλληγορίαν] Consule lib. IV. ad Heren. § 46.

et florens[g] orationis, pictum, et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum e sophistarum fontibus[g] defluxit in forum; sed spretum a subtilibus,[h] repulsum a gravibus,[i] in ea, de qua loquor, mediocritate consedit.

XXVIII. 97. Tertius est ille amplus, copiosus, gravis, ornatus, in quo profecto vis maxima est. Hic est enim, cujus ornatum dicendi et copiam admiratæ gentes, eloquentiam in civitatibus plurimum valere passæ sunt; sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno, sonituque ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent. Hujus eloquentiæ est tractare animos, hujus omni modo permovere: hæc modo perfringit; modo irrepit in sensus: inserit novas opiniones, evellit insitas. 98. Sed multum interest inter hoc dicendi genus et superiora. Qui in illo subtili et acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret, nec quicquam altius cogitaret, hoc uno perfecto, magnus orator est, si non maximus; minimeque in lubrico versabitur,[j] et, si semel constiterit,[k] nunquam cadet. Medius ille autem, quem modicum et temperatum voco, si modo suum illud satis instruxerit, non extimescet[1] ancipites dicendi incertosque casus:[l] etiam, si quando minus succedet, ut sæpe fit, magnum tamen periculum non adibit: alte enim cadere non potest.[m] 99.

[g] *Ex rhetorum scholis.* [h] *Qui tenue dicendi genus sequuntur.*
[i] *A grandiloquis.* [j] *Non est periculum, ne ex alto gradu decidat.*
[k] *Si semel pedem fixerit in tenui dicendi genere.*
[l] *Si suum orationis genus necessariis ornamentis illustraverit, non timebit casus, quibus expositi sunt, qui magnifico characteri student.*
[m] *Qui non est in alto gradu, ex alto cadere non potest.*

etiam quoddam Nor. *Est enim quoddam et insigne* Manut. *Est autem quoddam etiam insigne et fl. orationis pictæ et expolitæ genus* suspicabatur Heusinger. *orationis* Lamb. transposuit ante v. *genus.*

CAP. XXVIII. 1 Ita Guelf. 3. Vet. Steph. et Lamb. *extimescit* Nor. Ald.

NOTÆ

[g] *Florens*] Quadruplicem statuit orationis characterem Demetrius, μεγαλοπρεπῆ, ἰσχνὸν, γλαφυρὸν, et δεινὸν, *magnificum, tenuem, floridum, et gravem.* Vitiosa partitio: siquidem omittitur stylus temperatus; deinde ad magnificum gravis revocatur: τὸ γλαφυρὸν aut commune est singulis characteribus, ut volunt alii, aut ad mediocre genus refertur.

At vero hic noster,[2] quem principem ponimus,[n] gravis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet[3] uni, nec suam copiam cum illis duobus generibus temperavit;[o] maxime est contemnendus: ille enim submissus, quod acute et veteratorie[p] dicit, sapiens jam; medius,[4] suavis; hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, præsertim cum causæ partim totæ sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandæ: si is[5] non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere apud sanos,[q] et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

100. [p. 206.] Tenemus igitur, Brute, quem quærimus; sed animo: nam manu si prehendissem,[6] ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem. XXIX. Sed inventus profecto est ille eloquens, quem nunquam vidit Antonius.[r] Quis est igitur is? Complectar brevi, disseram pluribus. Is enim est[1] eloquens, qui et humilia subtiliter, et magna graviter, et mediocria temperate potest dicere. 101. Nemo is, inquies, unquam fuit. Ne fuerit:[s] ego enim, quid desiderem, non, quid viderim, disputo: redeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam[t] et speciem; quam etsi non cernimus, tamen ani-

[n] *Qui sublime et magnificum genus persequitur, qui primum inter oratores locum obtinet.*

[o] *Si non humilia subtili, media temperato stylo dicat.* [p] *Versute.*

[q] *Tranquillos, nec ullo motu concitatos.*

[r] *Qui se dicebat vidisse disertos multos, eloquentem neminem.*

[s] *Esto sane: nunquam fuerit.* [t] *Ideam.*

Junt. Manut.—2 *At vero, inquam, hic noster* Vet. Steph.—3 '*Studet* etiamnunc, posteaquam antea se *exercuit*, semelque *temperavit*. Sic recte se habet temporum varietas.' *Orell.* *studuit* Guelf. 3. Vet. Steph. Lamb. Schutz. Mox, particulam *cum* omittunt Guelf. 3. Lamb. et Schutz. Uncis inclusit Orell. Deinde, pro *temperavit*, Ernesti conj. *temperat.*—4 Lamb. *sapiens; jam medius.*—5 Ernesti suspicabatur *is si.* Mox, *cœperit . . . videbitur* Lamb. —6 Ita Nor. Manut. Steph. Lamb. Schutz. Orell. *comprehendissem* Ald. Junt. Crat. Camer.

Cap. XXIX. 1 Ita omnes codd. et edd. præter Nor. et Orell. quæ exhibent *Is est enim.* Vid. Beier. ad Offic. tom. II. p. 152. Mox, pro *et magna*, quod servant omnes fere codd. et edd. *et alta* præferunt Guelf. 3. Vet. Steph. Schutz. et Orell. Elegantius, inquit Schutz. quia opponitur præce-

mo tenere possumus. Non enim eloquentem quæro,[2] neque quicquam mortale,[h] et caducum, sed illud ipsum, cujus qui sit compos, sit eloquens: quod nihil est aliud, nisi eloquentia ipsa, quam nullis, nisi mentis oculis videre possumus. Is erit igitur eloquens, (ut idem illud[3] iteremus,) qui poterit parva submisse, modica temperate, magna graviter dicere. 102. Tota mihi causa pro Cæcina[u] [i] de verbis interdicti fuit:[v] res involutas definiendo explicavimus: jus civile laudavimus: verba ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege[j] Pompeius:[w] temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Jus omne retinendæ majestatis Rabirii causa[k] continebatur:[x] ergo in omni[4] genere amplificationis exarsimus. 103. At hæc[y] interdum temperanda et varianda sunt. Quod igitur in

[u] *Subtilis est ac tenuis.* [v] *Quo prætor aliquid fieri jubet, aut vetat.*
[w] *Quod spectabat ad genus mediocre.*
[x] *Ad id necessarium erat grave genus.* [y] *Quæ gravia sunt.*



denti *humilia.*—2 ‘Fortasse Cicero addidit, *qui fuerit*, vel *qui vixerit;* nisi forte legendum, *Non enim hominem quæro*, sicut infra § 112. ‘Quandoquidem de genere, non de homine quærimus.’’ *Schutz.* ‘Fortasse, *Non enim unum eloquentem*,’ *&c.* Orell.—3 Lamb. *illud idem.*—4 *Ergo omni*, omissa præposi-

NOTÆ

[h] *Neque quicquam mortale*] Idea, ex mente Platonis, nec mutationi, nec corruptioni obnoxia est: orator autem caducus et mortalis.

[i] *Causa pro Cæcina*] Cujus hoc argumentum: De fundo quodam contendebant Ebutius et Cæcina. Eo Cæcinam ingredi parantem Ebutius cum armatis hominibus aditu prohibuit. Prætor statim interdixit, ut unde dejectus esset Cæcina, eo restitueretur. Ebutius interdicto se non teneri credidit, quod non dejecisset, sed tantum, ut aiebat, ejecisset Cæcinam. In hac causa status est definitionis, an interdicto de vi teneatur is, qui non dejecit de fundo, sed tantum ejecit, id est, ab ejus ingressu prohibuit. Causa acta est anno U. C. circiter 685. ante Christum 69. ipsius Ciceronis 38.

[j] *Manilia lege*] Qua Pompeius bello Asiatico imperator præficeretur. Eam legem suasit Tullius anno urbis conditæ 688. ipsius Ciceronis 41.

[k] *Rabirii causa*] C. Rabirius perduellionis accusatus, quod in Saturninum decreto senatus a consule Mario cæsum sæviisset, ejusque caput circumtulisset, a Cicerone defensus est anno U. C. 691. Jus omne retinendæ majestatis in ea causa continebatur: sic enim contra intendebatur actio, ut si damnatus a duumviris fuisset Rabirius, in campo Martio infelici arbore penderet. Quod repugnabat legi Semproniæ, qua cavebatur, ne de capite civis Romani injussu populi judicaretur.

accusationis quinque[5] libris[z] non reperitur genus? quod in Aviti?[l] quod in Cornelii?[m] quod in plurimis nostris defensionibus? quæ exempla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer, vel posse eligere,[6] qui quærerent. Nulla est enim ullo in genere laus oratoris,[7] cujus in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. Non assequimur:[8] at, quid deceat, videmus. 104. Nec enim nunc de nobis, sed de re dicimus:[a] in quo tantum abest, ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi[b] simus, ut nobis[9] non satisfaciat ipse Demosthenes; qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt avidæ et capaces;[c] et semper aliquid immensum infinitumque desiderant. XXX. 105. Sed tamen, quoniam et hunc[d] tu[1] oratorem cum ejus studiosissimo Pammene,[e] cum esses Athenis, totum diligentissime cognovisti; neque eum dimittis e manibus: et tamen nostra etiam lectitas: vides profecto, illum multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle, quocumque modo causa postulet, dicere.[f] Sed ille magnus; nam et succes-

[z] *In septem orationibus contra Verrem repetundarum reum.*
[a] *Non de nostra dicendi facultate, sed de ipsa eloquentia.*
[b] *Moleste severi.* [c] *Perfectum aliquid audiendi cupidæ.*
[d] *Demosthenem.* [e] *Rhetore Græco celebri.*
[f] *Optime dicere.*

tione *in*, Lamb.—5 'Edidi cum Lambino *quinque*, pro vulgato *septem*, ut volebat etiam Hotomannus ad Divin. in Verr. I. *septem* est a Barzizio.' *Ernesti. quinque* etiam Schutz. et Orell. *septem* Guelf. 3. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut.—6 Ita plerique codd. Venet. Mediol. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *vel per se possent eligere* Vet. Steph. et Orell. *vel opes possent legere* Guelf. 3. unde Schutz. in ed. maj. conj. *vel ipsi possent legere;* in ed. min. *vel ipsi possent eligere.*—7 Voc. *oratoris* omittunt Guelf. 3. et Schutz. in ed. maj. *oratoria* conj. Orell.—8 *Si non assequimur* duo codd. Regii, Guelf. 3. Lamb. Schutz. in ed. maj. et Le Clerc.—9 'Fortasse excidit *interdum.* Cf. Quintil. x. 1. 24.' *Schutz.* Mox Guelf. 3. et Vet. Steph. omittunt *in omni.*

NOTÆ

[l] *In Aviti* [*Habiti*] In oratione, an pro A. Cluentio Avito veneficii reo, an pro Postumo Habito?

[m] *In Cornelii*] In duabus orationibus pro C. Cornelio majestatis reo, quarum etiamnum fragmenta supersunt.

sit ipse magnis,[n] et maximos oratores habuit æquales: nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus, quo contendimus, pervenire,[g] in ea urbe, in qua (ut ait Antonius) auditus eloquens nemo erat. 106. Atqui, si Antonio Crassus eloquens visus non est, aut sibi ipse;[h] nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpicius, nunquam Hortensius: nihil enim ample Cotta,[i] nihil leniter Sulpicius, non multa graviter Hortensius. Superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico, et Antonium. Jejunas igitur hujus multiplicis, et æquabiliter in omnia genera fusæ orationis aures civitatis accepimus: easque nos primi,[j] quicumque eramus, et quantulumcumque dicebamus, ad hujus generis [dicendi] audiendi[2] incredibilia studia convertimus. 107. Quantis illa clamoribus adolescentuli[o] diximus de supplicio parricidarum?[3] quæ nequaquam satis deferbuisse[k] [p] post aliquanto sentire cœpimus. 'Quid enim tam com-

[g] *Ad perfectam eloquentiam.*
[h] *Non est visus eloquens.* [i] *Dicebat.*
[j] *Cum primum diximus, Roma non assueta erat oratoribus audiendis, qui in omni genere dicendi pro diversis causis peræque essent exercitati: nos primi, &c.*
[k] *Nondum maturitatem assecuta fuisse.*

CAP. XXX. 1 Lamb. *quoniam tu et hunc.*—2 'Hæc esse a Cicerone sic scripta, *dicendi audiendi*, nunquam crediderim: *dicendi* est sine dubio e glossa.' *Ernesti. dicendi* non agnoscunt Guelf. 3. Manut. Schutz.—3 Hæc *de supplicio parricidarum* omittunt Guelf. 3. et codd. aliquot ap. Grut. Locus

NOTÆ

[n] *Magnis*] Successit Pericli, Lysiæ, Isocrati, &c. æquales habuit Æschinem, Dinarchum, Hyperidem, &c. de quibus dictum in Bruto paulo post initium.

[o] *Adolescentuli*] Cicero annum agens vigesimum septimum pro Roscio Amerino orationem habuit, ex qua depromtus est elegans ille locus de supplicio parricidarum: 'Quid enim tam commune,' &c. § 72. De parricidarum pœna diximus in notis ad lib. I. Heren. § 23.

[p] *Nequaquam satis deferbuisse*] Translatio ducta a musto quod effervescit recens e lacu, et cum aliquid accessit ætatis, defervescit. Ceterum recte observat hic Tullius senior locum hunc de parricidarum pœna, impetu ac volubilitate juvenili effusum. Cum enim graviter ac magnifice tractari debuisset, totus contextus est flosculis, et antithetis, prope dixerim puerilibus. Quantulum enim videtur ad atrocitatem supplicii, quod tamen mire exaggerat, quod ossa terram non tangant, quod nunquam alluantur, quod ad saxa non conquiescant? Hæc tamen acute dicta, si magna contentione ab adolescente pronuntiata fuerint, placent, et auditorum animos quodammodo rapiunt.

mune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terram non tangant:[4] ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant,' et quæ sequuntur. Sunt enim omnia, sicut adolescentis, non tam re et maturitate, quam spe et expectatione, laudati.[5] 108. Ab hac indole[6] jam illa matura:[l] 'Uxor[q] generi, noverca filii, filiæ pellex.'[m] Nec vero hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus.[7] Ipsa enim illa pro Roscio juvenilis redundantia multa habet[8] attenuata, quædam etiam paulo hilariora;[r] ut pro Avito,[9][s] pro Cornelio, compluresque aliæ: nemo enim orator tam multa, ne in Græco quidem otio, scripsit, quam multa sunt nostra: eaque hanc ipsam habent, quam probo, varietatem. XXXI. 109. An ego Homero, Ennio, reliquis poëtis, et maxime tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur, crebroque mutarent, nonnunquam etiam ad quotidianum genus sermonis accederent; ipse nunquam ab illa acerrima contentione[n] discederem? Sed quid poëtas divino ingenio

[l] *Profecta est illa sententia.* [m] *Concubina.*
[n] *Ab hoc vehementissimo dicendi genere.*

est pro Rosc. Amer. c. 26. Cf. Quintil. XII. 6.—4 Ita codd. Pall. Pith. item Lips. Ald. Junt. Gryph. Schutz. probante Hotoman. *terra non tangat* codd. Regii, Manut. Grut. et Orell. ut in Orat. pro Sext. Rosc. c. 26. Mox, pro *abluantur*, quod est in Vet. Steph. Venet. Mediol. Ald. et tuetur ad Orat. pro Rosc. Amer. Grævius, *alluantur* habent Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Schutz.—5 Ita plerique codd. Venet. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *laudata* Vet. Steph. Guelf. 3. Lamb. et Orell.—6 *Ab hac etiam indole* Steph.—7 Guelf. 3. et Schutz. *hic erat unus ardor in n. ut h. m. diceremus omnia.*—8 'Fortasse legendum, *Ipsa enim illa* (sc. oratio) *pro Roscio in juvenili redundantia multa habet,' &c.* Schutz.—9 'Sic recte Ernesti. Vulgo *hilariora. At pro Avito:* quod tamen si placeat, hoc modo locus constituatur: *At pro Avito ... aliæ* (*nemo enim ... nostra*) *hanc ipsam.*' Idem.

NOTÆ

[q] *Uxor*] Verba depromta ex oratione pro Cluentio § 199.

[r] *Quædam etiam paulo hilariora*] Ut cum accusatores Roscii cum canibus et anseribus comparat.

[s] *Ut pro Avito* [*At pro Habito*] Legendum recte censent nonnulli, *et pro Habito,* aut, *ut pro Habito.* Sensus est, orationes pro Habito, pro Cornelio, et alias complures redundare nonnullis locis, habere multa attenuata, quædam etiam paulo hilariora.

profero? Histriones eos vidimus,[1] quibus nihil posset in suo genere esse præstantius, qui non solum in dissimillimis personis satisfaciebant, cum tamen in suis versarentur, sed et comœdum in tragœdiis, et tragœdum in comœdiis admodum placere vidimus.[2] 110. Ego non elaborem?[o] [3] Cum dico me, te, Brute, dico: nam in me quidem jampridem effectum est, quod futurum fuit. Tu autem eodem modo omnes causas ages? aut aliquod causarum genus repudiabis? aut in iisdem causis perpetuum et eundem[4] spiritum sine ulla commutatione obtinebis? Demosthenes quidem, cujus nuper inter imagines tuas, ac tuorum, (quod eum, credo, amares,) cum ad te in Tusculanum venissem, imaginem ex ære vidi, nihil Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil lenitate Æschini, et splendore verborum. 111. [*p.* 207.] Multæ sunt ejus totæ orationes subtiles, ut contra Leptinem:[t] multæ totæ[5] graves, ut quædam Philippicæ:[u] multæ variæ, ut contra Æschinem, falsæ legationis,[v] ut contra eundem pro causa

[o] *Cum ipsi histriones agendi modum commutent, non diversam ego dicendi rationem persequar?*

CAP. XXXI. 1 'Sic edidi pro *videmus*, hic et paulo post; nam et de mortuis loquitur, et sequitur *posset*. Sic edd. Ald. Junt. Gryph. et in altero loco habent Venet. Mediol. Ald. Lipsius. Primo loco Venet. et Mediol. habent *audimus*. Si esset *audivimus*, non displiceret, propter varietatem; et forte *audiimus* contractum esset in *audimus:* sed tamen magis de actione sermo est universa, quam de sola pronuntiatione.' *Ernesti.*—2 Grut. et al. *videmus*. Vide notam præced.—3 *Ego non elaborarem* Steph. Actutum, *Me cum dico* Guelf. 3. et Schutz. in ed. maj.—4 Schutz. de conjectura, *perpetuum eundem*, omisso *et*.—5 Ald. Junt. Crat. Victor.

NOTÆ

[t] *Contra Leptinem*] De rep. bene meritis Athenienses publicorum munerum immunitatem concesserant. Leptines, ne deficerent qui muneribus illis defungerentur, intercessit ne quis immunis foret. Contra Leptinem peroravit Demosthenes, cujus oratio in legibus variis expendendis versatur. Vide Libanium.

[u] *Philippicæ*] Orationes quibus Demosthenes ad bellum Philippo Macedonum regi inferendum Athenienses hortatur.

[v] *Falsæ legationis*] Orationis περὶ τῆς παραπρεσβείας, *de falsa legatione*, hoc est argumentum: Athenienses variis cladibus attriti ad Philippum de pace legatos decem misere, inter quos Demosthenes et Æschines. Accusat Demosthenes Æschinem, quod pecunia et largitionibus corruptus, turpem ac perniciosam pacem decernenti Philocrati suffragatus sit.

Ctesiphontis. Jam illud medium[p] quoties vult, arripit, et a gravissimo discedens,[6] eo potissimum delabitur. Clamores tamen tum movet, et tum in dicendo plurimum efficit, cum gravitatis locis utitur. 112. Sed ab hoc parumper abeamus; quandoquidem de genere, non de homine quærimus: rei potius, id est, eloquentiæ vim et naturam explicemus. Illud tamen, quod jam ante diximus, meminerimus, nil nos præcipiendi causa dicturos;[7] atque ita potius acturos, ut existimatores[q] videamur loqui, non magistri. In quo tamen longius progredimur,[8] quod videmus, non te hæc solum esse lecturum, qui ea multo, quam nos, qui quasi docere[9] videamur, habeas notiora, sed hunc librum, etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est.

XXXII. 113. Esse igitur perfecte eloquentis puto, non eam solum[1] facultatem habere, quæ sit ejus propria, fuse, lateque dicendi, sed etiam vicinam ejus, atque finitimam, dialecticorum scientiam assumere: quanquam aliud videtur[2] oratio esse, aliud disputatio; nec idem loqui esse, quod dicere: attamen utrumque in disserendo est: disputandi ratio, et loquendi, dialecticorum sit: oratorum autem, dicendi et ornandi.[3] Zeno[w] quidem ille, a quo disci-

[p] *Dicendi genus.* [q] *Judices.*

multæ et totæ.—6 '*Descendens*] Ita correxi vulg. *discedens*, ut metaphoræ constantia servaretur. Sic 'ascendere' et 'delabi' opponuntur Partit. Orat. c. 12.' *Schutz.*—7 Ita edd. vett. Venet. Mediol. &c. 'idque melius hic sonat.' *Ernesti. causa esse dicturos* Guelf. 3. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut.—8 Ita plerique codd. et edd. vett. Ald. Junt. Manut. Grut. *longius progrediemur* Crat. *longius sæpe progredimur* codd. tres Regii, Guelf. 3. Schutz. et Orell.—9 Steph. et Lamb. *qui ea docere.* Paulo post, *necesse esse divulgari* Lamb. 'Scribendum videtur *esse*, ne constructio non constet: Videmus, non te solum esse lecturum, sed hunc librum etiam *divulgari necesse esse.* Nisi Cicero variavit orationem, ne *esse* ter concurreret. In ed. Venet. abest *commendatione*, sed est tamen *nostra*, non *nostro*, ut ad nomine referatur; quod non displicet.' *Ernesti.*

Cap. XXXII. 1 Guelf. 3. et Schutz. *non eam tantum.*—2 Lamb. *ac finitimam . . . quanquam enim aliud videatur.* Mox, *loqui, quod dicere* Guelf. et Schutz. *τὸ esse* uncis inclusit Orell.—3 Ita Junt. Crat. Manut. *ut disputan-*

NOTÆ

[w] *Zeno*] 'Itaque cum duo sint genera orationis,' inquit Fabius II. 20. 'altera perpetua quæ rhetorice dicitur; altera concisa, quæ dialectice;

plina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset: nam cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat ejusmodi esse: cum autem diduxerat, et manum dilataverat,[4] palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. 114. Atque etiam[5] ante hunc Aristoteles[x] principio artis rhetoricæ dicit, illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticæ: ut hoc videlicet differant inter se, quod hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo,[r] omnem, quæ ad dicendum tradi[6] possit, loquendi rationem esse notam: quæ quidem res (quod te his artibus eruditum minime fallit) duplicem habet[7] docendi viam.[s] Nam et ipse Aristoteles tradidit præcepta plurima disserendi, et postea, qui dialectici dicuntur, spinosiora multa pepererunt. 115. Ergo eum censeo, qui eloquentiæ laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem;[8] sed vel illa antiqua, vel hac Chrysippi[y] disciplina institutum:[t]

[r] *Oratori, cujus ideam informamus.*
[s] *Alteram planam et apertam, alteram spinosam et impeditam.*
[t] *Debere esse imbutum vel institutionibus quas olim scripsit Aristoteles, vel præceptis quæ tradidit Chrysippus.*

di . . . ornandi Schutz. *disputandi . . . dialecticorum. Sic oratorum, &c.* Nor. *quod dicere; et quanquam disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi, attamen utrumque in disserendo est* Lamb.—4 Ita omnes fere codd. et edd. vett. *dilatarat* Guelf. 3. Schutz. et Orell.—5 Particulam *etiam* omittunt Guelf. 3. et Schutz. Mox, pro *dicit*, Orell. conj. *dixit*.—6 Codd. Regii, Ald. Junt. Manut. Lamb. Schutz. et Orell. *trahi*. 'Venet. *tradi*, quod restituimus. Nec *trahi* commodum satis sensum habet. Quædam edd. habent etiam vitiose *posset*.' Ernesti.—7 Ita Steph. Lamb. Schutz. et Orell. *habuit* edd. vett. Ald. Junt. Crat. Manut. 'Quod sane defendi potest.' *Orell.*—8 Lamb. *non esse omnino earum rerum rudem*

NOTÆ

quas quidem Zeno adeo conjunxit, ut hanc compressæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret similem; etiam disputatrix virtus erit.' Zeno autem e Citio, Cypri oppido, oriundus, Stoïcorum princeps, anno ætatis nonagesimo decessit, Olympiade, ut ait Eusebius, 129. annis ante Christum 260. At etiamnum Olympiade sequenti superstitem et senem fuisse Laërtius scribit.

[x] *Aristoteles*] Qui sic incipit lib. I. Rhet. Ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, κ. τ. λ. *Rhetorica dialecticæ ex altera parte respondet, ambæ enim in ejusmodi rebus versantur, &c.*

[y] *Chrysippi*] De quo in notis ad lib. I. de Orat. § 50.

noverit primum vim, naturam, genera verborum,[z] et simplicium, et copulatorum: deinde quot modis quidque dicatur: qua ratione, verum falsumne sit, judicetur: quid efficiatur[u] e quoque: quod cui consequens sit, quodque contrarium:[9] cumque ambigue multa dicantur, quomodo quidque eorum dividi, explanarique oporteat. Hæc tenenda sunt oratori: sæpe enim occurrunt. Sed quia sua sponte squalidiora sunt,[v] adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. XXXIII. 116. Et quoniam in omnibus, quæ ratione docentur et via,[w] primum constituendum est, quid quidque sit (nisi enim inter eos, qui disceptent,[1] convenit, quid sit illud, de quo ambigitur; nec recte disseri, nec unquam ad exitum perveniri potest); explicanda est[a] sæpe verbis mens nostra de quaque re, atque involutæ rei notitia definiendo aperienda est: siquidem definitio est oratio, quæ, quid sit id, de quo agitur, ostendit quam brevissime. Tum, ut scis, explicato genere cujusque rei, videndum est, quæ sint ejus generis sive formæ,[b] sive partes, ut in eas tribuatur omnis oratio. 117. Erit igitur hæc

[u] *Concludatur.* [v] *Hæc per se sunt inornata.* [w] *Methodo.*

oportere. Mox, idem Lamb. *antiqua Aristotelis.* Deinde, pro *institutum: noverit*, quod est in ed. 1584. et Grut. *institutus, noverit* habent Guelf. 3. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Schutz. et Orell.—9 Ita Grut. *quid cui c. s. quidque contrarium* Manut. *quod cuique c. s. quodque contrarium* Ald. Junt. Crat. Lamb. *quid cuique c. s. quidque contrarium* Guelf. 3. Schutz. et Orell.

Cap. XXXIII. 1 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. *qui disceptant* Guelf. 3. Manut. Schutz. et Orell. Mox, *nec recte disseres, nec unquam ad exitum pervenire potest* Vet. Steph. et Guelf. 3. Deinde, *atque involuta* Guelf. 3. et Schutz.

NOTÆ

[z] *Vim, naturam, genera verborum*] Hæc cum ab Aristotele in libris logicis maximam partem tractantur, tum a Chrysippo, qui, ut recenset Laërtius, scripsit definitionum dialecticarum libros sex, de dialecticis nominibus unum, connexorum probabilium quatuor, et alios quam plurimos de hujuscemodi argumentis.

[a] *Explicanda est*] Sæpe necessaria est definitio, ut si quis sacrilegii accusetur, quod rem non sacram in loco sacro surripuerit, explicandum quid sit sacrilegium. Vide lib. II. de Orat.

[b] *Quæ sint ejus generis sive formæ*] Generis cujusque suæ sunt partes, logici species, formas appellant rhetores. Exempli gratia, virtus est genus cui subsunt partes justitia, prudentia, fortitudo, et temperantia.

facultas in eo, quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit, neque id faciat tam presse et anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet; sed cum[2] explanatius, tum etiam uberius, et ad commune judicium popularemque intelligentiam accommodatius. Idemque etiam, cum res postulabit, genus universum[c] in species certas, ut nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur, ac dividet: quando autem, aut quomodo id faciat,[3] nihil ad hoc tempus; quoniam (ut supra dixi) judicem me esse,[4] non doctorem volo. 118. Nec vero dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnes philosophiæ[x] notos et tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte,[5] nihil de pietate, nihil de caritate patriæ, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi, et erroribus, quæ sæpe cadunt in causas, sed jejunius aguntur; nihil, inquam, sine ea scientia,[y] quam dixi, graviter, ample, copiose dici et explicari potest. XXXIV. 119. De materia loquor orationis etiam nunc, non ipso de genere dicendi: volo enim prius habeat orator rem,[1] de qua dicat, dignam auribus eruditis, quam cogitet, quibus verbis quidque dicat, aut quomodo: quem etiam, quo grandior sit, et quodammodo excelsior, (ut de Pericle dixi supra,) ne physicorum[z] quidem esse ignarum volo. Omnia profecto, cum se a cœlestibus rebus referret ad humanas,[a] excelsius, magnificentiusque et dicet, et sentiet.

[x] *Moralis.* [y] *Philosophia morali.* [z] *Scientiæ rerum naturalium.*
[a] *Cum ab illa divina philosophia ad inferiores artes se convertet.*

'Sed v. *rei* h. l. vix carere potest ἐπιθέτῳ.' *Orell.*—2 Guelf. 3. et Schutz. in ed. maj. *sed tum.*—3 Guelf. 3. et Schutz. *quando autem id faciat, aut quomodo.* Actutum, *nihil ad hoc tempus pertinet* Steph. et Lamb.—4 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *esse me* Guelf. 3. Lamb. Schutz. et Orell.—5 'Verba *nihil de morte*, si genuina sunt, loco suo mota videntur, et post verba *nihil de dolore* ponenda. In Guelf. 3. est *nihil de more*, quod probat Heusinger.' *Schutz.* *nihil de more* etiam cod. Reg. 7703. Schutz. in ed. maj. et Orell. '*De morte*, ut habent ceteri, Christianis librariis debetur.' *Orell.*

NOTÆ

[c] *Genus universum*] Quo modo virtutem omnes in partes suas mox divisimus.

120. Cumque illa[2] divina cognoverit, nolo ignoret ne hæc quidem humana. Jus civile teneat, quo egent causæ forenses quotidie: quid est enim turpius, quam legitimarum[b] et civilium controversiarum patrocinia suscipere, cum sis legum et civilis juris ignarus? Cognoscat etiam rerum gestarum et memoriæ veteris ordinem,[c] maxime scilicet nostræ civitatis; sed et[3] imperiosorum populorum,[d] et regum illustrium:[e] quem laborem nobis Attici nostri levavit labor; qui conservatis[4] notatisque temporibus,[f] nihil cum illustre prætermitteret, annorum septingentorum memoriam[g] uno libro colligavit. Nescire autem, quid antea, quam[5] natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. [*p.* 208.] Quid enim est ætas hominis, nisi memoria rerum veterum cum superiorum ætate contexitur?[h] [6] Commemoratio autem antiquitatis, exemplorumque prolatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi affert, et fidem.

121. Sic igitur instructus veniet ad causas: quarum habebit genera[i] primum ipsa cognita: erit enim ei perspectum, nihil ambigi posse, in quo non aut res[d] controversiam

[b] *Quæ legibus decidi debent.* [c] *Seriem antiquæ historiæ.*
[d] *Ut Atheniensium, Lacedæmoniorum, Carthaginiensium.*
[e] *Tum Assyriorum, tum Persarum, tum Macedonum.*
[f] *Consignatis ordine temporibus.* [g] *Historiam.*
[h] *Quantula est ætas hominis, nisi cum superiorum ætate conjungitur? conjungitur autem memoria rerum veterum.*
[i] *Tria, judiciale, deliberativum, et exornativum.*

Cap. xxxiv. 1 Lamb. *de ipso genere d. v. e. rem prius h. orator.*—2 *Cum illa* Vet. Steph. Guelf. 3. et Schutz. in ed. maj.—3 Guelf. 3. et Schutz. *sed etiam,* improbante Orell.—4 Gulielmius suspicabatur *coacervatis.* 'Sane *conservatis* non caret suspicione. *consertis* Tullianum non est.' *Orell.* Unde illud *consertis,* non apparet.—5 Lamb. *quid ante, quam.*—6 Ita Palatt. ap. Grut. et Nor. 'Rectissime; modo *memoria* casu sexto accipias, et ad *superiorum* suppleas *hominum,* non *rerum.*' Orell. *nisi cum memoria, &c.* Ald. Junt. Crat. *nisi cum ea memoria* Steph. et Lamb. *nisi memoria rerum nostrarum cum superiorum ætate, &c.* conj. Le Clerc. receperunt Lallem. et Bipont. probante Ernest. *nisi ea memoria rerum gestarum cum superioribus contexitur* conj. Schutz. in ed. maj. *nisi ea memoria rerum veterum cum superioribus*

NOTÆ

[d] *In quo non aut res, &c.*] Causarum status, et controversiarum forensium genera prope omnia breviter indicat. In foro de nulla re potest ambigi,

faciat, aut verba; res, aut de vero, aut de recto, aut de nomine; verba, aut de ambiguo,[7] aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod ex præterito verbo fieri solet; in quo, quod est ambiguorum proprium, res duas significari videmus. XXXV. 122. Cum tam pauca sint genera causarum, etiam argumentorum præcepta pauca sunt: traditi sunt, e quibus ea[j] ducantur,[1] duplices loci: uni e rebus ipsis, alteri assumti.[k] Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorem orationem:[2] nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione versantur: quid enim jam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor, aut erigatur, ut[3] paret se ad discendum? rem breviter exponere, et probabiliter, et aperte, ut, quid agatur, intelligi possit? sua confirmare? adversaria evertere? eaque efficere non perturbate, sed singulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod sit con-

[j] *Argumenta.*
[k] *Uni sunt intrinseci, alteri extrinseci, de quibus fuse in Topicis.*

Schutz. in ed. min. *ea* et *superioribus* habet etiam Guelf. 3.—7 *Verba autem de ambiguo* Steph. *Verba autem aut de ambiguo* Lamb.

Cap. xxxv. 1 Codd. aliquot et Lamb. *præcepta pauca tradita sunt, e quibus ea ducantur;* Steph. *præcepta pauca tradita sunt, e quibus ducantur.*—2 Guelf. 3. et Schutz. in ed. maj. *admirabilem orationem.* 'Rectissime: cf. § 125. et 128. Sed memorabili cum negligentia idem Schutz. in ed. min. ex eodem cod. (Guelf. 3.) pessime *mirabiliorem.*' Orell.—3 'Sic fidenter correxi vulgatum *aut.*' Ernesti. '*Aut paret*] Hanc lectionem omnium edd. et codd. Ernestius perperam mutavit in *ut paret, &c.* Tria enim cum sint, quæ præstare debeat exordium, ut benevolum, ut attentum, ut docilem faciat auditorem; primum h. l. verbis, *aut concilietur auditor;* alterum his, *aut erigatur;* tertium illis, *aut*

NOTÆ

nisi vel de rebus vel de factis. Si controversia fuerit de rebus aut de vero, id est, quæstio est, an sit verum id quod objicitur, unde exsurgit status conjecturæ, v. g. an Cælius venenum Clodiæ paraverit: vel de recto, id est, de qualitate, cum non factum negatur, sed recte factum contenditur, ut jure occisum a Milone Clodium, qui status est qualitatis: vel de nomine, ubi factum fatemur, sed negamus eam vim habere, quam criminatur adversarius: v. g. fatemur esse furtum, negamus sacrilegium; qui status est definitionis. Præterea statum ambigui perstringit, sive cum voluntas scriptoris a scripto videtur dissidere, sive cum incidit amphibolia: denique statum legum contrariarum; de quibus omnibus lib. I. et II. ad Heren. plura præcipiuntur.

sequens iis, quæ sumentur ad quamque rem confirmandam? post omnia, perorationem inflammantem,[4] restinguentemve, concludere?[l] Has partes quemadmodum tractet singulas, difficile dictu est hoc loco: nec enim semper tractantur uno modo. 123. Quoniam autem non, quem doceam, quæro, sed quem probem; probabo primum eum, qui, quid deceat, videbit. Hæc enim sapientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum, personarumque moderator.[m] Nam nec semper, nec apud omnes, nec contra omnes, nec pro omnibus, nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. XXXVI. Is erit ergo eloquens, qui ad id,[1] quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. Quod cum statuerit, tum, ut quidque erit dicendum, ita dicet: nec satura jejune, nec grandia minute,[n] nec item contra, sed erit rebus ipsis par et æqualis oratio. 124. Principia[e] verecunda,[o] non elatis incensa[2] verbis, sed acuta sententiis, vel ad offensionem adversarii, vel ad commendationem sui. Narrationes[f] credibiles, nec historico, sed prope quotidiano sermone explicatæ[3] dilucide. Dein si tenues causæ, tum etiam argumentandi tenue filum[p] et in docendo, et in refellendo; idque ita[4] tenebitur, ut, quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio.[q] 125. Cum vero causa ea[5] inciderit, in qua vis eloquentiæ possit exprimi; tum se latius fundet orator, tum reget et flectet animos, et sic afficiet, ut

[l] *Animi motus in auditoribus.*
[m] *Ut habita temporum personarumque ratione servet decorum.*
[n] *Nec copiosa presse, nec magnifica tenuiter dicet.*
[o] *Exordia moderata sint ornamentis oratoriis parce usurpatis.*
[p] *Tenuis dictio.* [q] *Pro rei dignitate assurgat oratio.*

paret se ad dicendum, exprimitur.' *Schutz.*—4 Unus Oxon. *per orationem inflammantem;* Schutz. de conjectura, *peroratione animos inflammantem.*

Cap. XXXVI. 1 Abest *id* ab ed. Venet.—2 Ita codd. aliquot Gruteri; *intensa* codd. plerique, Nor. Junt. Lamb. Schutz. Orell. *intenta* al. in marg. ed. 1584.—3 Guelf. 3. *explicitæ.*—4 Guelf. 3. et Schutz. in ed. maj. *id quod ita.*

NOTÆ

[e] *Principia*] De exordii virtutibus et vitiis vide notas in lib. I. ad Heren. § 6. &c. et lib. I. de Invent. § 19. &c.

[f] *Narrationes*] Consule lib. I. ad Heren. § 12. &c. lib. I. de Invent. § 28. &c. et lib. II. de Orat. § 330.

volet, id est, ut causæ natura, et ratio temporis postulabit. Sed erit duplex omnis [6] ejus ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. Nam cum omnis pars orationis esse debet laudabilis, sic ut verbum nullum, nisi aut grave, aut elegans excidat; tum sunt maxime luminosæ, et quasi actuosæ partes duæ; quarum alteram in universi generis quæstione [7] pono, quam (ut supra dixi) Græci appellant θέσιν:[r] alteram in augendis, amplificandisque rebus, quæ ab eisdem αὔξησις[s] est nominata. 126. Quæ etsi æquabiliter toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maxime excellet: qui communes appellati, quod [8] videntur multarum [g] iidem esse causarum, sed proprii singularum esse debebunt. At vero [9] illa pars orationis, quæ est de genere universo, totas causas sæpe continet: quicquid est enim illud, in quo quasi certamen est controversiæ, quod Græce κρινόμενον[t] dicitur, id ita dici placet, ut traducatur [h] ad perpetuam quæstionem, atque de universo [10] genere dicatur:[u] nisi cum de vero ambigetur; quod quæri conjectura solet. 127. Dicetur autem non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans jam inde ab Aristotele con-

[r] *Locum communem.* [s] *Amplificatio.*
[t] *Judicatio Latinis, præcipuum causæ caput.*
[u] *Ad thesim, ad quæstionem nullis temporibus ac personis definitam.*

—5 *Cum vero ea causa* Lamb.—6 Voc. *omnis* delevit Schutz. Mox, *quem descendit* Guelf. 3. unde Schutz. *quem escendit.*—7 Guelf. 3. *alteram universi g. quæstionem;* Nor. et Steph. *alteram in u. g. quæstionem.*—8 Ita Nor. Manut. Grut. *appellati, eo quod* Guelf. 3. Ald. Junt. Crat. *appellati sunt, eo quod* Steph. et Lamb.—9 *Ac vero* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb.—10 Ita Manut. et Grut. *atque ut de universo* codd. et edd. vett. Ald. Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell.

NOTÆ

[g] *Videntur multarum*] Quæ in seditiosum, in furem, in sicarium universim dicuntur, ea multis causis convenire possunt; sed ita debent nostræ causæ accommodari, ut ex ejus visceribus, non aliunde petita; ut innata non inserta videantur.

[h] *Ut traducatur, &c.*] Si de facto v. g. de homicidio constet, in thesi morabitur orator, et eo vim omnem eloquentiæ diriget, ut universim ostendat, homicidarum audaciam meritis suppliciis esse coërcendam. Quod locum non habet in statu conjecturali, ubi locus, tempus, ac persona expenditur.

stituta) sed aliquanto nervosius:[v] et ita de re communia dicentur,[w] ut et pro reis multa leniter dicantur, et in adversarios aspere. Augendis vero rebus, et contra abjiciendis,[x] nihil est, quod non perficere possit oratio; quod et inter media argumenta faciendum est, quotiescumque dabitur vel amplificandi, vel minuendi locus, et pæne infinite in perorando.[y]

XXXVII. 128. Duo sunt,[i] quæ[1] bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est, quod Græci ἠθικὸν[z] vocant, ad naturas,[2] et ad mores, et ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum; alterum, quod iidem παθητικὸν[a] nominant, quo perturbantur animi et concitantur,[b] in quo uno regnat oratio. Illud[c] superius, come, jucundum, ad benevolentiam conciliandam paratum: hoc,[d] vehemens,[3] incensum, incitatum, quo[e] causæ eripiuntur: quod cum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest. 129. Quo genere[f] nos, mediocres, aut multo etiam minus; sed magno semper usi impetu,[g] sæpe adversarios de statu omni dejecimus. Nobis pro familiari[h] reo summus orator

[v] *Concitatis interdum affectibus.* [w] *Loci communes tractabuntur.*
[x] *Imminuendis.*
[y] *Orator ad ciendos motus in peroratione utetur amplificatione nullis fere sibi præscriptis finibus.*
[z] *Morale.* [a] *Affectibus movendis idoneum.*
[b] *Quo animi ad amorem, ad odium, ad misericordiam, ad indignationem flectuntur.*
[c] *Morale.* [d] Παθητικόν.
[e] *Quo quasi per vim ex adversariorum manibus eripiuntur causæ.*
[f] *Vehementi et concitato.*
[g] *Contentione, amplificatione, affectuum commotione.*
[h] *Pro Verre, qui familiaris erat Hortensii.*

Cap. xxxvii. 1 Ita Nor. Manut. Grut. *Duo sunt, etiam quæ* Junt. Crat. Lamb. Orell. *Duæ res sunt enim quæ* Guelf. 3. unde Schutz. *Duo restant, quæ.* Mox, *eloquentiam faciunt* Lamb.—2 'Sic Manut. Grut. et verum videtur: varias hominum naturas intelligit, ut § 139. 'vitæ naturarumque imitatio,' ubi Veneta item male 'naturæque.'' *Orell. naturam* Nor. Junt. Crat.

NOTÆ

[i] *Duo sunt*] Quorum altero mores suos ita commendat orator, ut auditorum animos ultro ad se alliciat, et quo velit deducat; altero concitatis affectibus ita imperiose dominatur, ut etiam prope invitos ad nutum hinc et inde torqueat.

non respondit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit.[j] Nobis privata[k] in causa magna et gravi cum cœpisset Curio pater respondere, subito assedit, cum sibi venenis[i] ereptam memoriam diceret. 130. Quid ego de miserationibus loquar?[j] quibus eo sum usus pluribus, quod etiamsi plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant: in quo ut viderer excellere, non ingenio, sed dolore assequebar. [*p.* 209.] Quæ qualiacumque in me sunt;[k] (me enim ipsum pœnitet,[4] quanta sint) sed apparent in orationibus:[l] etsi carent libri spiritu illo, propter quem majora eadem illa cum aguntur, quam cum leguntur, videri solent. XXXVIII. 131. Nec vero miseratione solum mens judicum permovenda est (qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus; ut alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo,[m] plangore et lamentatione complerimus[1] forum): sed etiam est faciendum, ut

[i] *Incantamentis.* [j] *De affectibus quibus miseratio movetur.*
[k] *Æquo animo fero ea in me talia esse, qualia revera sunt.*

Lamb. Schutz.—3 Steph. et Lamb. *hoc vero vehemens.*—4 Codd. plerique, Nor. Ald. Junt. Lamb. *me enim ipsum non pœnitet.* 'Delevi *non*, quod et in codd. duobus non repertum est. Sed magis motus sum, primum, quia est manifesta allusio ad illud Terentianum, 'me pœnitet, quantum hic fiat,' in Heautont. et est formula modeste de se loquentis, cum negatio addita jactationem habeat, quæ a Cicerone et h. l. est aliena.' *Ernesti.* 'In quo Christianam humilitatem, non Romanos animos, agnosco. Me ipsum, inquit, non pœnitet, quod hunc saltem eloquentiæ gradum escenderim, etsi perfectum me non judico.' *Orell.* *me ipsum pœnitet* duo codd. Gruteri et Vet. Steph.

CAP. XXXVIII. 1 'Pro vulgato *compleremus*, ex edd. Venett. et Mediol.

NOTÆ

[j] *Obmutuit*] Non ita tamen, ut nihil reponeret. Rem narrat Sallustius. Ubi M. Tullius consul peroravit, 'Catilina ut erat paratus ad simulanda omnia, demisso vultu, voce supplici, postulare a Patribus cœpit, ne quid de se temere crederent... Ad hæc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. Tum ille furibundus: Quoniam quidem, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam: deinde se ex curia domum proripuit.'

[k] *Nobis privata, &c.*] Illud idem paulo fusius refertur in Bruto.

[l] *Apparent in orationibus*] Præcipue in perorationibus pro Roscio Amerino, pro Murena, pro Sylla, et præ ceteris in Miloniana.

[m] *Sublato etiam filio parvo*] Quod præstitit cum pro P. Sylla peroraret,

irascatur judex, mitigetur, invideat, faveat, contemnat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, lætetur, doleat: qua in varietate, duriorum, accusatio suppeditabit exempla;[l] mitiorum, defensiones meæ. 132. Nullo enim modo animus audientis aut incitari, aut leniri potest, qui modus a me non tentatus sit: dicerem perfectum, si ita judicarem, nec in veritate[2] crimen arrogantiæ extimescerem. Sed (ut supra dixi) nulla me ingenii, sed magna vis animi inflammat, ut me ipse non teneam. Nec unquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret oratio. Uterer exemplis domesticis,[m] nisi ea legisses: uterer alienis, vel Latinis, si ulla reperirem; vel Græcis, si deceret. Sed Crassi perpauca sunt, nec ea judiciorum:[n] nihil Antonii,[o] nihil Cottæ, nihil Sulpicii: dicebat melius, quam scripsit, Hortensius. 133. Verum hæc vis,[p] quam quærimus, quanta sit, suspicemur,[q] quoniam exemplum non habemus; aut, si exempla sequimur, a Demosthene sumamus, et quidem perpetuæ dictionis,[r] ex eo loco, unde, in Ctesiphontis judicio, de suis factis, consiliis, meritis in rempublicam aggressus est dicere. Ea profecto oratio in eam formam, quæ est insita in mentibus nostris,[s] includi sic potest, ut major eloquentia non requiratur.[3]

XXXIX. 134. Sed jam forma ipsa[t] restat, et character

[l] *Severiorum affectuum exempla suppeditabit accusatio Verris.*
[m] *Quæ depromerem ex orationibus meis.*
[n] *Nec illa pertinent ad causas judiciales.*
[o] *Nihil est scriptum ab Antonio, &c.*
[p] *Movendorum affectuum.* [q] *Conjiciamus.*
[r] *Et non illa quidem brevia, sed fusa orationis serie contexta.*
[s] *Referri potest ad illam eloquentiæ ideam, quæ impressa est mentibus nostris.*
[t] *Dictionis.*


et quia præcedit *tenuerimus.* Vulgatum est ex Aldina; in quam errore operarum venisse credo.' *Ernesti.* *compleremus* habent codd. Regii, Junt. Lamb. Grut. Mox, *sed est faciendum etiam* Guelf. 3. et Schutz.—2 Vet. Steph. *ut in veritate.*—3 Guelf. 3. Steph. Lamb. *ne requiratur quidem.*

NOTÆ

§ 89. 'Hic vos orat, judices, parvus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta, patri suo gratulari sinatis,' &c.

ille qui dicitur: qui qualis esse debeat, ex ipsis,[1] quæ supra dicta sunt, intelligi potest. Nam et singulorum verborum, et collocatorum lumina attigimus;[u] quibus sic abundabit, ut verbum ex ore nullum, nisi aut elegans, aut grave exeat: ex omnique genere frequentissimæ translationes erunt, quod eæ propter similitudinem transferunt animos, et referunt, ac movent huc et illuc: qui motus cogitationis, celeriter agitatus, per se ipse delectat. Et reliqua, ex collocatione verborum quæ sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatum[2] orationi. Sunt enim similia illis, quæ in amplo ornatu scenæ, aut fori appellantur insignia;[v] non quod sola ornent, sed quod excellant. 135. Eadem ratio est horum, quæ sunt orationis lumina,[w] et quodammodo insignia: cum aut duplicantur[x] [n] iteranturque verba, aut breviter[3] commutata[y] ponuntur, aut ab eodem verbo ducitur sæpius oratio, aut in idem conjicitur, aut in utrumque,[4] aut adjungitur idem iteratum,[z] aut idem ad extremum refertur,[a] aut continenter unum verbum non in eadem sententia[b] ponitur: aut cum similiter vel cadunt verba,[c] vel desinunt:[d] aut multis modis contrariis relata contraria:[5] aut cum gradatim sursum versus[6] reditur:[e] aut cum, demtis

[u] *Seorsim sumtorum, et in orationis serie positorum verborum figuras attigimus.*
[v] *Præcipua ornamenta.* [w] *Quæ in oratione sunt figuræ verborum.*
[x] *Conduplicatio.* [y] *Paronomasia figura.*
[z] *Cum vel eodem verbo sæpius incipitur oratio, vel eodem terminatur, vel ab eodem et incipitur et terminatur.*
[a] *Per regressionem, quæ dicitur epanodus.* [b] *Non eodem sensu.*
[c] *Verba ponuntur in iisdem casibus et temporibus, sive in fine, sive in serie orationis.* [d] *Pari verborum sono.*
[e] *Gradatione adhibita, ab imo ad summum pervenitur.*



CAP. XXXIX. 1 Ita Ald. Junt. Grut. *ex iis ipsis* Lamb. *ex iis* Schutz. in ed. maj. *ex his* Guelf. 3.—2 Ita cod. Turic. Quintil. qui totum hunc locum exscripsit, IX. 1. 37. Nor. Ald. Junt. Manut. Lamb. *ornamentum* Guelf. 3. duo codd. Regii, et Schutz.—3 Gesner. et Ernesti conj. *leviter*. Cf. ad Herenn. IV. 21. 29.—4 Ita Ald. Junt. Lamb. *aut utrumque* Turic. tres Regii, Guelf. 3. Schutz. et Orell. Mox, *non eadem sententia* Turic. *non in eandem sententiam* Lamb.—5 Ita Turic. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Orell. *aut cum sunt contrariis rel. contraria* Guelf. 3. Steph. Lamb. Schutz.—6 Turic.

NOTÆ

[n] *Cum aut duplicantur*] Hujus et aliarum quæ sequuntur figurarum exempla subjecimus in notis ad lib. III. de Orat. § 202. &c.

conjunctionibus, dissolute plura dicuntur:[f] aut cum aliquid prætereuntes, cur id faciamus, ostendimus: aut cum corrigimus nosmet ipsi,[7] quasi reprehendentes: aut si est aliqua exclamatio vel admirationis, vel conquestionis: aut cum ejusdem nominis casus sæpius commutatur.[8] 136. Sed sententiarum ornamenta,[g] majora sunt: quibus quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent, idcirco ejus eloquentiam maxime esse laudabilem. Et vero[9] nullus fere ab eo locus sine quadam conformatione[h] sententiæ dicitur: nec aliud quicquam est, dicere, nisi omnes, aut certe plerasque aliqua specie illuminare sententias: quas cum tu optime, Brute, teneas, quid attinet nominibus uti, aut exemplis? tantum notetur locus.[i] [10] XL. 137. Sic igitur dicet ille, quem expetimus,[j] ut verset sæpe[o] multis modis eandem et unam rem; et hæreat in eadem commoreturque sententia:[1] sæpe etiam ut extenuet aliquid: sæpe ut irrideat: ut declinet a proposito deflectatque sententiam: ut proponat, quid dicturus sit: ut, cum transegerit

[f] *Asyndeta.* [g] *Figuræ.* [h] *Figura.*

[i] *Quid opus est earum nomina et exempla recitare? tantummodo notandus est locus, unde possunt depromi.*

[j] *Orator cujus ideam informamus.*

sursum versum.—7 'Edidi *nosmet ipsi*, primum ex lege grammatica, deinde consuetudine Ciceronis in hoc ipso genere.' *Ernesti.* Hanc lectionem probat Beier. Offic. tom. I. p. 247. *nosmet ipsos* codd. omnes Cic. et Quintil. Nor. Junt. Lamb. Schutz. Mox, *aliqua explicatio* Venet. Deinde, *vel quæstionis* Turic. Cf. Brut. § 142.—8 '*Commutantur*] Ita Quintil. Crat. Manut. Lamb. Turic. Junt. Recte: cf. ad Heren. IV. 22. 30. 'casuum commutatione,' ac per se intelligitur.' *Orell.* *commutatur* Grut.—9 Ita Turic. Junt. Lamb. 1566. *Enimvero* Quintil. Lamb. in marg. ed. 1584. *Et vere* Nor. Crat. et codd. aliquot Quintil. Mox, *sententiæ edicitur* Venet. Junt. Crat. *sententiæ educitur* Gryph. *sententiæ dicitur* Quintil. Manut. Lamb. Deinde, *nec quicquam est aliud* Turic. *nec quicquam aliud est* Lamb. *nisi quam aut omnes* Nor. —10 Ita Nor. Manut. Grut. *tantummodo notetur locus* Guelf. 3. Quintil. Junt. Crat. Lamb. *tantum notetur modus* Schutz. 'Perperam: nam v. *locus* verum esse, colligitur e § 140. 'sed hæc nisi collocata.'' *Orell.*

Cap. XL. 1 Lamb. de Rivii conjectura, *modis eadem, et una in re hæreat, in eademque commoretur sententia.* Sed sic Turic. quoque, nisi quod *et in una re.* Debetur igitur hoc Quintiliani alicui codici. Mox, *sæpe ut redeat* Guelf.

NOTÆ

[o] *Ut verset sæpe*] Consulatur lib. III. de Orat. § 203. &c. ubi figurarum prope omnium exempla collegimus.

jam aliquid, definiat:[k] ut se ipse revocet:[l] ut, quod dixit,[2] iteret: ut argumentum ratione concludat:[m] ut interrogando urgeat: ut rursus quasi[3] ad interrogata sibi ipse respondeat: ut contra, ac dicat,[n] accipi et sentiri velit: ut addubitet, quid potius, aut quomodo dicat: ut dividat in partes: ut aliquid relinquat ac negligat: ut ante præmuniat: ut in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in adversarium conferat: 138. ut sæpe cum iis, qui audiunt, nonnunquam etiam cum adversario quasi deliberet: ut hominum sermones moresque[4] describat: ut muta quædam loquentia inducat: ut ab eo, quod agitur, avertat animos: ut sæpe in hilaritatem risumve convertat: ut ante occupet, quod videat opponi:[5] ut comparet similitudines: ut utatur exemplis: ut aliud alii tribuens dispertiat: ut interpellatorem coërceat: ut aliquid reticere se dicat: ut denuntiet, quid caveant:[6] ut liberius quid audeat: ut irascatur etiam, ut objurget aliquando, ut deprecetur, ut supplicet, ut medeatur, ut a proposito declinet aliquantulum,[7] ut optet, ut execretur: ut fiat iis, apud quos dicet, familiaris. 139. Atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequatur:[8] brevitatem, si res petet: sæpe etiam rem dicendo subjiciet oculis: sæpe supra feret,[o] quam fieri possit: significatio sæpe erit major, quam oratio:[p] sæpe hilaritas,[q] sæpe vitæ naturarumque imitatio. XLI. Hoc in genere (nam quasi sylvam[r] vides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

[k] *Cum convenerit de aliqua re, illius naturam explicet.*
[l] *Ad propositum redeat.* [m] *Argumentum ratione confirmet.*
[n] *Ironia utatur.* [o] *Hyperbole utetur.* [p] *Adhibita emphasi.*
[q] *Jocus.* [r] *Materiam rudem et indigestam.*



3. et Reg. 7703.—2 Turic. *quod dixerit.*—3 Guelf. 3. et Schutz. omittunt *quasi*, quod habet Turic. Mox, *contra quam dicat* cod. Reg. 7704. *contra ac dicatur* cod. Reg. 7703.—4 Quintil. et Schutz. *mores sermonesque.*—5 Guelf. 3. et Lamb. *quod putat opponi.*—6 Ita codd. Lambini, et Grut. '*Quid caveant*] Ita recte Quintil. Turic. Junt. Crat. Manut. Lamb. Mox, *irascatur, etiam ut objurget* Turic. Lamb.' *Orell.*—7 Turic. et Lamb. *aliquantum.*—8 Ita codd. fere omnes et edd. etiam ap. Quintil. 'Sed ortus est hic conjunctivus e præcedd. Ceterum apparet ab editoribus sæculi XVI. in hoc loco immutata esse quædam e Quintiliano, etiam codd. cum Turicensi conspirantibus.' *Orell.* *sequetur* Turic. Guelf. 3. Schutz. et Orell.

140. Sed hæc,[s] nisi collocata, et quasi structa, et nexa verbis, ad eam laudem, quam volumus, aspirare non possunt. De quo cum mihi deinceps viderem esse dicendum, etsi movebant jam me illa,[1] quæ supra dixeram, tamen iis, quæ sequuntur, perturbabar magis. [*p.* 210.] Occurrebat enim, posse reperiri non invidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum,[2] qui non censerent ejus viri esse, de cujus meritis tanta senatus judicia fecisset,[p] comprobante populo Romano, quanta de nullo, de artificio dicendi literis tam multa mandare. Quibus si nihil aliud responderem, nisi, me M. Bruto negare roganti noluisse, justa esset excusatio, cum et amicissimo et præstantissimo viro, et recta et honesta petenti, satisfacere voluissem. 141. Sed si profiterer[3] (quod utinam possem!) me studiosis dicendi præcepta, et quasi vias, quæ ad eloquentiam ferrent, traditurum; quis tandem id justus rerum æstimator[4] reprehenderet? Nam quis unquam dubitavit,

[s] *Ornamenta.*

Cap. xli. 1 '*Etsi non movebant tam me illa*] Locus si quis alius difficilis: *non movebant* habent unus codex Oxon. Nor. Manut. Ergo id e codd. fluxisse jam certum est. Cum hoc autem cum non conveniret *jam* ex errore scripturæ ortum, alii ut Steph. Lamb. Ernesti simpliciter omiserunt negationem, quo tamen nihil fallacius esse bis jam vidimus in hoc ipso libello; dederuntque, *etsi movebant jam me illa*, quod cum aliis durius videretur, inverterunt *etsi movebant me jam illa*, [ita Guelf. 3. et Schutz.] alii denique correxerunt, *etsi movebant etiam me illa*, ut Junt. Crat. Camer. Sed hæc omnia frigent præ certissima nostra emendatione, *etsi non movebant tam me illa, quæ supra dixeram*, oratoris sc. laudes universe ac generatim explicatæ, *tamen iis, quæ sequuntur*, singillatim nimirum ac putide fere et moleste expositis præceptis de literarum syllabarumque artificio, *perturbatur magis*. Cf. c. 43. initio, quo uno satis confirmatur nostra emendatio.' *Orell.*—2 Guelf. 3. et Schutz. *laudum mearum.* Mox, *esse viri* margo ed. 1584. *viri esse* Lamb. 1566. —3 'Sic haud cunctanter scripsi pro *profitear*, quia et imperfecta præcedunt et sequuntur statim *possem, ferrent, reprehenderet:* nam inter hæc media præsens poni, ne in tirone quidem feram.' *Ernesti.* Ernestium secutus est Schutz. 'Sed Tulliana σύνταξις nondum nisi ab umbraticis quibusdam doctoribus est elaborata. Mihi temporum consecutio hæc omnis vehementer

NOTÆ

[p] *Tanta senatus judicia fecisset*] Q. Catulus princeps senatus Ciceronem patriæ parentem, senatus eum civem conservatorem reipublicæ appellavit, eique supplicationem decrevit. L. Gellius corona civica donandum esse censuit: incredibili populi gaudio ab exilio revocatus est, &c. Vide Pisonianam § 34. &c.

quin in republica nostra primas eloquentia tenuerit semper, urbanis,[5] pacatisque rebus;[t] secundas, juris scientia? cum in altera,[u] gratiæ, gloriæ, præsidii plurimum esset; in altera, persecutionum, cautionumque præceptio;[v] quæ quidem ipsa auxilium ab eloquentia sæpe peteret, ea vero repugnante vix suas regiones finesque defenderet. 142. Cur igitur jus civile docere semper pulchrum fuit, hominumque clarissimorum discipulis floruerunt domus:[6] ad dicendum si quis acuat, aut adjuvet in eo juventutem, vituperetur? Nam si vitiosum est dicere ornate, pellatur omnino e civitate eloquentia: sin ea non modo eos ornat,[7] penes quos est,[w] sed etiam universam rempublicam; cur aut discere turpe est, quod scire honestum est:[8] aut, quod nosse pulcherrimum est, id non gloriosum docere? XLII. 143. At alterum factitatum est,[1] alterum novum.[x] Fateor: sed utriusque rei causa est. Alteros enim respondentes audire sat erat, ut ii, qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi[2] seponerent, sed eodem tempore et discentibus satisfacerent, et consulentibus:[y] alteri, cum domesticum tempus in cognoscendis componendisque causis, forense in agendis, reliquum in se ipsis reficiendis omne consumerent: quem habebant instituendi aut docendi locum?[z] Atque haud scio, an plerique nostrorum oratorum ingenio[3] plus valuerint, quam doctrina:[a] itaque illi dicere melius, quam

[t] *In urbe et tempore pacis.* [u] *Eloquentia.*
[v] *Cum juris scientia præciperet quid esset persequendum, quid cavendum.*
[w] *Qui eloquentiam assecuti sunt.*
[x] *At jurisperiti sæpe docuerunt, novum est artem eloquentiæ tradere.*
[y] *Non erat necesse ut jurisperiti certum tempus seponerent ad docendum, sed cum respondebant consulentibus, eodem tempore docebant discipulos.*
[z] *Oratores tempus domi consumebant in cognoscendis scribendisque causis, in foro eas agebant, reliquo tempore se ipsos reficiebant, et curabant: quonam igitur tempore potuissent docere?*
[a] *Fortasse nostri oratores ingenio majore quam doctrina præditi erant.*

placet.' *Orell.*—4 Margo ed. 1584. *existimator.*—5 Lamb. *in urbanis.*—6 Lamb. *domus floruerunt.*—7 Ernestius suspicabatur *hos ornat.*—8 Verbum *est* delevit Schutz. Mox, *gloriosum est* Steph. et Lamb.

CAP. XLII. 1 Verbum *est* e cod. Guelf. 3. delevit Schutz. 'Sed in hac vocula Tullius minus, puto, offendebat, quam Schutz.' *Orell.*—2 Schutz. *ipsum;* Guelf. 3. omittit *ipsi.*—3 Vet. Steph. et unus Oxon. *ingenio contra atque nos,* probante Mureto, recepit Lallem. 'Sed est glossa.' *Orell.*—

præcipere: nos contra fortasse possumus.[b] 144. At dignitatem docere non habet.[4] Certe, si quasi in ludo:[c] sed si monendo,[d] si cohortando, si percunctando, si communicando, si interdum etiam una legendo, audiendo: nescio, docendo[5] etiam aliquid aliquando si possis meliores facere, cur nolis? An, quibus verbis sacrorum alienatio fiat,[e] docere[f] honestum est (ut est);[6] quibus ipsa sacra retineri defendique possint, non honestum est?[g] 145. At jus profitentur etiam, qui nesciunt: eloquentia autem, illi ipsi, qui consecuti sunt, tamen se valere[7] dissimulant, propterea quod prudentia[h] hominibus grata est, lingua suspecta.[i] Num igitur aut latere eloquentia potest? aut id, quod dissimulat,[8] effugit?[j] aut est periculum, ne quis putet in magna arte et gloriosa, turpe esse docere alios id, quod ipsi fuerit honestissimum discere? 146. Ac fortasse ceteri tectiores:[k] ego semper me didicisse præ me tuli.[l] Quid enim possem? cum et abfuissem adolescens,[m] et horum studiorum causa mare transissem,[n] et doctissimis hominibus referta domus esset, et aliquæ fortasse inessent in sermone nostro doctrinarum notæ, cumque vulgo scripta nostra legerentur, dissimularem[9] me didicisse? Quid erat, cur probarem,[o]

[b] *Melius docere quam dicere.* [c] *Si doceamus quasi in schola.*
[d] *Dignitate non caret, si doceamus monendo, &c.*
[e] *Qua verborum formula sacra familiarum possint alienari.*
[f] *Quod docent jurisperiti.*
[g] *Docere, ut docent oratores traditis variis præceptis.*
[h] *Qua præditus esse debet jurisconsultus.*
[i] *Lingua oratoris arte exculta in suspicionem falsi venit.*
[j] *Aut artificii, quod tegit, suspicionem evitat.*
[k] *Dissimulant se dedidisse operam eloquentiæ.* [l] *Palam professus sum.*
[m] *Quomodo enim possem dissimulare me institutum præceptionibus oratoriis, cum et domo abfuissem, &c.*
[n] *Ut Athenas et Rhodum et in Asiam me conferrem.*
[o] *Me non studuisse eloquentiæ.*



4 Guelf. 3. et codd. Regii, *possumus ad dignitatem melius docere. Non habet.* 'Conjecturas e misero hoc gloss. ortas videsis ap. Schneider. Ep. ad Lang. p. 54.' *Orell.*—5 Ita Lamb. Schutz. et Orell. *cur non docendo* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut.—6 Habent *ut est* tres codd. Lambini, Nor. Manut. Lamb. Grut. desunt in Guelf. 3. Ald. Junt. Crat. Schutz. 'Sed hæc urbanitas non debetur interpolatoribus.' *Orell.*—7 Ita edd. vett. Venett. Mediol. Ald. Junt. Crat. *eloquentiam autem qui c. s. ipsi tamen ea se valere* Schutz. *eloquentiam autem illi ipsi, qui c. s. tamen ea se valere* Steph. e codd. Lamb. Grut. Orell. *eloquentiam enim ipsi, qui c. s. tamen ea se valere* Guelf. 3. —8 Ernestius suspicabatur *dissimulatur.* Mox, *aut quod est* Steph.—9 *Quid*

nisi quod parum fortasse profeceram?[10] XLIII. Quod cum ita sit; tamen ea, quæ supra dicta sunt, plus in disputando, quam ea, de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt.[p] 147. De verbis enim componendis, et de syllabis propemodum dinumerandis et dimetiendis loquemur; quæ etiamsi sunt, sicuti mihi videntur, necessaria, tamen fiunt magnificentius, quam docentur. Est id omnino[q] verum, sed proprie in hoc[r] dicitur.[1] Nam omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat; radices stirpesque non item: sed esse illa sine his non potest.[s] Me autem, sive pervagatissimus[t] ille versus, qui vetat,

'Artem pudere proloqui, quam factites,'[u]

dissimulare non sinit, quin delecter;[2] sive tuum studium hoc a me volumen expressit: tamen eis, quos aliquid reprehensuros suspicabar, respondendum fuit.[3] 148. Quodsi ea, quæ dixi, non ita essent; quis tamen se tam durum agrestemque præberet, qui hanc mihi non daret veniam, ut, cum meæ forenses artes, et actiones publicæ concidissent,[v][4] non me aut desidiæ (quod facere non possum) aut mœsti-

[p] *Cum minime sit inhonestum docere institutiones oratorias; tamen ea quæ supra dicta sunt de idea perfectæ eloquentiæ in disputatione plus habent dignitatis, quam dissertatio de verbis, syllabis, et pedibus, de quibus deinceps agendum.*

[q] *In omnibus artibus.* [r] *In arte oratoria.*

[s] *Altitudo arborum sine radicibus esse non potest.* [t] *Notissimus.*

[u] *Ne quem pudeat disserere de arte quam exercet.*

[v] *Cum mihi non liceret Cæsare dominante in foro publice causas agere.*

enim? possem ... dissimulare duo codd. Guelf. *Qui enim possem ... dissimulare* de Ernesti conjectura Schutz. *Quid enim possem? cum ... dissimularem* Ald. Junt. Lamb. *cum abivissem adolescens* Nor. *cum abfuissem domo adolescens* Schutz. *cum et abfuissem domo adolescens* codd. Regii, Guelf. 3. Steph. Lamb. Orell. Pro *mare*, Guelf. 3. Steph. Lamb. Schutz. et Orell. habent *maria.*—10 Ita Nor. Junt. Crat. Lamb. Grut. Orell. *Quid erat; quo probarem* conj. Ernesti; *Sed qui cur probarem* Vet. Steph. *didicisse. Qui probarem? nisi ... profeceram* Manut. *Quis erat, cui probarem, nisi* (omisso *quod*), *&c.* Schutz. e Strebæi codice. 'Locus corruptus, sic restituendus: *Quid? cui probarem? nisi quod parum fortasse profeceram.*' Orell.

CAP. XLIII. 1 Hæc, *Est id o. v. s. p. in h. dicitur*, uncis incluserunt Schutz. et Orell. Manut. interpungit, *dicitur: nam;* et Lamb. delet *nam.*—2 Ita Junt. et Lamb. *quid delectet* Orell. e conjectura Ernestii; *quidelectet* (ita) codd. edd. vett. et Nor. *quin delectet* Crat. *id quo delecter* conj. Schutz.—3 Guelf. 3. *reprehensuros aliquid, &c.* Schutz. de conjectura, *quos reprehensuros suspicabatur, aliquid respondendum fuit.*—4 Beier. ad Offic. tom. II. p. 12.

tiæ (cui resisto) potius, quam literis, dederem? quæ[w] quidem me antea in judicia atque in curiam deducebant, nunc oblectant domi. Nec vero[5] talibus modo rebus, quales hic liber continet, sed multo etiam gravioribus et majoribus: quæ si erunt perfectæ, profecto forensibus nostris rebus etiam domesticæ literæ respondebunt.[x] [6] Sed ad institutam disputationem revertamur.

XLIV. 149. Collocabuntur igitur verba, aut ut inter se quam aptissime cohæreant extrema cum primis,[y] [1] eaque sint quam suavissimis vocibus; aut ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum;[z] aut ut comprehensio[a] numerose et apte cadat. Atque illud primum videamus, quale sit, quod vel maxime desiderat diligentiam, ut fiat quasi structura[b] quædam, nec tamen fiat operose:[c] [2] nam esset cum infinitus, tum puerilis labor; quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scævola,

'Quam lepide[q] lexeis compostæ! et tesserulæ omnes
Arte[3] pavimento, atque emblemate vermiculato.'

[*p.* 211.] 150. Nolo tam minuta hæc[4] constructio appareat:

[w] *Quæ artes eloquentiæ.*
[x] *Nec vero tantum occupor rebus rhetoricis, quales hic liber continet, sed philosophicis quæ sunt multo majores. Quæ philosophicæ dissertationes, si fuerint absolutæ, tantam nobis afferent gloriam, quantam causæ forenses quas egimus.*
[y] *Extrema verbi prioris cum primis syllabis verbi sequentis.*
[z] *Ut forma ipsa et coagmentatio verborum conficiat periodum.*
[a] *Circuitus orationis.* [b] *Compositio verborum.* [c] *Anxie.*

conj. *conticuissent.*—5 '*Domi, nec vero*] Vulgo sic interpungitur, *domi. Nec vero.* At in *nec vero .... rebus,* intelligitur ex antecedentibus *oblectant.*' Schutz.—6 Ita Manut. *profecto forensibus nostris rebus et domesticæ respondebunt* Nor. Junt. Crat. Lamb. *profecto forensibus nostris etiam domesticæ literæ respondebunt* Schutz. e conjectura. 'Sed *forenses literæ* risum, ut opinor, movissent Tullio. Non potui non recipere egregiam Vet. Steph. et Guelf. 3. lectionem, *profecto maximis rebus forensibus nostris et externis inclusæ et domesticæ literæ respondebunt.*' Orell.

CAP. XLIV. 1 *Cum sequentibus primis* conj. Schutz.—2 Ita codd. aliquot, Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. *diligentiam: (est enim quasi structura quædam) nec id tamen fiet operose* Venet. Nor. Manut. et ed. 1584. Mox, *tum infinitus* Schutz.—3 *Endo* Lamb. et Schutz. Cf. de Orat. III. 174.—4 *Nolo*

NOTÆ

[q] *Quam lepide*] Quem locum interpretatione et notis illustravimus lib. III. de Orat. § 171.

sed tamen stylus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi.[d] Nam ut in legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum[5] verborum cum insequentibus primis concursus, aut hiulcas[e] voces efficiat, aut asperas.[f] Quamvis enim suaves, gravesque sententiæ, tamen si inconditis verbis[6] efferuntur, offendent aures,[r] quarum est judicium superbissimum.[g] Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, qui[7] vocales nolit conjungere.[h] 151. In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas literas tanto opere fugerit;[i] etsi id magister ejus Isocrates:[j][8] at non Thucydides:[s] ne ille quidem, haud paulo major scriptor, Plato:[k] nec solum in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione,[l][9] qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in

[d] *Reddet facilem modum, quo recte verba componantur.*
[e] *Si vocales durius concurrant.* [f] *Si graviter collidantur consonantes.*
[g] *Quæ delicatæ sunt et fastidiosæ.*
[h] *Qui non velit vocales ita componere, ut non lædant aures.*
[i] *Nimis affectato studio duriorem vocalium concursum fugerit.*
[j] *Evitaverit pariter.*
[k] *At non Thucydides fugit asperas et hiulcas voces; ne ipse quidem Plato Thucydide multo major.* [l] *In funebri oratione ad populum.*



hæc tam minuta Guelf. 3. et Schutz. Mox, pro *efficiet*, Schutz. suspicabatur *inveniet*. Actutum, *facile formulam componendi* Guelf. 3. Steph. et Lamb.—5 Lamb. *nec extremorum*.—6 Guelf. 3. Steph. Lamb. *si incondite positis verbis.* Mox, *offendunt aures* Guelf. 3. Ascens. et Schutz. Paulo post, *judicium subtilissimum* tres codd. Steph. et Lamb.—7 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. *quin* edd. vett. Nor. Grut. probante Victorio, et Lamb. in annott. Mox, post *conjungere* excidisse arbitratur Schutz. *At Græci facilius ferunt hiatus vocalium.*—8 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. *etsi idem m. ejus Isocrates* Steph. Lamb. Orell. ex codd. *etsi idem m. e. Isocrates fecerat* Guelf. 3. et Schutz. '*fecerat* tamen videtur ex interpolatione, cum Vet. Steph. addat *fecerit*, et gloss. per totum hoc caput refertus sit Guelf. 3.' *Orell.*—9 Lamb.

NOTÆ

[r] *Offendent aures*] Exempli causa scita est et elegans hæc sententia ex Orat. pro Marcello: 'Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.' Commutato verborum ordine gratiam amittet: 'Cum sapientia temeritas commiscetur nunquam, nec casus admittitur ad consilium.'

[s] *Thucydides*] Hiulce et aspere scribit Thucydides. Idem dictionis genus persequitur Plato tum in aliis Dialogis, tum in Menexeno, qui et *ἐπιτάφιος λόγος*, *oratio funebris*, inscribitur.

præliis interfecti: quæ sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit: in ea est crebra ista vocum[10] concursio, quam magna ex parte, ut vitiosam, fugit Demosthenes. XLV. 152. Sed Græci viderint; nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere voces[1] conceditur.[m] Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ[n] Catonis: indicant omnes poëtæ, præter eos, qui ut versum facerent, sæpe hiabant:[o t] ut Nævius,

'Vos, qui accolitis Istrum[u] fluvium, atque Algidam.'[2 v]

Et ibidem,

'Quam nunquam vobis[3] Graii, atque Barbari.'

At Ennius semel,[4]

'Scipio invicte.' - -

Et quidem nos,[w]

'Hoc motu[x] radiantis Etesiæ[y] in vada ponti.'

[m] *Verum id curent Græci in vitando literarum duriore concursu religiosiores: nobis propter penuriam vocum hiulcum illum concursum fugere non licet.*

[n] *Aliquanto asperiores.* [o] *Non elidebant concurrentes vocales.*

oratione populari.—10 Manut. et Lamb. *vocalium.*

CAP. XLV. 1 Manut. et Lamb. *vocales.*—2 Notam defectus post *Algidam* inseruit Orell. Schneider Lat. Gramm. p. 146. 'terram,' 'oram,' vel simile quid supplet: *vos q. a. Histrum atque Algidam* Streb. *Histrum, fluvium algidum* suspicabatur Schutz.—3 Ita ed. 1584. et Grut. *nobis* Nor. Ald. Junt. Crat.

NOTÆ

[t] *Sæpe hiabant*] Hoc non solum veteres illi incomti, et horridi, sed etiam politissimi post Ciceronis ætatem, interdum usurparunt ad exprimendam antiquitatis imaginem. Virgil. Georg. I. 'Glauco et Panopeæ et Inoo Melicertæ.' Et Æneid. I. 'Posthabita coluisse Samo. Hic illius arma.' Et ibidem: 'Et vera incessu patuit Dea. Ille ubi matrem.'

[u] *Istrum*] Danubius, Europæ fluvius longe maximus, per immania magnarum gentium diu Danubius est: deinde aliter appellantibus accolis Ister fit. Mela II. 1. Unde primum Illyricum alluit Ister dicitur. Plinius IV. 12. *Le Danube.* Est et fluvius cognominis in Istria regione Italiæ. De utro loquatur Nævius incertum.

[v] *Algidam*] Algida terra circa Algidum montem et oppidum in Latio. Hodie *Roccha del Papa.*

[w] *Et quidem nos*] Cicero adolescens Arati Phænomena Græce scripta versibus Latinis expressit.

[x] *Hoc motu*] Arati versus Græci sunt Τῆμος καὶ κελάδοντες Ἐτησίαι εὐρέϊ πόντῳ Ἀθρόοι ἐμπίπτουσι· *Tunc resonantes Etesiæ lato mari crebri incumbunt.*

[y] *Etesiæ*] Venti sunt qui quod certa anni tempestate spirent, Ἐτήσιοι, id est, *annui*, dicti sunt: appellantur quoque πρόδρομοι, quasi *præcursores*,

Hoc idem nostri sæpius[5] non tulissent, quod Græci laudare etiam solent.[z] 153. Sed quid ego vocales?[p] sine vocalibus sæpe brevitatis causa contrahebant,[q] ut ita dicerent, *multi' modis, vas' argenteis,*[6] *pass' et crinibus, tecti' fractis.*[r] Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut 'duellum,'[a] bellum, et 'duis,' bis, sic 'Duellium,'[b] eum qui Pœnos classe devicit, 'Bellium' nominaverunt, cum superiores appellati essent semper 'Duellii.'[7] Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo enim vester[8] 'Axilla,' 'Ala' factus est,[c] nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam e 'maxillis,'[d] et 'taxillis,' et 'vexillo,' et 'paxillo,' consuetudo elegans Latini sermonis evellit. 154. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut 'sodes,' pro 'si audes:' 'sis,' pro 'si vis.' Jam in uno, 'capsis,' tria verba sunt:[s] 'ain',' pro 'aisne:' 'ne-

[p] *Hic vocales affero.*
[q] *Contrahebant vocabula ad tollendas consonantes hiulcas.*
[r] *Multis modis, vasis argenteis, passis et crinibus, tectis fractis.*
[s] *Cape si vis.*

Manut. Lamb.—4 Guelf. 3. et Vet. Steph. *sæpe.*—5 Lamb. *sæpius nostri.*—6 Lamb. *argentei' vasis.* Mox, *passi' crinibus* Lamb. et Lallem. *pass' et crinibus* ex ingenio Ernesti, improbante Orell. Vide Schneider Lat. Gramm. I. p. 350. Deinde, *tecti' sartis* vir quidam doctus in marg. Lamb. ap. Orell. —7 *Duilium . . . Bilium . . . Duilii* legendum esse probabiliter demonstrat Garaton. ad Plancian. p. 262. *essent appellati Duellii,* omisso *semper,* Guelf. 3. —8 Ante Lips. et Lamb. legebatur *noster.* Mox, *Ahala* Lamb. Paulo post,

NOTÆ

quorum flatus ortum caniculæ diebus octo præcedit, ut notat Plinius. Vide Gellium II. 22.

[z] *Græci laudare etiam solent*] Innumerabiles apud Homerum aliosque Græcæ poëseos principes reperias versus, in quibus extremæ vocales etiam breves sequenti vocali interdum non eliduntur.

[a] *Duellum*] Frustra sunt igitur qui bellum, quasi minime bellum, per antiphrasim dictum volunt.

[b] *Duellium*] C. Duellius, aut Duilius, consul, primus Romanorum navalem victoriam de Pœnis adeptus est anno U. C. 494. ante Christum 260.

[c] *Axilla, Ala factus est*] Plerisque lexicographis imposuit hic locus. Axilla interpretati sunt minutam alam: absurde. Viri proprium nomen est, qui primum Axila, deinde Ahala, postea Hala, denique Ala dictus est. *Vester Axilla* appellatur a Tullio, quia librum hunc scripserat ad Brutum, qui maternum genus referebat ad Servilium Alam.

[d] *Maxillis*] Pro 'maxillis,' 'malas;' pro 'taxillis,' 'talos;' pro 'vexillis,' 'vela;' pro 'paxillis,' 'palos,' dicimus.

quire,' pro 'non quire:' 'malle,' pro 'magis velle:' 'nolle,' pro 'non velle.' 'Dein' etiam sæpe, et 'exin,' pro 'deinde' et 'exinde' dicimus. Quid illud?[9] non olet unde sit, quod dicitur, 'cum illis?'[t] 'cum' autem 'nobis'[e] non dicitur, sed 'nobiscum?' quia si ita diceretur, obscœnius concurrerent literæ, ut etiam modo, nisi 'autem' interposuissem, concurrissent. Ex eo est 'mecum,' et 'tecum;' non, 'cum me,' et 'cum te;' ut esset simile illis 'vobiscum' atque 'nobiscum.' XLVI. 155. Atque etiam a quibusdam sero jam emendatur antiquitas,[u] qui hæc reprehendunt: nam[v] pro 'Deum[1] atque hominum fidem,' 'Deorum' aiunt.[w] Ita credo: hoc illi nesciebant:[2] an dabat hanc licentiam consuetudo?[x][3] Itaque idem poëta, qui inusitatius contraxerat, 'Patris mei[f] meum factum pudet,' pro 'meorum factorum:' et, 'Texitur: exitium examen[y] rapit,'[4] pro 'exitiorum:' non dicit, 'liberum,' ut plerique loquimur, cum, 'Cupidos liberum,' aut, 'In liberum loco,' dicimus, sed, ut isti volunt,

'Neque tuum[5] unquam in gremium extollas liberorum
ex te genus,'[z]

Et idem,

[t] *Nonne apparet quare dicatur cum illis?*
[u] *Neque enim præterita mutari possunt.*
[v] *Cum antiqui dixerint.* [w] *Illi recentiores.*
[x] *Quasi vero ignorassent antiqui dici posse Deorum: nonne hanc licentiam molliendi per syncopen verbi dabat usus?* [y] *Turba malorum.*
[z] *Neque unquam in sinu tuo foveas liberos quos procreaveris.*

e maxillis, e taxillis Manut. *e maxillis, taxillis* Lamb.—9 *Quid * * ? illud* Schutz. qui hæc, *Quid ... nobiscum,* pro suspectis habet.

Cap. XLVI. 1 Ald. Junt. Lamb. Grut. *proh Deum.*—2 *Id credo, illi nesciebant* Schutz.—3 Ita Nor. Manut. Grut. *consuetudo licentiam* Guelf. 3. Ald. Junt. Crat. Lamb. Schutz.—4 Nor. *capit;* Lamb. *capiti,* improbante Orell. Cf. de

NOTÆ

[e] *Cum autem nobis*] Dictum alias 'cum nobis,' 'cum vobis,' testis est Priscianus lib. XII. cap. ult. sed molestius concurrentibus literis.

[f] *Patris mei*] De sententia horum et sequentium versiculorum, auctore me, nemo vehementer laboraverit. Desumti sunt ex veteribus poëtis, quorum carmina maximam partem periere.

'Namque Æsculapi[6] liberorum' - -

At ille aliter in Chryse,[a g] non solum,

'Cives, antiqui amici majorum meum,'

quod erat usitatum, sed durius etiam,

'Consilium,[7] augurium, atque extum interpretes.'[b]

Idemque pergit,

'Postquam prodigium horriferum, portentum pavos:'[c 8]

quæ non sane sunt in omnibus neutris usitata. Nec enim dixerim tam libenter, 'armum judicium:' etsi est apud eundem,

'Nihilne ad te de judicio armum accidit?'

quam 'armorum.' 156. Jam (ut censoriæ tabulæ[d] loquuntur) 'fabrum,'[9] et 'procum,' audeo dicere, non 'fabrorum,' et 'procorum.' Planeque, 'duorum virorum judicium,' aut, 'triumvirorum capitalium,' aut, 'decemvirorum[e] litibus[10] judicandis,' dico nunquam.[f] Atqui dixit Accius, 'Video sepulcra dua[h] duorum corporum.' Idemque, 'Mulier una duum virum.' Quid verum sit, intelligo:[g] sed alias ita loquor,

[a] *Pacuvius in tragœdia Chryse quam edidit.*
[b] *Consiliorum, auguriorum, atque extorum.* [c] *Timor prodigiorum, &c.*
[d] *Quibus infames notantur.* [e] *Qui præsunt.*
[f] *Sed semper dico duumvirum, triumvirum, et decemvirum.*
[g] *Scio quid ratio exigat in usurpandis emendate vocibus.*

Divin. I. 32.—5 *Nec tuum* Schutz.—6 *Æsculapii* Lamb.—7 *Consilium socii* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Orell. et Bothe Poët. Scen. p. 113. *socii* omittunt Grut. et Schutz.—8 Ald. Junt. Lamb. *pavor.* Mox, *quæ non sunt sane* Lamb.—9 Ita Grut. et Lamb. *accidit: quam centuriam ut c. t. e. fabrum,* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut.—10 Schutz. in ed. maj. ex uno codice Mureti, *stlitibus.* 'Satis probabiliter: nam in inscriptionibus ultimorum etiam temporum constanter sic legitur, id quod ignorabat Ernestius.' *Orell.*

NOTÆ

[g] *Chryse*] Chryses Apollinis sacerdos fuit, cui cum raptam filiam Chryseidem Agamemnon redditurum se negaret, is, fusis ad Apollinem precibus, impetravit, ut Græcorum exercitus peste affligeretur. Homer. Iliad. A.

[h] *Dua*] Antiquo more dictum. Quam in rem Quintil. I. 5. 'Quid quod,' inquit, 'quædam quæ singula procul dubio vitiosa sunt, juncta sine reprehensione dicuntur? Nam 'dua' et 'tre' et 'pondo' diversorum generum sunt barbarismi: at 'duapondo' et 'trepondo,' usque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, et recte dici Messala confirmat.'

ut concessum est,[h] ut hoc, vel, ‘Proh Deum dico,’ vel, ‘Proh Deorum:’ alias, ut necesse est,[i] cum ‘trium virum,’ non ‘virorum:’ cum[11] ‘sestertium nummum,’ non ‘nummorum:’ quod in his consuetudo varia non est. XLVII. 157. Quid, quod sic loqui, ‘nosse,’ ‘judicasse,’ vetant: ‘novisse,’ jubent, et ‘judicavisse’? quasi vero nesciamus, in hoc genere et plenum verbum[j] recte dici, et imminutum[k] [i] usitate. Itaque utrumque Terentius, ‘Eho, tu[j] cognatum[1] tuum non noras?’[l] Post idem, ‘Stilphonem, inquam, noveras?’[2] ‘Siet,’ plenum est; ‘sit,’ imminutum: licet utare utroque: ergo ibidem,[m]

‘Quam cara sint, quæ post carendo intelligunt,
Quamque attinendi magni dominatus sient.’[n]

Nec vero reprehenderim, ... ‘Scripsere alii rem:’ et ‘scripserunt’[3] esse verius[o] sentio: sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. ‘Idem campus habet,’ inquit Ennius: et, ‘In templis isdem,’ probavit. At, ‘eisdem,’ erat verius: nec tamen, ‘eisdem,’ opimius:[p] male sonabat, ‘iisdem.’[4] [*p.* 212.] Impetratum

[h] *Ut permittit usus.* [i] *Ut regulæ jubent.*
[j] *Judicavisse.* [k] *Judicasse.*
[l] *Agedum, nonne cognoscebas cognatum tuum?*
[m] *Eodem loco, non apud Terentium, sed apud alium poëtam qui scripsit 'siet.'*
[n] *Et intelligunt quanti sint pretii ea quæ possidebant, cum iis carent, et quanto studio retinenda sint magna imperia.*
[o] *Magis consentaneum legi verborum.*
[p] *Pinguius quiddam et magis rusticum sonabat.*



—11 Pro *cum*, Lamb. legit *et*.
CAP. XLVII. 1 Terent. Phorm. II. 3. 35. *sobrinum*.—2 Lamb. *non noveras*, contra Terentii verba.—3 Lamb. et e Spaldingii conjectura Schutz. *etsi scripserunt*.—4 *At isdem erat verius; sed tamen opimius. Male sonabat iisdem* Schutz. *At, eisdem, erat verius: nec tamen, eisdem, opimius, male sonabat, iis-*

NOTÆ

[i] *Imminutum*] Imminuta et diminuta vim eandem habent apud Latinos scriptores, sed a rhetoribus et grammaticis bifariam distribuuntur. Imminuta sunt vocabula, quibus aliqua syllaba per syncopen, seu concisionem, detracta est; quibus vocabulis respondent plena; ut ‘maxilla’ plenum est, ‘mala’ imminutum vocabulum. Diminuta minuunt significationem rerum, et numerum augent syllabarum; ut, ‘homulus,’ ‘homunculus,’ ‘homuncio:’ iis opponuntur integra, ut ‘homo.’

[j] *Eho tu*] Desumtus ex Phormio-

est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret: et 'pomeridianas quadrigas,'[r] quam 'postmeridianas,' libentius dixerim; et 'mehercule,' quam 'mehercules.'[k] 'Non scire' quidem barbarum jam videtur: 'nescire,' dulcius. Ipsum[5] 'meridiem,' cur non 'medidiem'? credo, quod erat insuavius. 158. Una præpositio est 'abs,'[6][l] eaque nunc tantum in accepti tabulis[s] manet; ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Nam 'amovit' dicimus, et 'abegit,' et 'abstulit,' ut jam nescias, *ab*ne verum sit, an 'abs.'[t][7] Quid si etiam 'abfugit' turpe visum est; et 'abfer' noluerunt, 'aufer'[8] maluerunt? quæ præpositio præter hæc duo verba, nullo alio in verbo reperitur.[9] 'Noti' erant, et 'navi,'[u] et 'nari,'[v] quibus cum 'in' præponi oporteret, dulcius visum est, 'ignoti,' 'ignavi,' 'ignari,'[10] dicere, quam ut veritas postulabat. 'Ex usu' dicunt, et 'e republica,' quod in altero vocalis excipiebat,[w] in altero esset asperitas, nisi literam sustulisses; ut, 'exegit,'[m] 'edixit,' 'effecit,' 'extulit,' 'edi-

[r] *Quæ in curuli certamine post meridiem in circo decurrebant.*
[s] *In tabulis in quas refertur id quod acceptum est, et id quod expensum.*
[t] *Utrum 'abs' an 'ab' sit præpositio, ex qua componuntur illa verba.*
[u] Id est, *industrii.* [v] Id est, *periti.*
[w] *Quia in priore vocabulo vocalis sequebatur.*

dem Orell.—5 *Item* conj. Ernesti, improbante Orell.—6 Ita Lamb. *ab* ceteri. Mox, *quæ nunc* Schutz. Deinde, *ac ne his quidem* conj. Ernesti ex corruptela edd. vett. *aeneis quidem;* Lamb. *nec his quidem.*—7 Schutz. de conjectura, *a ne verum sit, an ab, an abs.*—8 Idem Schutz. *aufugit et abfer.*—9 Vet. Steph.

NOTÆ

ne Terentii, act. II. 11. versiculus, ubi non 'cognatum,' sed 'sobrinum' legitur. 'Eho, tu sobrinum tuum non noras?'

[k] *Mehercules*] Rectius dici videtur ex regulis grammaticæ: idem enim sonat quod, 'me Hercules juvet.'

[l] *Abs*] Plena est præpositio, imminutæ sunt 'ab' et 'a' durioris soni evitandi causa. 'A' præponitur consonantibus, Cic. Philip. III. 'Antonius a fronte, a tergo, a lateribus tenetur:' 'ab' vocalibus, et quibusdam consonantibus, Cicero ad Att. XII. 6. 'Tantumne ab re tua est otii tibi, ut etiam Oratorem legas?' 'Abs' interdum præponitur *t* et *q*. Terentius in Andria: 'O Dave, itane contemnor abs te?' et in Adelphis: 'Abs quivis homine beneficium accipere gratum est.'

[m] *Exegit*] Legendum conjicit Lambinus, *exegit, edixit, effecit, extulit, edidit.*

dit:'[11] adjuncti verbi primam literam præpositio commutavit; ut 'suffugit,' 'summutavit,' 'sustulit.'[x] XLVIII. 159. Quid in verbis junctis?[y] quam scite 'insipientem,' non 'insapientem'? 'iniquum,' non 'inæquum'? 'tricipitem,' non 'tricapitem'? 'concisum,' non 'concæsum'? Ex quo quidam 'pertisum'[z] etiam volunt: quod eadem consuetudo non probavit. Quid vero[n] hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? 'inclitus'[1] dicimus brevi prima litera,[a] 'insanus' producta: 'inhumanus' brevi, 'infelix' longa: et, ne multis,[b] quibus in verbis eæ primæ literæ sunt, quæ in 'sapiente,' atque 'felice,' producte[c] dicitur;[2] in ceteris omnibus breviter: itemque 'composuit,'[d] 'consuevit,' 'concrepuit,' 'confecit:' consule veritatem, reprehendet:[e] refer ad aures,[f] probabunt: quære, cur? ita se dicent juvari: voluptati autem aurium morigerari[g] debet oratio. 160. Quin ego ipse, cum scirem ita majores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali,[o] aspi-

[x] *Cum ex veritate debuisset dici, 'submutavit,' 'subtulit.'*
[y] *Vocabulis compositis.* [z] Pro *pertæsum.*
[a] *Ratione habita pronuntiationis, non quantitatis.* [b] *Ne plura dicam.*
[c] *Pronuntiantur longæ, in iis voce efferendis aliquanto plus moræ ponimus.*
[d] *Pronuntiantur prima litera brevi 'composuit,' &c.*
[e] *Ex veritate non videbitur pronuntiandas breves primas syllabas harum vocum, 'composuit,' &c.*
[f] *Consule aures tuas.* [g] *Servire.*

Nor. Lamb. *reperietur.*—10 Guelf. 3. *ignotos, ignavos, ignaros.*—11 Ita Mannt. Lamb. et Orell. *exegit, edixit, refecit, rettulit, reddidit* edd. vett. *exegit, edixit, extulit, edidit: at in effecit adjuncti verbi prima litera præpositionem commutavit* Schutz. *prima litera præpositionem* conj. etiam Lamb. et Ernesti. Mox, pro *suffugit*, quod extat in ed. Lips. *subegit* habent Ald. Junt. Lamb. Pro *summutavit*, ed. Lips. *summovit.*

CAP. XLVIII. 1 'Hoc totum nobis mirabile est, quia veram pronuntiationem veterum nescimus. Nec eodem modo res a viris doctis explicatur. Vid. Strebæum ad h. l. p. 817. et viros doctos ad Gell. II. 17. ubi hunc locum commemorat. Sed Gellius habet *indoctus* pro *inclitus* in codd. et edd. quod ego Ciceroni restituendum puto; nam et in libris reperitur sic, ut ed. Lips.' *Ernesti. indoctus* etiam Vet. Steph. et Guelf. 3.—2 Guelf. 3. et Gell. l. l.

NOTÆ

[n] *Quid vero, &c.*] Refert hunc locum et expendit Gell. II. 17.

[o] *Nusquam, nisi in vocali*] Huc pertinent quæ Fabius I. 5. tradit de aspiratione: 'Parcissime ea veteres usi, etiam in vocalibus, cum *ædos ircos*que dicebant. Diu deinde servatum ne consonantibus aspirarentur, ut in 'Graccis' et 'triumpis.' Erupit, brevi tempore nimius usus,

ratione uterentur,[h] loquebar sic, ut 'pulcros,' 'Cetegos,' 'triumpos,' 'Kartaginem' dicerem: aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi[3] veritas esset,[i] usum loquendi populo concessi,[j] scientiam mihi reservavi. 'Orcivios'[4] tamen, et 'Matones,' 'Otones,' 'Cæpiones,' 'sepulcra,' 'coronas,' 'lacrymas' dicimus, quia per aurium judicium semper licet. 'Purrum'[5] [p] semper Ennius, nunquam 'Pyrrhum.' 'Vi patefecerunt Bruges,'[6] non 'Phryges,' ipsius antiqui declarant libri: nec enim Græcam literam adhibebant: nunc autem etiam duas: et cum[7] 'Phrygum,' et cum 'Phrygibus' dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solum Græce loqui, tamen et 'Phryges' et 'Pyrrhum'[8] aurium causa dicimus. 161. Quinetiam, quod jam subrusticum[q] videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eædem erant postremæ duæ literæ, quæ sunt in 'optumus,' postremam literam detrahebant,[k] nisi vocalis inse

[h] *Nisi vocali aspirationem H apponerent.*
[i] *Sero quidem, sed tandem coactus sum legitimam loquendi rationem relinquere, et consuetudini servire, quasi aures populi usitatam a me loquendi formam enixe efflagitarent.*
[j] *Populi gratia parui consuetudini loquendi.*
[k] *In verbis quæ terminantur in -us, elidebant ultimam literam.*

dicuntur; Schutz. de conjectura, *dicitur IN.*—3 Lamb. *mihi extorta.*—4 Ita Ald. Junt. Lamb. Manut. *Orcinios* Streb. Camer. Schutz. Orell. *Oscivios* Venet. Paulo post, *semper* omittunt Guelf. 3. Schutz. uncis inclusit Orell. —5 Ita edd. vett. Venet. Ald. Junt. Crat. Manut. *Burrum* codd. aliquot, Lamb. 1566. Grut. Schutz. probante Lagomarsinio in Dawesii Mus. Crit. ed. Kidd, p. 183. Osann. Anal. p. 12.—6 Ita Lamb. Schutz. Orell. *Fruges* edd. vett. Junt. Manut.—7 Lamb. *et quamvis cum.* Actutum, pro *et cum Phrygibus,* ut legitur in Nor. Ald. Junt. Manut. *et Phrygibus* habent Guelf. 3.

NOTÆ

ut 'choronæ,' 'chenturiones,' 'præchones,' adhuc quibusdam inscriptionibus maneant. Qua de re Catulli nobile epigramma est: 'Chommoda dicebat, si quando commoda vellet Dicere, et hinsidias Arius insidias,' &c.'

[p] *Purrum* [*Burrum*] Non *Purrum* legendum esse probat Victorius Var. Lect. XIV. 3. Usitata est π in *b* mutatio: πύξος, *buxus*; *Burrus*, et *Bruges*, pro *Pyrrhus*, et *Phryges*. Vide Quintil. I. 4.

[q] *Quod jam subrusticum*] Illud idem tamen æqualis Ciceroni Lucretius usurpat, cujus sex de rerum natura libros versibus conscriptos emendasse dicitur ipse Tullius, uti refert Eusebius.

quebatur. Ita non erat offensio in versibus, quam nunc fugiunt poëtæ novi. Ita enim loquebamur:[9] 'Qui est[r] omnibu' princeps,' non, 'omnibus princeps:' et, 'Vita illa[s] dignu', locoque,' non, 'dignus.' Quod si indocta consuetudo tam est artifex suavitatis, quid ab ipsa tandem arte et doctrina postulari putamus? 162. Hæc dixi brevius, quam si hac de re una disputarem: est enim hic locus late patens, de natura usuque verborum; longius autem, quam instituta ratio[l] postulabat. XLIX. Sed quia rerum verborumque judicium, prudentiæ est; vocum autem et numerorum, aures sunt judices;[m] et, quod[1] illa[n] ad intelligentiam referuntur, hæc[o] ad voluptatem; in illis ratio invenit, in his sensus artem: aut enim negligenda nobis fuit[2] voluptas eorum, quibus probari volebamus, aut ars ejus conciliandæ reperienda. 163. Duæ sunt igitur res, quæ permulceant aures; sonus et numerus. De numero mox, nunc de sono quærimus. Verba (ut supra diximus) legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poëtæ, exquisita ad sonum, sed sumta de medio.[p] 'Qua ponto ab Helles,'[3][t] superat modum:[q] at, 'Auratos aries[u] Colchorum,'[v] splen-

[l] *Qua voluimus ideam perfecti oratoris informare.*
[m] *Rerum ac verborum detectus pertinet ad prudentiam; vocum, quæ ad numerum idoneæ sint, delectus est aurium eruditarum.*
[n] *Res et verba.*
[o] *Voces numerosæ.*
[p] *Omnibus usitata.*
[q] *Nimis est exquisitus ad sonum.*

Lamb. Schutz. et Orell.—8 Schutz. *nunc tamen et P. et Phrygum.*—9 *Id non erat offensioni in ... loquebantur* Schutz. de Heusingeri conjectura. Vide Schneider Lat. Gramm. I. p. 347.

CAP. XLIX. 1 Lambino tribuitur *quoniam* in marg. ed. 1584.—2 Lamb. *fuit nobis.* Actutum, *voluptas aurium* vir quidam doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell.—3 'Ita pro vulg. *Qua Pontus Helles,* edidi e Senec. Epist. 81. unde et Lipsius sic scribi volebat, cum Grutero.' *Ernesti.* Mox, *Auratus* Nor. Junt. Crat. Manut. Lamb. *Auratos* Grut. 'Sed qui sic scripserunt, plures arietes auratos norant, et in accus. pl. dicebant *aries* pro *arietes.*'

NOTÆ

[r] *Qui est, &c.*] Finis hexametri versus e nescio quo depromti.

[s] *Vita illa*] Versus integer habetur Tusculana II. et a Nonio dicitur ex Lucilio desumtus.

[t] *Ponto ab Helles* [*Pontus Helles*] Depromtus ex vetere poëta, cujus opera periere, versiculus. Est autem Hellespontus fretum inter Sestum et Abydum: *Le détroit de Gallipoli,* aut *le bras de St. George.*

[u] *Auratos aries*] De vellere aureo loquitur poëta.

[v] *Colchorum*] Populi Colchidos in

didis nominibus illuminatus est versus: sed proximus inquinatus insuavissima litera finitus,[4] 'Frugifera et ferta' arva[5] Asiæ[w] tenet.' 164. Quare bonitate potius nostrorum verborum utamur, quam splendore Græcorum,[r] nisi forte sic loqui pœnitet, 'Qua tempestate[s][x] Paris Helenam,' et quæ sequuntur. Immo vero ista sequamur, asperitatemque fugiamus, 'Habeo istam ego perterricrepam.'[t] Idemque,[6] 'Versutiloquas malitias.'[u]

Nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur,[7] quoniam id judicium esse alterum aurium diximus.[v] Sed finiuntur aut compositione[w] ipsa, et quasi sua sponte, aut quodam genere[8] verborum, in quibus ipsis concinnitas[x] inest: quæ sive casus habent in exitu similes, sive paribus paria redduntur, sive opponuntur contraria,[9] suapte natura numerosa sunt, etiamsi nihil est factum de industria. 165. In hujus concinnitatis consectatione[y][10] Gorgiam fuisse

[r] *Adhibeamus potius verba Latina bona, quam splendida illa Græca*

[s] *Quo tempore.* [t] *Quæ terret increpando.*

[u] *Fraudes fallacibus verbis structas.*

[v] *Neque solum ex arte verba inter se conjungentur, sed etiam concludentur; quorum prius ad prudentiam, posterius ad aurium judicium referri debet.*

[w] *Certa quadam conformatione orationis.*

[x] *Elegantia.* [y] *In hoc elegantiæ genere adhibendo.*

Orell.—4 Ita Manut. Lamb. Grut. *finis* Nor. *infinitus* edd. vett. Junt. *insignitus* suspicabatur Gulielmius; *finitus* delevit Schutz. 'Corrupti quid hic latet.' *Orell.*—5 *Frugiferai et fertai arva* conj. Osann. Anal. p. 111.—6 Ita Ald. Junt. Lamb. *Itemque* de Ernesti conjectura Schutz. et Orell.—7 Guelf. 3. *componantur v. r. s. e. finiantur.* Mox, *aurium alterum* Guelf. 3. Lamb. et Schutz. in ed. maj.—8 Schutz. de conjectura sua, *aut quasi s. s. et q. genere.* —9 Lamb. in marg. ed. 1584. *contrariis contraria.*—10 'Quia 'consectatio concinnitatis' est in vitio, non satis ei aptum 'principis' verbum videtur; sed *consectatione* fortasse vitiosum videatur; legendumque cum Lambino *confectione,* quod ille se in cod. reperisse dicit, (nos in Vit.) et hoc dare fortasse voluisse edd. Venet. Mediol. quæ habent *consectione;* sed id potest etiam e compendio natum esse, aut vitio operarum, pro *consecutione,* quod habet ed. Lips.'

NOTÆ

Asia regionem eam incolebant, quæ hodie dicitur *la Miugrélie.*

[w] *Insuavissima litera . . . . Asiæ* [*Asias*] *S* nimirum, quæ, teste Halicarnasseo, libro de compositione nominum, ingratum efficit sonum, et si sæpius usurpetur, vehementer offendit: quare caute a veteribus adhibita est. Porro *Asias,* ubi duplex *s,* genitivus est antiquus, ut 'familias,' &c.

[x] *Qua tempestate*] Ex quibus antiquis hæc desumserit Tullius, incertum.

principem accepimus, quo de genere illa nostra sunt in Miloniana: 'Est enim, judices,[y] hæc non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus.' [*p.* 213.] Hæc enim talia sunt, ut, quia referuntur ad ea, ad quæ debent referri, intelligamus non quæsitum esse numerum, sed secutum. 166. Quod fit item in contrariis referendis: ut illa sunt, quibus non modo numerosa oratio, sed etiam versus efficitur:

'Eam, quam[z] nihil[11] accusas, damnas:'[z]
'Condemnas,' diceret, qui versum effugere vellet.

'Bene quam meritam esse[12] autumas, dicis male mereri.[a]
Id,[13] quod scis, prodest nihil: id, quod nescis, obest.'

Versum efficit ipsa relatio contrariorum: id esset[14] in oratione numerosum, 'Quod scis, nihil prodest: quod nescis, multum obest.' L. Semper hæc,[a] quæ Græci ἀντίθετα[b] nominant, cum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, et eum sine industria.[c][1] 167. Hoc

[z] *Condemnas eam, quam nullius criminis accusas.*
[a] *Dicis eam male facere, quam credis bene fecisse.*
[b] *Opposita.* [c] *Studio.*

Ernesti.—11 Lamb. *mihi.* Vid. Topic. c. 13. Mox, *dixisset, qui v. e. voluisset* idem Lamb.—12 Schutz. τὸ *esse* delevit ob metrum.—13 *Id* delevit idem Schutz. eandem ob causam.—14 Vet. Steph. *idem esset.*

CAP. L. 1 Ita Junt. Crat. Manut. Grut. *etiam sine industria* Guelf. 3. Venet.

NOTÆ

[y] *Est enim, judices*] In Miloniana § 10. in qua paulo aliter hic locus habetur hoc modo: 'Non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus,' &c. Videre est in hoc exemplo similiter cadentia, ut *scripta, nata, docti, facti*; similiter desinentia, *didicimus, accepimus, legimus, arripuimus, &c.* item paria paribus relata, sive partes orationis eodem fere syllabarum numero constantes, *hæc non scripta, sed nata lex, &c.*

[z] *Eam, quam*] Versus iambicus dimeter: prima vox *eam* in unam syllabam colliditur. Alii iambum dimetrum hypercatalecticum levi operæ pretio esse contendunt.

[a] *Semper hæc, &c.*] Id licet advertere vel in ipsis historicis qui minime omnium numeros requirunt. 'Dominari illi volunt, vos liberi esse: facere illi injurias, vos prohibere: postremo sociis vestris velut hostibus, hostibus pro sociis utuntur.'

genere antiqui jam ante Isocratem delectabantur, et maxime Gorgias; cujus in oratione plerumque efficit numerum ipsa concinnitas. Nos etiam in hoc genere frequentes,[2] ut illa sunt in quarto accusationis:[b] 'Conferte hanc pacem cum illo bello: hujus prætoris adventum, cum illius imperatoris victoria: hujus cohortem impuram, cum illius exercitu invicto: hujus libidines, cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas; ab hoc, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas.' Ergo et hi numeri sint cogniti.[3]

168. Genus illud tertium explicetur, quale sit, numerosæ et aptæ orationis; quod qui non sentiunt, quas aures habeant, aut quid in his hominis simile sit, nescio. Meæ quidem et perfecto completoque verborum ambitu gaudent, et curta sentiunt, nec amant redundantia.[d] Quid dico meas? conciones[e] sæpe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent: id enim expectant aures, ut verbis colligentur sententiæ.[4] Non erat hoc apud antiquos. Et quidem nihil aliud fere non erat:[f] nam et verba eligebant, et sententias graves et suaves reperiebant, sed eas aut vinciebant, aut explebant parum.[g] 169. Hoc me ipsum delectat, inquiunt.[h] Quid si antiquissima illa pictura paucorum colorum, magis, quam hæc jam perfecta, delectet? illa nobis sit, credo, repetenda: hæc scilicet repudianda. Nominibus veterum

[d] *Offenduntur brevioribus et longioribus periodis.*
[e] *Multitudo auditorum.*
[f] *Et quidem alias fere omnes eloquentiæ partes usurpabant, inventionem, dispositionem, elocutionem, &c.*
[g] *Sententias non satis colligabant, nec satis numerosas efficiebant.*
[h] *Strigosi illi oratores qui se Atticos falso jactitant.*

Nor. Steph. Lamb. Schutz. Orell.—2 Steph. et Lamb. *frequentes fuimus.*—3 Ita Guelf. 3. Manut. Grut. *sunt cogniti* Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb. Schutz. Orell. Addunt *etiam a Latinis* Nor. Junt. Crat. Lamb. 'Sed si hoc recipiatur, delendum *et.*' Orell.—4 Ita Nor. Manut. Grut. Schutz. Orell. *colligetur sententia* Ald. Junt. Crat. Lamb. ut § 170. 'ut sit apte verbis comprehensa sententia.'

NOTÆ

Sallust. in Bello Jugurth. Vide lib. III. de Orat. § 198.

[b] *In quarto accusationis*] In quarto libro in Verrem, de signis § 115. ubi Syracusas a M. Marcello captas cum iisdem Syracusis a Verre administratis comparat.

gloriantur. Habet autem, ut in ætatibus[i] auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas; quæ quidem apud me ipsum valet plurimum: nec ego id, quod deest antiquitati, flagito potius, quam laudo, quod est: præsertim cum ea majora judicem, quæ sunt, quam illa, quæ desunt. Plus est enim in verbis et in sententiis boni, quibus illi excellunt, quam in conclusione sententiarum,[j] quam non habent. LI. Post[c] inventa conclusio est, qua credo usuros veteres illos fuisse, si jam nota atque usurpata res esset: qua inventa, omnes usos magnos oratores videmus. 170. Sed habet nomen invidiam, cum in oratione judiciali et forensi numerus,[1] Græce ῥυθμὸς, inesse dicitur. Nimis enim insidiarum ad capiendas aures[k] adhiberi videtur, si etiam in dicendo numeri ab oratore quæruntur. Hoc freti isti, et ipsi infracta[l] et amputata[2] loquuntur,[d] et eos vituperant, qui apta[m] et finita pronuntiant: si inanibus verbis, levibusque sententiis, jure:[n] sin probæ res, lecta verba, quid est cur claudere[3] aut insistere orationem malint, quam cum sententia pariter excurrere?[o] Hic enim invidiosus nume-

[i] *In adolescentia, juventute, et ætate virili.*
[j] *In numeroso illo orationis ambitu.*
[k] *Ad fallendos auditores.* [l] *Concisa.* [m] *Numeris comprehensa.*
[n] *Si inanibus verbis futilibusque sententiis ad explendos numeros utuntur, jure illi quidem reprehenduntur.*
[o] *Cur malunt orationis ambitum partes habere inæquales, aut subsistere in cursu orationis, quam aptis numeris ad finem perduci?*



CAP. LI. 1 Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut. *numerus Latine.* 'Delevi *Latine* post *numerus*, quia nimis ineptum est id addi. Similiter sine hoc verbo totum est supra c. 20.' *Ernesti.*—2 Lamb. in marg. ed. 1584. *infracta atque amputata.* —3 Ita codd. et edd. ante Aldum, item Lips. Gryph. Grut. Schutz. et Orell.

NOTÆ

[c] *Post*] Tum cum esset Cicero puer oratio numerosa Romam inducta est. Si quid enim prius esset completum numeris, id casu potius quam arte dicebant.

[d] *Infracta et amputata loquuntur*] Quod frequentissimum antiquis declamatoribus. 'Faciamus potius de fine remedium, de necessitate solatium: exeamus sponte consilio, pleni securitatis, gratias agentes. Solus vixit quoad voluit, qui mori mavult . . . Infirmæ prorsus terrenæque mentis est, ut numeretis annos: ego, quæ felicissima vel lassitudo, vel satietas est, virtute consenui.' Auctor declamationum quæ tribuuntur Quintiliano, in Mathematico.

rus[p] nihil affert aliud, nisi ut sit apte verbis comprehensa sententia: quod fit etiam ab antiquis, sed plerumque casu, sæpe natura:[q] [4] et quæ valde laudantur apud illos, ea fere, quia sunt conclusa, laudantur. 171. Et apud Græcos quidem jam anni prope quadringenti[e] sunt, cum hoc[r] probatur, nos nuper agnovimus. Ergo Ennio licuit, vetera contemnenti, dicere,

'Versibu',[f] quos olim Fauni, vatesque canebant:'

mihi de antiquis eodem modo non licebit?[5] præsertim cum dicturus non sim, 'Ante hunc,'[g] ut ille; nec quæ sequuntur, 'Nos ausi reserare.'[s] Legi enim audivique nonnullos, quorum propemodum absolute concluderetur oratio.[t] Quod qui non possunt, non est eis satis non contemni, laudari etiam volunt. Ego autem illos ipsos[u] laudo, idque merito, quorum se isti imitatores esse dicunt, etsi in eis aliquid desidero: hos vero minime, qui nihil illorum, nisi vitium, sequuntur, cum a bonis absint longissime. 172. Quodsi aures tam inhumanas,[v] tamque agrestes habent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas. Omitto Isocratem, discipulosque ejus, Ephorum et Naucratem: quanquam orationis faciendæ et ornandæ auctores locuple-

p *Cui conflant invidiam.*
q *Qua duce certis quibusdam numeris orationem illigamus.*
r *Hoc numerosum dictionis genus.*
s *Ennius igitur, cum vetera poëtarum carmina contemneret, potuit dicere, 'Omissis versibus agrestibus et impolitis, quos Fauni et antiquissimi vates canebant:' idem de priscis oratoribus non possum? præsertim cum non dicturus sim, ut Ennius, 'Ante hunc,' nec quæ sequuntur, dicturus sum, ut Ennius, 'Nos primi ausi sumus aperire iter ad Parnassum.'*
t *Perfectis numeris clauderetur oratio.* u *Atticos.* v *Indoctas.*

claudicare Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb.—4 Codd. aliquot, Steph. et Lamb. *sæpe etiam natura.*—5 'Sic ista, per interrogationem, accipienda; alias sensus

NOTÆ

e *Anni prope quadringenti*] Thrasymachus numeros invenit, eosdem perfecit Isocrates; uterque ante Ciceronem senem floruit annis circiter 350. ut patet ex iis quæ diximus in Bruto § 30. et 32.

f *Versibu'*] Fragmentum Ennii, quo poëta dicebat a se contemni obsoletos antiquitate versus. Fauni agrorum et sylvarum Dii sunt.

g *Ante hunc*] Antiquum aliquem appellabat poëtam Ennius, cui sese præferebat.

tissimi, summi[6] ipsi oratores, esse debeant.[w] Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel judicandis acrior Aristotele fuit?[7] quis porro Isocrati[h] est adversatus impensius?[8] Is igitur versum[i] in oratione vetat esse, numerum jubet. Ejus[x] auditor Theodectes,[j] inprimis (ut Aristoteles sæpe significat) politus scriptor, atque artifex, hoc idem et sentit et præcipit. Theophrastus vero iisdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino hæc esse ab his præcepta nesciant.[9] 173. Quod si ita est, (nec vero aliter existimo) quid? ipsi[10] suis sensibus non moventur? nihilne eis inane[y] videtur? nihil inconditum,[z] nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans? In versu quidem theatra tota exclamant,[a][11] si fuit una syllaba brevior, aut longior.

[w] *Haberi.* [x] *Aristotelis.*
[y] *Quod aures non expleat.* [z] *Incompositum.*
[a] *Spectatores omnes reclamant.*

nullus est.' *Ernesti.*—6 Ita Venet. in marg. Ald. Junt. Gryph. Crat. Manut. *summique* Nor. Lamb. Grut. Mox, pro *debeant,* quod est in Ald. Junt. Crat. Grut. Manut. Lamb. *debebant* habent Guelf. 3. Venet. Nor. Schutz. et Orell. prob. Beier. ad Offic. tom. II. p. 189. Cf. Heusingeri notam ad Cic. Offic. III. 1. 9.—7 'Optime sic Heusingerus emendavit, *quis in rebus vel inveniendis acutior, vel judicandis acrior A. fuit?*' Schutz.—8 Ita ex codd. Grut. *est adversatus infensius* cod. Vit. ap. Ernesti, Ald. Junt. Crat. Lips. Gryph. Manut. Lamb. '*impensius* languere videtur præ illo, atque omnino *impensius adversari* Tullianum non est.' *Orell.* 'Edd. ante Ald. *etiam adversarius infensior;* quod cur mutatum sit, non video.' *Ernesti.*—9 Ita edd. antiquiss. et Lips. *nesciunt* codd. aliquot, Vit. margo Venet. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Schutz. Orell.—10 Ita Manut. et Lamb. *quia ipsi* edd. vett. *quod ipsi* margo Venet. Junt. Mox, *moveantur* Guelf. 3. Nor. Schutz. Deinde, *videatur* Schutz.—11 Lamb. conj. *reclamant.* Hoc recepit Schutz. Actutum, *si fuerit* Nor. *si sit* al. ap. Orell. Tum, *una syllaba aut brevior* codd. Regii, Guelf. 3. Lamb. Schutz. Orell.

NOTÆ

[h] *Quis porro Isocrati*] Infensissimus Isocratis adversarius Aristoteles, idem tamen quod ille sentit de oratione numeris vincienda; signum est igitur numeros necessario adhibendos, quos summorum virorum ceteris in rebus alioqui dissentientium, admittit auctoritas.

[i] *Is igitur versum*] Aristot. Rhet. III. 8. de numero præcipit, 'Ut dictionis forma neque versibus constet, neque numero careat.'

[j] *Theodectes*] E Lycia orator, Platonis, Isocratis, et Aristotelis discipulus. Scripsit versu artem oratoriam; animum etiam ad poësim tragicam summa laude appulit. Obiit anno ætatis 41. Floruit Olympiade 103. annis ante Christum 365. Suidas.

Nec vero multitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet: nec illud, quod offendit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit: et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis, sicut acutarum graviumque vocum, judicium ipsa natura in auribus nostris collocavit. LII. 174. [p. 214.] Visne igitur, Brute, totum hunc locum accuratius etiam explicemus, quam illi ipsi, qui et hæc,[1] et alia nobis tradiderunt? an his contenti esse, quæ ab illis dicta sunt, possumus? Sed quid quæro, velisne? cum literis tuis, eruditissime scriptis, te id vel maxime velle perspexerim? Primum ergo origo, deinde causa, post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptæ atque numerosæ.

Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in ejus summis laudibus ferunt,[2] quod verbis solutis numeros primus adjunxerit. Cum enim videret, oratores cum severitate audiri, poëtas autem cum voluptate; tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur,[3] cum jucunditatis causa, tum ut varietas occurreret satietati. 175. Quod ab his vere quadam ex parte, non totum, dicitur. Nam neminem in eo genere scientius[4] versatum Isocrate, confitendum est: sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus; cujus omnia nimis etiam extant scripta numerose. Nam, ut paulo ante dixi, paria paribus adjuncta, et similiter definita,[5] itemque contrariis relata contraria, quæ sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit: sed his est usus intemperantius:[b] id autem est genus,[c] [k] ut ante dictum est, ex tribus partibus col-

[b] *Nulla moderatione adhibita.*
[c] *Quo forma ipsa verborum conficit periodum.*

CAP. LII. 1 Guelf. 3. et Schutz. in ed. maj. *qui hæc.*—2 Steph. et Lamb. *in hoc eum s. l. ferunt;* Lambinus tamen conj. *hoc in ejus orationibus s. l. ferunt.*—3 Guelf. 3. Steph. Lamb. *uteretur,* alii ap. Steph. *uterentur.* Actutum, *tum j. causa* Schutz.—4 Lamb. *scientius in eo genere.*—5 Margo Crat. *finita.*

NOTÆ

[k] *Id autem est genus*] Collocationis verborum, ut ante Cicero explicuit § 149. triplex est genus: primum ut inter se verba aptissime cohæreant extrema cum primis; alterum de quo hic agitur, ut ipsa verborum concinnitas conficiat orbem suum; tertium ut comprehensio numerose cadat.

locationis alterum. 176. Horum [d] uterque Isocratem ætate præcurrit; ut eos ille moderatione, non inventione vicerit. Est enim, ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis ejus,[e] et his festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur;[f] quas Isocrates (cum tamen audivisset in Thessalia[1] adolescens senem jam Gorgiam) moderatius temperavit. Quinetiam se ipse [6] tantum, quantum ætate procedebat, (prope enim centum confecit annos,) relaxarat a nimia necessitate numerorum: quod declarat in eo libro,[m] quem ad Philippum Macedonem scripsit, cum jam admodum esset senex: in quo dicit sese minus jam servire numeris, quam solitus esset. Ita non modo superiores, sed etiam se ipse [7] correxerat.

LIII. 177. Quoniam igitur habemus aptæ orationis eos principes, auctoresque, quos diximus,[1] et origo inventa est; causa quæratur: quæ sic aperta est, ut mirer, veteres non esse commotos,[2] præsertim cum, ut fit, fortuito sæpe aliquid concluse [g] apteque dicerent: quod cum animos hominum, auresque pepulisset, ut intelligi posset, id, quod casus effudisset, cecidisse jucunde;[h] notandum certe genus, atque ipsi sibi imitandi fuerunt.[i] Aures enim, vel animus [3] aurium

[d] *Thrasymachus et Gorgias.* [e] *Translationum et periodorum.*
[f] *Hos flosculos oratorios, sic enim existimat, præter morem adhibet.*
[g] *Numerosa conclusione.* [h] *Suaviter fuisse terminatum.*
[i] *Observare certe debuerant formam dictionis numerose cadentis, et quod ipsis fortuito exciderat, ex arte imitari.*

—6 Schutz. e conjectura *se ipsum.* 'Recte, e regulis quidem recentiorum grammaticorum; sed ubi codd. consentiunt, in hisce mutationibus periculum est, ne scriptorem ipsum corrigas, non librarios; ubi illi variant, verius eligas licet.' *Orell.*—7 Schutz. e conjectura *se ipsum.*

CAP. LIII. 1 Ita Mediol. Ascens. Gryph. Junt. Lamb. Orell. Schutz. *dicimus* Vit. Venet. Manut. Grut. Actutum, *et* omittunt Guelf. 3. et Schutz. in ed. maj. ut hæc ad apodosin referantur. Vulgatam defendit Goerenzius ad Cic. de Fin. I. 7.—2 'Possit alicui in mentem venire *commonitos;* qui esse sensus h. l. debet, et non ita multo post est 'natura admonente:' sed etiam 'movere' sic dicitur, ut infra c. 51.' *Ernesti.*—3 *Ipse enim vel animus* Vet.

NOTÆ

[1] *Thessalia*] Celebri Græciæ regione; nunc dicitur *Comenolitari.*

[m] *In eo libro*] In oratione ad Philippum, qua eum hortatur, ut præcipuis Græciæ urbibus reconciliatis, bellum Persis inferat.

nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem.[j] Itaque et longiora et breviora judicat, et perfecta ac moderata semper expectat. 178. Mutila sentit quædam, et quasi decurtata; quibus, tanquam debito fraudetur,[k] offenditur: productiora alia, et quasi immoderatius excurrentia, quæ magis etiam aspernantur aures; quod cum in plerisque, tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementius, quam id, quod videtur parum. Ut igitur poëtica et versus[4] inventus est terminatione aurium, observatione prudentium; sic in oratione animadversum est, multo illud quidem[5] serius, sed, eadem natura admonente, esse quosdam certos cursus conclusionesque verborum.

179. Quoniam igitur causam quoque ostendimus, naturam nunc (id enim erat tertium) si placet, explicemus: quæ disputatio non hujus instituti sermonis[l] est, sed artis intimæ.[m] Quæri enim potest,[n] qui[6] sit orationis numerus, et ubi sit positus, et natus ex quo: et is unusne sit, an duo, an plures, quaque ratione componatur, et ad quam rem, et quando,[7] et quo loco, et quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat. 180. Sed ut in plerisque rebus, sic in hac, duplex est considerandi via; quarum altera est lon-

[j] *Facultate quadam naturali potest voces omnes, sive longas, sive breves, dimetiri.* [k] *Tanquam ipsi non reddatur id quod debetur.*

[l] *Quo ideam perfecti oratoris exprimimus.*

[m] *Sed reconditioris rhetoricæ, quæ de elocutione præcepta tradit.*

Steph. Guelf. 3. unde conj. Orell. *Aures enim, vel ipse animus.*—4 *Ut igitur in poëtica versus* Schutz. *Ut igitur poëtæ versus* Vet. Schutz. et Guelf. 3.—5 Lamb. *quidem illud.*—6 ‘Schutz. conj. *ecqui.* Male; cf. § 203.’ *Orell.*—7 Steph. et Lamb. *et quomodo.*

NOTÆ

[n] *Quæri enim potest*] Ad singula facile est respondere. Quid numerus? est conveniens sententiæ sonus ex compositione et dispositione verborum ortus. Ubi positus? in tota orationis serie. Ex quo natus? ex animi et aurium voluptate. An unus est? multiplex est pro varietate pedum, qui possunt adhiberi. Qua ratione componitur? apte ad argumentum quod tractatur. Ad quam rem? ad delectationem. Quando? semper usurpatur, alioquin orationi dissolutæ peribit gratia. Quo loco? præcipue in exordiis. Quemadmodum? ad modum, et rationem versus, qui certis pedibus definitus leniter in aures influit. Has ipsas quæstiunculas maximam partem paulo inferius Cicero ipse dissolvit § 203.

gior,[o] brevior altera, eadem etiam planior.[n] LIV. Est autem longioris[o] prima illa quæstio, sitne omnino[p] ulla numerosa oratio? (quibusdam enim non videtur, quia nihil insit in ea certi, ut in versibus; et quod ipsi,[1] qui affirment, eos esse numeros, rationem, cur sint, non queant reddere:) deinde, si sit numerus in oratione, qualis sit, aut quales: et e poëticisne numeris, an ex alio genere quodam? et, si e[2] poëticis, quis eorum sit, aut qui?[p] (namque aliis unus modo, aliis plures, aliis omnes iidem videntur:) 181. deinde, quicumque sint,[3] sive unus, sive plures; communesne[q] sint omni generi orationis? (quoniam aliud genus est narrandi, aliud persuadendi, aliud docendi:) an dispares numeri cuique orationis generi accommodentur? si communes, qui sint? si dispares, quid intersit,[r] et cur non

[n] *Ut in plerisque philosophicis quæstionibus, sic in hac de numeris disputatione, duplex est disserendi methodus; altera longior, altera brevior, et facilior.*
[o] *Methodi.* [p] *Qui ex poëticis numeris oratorium numerum conficiant.*

Cap. LIV. 1 Ita Nor. Manut. Grut. Schutz. Orell. *et quod illi* Ald. Junt. Crat. Lamb. *et quod ipsi illi* conj. Orell. '*Qui affirment*] Sic pro *affirmant* olim correxi ex analogia linguæ; post sic reperi in edd. ante Aldum, et Lips. et cod. Vit.' *Ernesti.* Actutum, *esse eos* Guelf. 3. *eos* delevit Schutz. 'Sed *eos* significat oratorios, in oratione.' *Orell.*—2 Lamb. *et ex.*—3 Codd. et edd. fere omnes *quicumque sunt.* 'Lambinus primum corr. *quotcumque*, non male; ego autem correxi *sint*, ex lege, et quia supra 'si sint.'' *Ernesti.* Indicativum defendit Heusinger. Cf. ejus ex fratre nepotis præf. ad Cic. de Off. p. 54. Mox, *omni generis orationi* Guelf. 3. unde Heusingerus conj. legendum *omnis generis orationi;* et sic plane legitur in Venet. Junt. Crat.

NOTÆ

[o] *Altera est longior*] Talis est illa rerum tractatio per decem categorias ab Aristotele (an ab alio potius?) explicatas; quibus inquiritur quid sit res de qua agitur, quanta, qualis, ad quid referatur, ubi, et quando sit, quem habeat situm, quem habitum, quid agat, quid patiatur.

[p] *Sitne omnino*] Levioribus illis quæstiunculis satisfacere non est operosum. An est numerosa oratio? omnino, ut aurium judicio probatur. An est a poëticis numeris? a poëticis certe: nullus enim alius est præter poëticos, ut infra dicitur § 188. Nonnihil tamen observandum. Oratorius et poëticus conveniunt in adhibendis iisdem fere pedibus; discrepant in iisdem alia serie collocandis: immo a se ipse diversus, semper esse debet oratorius, ne fastidium afferat.

[q] *Communesne*] Numeri tardiores gravi et sedatæ orationi, celeriores vehementi et incitatæ sunt idonei.

[r] *Quid intersit*] Tristiores alii; jucundiores alii; alii leves, ut pyrrichius; alii graves, ut spondeus. Quorum omnium judicium esto penes eruditas aures.

æque[s] in oratione, atque in versu numerus appareat? deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum[t] efficiatur, an etiam vel compositione quadam, vel genere verborum? an sit[4] suum cujusque,[u] ut numerus intervallis, compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quædam forma et lumen orationis appareat; sitque[5] omnium fons compositio, ex eaque et numerus efficiatur, et ea, quæ dicuntur orationis quasi formæ et lumina, quæ (ut dixi) Græci vocant σχήματα? 182. At non est[6] unum, nec idem, quod voce jucundum est, et quod moderatione absolutum, et quod illuminatum genere verborum:[q] quanquam id quidem finitimum est numero,[r] quia per se plerumque perfectum est:[s] compositio autem ab utroque differt,[t] quæ tota servit gravitati vocum, aut suavitati. LV. Hæc igitur fere sunt, in quibus rei natura quærenda sit.[u]

[q] *In oratione non unum et idem est, id quod voce jucundum, et quod numeris temperatum, et quod verborum figuris illustre est.*
[r] *Quod figuratum est, maxime accedit ad numerosum.*
[s] *Ex se suis partibus absolutum apte cadit.*
[t] *Junctura vocum differt a numero et figura.*
[u] *Quibus natura numerorum explicari debeat.*

Lamb.—4 Ita Lamb. Schutz. Orell. *an est* edd. vett. Ald. Junt. Manut. Grut. Mox, *ut numerus in intervallis, compositio in vocibus, genus ipsum verborum in quadam quasi forma et lumine, &c.* Lamb. *ut numerus intervallis, compositio vocibus, genere ipso verborum quasi quædam forma et lumen, &c.* Schutz. 'Mihi suspectum est *et lumen*, pro quo Vet. Steph. *ut lumen*; nam intolerabilis pæne est repetitio tam vicina *quasi formæ et lumina*; et *genus ipsum verborum: forma* quidem dici potest, non *lumen orationis*. Cetera sana. Vis sententiæ est in v. *ipsum*, id est, per se ipsum spectatum.' *Orell.*—5 Schutz. in ed. maj. suspicabatur *sitne*.—6 *An non est* Junt.

NOTÆ

[s] *Cur non æque*] Quia nimirum poëticus numerus æqualiter ubique servatur, et sui semper similis est; oratorius autem vix in medio, sed initio, maximeque in fine attenditur.

[t] *Utrum numero solum*] Numerus cum ex syllabis sive brevibus, sive longis, sive utrisque componatur, absque vocibus per se ipse constare non potest: efficitur coagmentatione quadam et figura ipsa verborum.

[u] *An sit suum cujusque*] In vocibus monosyllabis seorsim sumtis, numerosum nihil est: contra in verbis quæ sono ipso aures implent, ut 'moderatio,' &c. Numerus apparet temporibus syllabarum longis et brevibus, compositio accurato vocum delectu, ipsa vocum figura elegantia et concinnitas orationis videtur: adeo ut ex compositione tum numerus, tum figuræ orationis, quasi ex fonte, oriantur.

183. [*p.* 215.] Esse ergo [1] in oratione numerum quendam, non est difficile cognoscere: judicat [2] enim sensus: in quo iniquum est, quod accidit, non cognoscere, si, cur id accidat, reperire nequeamus.[v] Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit, quid acciderit:[w] ita notatio [x] naturæ et animadversio peperit artem. Sed in versibus res est apertior: quanquam etiam a modis quibusdam, cantu remoto,[3] soluta esse videatur oratio,[y] maximeque id in optimo quoque eorum poëtarum, qui λυρικοὶ [v] a Græcis nominantur,[4] quos cum cantu spoliaveris, nuda pæne remanet oratio. 184. Quorum similia sunt quædam etiam apud nostros:[w] velut illa [5] in Thyeste,[x]

'Quemnam te esse dicam? qui [6] tarda in senectute:'

et quæ sequuntur: quæ, nisi cum tibicen accessit, orationi sunt solutæ simillima. At comicorum [7] senarii [y] propter

[v] *Injustum est negare in oratione numeros, quia causam, cur numeri sint, non tenemus.*

[w] *Ratio ipsa non docet, cur certis numeris illigata oratio sit versus, sed id intelligitur ipso aurium sensu: ratio, quæ syllabarum intervalla dimetitur, docet versum esse factum.* [x] *Observatio.*

[y] *In ipsis versibus, si cantus removeatur, oratio videtur a quibusdam numeris soluta.*

Cap. LV. 1 *Esse igitur* Lamb.—2 Schutz. conj. *indicat.* Sed cf. § 198. in fine. Paulo post, pro *cognoscere,* quod legitur in ed. 1584. et Grut. *agnoscere* habent Guelf. 3. Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Schutz. et Orell.—3 Lamb. distinguit, *q. etiam, a modis quibusdam cantu remoto, &c.* 'Vulgo male post *quibusdam* comma positum; quod si sustuleris, nihil opus est Ernestii conjectura *in modis quibusdam.*' Schutz.—4 Lamb. *nominantur, appareat.* Actutum, *eos cum cantu* Guelf. 3.—5 Ita Steph. et Lamb. *velut ille* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut.—6 Ita codd. et edd. fere omnes, etiam Lamb. 1566. *quid* ed. 1584.—7 *Ac comicorum* Guelf. 3. et Schutz. 'Male ante lit. *c.* et comici h. l. manifeste opponuntur tragicis.' *Orell.* Paulo post, *vix in eis* Guelf. 3.

NOTÆ

[v] Λυρικοὶ] Poëtæ qui carmina ad lyram canenda scribebant, lyrici dicti sunt; iidem et 'melici' appellati, a Græco nomine μέλος, quod *cantum* significat. In Pindaro, et aliis lyricis, multa ad nudam orationem accedunt.

[w] *Apud nostros*] Quam ab oratione soluta prope abest illud Horatii, quem tamen, ætate inferiorem, notare non potuit Tullius: 'Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque Mordaces aliter diffugiunt solicitudines.'

[x] *Thyeste*] Tragœdia Ennii.

[y] *Comicorum senarii*] Hisce Terentii versibus hexametris in Phorm. II. 3. quid usitato sermoni similius? 'Quanta me cura et solicitudine afficit Gnatus, qui me et se hisce impe-

similitudinem sermonis sic sæpe sunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus et versus intelligi possit: quo est ad inveniendum difficilior in oratione numerus, quam in versibus. 185. Omnino duo sunt, quæ condiant orationem; verborum, numerorumque jucunditas. In verbis inest quasi materia quædam; in numero autem expolitio. Sed ut ceteris in rebus, necessitatis inventa antiquiora sunt, quam voluptatis; ita et in hac re accidit, ut multis sæculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta, quam ratio numerorum, causa delectationis aurium, excogitata.[8] 186. Itaque et Herodotus,[9] [z] et eadem superiorque ætas [a] numero caruit, nisi quando temere ac fortuito: et scriptores perveteres de numero nihil omnino, de oratione præcepta multa nobis reliquerunt. Nam quod et facilius est, et magis necessarium, id semper ante cognoscitur. LVI. Itaque tralata,[1] aut facta, aut juncta [z] verba, facile sunt cognita, quia sumebantur e consuetudine, quotidianoque sermone: numerus autem non domo [a] depromebatur,[2] neque habebat aliquam necessitudinem [b] aut cognationem cum oratione: ita-

[z] *Composita.* [a] *Familiari sermone.* [b] *Conjunctionem.*

et Schutz.—8 Hæc omnia, *ita et in hac re ... excogitata* desunt in Venet.—9 *Itaque Herodotus* conj. Schutz. Mox, pro *caruit*, Guelf. 3. exhibet *placuit*; unde Heusingerus conj. legendum *non placuit*.

CAP. LVI. 1 *Itaque translata* Ald. Junt. Manut. Schutz. et Orell.—2 Ita e Victorii conjectura Manut. Grut. Schutz. Orell. *numerus autem nondum deprehendebatur* Lamb. *numerus autem non modo depromebatur* codd. et edd.

NOTÆ

divit nuptiis! Neque mi in conspectum prodit, ut saltem sciam Quid de hac re dicat, quidve sit sententiæ.'

[z] *Herodotus*] A Tullio peritissimi non recentiores modo, sed etiam antiquiores critici dissentiunt. Lucianus in Herodoto, sive Aëtione, inter alias Herodoti virtutes, ἢ κάλλος τῶν λόγων, ἢ ἁρμονίαν, *orationum aut elegantiam, aut numerosam concinnitatem*, imitari se posse desiderat. Dionysius Halicarnasseus in judicio de Thucydidis historia, Herodoti dictionem adeo numerosam existimat, ut vel optimæ poësi solutam orationem similem faciat.

[a] *Eadem superiorque ætas*] Quintil. IX. 4. Ciceroni refragatur. 'Nec mihi,' inquit, 'quamlibet magnus auctor Cicero persuaserit Lysiam, Herodotum, Thucydidem parum studiosos ejus numeri fuisse.'

que serius aliquanto notatus et cognitus, quasi quandam palæstram[c] et extrema lineamenta orationi attulit. 187. Quodsi et angusta quædam atque concisa, et alia est collatata et diffusa[3] oratio;[d] necesse est id non literarum accidere natura, sed intervallorum longorum et brevium varietate: quibus implicata atque permista[4] oratio,[e] quoniam tum stabilis est, tum volubilis, necesse est ejusmodi naturam numeris contineri.[f][5] Nam circuitus[g] ille, quem sæpe jam diximus, incitatior numero ipso fertur et labitur,[6] quoad perveniat ad finem, et insistat.[h] Perspicuum est igitur, numeris astrictam orationem esse debere, carere versibus.

188. Sed hi numeri, poëticine sint, an ex alio genere quodam, deinceps est videndum. Nullus est igitur numerus extra poëticos; propterea quod definita sunt genera numerorum: nam omnis talis est, ut unus sit e tribus. Pes enim,[b] qui adhibetur ad numeros, partitur in tria,[i][7] ut ne-

[c] *Leporem et concinnitatem.* [d] *Alia pressa, alia dilatata oratio.*
[e] *Varietate syllabarum, longarum et brevium, quibus contexta est oratio.*
[f] *Et quoniam oratio tum lenta, cum syllabæ longæ adhibentur; tum concitata, cum brevibus utimur; necesse est id totum ex numeris pendere.*
[g] *Periodus.* [h] *Et aures conquiescant.*
[i] *Dividitur in tres partes.*

vett. Ald. Junt. Crat. Camer.—3 Ita codd. aliquot, Junt. Crat. Manut. *dilatata et diffusa* Lamb. *collatata et fusa* Guelf. 3. *dilatata et fusa* Vet. Steph. Schutz. et Orell. '*Collatata*] Verbum hoc nuspiam alibi occurrit. Edd. quædam vett. et cod. Vit. *collocata*, quod locum non habet. Venet. et Gryph. *collata*.' Ernesti. '*Collatata*] Ita habent præter alios Aldus 1514. Petr. Victor.' &c. *Facciolati*. Mox, *accedere* Vit. et edd. vett. probante Ernestio.—4 Nor. *implicita atque permixta;* Lamb. *implicata atque permixta*.—5 'Hæc sunt sine dubio vitiosa: nec quomodo corrigenda sint, reperio. Nihil est, unde pendeat *necesse est*, in quo est conclusio argumenti. Forte delendum est *quoniam;* ut hæc cohæreant, *quibus implicata . . . oratio, tum stabilis est, tum volubilis.* Et reliquum separandum a superioribus: *Itaque necesse est, &c. Ejusmodi natura* erit in stabilitate et volubilitate.' *Ernesti*. 'Locus corruptus: *varietatem* audacter dedit Schutz. pro *naturam*. Fortasse, *quibus impl. atque p. oratio tum stabilis est, tum volubilis, quoniam nec. est ejusmodi naturam* (id est, stabilitatem ac volubilitatem) *num. contineri*.' Orell.—6 '*Fertur vel tardius labitur*] Sic emendavi vulgatum, *incitatior numero ipso fertur et labitur;* nam cum adjectivo *incitatior* non bene coit verbum *labitur*, nec vera est sententia sic expressa, quia non quævis periodus incitatior fertur ad finem. Sic in fin. c. 64. 'Fluit omnino,' &c. et c. 59. 'Interdum enim cursus est,'' &c. *Schutz*. 'Sed *incitatior* pertinet tantummodo ad v. *fertur* non ad *labitur*.' Orell.—7 '*Partitur ita*] Sic cor-

NOTÆ

[b] *Pes enim*] Cujus loci hæc est sententia: Pedes ex quibus numeri confici-

cesse sit, partem pedis aut æqualem alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem: ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesqui[c] pæon;[8] qui pedes in orationem non cadere qui possunt? quibus ordine locatis, quod efficitur, numerosum sit necesse est. 189. Sed quæritur, quo numero, aut quibus[9] potissimum sit utendum. Incidere vero omnes in orationem, etiam ex hoc intelligi potest, quod versus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus: (quod vehementer est vitiosum;[10][d] sed non attendimus, neque exaudimus nosmet ipsos:) senarios[j][e] vero, et Hipponacteos[f] effugere vix possumus. Magnam enim partem

[j] *Versus iambicos sex pedum.*

rexi vulgatum, *partitur in tria;* nam pes partitur in duo, non in tria. In tribus codd. ap. Grut. aberat *in tria.*' Schutz. Mox, pro *aut æqualem alteri parti,* quod ex uno cod. Vit. dedit Ernesti, ceteri codd. et edd. habent *aut æqualem esse alteri parti.* Budæus delet alterum *esse*, et transponit verba sic, *altero tanto majorem, aut sesqui, &c.*—8 Junt. Lamb. ut semper, *pæan.* Schutz. de conjectura, *ita fit æqualis dactylis, duplex iambis, sesquiplex pæoni.* 'Pessime; sic enim scribendum fuisset etiam *pæonibus.* Sensus est: Ita cum æqualis est pes, id est, cum partes, in quas eum possumus dispertiri, sibi sunt æquales, fit dactylus, &c. *Sesquiplex* non caret veritatis specie: et habent sic Crat. Camer. Lamb. Ceteri *sesqui.*' Orell.—9 Steph. *aut in quibus.*—

NOTÆ

untur, triplicis sunt generis. Alii sunt æquales, et unam partem habent æqualem alteri: tales sunt spondei, qui constant ex duabus longis; tales dactyli, quorum prima longa duabus brevibus æqualis est. Alii duplices sunt, quorum una pars altero tanto major est altera: ejusmodi iambus est, brevis enim syllaba longa est dimidiata. Alii denique sunt sesquiplices, quorum altera pars altera dimidio major est, ut pæon, sive pæan, qui longa una syllaba et tribus brevibus constat; at longa syllaba in temporum metricorum ratione duas breves æquare dicitur: ita fit ut tres breves longam unam dimidio superent; nam ternarius ad binarium relatus sesquialteram proportionem habet. Ita fere Budæus lib. I. de Asse. Ceterum de pedibus pæone, dactylo, &c. jam diximus lib. III. de Orat.

[c] *Sesqui*] Legunt alii *sesquiplex.*

[d] *Quod vehementer est vitiosum*] Nec cavit Cicero, cui interdum versus etiam heroici exciderunt; ut pro Archia: 'In quo me non inficior mediocriter esse Versatum.' Immo lib. III. de Orat. quo vitium hoc exagitatur, inventum est integrum distichum. Sic enim loquitur Crassus, § 20. 'Ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo Complexi, plus multo etiam vidisse videntur, Quam quantum nostrorum ingeniorum acies Intueri possit.' Vide Vossium lib. IV. Institut. Orator.

[e] *Senarios*] Qualis est hic in Catilinaria prima: 'Senatus hoc intelligit, consul videt.'

[f] *Hipponacteos*] Ab Hipponacte iambographo sic appellatos. Versus

ex iambis nostra constat oratio: sed tamen eos versus facile agnoscit auditor; sunt enim usitatissimi. Inculcamus autem per imprudentiam sæpe etiam minus usitatos, sed tamen versus: vitiosum genus, et longa animi provisione fugiendum. 190. Elegit ex multis Isocratis [11] libris triginta fortasse versus Hieronymus,[g] Peripateticus inprimis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapæsta: [12] [h] quo quid potest esse turpius? etsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba demta in primo [13] verbo sententiæ, postremum ad verbum primam rursus syllabam adjunxit insequentis. Ita factus est anapæstus [14] is, qui Aristophaneus [i] nominatur: quod ne accidat, observari nec potest, nec necesse est. Sed tamen hic corrector, in eo ipso loco, quo reprehendit,[15] (ut a me animadversum est studiose inquirente in eum,) immittit imprudens ipse senarium. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdemque esse oratorios, qui sint poëtici.[16]



10 Guelf. 3. *est id vehementer vitiosum.*—11 Grut. 1692. *Isocrati.*—12 Margo ed. Venet. et Lamb. *anapæsticos.*—13 Margo ed. Venet. et Lamb. *demta ex primo.*—14 Mediol. Lips. et Lamb. *anapæsticus.*—15 Margo ed. 1584. e Gothofr. conj. *quo Isocratem reprehendit.* Mox, *studiosius* Steph. et Lamb. Deinde, pro *immittit*, Lamb. habet *emittit.*—16 Ita Nor. Manut. Grut. Schutz. Orell. *qui sunt poëtici* Ald. Junt. Crat. Lamb.

NOTÆ

autem Hipponacteus multiplicis est generis. Atilius Fortunatianus in Arte eundem illum esse ait, quem scazontem; ut, 'Nec excitatur classico truci miles.' Si Servium audimus constat alias trimetro catalecto; ut, 'Doctis Thalia vatibus favebat:' alias tetrametro catalecto; ut, 'Pelle tonsis terga freti, vela tende, pergamus:' alias dimetro brachycatalecto; ut, 'Palmam cape victor.' De aliis Hipponactei metri generibus agit Marius Plotius libro de metris.

g *Hieronymus*] Peripateticus appellatus ab Aristotelis secta, cui tamen non semper adhærebat, ut ex Tullio colligitur lib. de Finibus. 'Prætereo multos,' inquit, 'in his doctum hominem et suavem Hieronymum, quem jam cur Peripateticum appellem, nescio.'

h *Anapæsta* [*anapæsticos*] Quales hi Senecæ in Hercule Furente: 'Lugeat æther, magnusque parens Ætheris alti, tellusque ferax, Et vaga ponti mobilis unda.'

i *Aristophaneus*] Nomen habet ab Aristophane qui eo frequenter usus est. Multiplicis est generis; verum quem in exemplum affert Marius Victorinus in Arte Grammatica, proxime ad versum anapæsticum accedit: 'Mare non amo, quod, modo cum placido stetit æquore, littora cædit.'

LVII. 191. Sequitur ergo, ut, qui maxime cadant in orationem aptam[k] numeri, videndum sit: sunt enim[1] qui iambicum[j] putent, quod sit orationi simillimus: qua de causa fieri, ut is potissimum propter similitudinem veritatis adhibeatur in fabulis;[l] quod ille[2] dactylicus[m] numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior. Ephorus autem, levis[3] ipse orator, sed profectus ex optima disciplina,[n] pæona sequitur, aut dactylum: fugit autem spondeum et trochæum. Quod enim pæon habeat tres breves, dactylus autem duas, brevitate et celeritate syllabarum[4] labi putat verba proclivius: contraque accidere in spondeo et trochæo; quod alter[o] longis[5][k] constaret, alter[p] e brevibus[l] fieret, alteram nimis incitatam, alteram nimis tardam orationem, neutram temperatam.[q] 192. Sed et illi priores errant,[m] et Ephorus in culpa est:[n] nam et qui[6] pæona prætereunt, non vident mollissimum a sese numerum, eundem-

[k] *Cohærentem.*
[l] *Tragœdiis et comœdiis.* [m] *Versus heroicus.*
[n] *Isocratis.* [o] *Spondeus.* [p] *Trochæus.*
[q] *Ephorus putat orationem ex trochæis compositam esse nimis præcipitem, ex spondeis constantem nimis lentam, neutram esse moderatam.*

CAP. LVII. 1 Ita Manut. Steph. Lamb. Schutz. Orell. *Et sunt enim* Ald. Junt. Crat.—2 Ernestius suspicabatur *cum ille.*—3 Codd. aliquot, et Crat. *lenis.*—4 Schutz. de conjectura, *temperata brevitate et proceritate syll.* 'Perverse; etsi provocat ad § 212.' *Orell.*—5 Lamb. *ex longis.* Ernestius suspicabatur, *quod alter e longis constet, alter e brevibus, fieri alteram.*—6 Manut. et

NOTÆ

[j] *Qui iambicum*] Sic sentit Aristoteles in Poëtica: Μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστι· *Ex versibus enim maxime cadit in orationem iambicus.* Rhetor. III. 8. idem fere dicit.

[k] *Alter longis*] Quæ tardam admodum reddunt orationem. Quid lentius eo versu quem Diomedes lib. III. ex vetere poëta profert? 'Romani muris Albam cinxerunt Longam.'

[l] *Alter e brevibus*] Trochæus vulgo dicitur constare longa et brevi syllaba. Aliquando tamen, ut testatur Quintil. IX. 4. idem est qui tribrachys, sive tres breves; qui pes cum crebrius incidit, nimium præceps fertur oratio, ut in illo versiculo quem Diomedes citat lib. III. 'Animula miserula properiter obiit.'

[m] *Illi priores errant*] Qui numerum iambicum sequuntur, ut usitato sermoni similiorem, errant; sic enim humilis et abjecta fit oratio.

[n] *Ephorus in culpa est*] Non quod pæon, aut dactylus, in numero censerentur vitiosi; sed quod eos solos admitteret, exclusis spondeo et trochæo, quibus pæon et dactylus nonnunquam debent temperari.

que amplissimum præteriri. Quod longe Aristoteli [o] videtur secus, qui judicat, heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio; iambum autem nimis e vulgari esse sermone. Ita neque humilem, nec abjectam [7] orationem, nec nimis altam et exaggeratam probat: [*p.* 216.] plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos, qui audient,[8] ad majorem admirationem possit traducere. 193. Trochæum [p] autem, qui est eodem spatio, quo choreus, cordacem [9] appellat,[r] quia contractio et brevitas [s] dignitatem non habeat. Ita pæona probat,[q] eoque ait uti omnes, sed ipsos

[r] *Aristoteles.* [s] *Pedum.*

Schutz. *nam qui.* Vid. Matthiæ de Anacol. p. 5.—7 Lamb. Schutz. Orell. *et abjectam.*—8 Ernestius scribendum putabat *qui audiant.*—9 Meursius *corda-*

NOTÆ

[o] *Quod longe Aristoteli*] Mentem Aristotelis de heroo numero explicuimus lib. III. de Orat. § 182. et Tullius, qui ex sententia Aristotelis hic rejicit heroum, illic probat, qua ratione secum ipse facile conciliari possit, ibidem aperuimus.

[p] *Trochæum*] Ita Aristoteles Rhet. III. 8. Ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος, *Trochæus cordaci aptior est.* Trochæus, tribus brevibus constans, eadem habet intervalla quæ choreus, ex longa et brevi compositus; longa enim syllaba tantum habet spatii quantum duæ breves. Porro choreus dictus est, quod choreis et saltationibus idoneus sit. Cordax autem est mollioris quædam saltationis species, cujus meminit Pollux.

[q] *Pæona probat*] Aristoteles loco mox citato: Λείπεται δὲ παιὰν ᾧ ἐχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι· οὐκ εἶχον δὲ λέγειν τίς ἦν. ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων· τρία γὰρ πρὸς δύο ἐστίν· ἐκείνων δὲ ὁ μὲν ἓν πρὸς ἕν, ὁ δὲ δύο πρὸς ἕν. Ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ἡμιόλιος, οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν. *Superest pæan, quo quidem usi sunt qui a Thrasymacho,* numeri oratorii auctore, *ortum habuerunt; sed quid esset explicare non poterant. Est autem tertius pæan et medius inter eos quos diximus. Est enim ut tria si ad duo referantur: ex illis vero alter est ut unum ad unum, alter ut duo ad unum. Est autem harum proportionum sesquialtera media, atque hic est pæan.* Ceterum de pæone hæc est mens Aristotelis, quam Tullius hic exponit. Cum ex pedibus alii sint æquales et habeant se ut unum et unum, id est, duas habeant syllabas paribus temporum intervallis, ut spondeus, dactylus, et anapæstus; et alii sint duplices et habeant se ut duo ad unum, quales sunt iambi et trochæi, in quibus altera longa brevem alteram unico superat spatio; pæon æquales inter et duplices medium ac tertium tenet locum; æquales proportione superat, a duplicibus superatur; sesquiplex est et se habet ut tria, si ad duo conferantur; tres enim continet syllabas breves, quæ tria temporum intervalla conficiunt, et unam longam, quæ duobus respondet.

non sentire, cum utantur: esse autem tertium ac medium inter illos:[t] sed ita factos eos pedes esse,[r] ut in eis singulis [10] modus insit aut sesquiplex, aut duplex, aut par. Itaque illi, de quibus ante dixi, tantummodo commoditatis habuerunt rationem, nullam dignitatis. 194. Iambus enim et dactylus in versum cadunt maxime: itaque ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes.[u] Aliud enim quiddam est oratio,[v] nec quicquam inimicius, quam illa versibus. Pæon autem minime est aptus ad versum; quo libentius eum recepit oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intelligit esse æqualem dactylo,[s] quem probat: syllabis enim metiendos pedes, non intervallis,[w] existimat: quod idem facit in trochæo, qui temporibus et intervallis est par iambo; sed eo vitiosus in oratione,[11] si ponatur extremus,[t] quod verba melius in syllabas longiores cadunt.[x] Atque hæc, quæ sunt apud Aristotelem, eadem a Theophrasto Theodecteque de pæone dicuntur. 195. Ego autem sentio, omnes in oratione esse quasi permistos [12] et confusos pedes: nec enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem uteremur;[y]

[t] *Neque æqualem, neque duplicem, sed sesquiplicem.*
[u] *Iambus et dactylus.* [v] *Soluta.*
[w] *Spatiis temporum, quæ in pronuntianda syllaba insumimus.*
[x] *Syllabis longis desinunt.*
[y] *Non possemus impedire, quominus auditor observaret numeros eosdem recurrentes, quos brevi fastidiret.*

cium; Schutz. κορδακικόν.—10 Schutz. de Ernestii conjectura scripsit, *ut in singulis,* deleto pronomine *eis.*—11 Gothofr. conj. *sed eo vitiosius est in oratione;* margo ed. 1584. *sed eo vitiosius est in, &c.*—12 'Aut addendum est, aut

NOTÆ

[r] *Eos pedes esse*] Pedes, de quibus disserit Aristoteles, vel sunt duplices, ut iambus et trochæus; vel sesquiplices, ut pæon. Quæ ex supra dictis satis patent.

[s] *Æqualem dactylo*] Æqualis est dactylo spondeus, ratione non syllabarum, sed intervallorum; ut enim quatuor habet spatia dactylus, duo priora ratione unius longæ, duo posteriora ratione duarum brevium; sic spondeo, propter duas longas, quatuor sunt spatia.

[t] *Si ponatur extremus*] Numerosum est hoc quartæ Catilinariæ exordium: 'Video P. C. in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos.' Desinat trochæo 'conversos esse' vel 'esse conversos video,' mirum quantum deficiet.

quia neque numerosa esse,[13] ut poëma, neque extra numerum, ut sermo vulgi, esse debet oratio. Alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat: alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur; ut ab altero[z] non delectere, alterum oderis.[a] 196. Sit igitur (ut supra dixi) permista et temperata numeris,[14] nec dissoluta, nec tota numerosa, pæone maxime (quoniam optimus auctor[b] ita censet), sed reliquis etiam numeris, quos ille præterit, temperata.

LVIII. Quos autem numeros, cum quibus, tanquam purpuram,[u] misceri oporteat,[c] nunc dicendum est, atque etiam quibus orationis generibus sint quique[1] accommodatissimi. Iambus enim[v] frequentissimus est in iis, quæ demisso atque humili sermone dicuntur: 197. pæon autem in amplioribus:[w] in utroque dactylus:[d x] ita in varia et perpetua

[z] *Plebeio ac trito sermone.*

[a] *Sermonem a poëmate non discrepantem.* [b] *Aristoteles.*

[c] *Qui numeri elegantiores cum minus elegantibus, tanquam purpura cum deterioris notæ coloribus, misceri debeant.*

[d] *Pæon in grandiori dicendi genere, dactylus et in humili sermone, et in elato, adhibetur.*



intelligendum *debere.*' Ernesti.—13 'Cum in Nor. h. l. sit *esset,* statim intellexi hoc *esse* e gloss. ortum.' *Orell.* Mox, pro *ut s. vulgi, esse debet,* quod ex edd. vett. receperunt Ernesti, Schutz. et Orell. *ut s. vulgi est, debet* habent Ald. Junt. Lamb. Grut.—14 '*Et implicata numeris*] Sic Cicero supra c. 53. extr. dixerat; non *temperata numeris,* ut vulgo legitur.' *Schutz.* 'Et offendimus sane in proxima repetitione v. *temperata.*' Orell.

NOTÆ

[u] *Tanquam purpuram*] Purpuram cum amethystino et coccineo colore aliquando permixtam fuisse indicat Plinius IX. 38. et 41.

[v] *Iambus enim*] Exemplum sit ex epistola 28. ad Servium lib. XIII. ad Fam. 'Etsi libenter petere a te soleo, si quid opus est meorum cupiam; tamen multo libentius gratias tibi ago, cum fecisti aliquid commendatione mea; quod semper facis.' Hic demissus atque humilis est sermo, qualem exigunt epistolæ.

[w] *Pæon autem in amplioribus*] Sic in Miloniana § 102. 'O me miserum! o me infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos! ego te in patria per eosdem retinere non potero.'

[x] *In utroque dactylus*] Frequens dactylus modo servit grandi characteri, ut in oratione pro lege Manilia § 11. 'Majores vestri sæpe, mercatoribus ac naviculatoribus injuriosius tractatis, bella gesserunt: vos, tot civium Romanorum millibus uno nuntio atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis?' Modo humili et demisso sermoni idoneus est; Cicero ad Fam. II. 18. 'Officium

oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi: sic minime animadvertetur delectationis aucupium, et quadrandæ orationis industria; quæ latebit eo magis, si et verborum et sententiarum ponderibus utemur.[e] Nam qui audiunt, hæc duo animadvertunt, et jucunda sibi censent, verba dico et sententias: eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et prætervolat numerus: qui tamen si abesset, illa ipsa[f] delectarent.[2] 198. Nec vero nimius is cursus est [numerorum], orationis dico (nam est longe aliter in versibus), nihil ut fiat extra modum:[g] nam id quidem esset poëma: sed omnis, nec claudicans,[y] nec quasi fluctuans, et æqualiter[3] constanterque ingrediens, numerosa habetur oratio. Atque id in dicendo numerosum putatur,[4]

[e] *Non notabitur id quo delectare studet orator, et ars expoliendæ orationis, si verba et sententias graves usurpet.* [f] *Et verba, et sententiæ.*

[g] *Non scrupulosius certis quibusdam numeris inhærendum in oratione soluta, (alia est enim versuum ratio,) ut omnia definitis pedibus includantur.*



CAP. LVIII. 1 Grut. in ed. 1692. *sint cuique.*—2 Schutz. e Purgoldi conjectura, *minus delectarent.* 'Ea vero est antiquissima librariorum conjectura nisi quod pravo loco inculcata est. Omnes enim codd. Regii, unus Oxon. edd. vett. sequentia sic exhibent, *Nec vero minus is cursus est;* ex quo fecerunt *Nec vero nimius is cursus est* Junt. Crat. Manut. id quod multorum rursus extitit causa errorum. Purgoldianæ lectioni maxime obstat v. *tamen;* veramque explicationem præbet ipse Tullius § 215. 'Animo istud satis est, auribus non satis. Illa ipsa delectarent,' &c. Delectare possent auditorem prudentem, et rem magis, quam numeros spectantem: *nimius* ergo cum Schutz. delevimus, cum id ipsum e prava conjectura e v. *minus* male intruso sit ortum. Sed *nimius* cum legeret Lamb. correxit *esto*, quam formam nimis imperiosam devitat fere Tullius.' *Orell.* '*Numerorum* uncis inclusi; est enim alienum: nam numeri non currunt et labuntur, sed oratio, quod et diserte additur, et verba.' *Ernesti.*—3 Orell. de Schutzii conjectura dedit *æquabiliter.*

NOTÆ

meum erga Rhodonem, ceteraque mea studia, quæ tibi ac tuis præstiti, tibi homini gratissimo grata esse vehementer gaudeo.'

[y] *Omnis, nec claudicans*] Hoc numerosæ orationis exemplum esto ex Pisoniana § 57. 'Ut levitatis est inanem aucupari rumorem, ut omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari: sic levis est animi lucem splendoremque fugientis, justam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare.' Immuta numeros, sententia prius numerosa et elegans fluctuabit et incerta feretur hoc modo: 'Ut est levitatis consectari etiam omnes umbras gloriæ falsæ: ita animi est levis repudiare gloriam justam, qui est honestissimus fructus virtutis veræ.' Sublatis, ut vides, numeris, perit omnis sententiæ gratia.

non quod totum constat e numeris, sed quod ad numeros proxime accedit: quo etiam difficilius est oratione uti, quam versibus; quod illis[5] certa quædam et definita lex est, quam sequi sit necesse: in dicendo autem nihil est propositum, nisi aut ne[6] immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio. Itaque non sunt in ea tanquam tibicini[z] percussionum modi, sed universa comprehensio et species orationis clausa et terminata est: quod voluptate aurium judicatur.

LIX. 199. Solet autem quæri, totone in ambitu verborum numeri tenendi sint, an in primis partibus, atque in extremis.[h][1] Plerique enim censent cadere tantum numerose oportere, terminarique sententiam. Est autem, ut id maxime deceat, non id solum:[2] ponendus est enim ille ambitus, non abjiciendus.[i] Quare cum aures extremum semper expectent, in eoque acquiescant, id vacare[j] numero non oportet: sed ad hunc exitum tamen[3] a principio ferri debet verborum illa comprehensio, et tota a capite ita fluere, ut ad extremum veniens ipsa consistat. 200. Id autem bona[a] disciplina exercitatis, qui et multa scripse-

[h] *An ratio pedum habenda sit tota periodo, an sub initium tantum et finem.*
[i] *Etsi maxime decet numerose terminari sententiam, tamen id unum non sufficit: debet enim numerus a principio ad finem leniter ferri, non sub finem violenter intrudi.* [j] *Carere.*



Mox, *numerosa habeatur* Lamb.—4 Lamb. *putetur.*—5 Idem Lamb. *quod in illis.* —6 Ita Nor. Junt. Manut. Lamb. 1566. *ne aut* Lamb. in marg. ed. 1584. *ut ne* Schutz. et Orell.

CAP. LIX. 1 Schutz. de conjectura addidit, *an solum in extremis*, propter ea quæ proxime sequuntur.—2 Schutz. de conjectura sua, *non ut id solum.* —3 Margo ed. Lips. *jam*, et pro conjectura *etiam.* 'Non satis video, quare *tamen* h. l. sit. An Cicero scripsit *jam inde a pr.?*' Ernesti. Hanc conjectu-

NOTÆ

[z] *In ea tanquam tibicini*] In musicis certi sunt determinati sive fidium modulis, sive vocum syllabis numeri, quos ultra citraque ferri non licet: at multo solutior est orationis numerus; longa sit vel brevis periodus, modo eruditarum aurium judicio recte concludatur, erit numerosa.

[a] *Id autem bona*] Ut fidicen in pulsanda lyra exercitatissimus, ita subactam habet manum, ut etiam aliud agens scienter fidibus canat; ita oratoribus longa institutione exercitatis idonea verba, sententiæ recte conclusæ, nullo negotio profluunt.

rint, et quæcumque etiam sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum. Ante enim circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt; quæ mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur: atque omnia illa et prima et media verba spectare debent ad ultimum. 201. Interdum enim cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio:[k] ut jam a principio videndum sit, quemadmodum velis venire ad extremum: nec in numeris magis, quam in reliquis ornamentis orationis,[4] eadem cum faciamus, quæ poëtæ, effugimus tamen in oratione poëmatis similitudinem. Est enim in utroque[l] et materia et tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. LX. Ternæ autem[b] sunt utriusque partes verborum; translatum,[1] novum, priscum:[m] nam de propriis nihil hoc loco dicimus. 202. Collocationis[2] autem, eæ, quas diximus, compositio, concinnitas, numerus,[n] sed in utroque[o]

[k] *Alias dicendum vehementius, alias temperatum genus adhibendum, adeoque vel tardioribus utendum pedibus vel celerioribus.*
[l] *In oratione et poëmate.*
[m] *Sive soluta, sive numeris astricta sit oratio, verba sunt triplicis generis, translata, nova, et antiqua.*
[n] *Collocationis verborum tres sunt partes, junctura ipsa verborum, numerosa quædam elegantia, cum paria paribus referuntur, et numerus ipse pedum.*
[o] *In materia et collocatione verborum.*

ram recepit Schutz. in ed. maj.—4 Voc. *orationis* delevit Schutz. in ed. maj.

CAP. LX. 1 *Ternæ autem s. u. partes. Verborum: translatum* Schutz. et Orell. *Ternæ a. s. u. partes verborum, translatum* ceteri.—2 *Collocationis* Ma-

NOTÆ

[b] *Ternæ autem*] De verbis translatis, novis, et antiquatis jam alibi diximus. Addam hic tantum ea poëtis et oratoribus esse communia. Translatum est illud apud Virgil. Æneid. II. 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.' Et oratores frequenter dicunt 'incensum ira,' 'inflammatum cupiditate,' et 'lapsum errore.' 'Declamitare,' 'novissimus,' 'favor,' 'urbanus,' 'beatitudo' et 'beatitas' novata erant ætate Tullii vocabula: nec minori licentia dixit Catullus, 'herifugus' et 'fluctisonum,' 'sylvicultrix,' 'nemorivagus,' et 'Mænades hederigeræ.' Prisca et obsoleta Cicero hæc adhibuit: 'raudusculum,' 'averruncare,' 'muginari,' 'tricari,' 'noctuabundus.' Virgilius 'quianam,' 'aulai,' 'pictai,' 'aurai.' Dixit Ovidius, 'Mortemque timens cupidusque moriri.'

frequentiores sunt, et liberiores poëtæ. Nam et transferunt verba cum crebrius,[3] tum etiam audacius; et priscis libentius utuntur, et liberius novis: quod idem fit in numeris,[p] in quibus quasi necessitati parere coguntur: sed tamen hæc nec nimis esse diversa, neque ullo modo conjuncta[4] intelligi licet.[q] Ita fit, ut non item in oratione, ut in versu, numerus extet: idque, quod numerosum in oratione dicitur, non semper numero fiat, sed nonnunquam aut concinnitate, aut constructione verborum. 203. [*p.* 217.] Ita, si numerus[c] orationis quæritur qui sit; omnis est, sed alius alio melior atque aptior: si locus; in omni parte verborum: si, unde ortus sit; ex aurium voluptate: si componendorum ratio; dicetur alio loco, quia pertinet ad usum; quæ pars quarta et extrema nobis in dividendo fuit: si, ad quam rem adhibeatur; ad delectationem: si, quando; semper: si, quo loco; in tota continuatione verborum: si, quæ res efficiat voluptatem; eadem, quæ in versibus, quorum modum notat ars,[5] sed aures ipsæ tacito eum sensu sine arte definiunt.

LXI. 204. Satis multa de natura: sequitur usus, de quo est accuratius disputandum. In quo quæsitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον,[1] [d] nos

[p] *Religiosius semper adhærent poëtæ numeris.*
[q] *Sed tamen quisque potest facile intelligere apud poëtas verba et numeros non nimis esse diversa, et tamen nullo modo esse conjuncta.*



mut. et Lamb.—3 Schutz. *tum crebrius.*—4 Ita omnes codd. et edd. præter Schutz. ubi legitur, *neque nullo non modo,* id est, et omni modo. ‘Perverse: nec melius, puto, scriberetur, *neque nullo modo conjuncta.* Cf. § 227.’ *Orell.*—5 ‘Speciosa est Victorii conjectura, Var. Lectt. XIII. 6. *quorum modum non notat ars,* neque tamen vera. Cf. c. 55. § 183.’ *Schutz.* Mox, *tacito cum sensu* margo ed. 1584.

CAP. LXI. 1 Venet. et Nor. *περίοδον appellant,* haud improbante Ernestio.

NOTÆ

[c] *Ita, si numerus*] Solvit quæstiunculas quas proposuerat § 179.

[d] *Περίοδον*] Periodus paulo inferius Ciceroni est ambitus, quo tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. Aristoteles autem Rhet. III. 9. periodum definit ‘orationem quæ per se ipsa habet initium, et finem, et magnitudinem, quæ uno conspectu facile videri possit.’ Nomine initii et finis intelligitur protasis et apodosis. Periodum itaque recte dixeris perfectum loquendi cir-

tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus: an in principiis solum, an in extremis,[2] an in utraque parte numerus tenendus sit? deinde, cum aliud videatur esse numerus,[e] aliud numerosum;[r] quid intersit? 205. tum autem,[f] in omnibusne numeris æqualiter[3] particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores?[s] idque quando,[g] aut cur,[h] quibusque partibus?[i] pluribusne, an singulis?[j] imparibus, an æqualibus?[k] et quando aut istis, aut illis[l] sit utendum? quæque inter se aptissime collocentur,[m]

[r] *Aliud videatur ex numeris constans, aliud numerosum.*

[s] *An in omnibus periodis debeant æqualia esse membra, an alia aliis breviora, aut longiora.*

—2 Schutz. in ed. maj. suspicabatur *aut in extremis*.—3 'Hoc loco *æqualiter*

NOTÆ

cuitum, in quo ab initio ad finem singulæ partes ita sibi cohærent, ut quasi in orbem inclusa feratur oratio, donec sententiam perficiat, adeoque partes aliæ ab aliis distrahi non possunt, quin sensus pendeat imperfectus. Elegans est periodus in exordio pro Cæcina: 'Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro, atque in judiciis impudentia valeret; non minus nunc in causa cederet A. Cæcina Sex. Æbutii impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ.' Notat Aristoteles jucundam esse hujusmodi orationem, tum quod perenni loquacitati, quæ admodum molesta est, opponatur; tum etiam quod numeris comprehensa ab auditoribus facile concipi, adeoque memoriæ mandari possit.

[e] *Aliud videatur esse numerus*] Vide paulo inferius § 220. ubi inter orationem constantem ex numeris et numerosam quid sit discriminis explicatur. Præterea numerosum non semper numero fit, sed aliquando aut concinnitate, aut constructione verborum.

[f] *Tum autem*] Breviter hæ quæstiunculæ dissolvendæ sunt. An in omnibus numeris æqualiter particulas decet incidere? minime, sed ut auditorum fastidiis occurratur, varietate distinguendæ; alias æqualiter, alias inæqualiter incidendæ.

[g] *Quando*] Cum numerosiores esse volumus, æqualia sint membra: at cum numerum dissimulamus, inæqualia.

[h] *Cur*] Ut sic ars oratoris lateat.

[i] *Quibusque partibus*] Quibus utendum partibus, periodis, an membris, an incisis? Plerumque in exordiis periodi, in narratione et temperato dicendi genere membra, in contentione ac peroratione incisa adhibeantur.

[j] *Pluribusne, an singulis*] Ad concinnandam periodum pluribus utimur partibus; ad membra singulis.

[k] *Imparibus, an æqualibus*] Utrisque: nec enim est oratoris absoluti adeo religiose quadrare periodum, ut omnia sibi membra ex æquo perfecte respondeant.

[l] *Quando aut istis aut illis*] In florido dicendi genere, quale est exornativum, cujus scopus est delectare, di-

et quomodo?[n] an omnino nulla sit[o] in eo genere distinctio? quodque ad rem maxime pertinet, qua ratione[p] numerosa fiat oratio? 206. Explicandum etiam est, unde orta sit forma verborum:[q] dicendumque, quantos circuitus[r] facere deceat: deque eorum particulis, et tanquam incisionibus[t] disserendum est, quærendumque, utrum una species et longitudo[s] sit earum, anne plures? et, si plures, quo loco,[t] aut quando, quoque genere uti oporteat? postremo totius generis utilitas explicanda est, quæ quidem patet latius: non ad unam enim rem aliquam, sed ad plures[u] accommodatur. 207. Ac licet non ad singulas res respondentem de universo genere sic dicere, ut etiam singulis satis responsum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus,[u] unum selegimus, hoc,[v] quod[4] in causis foroque versatur, de quo diceremus.

Ergo in aliis, id est, in historia, et in eo, quod appellamus ἐπιδεικτικὸν,[w] placet omnia dici Isocrateo Theopompeo-

[t] *De membris, et incisis periodorum.*
[u] *Exornativo et deliberativo.* [v] *Judiciale.*
[w] *Demonstrativum.*



recte se habet; *æquabiliter* Lamb.' *Orell.*—4 Venet. et Lamb. *hoc quidem, quod.*

NOTÆ

ligens parium membrorum concinnitas multum proderit: alibi paria imparibus miscenda.

[m] *Quæque inter se aptissime collocentur*] Quæ ad se invicem referuntur.

[n] *Quomodo*] Syllabarum longitudine aut brevitate diligenter examinata.

[o] *An omnino nulla sit*] Varia est in collocandis partibus distinctio, pro rerum quæ tractantur diversitate.

[p] *Qua ratione*] Ad quem finem? nempe ut delectetur auditor, qui, cum fit oratio numerosa, nec mutilis ac decurtatis, nec productioribus aliis, et immoderantius excurrentibus offenditur.

[q] *Unde orta sit forma verborum*] Ex pedum collocatione.

[r] *Quantos circuitus*] Longos ut plurimum duobus, tribus, quatuor, et aliquando pluribus pedibus.

[s] *Utrum una species et longitudo*] Minime vero, ut legentibus patet.

[t] *Quo loco, &c.*] Cum orationis finis est delectatio, membra sint æqualia: contra in contentionibus ac forensibus causis, ubi de capite gravioris que negotii rebus disceptatur, ejusmodi lepores persequi alienum est.

[u] *Ad plures*] Ad genus exornativum, ad elegantes descriptiones, ad festivas narrationes.

que more,[x] illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. 208. Itaque posteaquam est nata hæc vel circumscriptio, vel comprehensio, vel continuatio, vel ambitus, si ita licet dicere; nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis ejus, quod esset ad delectationem comparatum, remotumque a judiciis forensique certamine, quin redigeret omnes fere in quadrum[v] numerumque sententias. Nam cum is est auditor, qui non vereatur, ne compositæ orationis insidiis sua fides attentetur, gratiam quoque habet oratori, voluptati aurium servienti. LXII. 209. Genus autem hoc[y] orationis neque totum assumendum est ad causas forenses, neque omnino repudiandum. Si enim semper utare, cum satietatem affert, tum, quale sit, etiam ab imperitis[1] agnoscitur. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem[w] et fidem.[z] Sed, quoniam adhibenda nonnunquam est, primum videndum est, quo loco, deinde quamdiu retinenda sit, tum quot modis commutanda.[2] 210. Adhibenda est igitur numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid ornatius, (ut nos in accusationis secundo[x] de Siciliæ laude diximus; ut in senatu[3] de

[x] *Videntur omnia dicenda iis periodis, quibus fere semper uti solent Isocrates et Theopompus.* [y] *Periodicum dicendi genus.*

[z] *Impedit quominus inter agendum dolori indulgeamus, destruit in oratore affectus quibus homines vulgo solent commoveri, inducit suspicionem mendacii propter nimium affectatam concinnitatem.*

CAP. LXII. 1 'Minus bene Lamb. *tum etiam, quale sit, ab imperitis.*' Schutz.—2 Lamb. *adhibendum n. est, p. v. est, q. l. d. q. retinendum sit, t. q. m. commutandum.* 'Sed sic consulto non scripsit Tullius propter v. *videndum.*' Orell.—3 'Scripsimus *ut in senatu,* pro *aut in s.* quod vitiosum esse quivis

NOTÆ

[v] *Quadrum*] Hæc a geometris ducta translatio perfectionem significat, cum in oratione nihil vel abundat vel deficit.

[w] *Tollit funditus veritatem*] Pressis ac concisis disputationibus, quibus veritas limari solet, omnino contrarium est fusum illud et tractum orationis genus.

[x] *Accusationis secundo*] Libro in Verrem de jurisdictione Siciliensi, sub initium in Siciliæ laudes excurrit: 'Atque adeo antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur esse de provinciæ dignitate, vetustate, utilitate dicenda,' &c. § 2.

consulatu meo)[y] aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis desiderat,[4] quam doloris (ut in quarto accusationis[z] de Ennensi Cerere,[a] de Segestana Diana,[b] de Syracusarum situ[c] diximus). Sæpe etiam in amplificanda re, concessu omnium funditur numerose et volubiliter oratïo. Id nos fortasse non perfecimus, conati quidem sæpissime sumus: quod[5] plurimis locis perorationes nostræ, voluisse nos, atque animo contendisse, declarant. Id autem tum valet, cum is, qui audit, ab oratore jam obsessus est, ac tenetur. Non enim id agit,[6] ut insidietur[d] et observet: sed jam favet, processumque vult,[a] dicendique vim admirans non inquirit, quod reprehendat. 211. Hæc autem forma[b] retinenda non diu est, nec dico in peroratione, quam ipse includit,[c 7] sed in orationis reliquis partibus: nam cum sis his locis[8] usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quæ nescio cur, cum Græci κόμματα et

[a] *Auditor ab oratore captus, non ejus reprehensioni intentus est; non eum observat, sed eum libenter audit, vult ultra procedat, &c.*
[b] *Numerosa oratio.* [c] *Quam ipse orator sponte stringit.*



admonitus videat.' *Ernesti.* Ita etiam Schutz. et Orell. *aut in s.* ceteri.—4 'Videtur esse legendum *desideret.*' Orell.—5 '*Quod* mihi suspectum est de vitio; nam male convenit principio, *Id nos,&c.* Puto esse delendum. Si abessent media, *voluisse nos, atque animo contendisse,* locum haberet.' *Ernesti.* Sed vid. Matthiæ Misc. Crit. II. 3. p. 85.—6 *Non enim tum id agit* Schutz. Mox, *ut insidiantem observet* Crat. et Camer. *ut insidiatorem observet* Lamb. 'Utrique sine causa.' *Orell.* Paulo post, *non acquirit* unus Oxon. et edd. vett. unde Ernesti conj. *non anquirit.*—7 Clausulam *quam ipse includit* delendam censebat Lamb. *quam ipsam cludit* Gulielm. conj. *quæ ipsam claudit* conj. Orell. *quæ,* i. e. peroratio; *ipsam,* i. e. eam formam. Schutz. de conjectura sua edidit *quam ipse finis includit.* 'Ego totum membrum non intelligo.'

NOTÆ

[y] *In senatu de consulatu meo*] An oratione prima in Servilium Rullum, an aliqua alia quæ perierit?

[z] *Quarto accusationis*] Libro in Verrem, de signis. 'Qui accessistis Ennam,' &c. § 109.

[a] *De Ennensi Cerere*] De simulacro Cereris Ennensis. Enna Siciliæ mediterraneæ urbs. Hodie castellum *Anna* vel *Castro Joanni* Fazello dicitur.

[b] *Segestana Diana*] Signum Dianæ positum Segestæ, de quo Tullius pluribus lib. IV. in Verrem § 74. Segesta porro sive Egesta Siciliæ urbs. Hodie *Barbara* a Fazello, *Conterranea* ab Aretio vocatur.

[c] *De Syracusarum situ*] Vide lib. IV. in Verrem § 117.

[d] *Ut insidietur*] Legit Lambinus, *ut insidiatorem observet.*

κῶλα[e] nominent, nos non recte incisa et membra dicamus. Neque enim esse possunt, rebus ignotis, nota nomina: sed cum verba, aut suavitatis, aut inopiæ causa, transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, cum id appellandum sit,[9] quod, propter rerum ignorationem ipsarum, nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum, aut a simili mutuari.

LXIII. 212. Quo autem pacto deceat incise membratimve dici, jam videbimus: nunc, quot modis mutentur comprehensiones conclusionesque,[d] dicendum est. Fluit omnino numerus a primo tum[1] incitatius brevitate pedum,[f] tum proceritate tardius: cursum contentiones magis requirunt; expositiones rerum, tarditatem.[e] Insistit autem ambitus modis pluribus,[f][2] e quibus unum est secuta Asia

[d] *Numerosæ orationis ambitus et conclusio.*
[e] *Ab initio periodi numerus est celerior syllabis brevibus, tardior longis adhibitis: numeris celerioribus in contentione, lentioribus in narratione utendum.*
[f] *Clauditur periodus plurimis pedibus.*

Ernesti. 'Locus corruptus.' *Orell.*—8 Lamb. *his in locis.*—9 Ed. Venet. *cum appellandum sit*, probante Ernestio.

CAP. LXIII. 1 Lamb. *a primo cum, &c.*—2 Lamb. *ambitus pedibus pluri-*

NOTÆ

[e] *Κόμματα et κῶλα*] Κῶλον, *membrum*, et *κόμμα*, *incisum*, nonnisi longitudine differre sentit Hermogenes de Inventione lib. IV. Periodus sententiam comprehendit, in qua protasis est, et apodosis, ut supra diximus. Quæ autem sententia est uniusmodi, simplex, nec in se reflexa, si ultra versus heroici longitudinem progrediatur, Hermogeni membrum dicitur, ut illud Ciceronis Philippica II. § 53. 'Omnino nulla causa justa cuiquam esse potest contra patriam arma capiendi.' Quæ brevius concluditur sententia, appellatur incisum; ut, 'Furor arma ministrat.' 'Trahit sua quemque voluptas.' Membratim dixit Cicero lib. III. in Verrem § 208. 'Placent vobis hominum mores? placet ita geri magistratus ut geruntur? placet socios sic tractari, ut per hæc tempora tractatos videtis? cur hæc a me opera consumitur? quid sedetis? cur non in media oratione consurgitis, atque disceditis? vultis autem istorum audacias ac libidines aliqua ex parte resecare? desinite dubitare utrum sit utilius propter multos improbos uni parcere, an unius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere.' Idem incise dicit pro Roscio Amerino § 74.

[f] *Tum incitatius brevitate pedum*] Id præcipue patet in versibus. Quid his Virgilii numeris incitatius? 'Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes Haud mora prosiluere suis, ferit æthera clamor.' His autem quid tardius? 'Belli ferratos rupit Saturnia postes.'

maxime, qui dichoreus[g] vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est, e singulis longis et brevibus: explanandum est enim,[g] quod ab aliis iidem pedes aliis nominantur vocabulis. 213. Dichoreus non est ille quidem sua sponte vitiosus in clausulis; sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quam si semper est idem. Cadit autem per se ille ipse præclare: quo etiam satietas[h] formidanda est magis. [*p.* 218.] Me stante C. Carbo,[i] C. F. tribunus plebis, in concione dixit his verbis, 'O Marce Druse, patrem appello.' Hæc quidem duo[j] binis pedibus incisim: dein membratim,[3] 'tu dicere solebas, sacram esse rempublicam.' 214. Hæc item membra ternis.[h] [k] Post ambitus,[i] [4] 'quicumque eam violavissent, ab omnibus esse ei pœnas persolutas:' dichoreus:[l] nihil enim ad rem, extrema illa longa sit, an brevis: deinde, 'Patris dictum sapiens, temeritas filii comprobavit.' Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Quæro, nonne[5] id numerus effecerit? verborum ordinem immuta:[6] fac sic,

[g] *Interpretandum est quid sit pes choreus.* [h] *Ternis pedibus efferuntur.*
[i] *Sequitur deinde periodus.*

bus.—3 Lamb. *membratim ternis.*—4 *Deinde item membratim quaternis: post clausula ambitus* Lamb. Mox, idem Lamb. *persolutas. Persolutas, dichoreus.* —5 'Edd. Mediol. et Lips. *numne.* Scribendum est *annon*, aut *effecit*, quod magis placet.' *Ernesti.*—6 'Manus docta in ed. Lips. correxit, *v. ordine immutato fac sic:* non male. Sed illa incisa huic loco bene conveniunt.' *Idem.*—

NOTÆ

[g] *Dichoreus*] Vox ex duobus trochæis sive choreis composita; ut, 'dimicare,' 'temperavit,' &c.

[h] *Quo etiam satietas*] Optima quæque, ut superioribus libris eleganter probavit Tullius, nisi varietate temperentur, fastidiis adhærescunt.

[i] *C. Carbo*] C. Papirius Carbo, de quo jam in Bruto, tribunatum plebis gessit anno U. C. 663. ante Christum 91.

[j] *Hæc quidem duo*] Nempe verba 'O Marce Druse,' et 'patrem appello,' exprimuntur incisim duobus pedibus. 'O Marce' antibacchius est, 'Druse' choreus: 'patrem appello' duplex spondeus, vel iambus et choreus.

[k] *Hæc item membra ternis*] Horum membrorum, 'Tu dicere solebas,' et 'sacram esse rempublicam,' primum quidem continet spondeum, tribrachyn, et spondeum; alterum autem, si nulla fiat elisio, constat ex anapæsto, iambo, et dactylo.

[l] *Dichoreus*] Qui hoc vocabulo 'persolutas' habetur; neque enim refert ultima syllaba longa sit an brevis. Ex Terentiano Mauro ut versus, sic, 'Commataque hoc ipsum juris habere volunt.'

'Comprobavit filii temeritas:' jam nihil erit, etsi 'temeritas' ex tribus brevibus, et longa est: quem[j] Aristoteles ut optimum probat; a quo dissentio. 215. At eadem verba, eadem sententia. Animo istuc[7] satis est, auribus non satis.[k] Sed id crebrius fieri[l] non oportet. Primum enim numerus agnoscitur: deinde satiat: postea cognita facilitate contemnitur. LXIV. Sed sunt clausulæ plures, quæ numerose et jucunde cadant: nam et creticus,[m] qui est e longa, et brevi, et longa, et ejus æqualis pæon,[n] qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex: nam aut e longa, et tribus brevibus, qui numerus[o] in primo viget, jacet in extremo; aut e totidem brevibus, et longa, in quem optime cadere censent veteres:[p] ego non plane rejicio,[q] sed alios antepono. 216. Ne spondeus quidem[r]

[j] *Pedem pæonem.*
[k] *At dices eadem sunt verba, idem sensus. Esto sane: istud satis est menti ad intelligendum, non satis auribus ad probandum.*
[l] *Ejusmodi dichoreos adhibere.*

7 *Animo istud* Schutz.

NOTÆ

[m] *Creticus*] Pes amphimacer seu Creticus, cujus inventio tribuitur Cretensibus, ex longa, brevi, et longa, ut, 'maximos,' 'audiunt,' &c. spatio temporum non syllabarum numero pæonem æquat. Cretico jucunde terminatur periodus. In Miloniana § 1. 'Hæc novi judicii nova forma terret oculos, qui, quocumque inciderint, veterem consuetudinem fori et pristinum morem judiciorum minime vident.'

[n] *Pæon*] Hic a Cicerone duplex, ab aliis quadruplex statuitur; ex tribus brevibus et una longa constat, hoc ordine, ut primus habeat primam longam, secundus secundam, tertius tertiam, quartus quartam.

[o] *Qui numerus*] Primus pæon viget in principio, ut II. in Catilinam, 'Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam furentem audacia,' &c. Idem languet in fine, neque enim breves gravitatem orationis tueri satis possunt; ut in declamatione quæ inscribitur Apes Pauperis: 'Quid prodest? sic quoque me latentem invenit invidia.' Si tamen hic jacet oratio, certe ab eo vitio non satis cavit Tullius, qui pluribus in locis periodum hoc pede terminavit, ut II. in Catilinam § 4. 'Quem quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit.'

[p] *Veteres*] Inter quos princeps est Aristoteles, qui hoc tradit lib. III. Rhetoricorum.

[q] *Ego non plane rejicio*] Nec vero cuiquam videatur vitiosus hic numerus: 'A sapientia plurimum dissidet temeritas.'

[r] *Ne spondeus quidem*] Frequentissima passim occurrunt exempla, ut

funditus est repudiandus: etsi, quod[1] est e longis duabus, hebetior videtur et tardior; habet tamen stabilem quendam, et non expertem dignitatis gradum: in incisionibus[s] vero multo magis, et in membris:[m 2] paucitatem enim pedum[3] gravitatis suæ tarditate compensat. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo: adjungo (quod minimum sit) proximum superiorem,[4] sæpe etiam tertium. 217. Ne iambus quidem, qui est e brevi et longa; aut par choreo,[5] qui habet tres breves, sed spatio par, non syllabis; aut etiam dactylus,[t] qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus,

[m] *Cum incisim et membratim dicimus, multo magis laudatur adhibitus spondeus.*

Cap. lxiv. 1 Lamb. *etsi enim, quod.*—2 'Recte monet anonymus legendum *quam in membris*, quorum plures sunt pedes.' *Lallem.*—3 Lamb. in marg. ed. 1584. *paucitatem enim syllabarum;* in ed. 1566. *syllabarum enim paucitatem.* Actutum, *tarditatis suæ gravitate* suspicabatur Schutz.—4 'Scribendum de more Ciceronis et ex Latinitate vera, *proxime superiorem.*' Ernesti. 'Contra usum Ciceronis.' *Orell.*—5 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Grut. *aut*

NOTÆ

Verrina ultima § 1. 'Nemini video dubium esse, judices, quin apertissime C. Verres in Sicilia sacra profanaque omnia et privatim et publice spoliarit, versatusque sit, sine ulla non modo religione, verum etiam dissimulatione in omni genere furandi atque prædandi. Sed quædam mihi magnifica et præclara ejus defensio ostenditur: cui quemadmodum resistam, multo mihi ante, judices, providendum.'

[s] *In incisionibus, &c.*] Exemplum hoc esto ex Verrina ii. § 31. 'Nonæ sunt hodie Sextiles: hora nona convenire cœpistis: hunc diem jam ne numerant quidem. Decem dies sunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompeius facturus est: hi ludi dies quindecim auferent: deinde continuo Romani consequentur.'

[t] *Dactylus*] Tradit hic Tullius dactylo et spondeo periodum volubiliter finiri: qui congruit hæc præceptio cum iis quæ superius dixit, et in Partitione Oratoria § 72. expressis verbis ait, orationem circumscribendam esse 'numerose, non ad similitudinem versuum?' Qui convenit cum præcepto Quintiliani ix. 4. 'Ne dactylus quidem spondeo bene præponitur, quia finem versus damnamus in fine orationis?' Mihi quidem vitiosa tum videtur conclusio, quæ fit duabus vocibus, quarum vel altera sit dactylus, altera spondeus; ut, 'Gaudia pelle;' vel altera sit choreus, altera bacchius; ut, 'Pelle timorem:' sic enim vulgo desinunt hexametri versus. At si unico vocabulo comprehendantur et dactylus et spondeus, numerose claudet periodum, ut patet ex lib. iii. in Verrem § 33. 'Cum in tantis incommodis aratorum injuriisque decumanorum, nullum ex isto præclaro edicto, non modo factum,

aut spondeus:[n] nunquam enim interest,[u] uter sit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes[o] male concludunt,[v] si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus: nihil enim interest, dactylus sit extremus, an creticus; quia postrema syllaba, brevis, an longa sit, ne in versu quidem refert. 218. Quare etiam pæona qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum; quoniam nihil ad rem est, postrema an longa sit.[6] Jam pæon, quod plures habeat syllabas, quam tres, numerus a quibusdam,[w] non pes habetur. Est quidem, ut

[n] *Iambus, qui est e brevi et longa; aut tribrachys, qui cum constet tribus brevibus, est par choreo, non quidem numero, sed quantitate syllabarum; aut dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proxime ante ultimum pedem, satis bene ac numerose claudit periodum, modo ultimus pes sit spondeus vel choreus.*

[o] *Iambus, trochæus, et dactylus.*

par trochæus Camer. Lamb. Schutz. et Orell. *aut par choreus* Manut.—6 Ita Vit. quod primus recepit Ernesti, eumque secuti Schutz. et Orell. *postrema quam longa sit* alii codd. edd. vett. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *postrema brevis an longa sit* Gothofr. unde Lamb. *nihil ad rem, postrema brevis, an longa*

NOTÆ

sed ne postulatum quidem judicium inveniatur.' Item eleganter claudet periodum vox ex duabus brevibus totidemque longis composita, præsertim si ex pluribus syllabis compositum vocabulum præcedat; ut Oratione post Reditum in Senatum § 23. 'Qui mihi primus afflicto et jacenti consularem fidem dexteramque porrexit, qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit.' Aurium enim judicio hujuscemodi clausulæ, licet in iis sit dactylus et spondeus, vix ullam videntur habere cum versu similitudinem.

[u] *Nunquam enim interest*] Dissentit a Cicerone Fabius IX. 4. 'Neque ego ignoro,' inquit, 'in fine pro longa accipi brevem, quod videtur aliquid vacanti tempori ex eo quod insequitur, accedere. Aures tamen consulens meas intelligo multum referre, utrumne longa sit quæ cludit, an pro longa. Neque enim tam plenum est dicere, 'incipientem timere,' quam illud, 'ausus est confiteri.''

[v] *Iidem hi tres pedes male concludunt*] Videntur hæc superioribus præceptionibus repugnare. Si enim iambus male concludit, cur bene creticus et dochmius, in quibus est iambus? cur ipse Cicero sexcentis locis periodum iambo concludit? Deinde cum nihil intersit, brevis an longa sit extrema syllaba, cur volubiliter perveniunt ad extremum spondeus et creticus, non item choreus et dactylus? Denique cur non semper pro cretico postremus est dactylus, cum nihil intersit, dactylus sit ultimus, an creticus?

[w] *A quibusdam*] Quibus accedit Quintilianus IX. 4. ubi ait, pedes non excedere tres syllabas, adeoque pæonem et dochmium numeros esse, non pedes.

inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti,[p] vel mediæ: putant illi etiam cadenti; quo loco mihi videtur aptior creticus. Dochmius[7 x] autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc, 'Amicos tenes,' quovis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum et nimis insignem facit. LXV. 219. His igitur tot commutationibus, tamque variis si utemur; nec deprehendetur manifesto, quid a nobis de industria fiat, et occurretur satietati. Et quia non numero solum numerosa oratio, sed et compositione fit, et genere[q] (quod ante dictum est) concinnitatis; compositione[1] potest intelligi, cum ita structa verba sunt, ut numerus non quæsitus,[y] sed ipse secutus esse videatur; ut apud Crassum, 'nam ubi lubido dominatur, innocentiæ leve præsidium est.' Ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria. Itaque si quæ veteres illi (Herodotum dico, et Thucydidem, totamque eam ætatem[r 2]) apte numeroseque dixerunt; ea non numero quæsito, sed verborum collocatione ceciderunt. 220. Formæ vero quædam sunt orationis, in quibus ea concin-

[p] *Incipienti.*

[q] *Oratio fit numerosa, non modo certis pedibus adhibitis, sed etiam verborum structura et figuris.* [r] *Scriptores illius ætatis.*

sit.—7 Ald. Junt. Lamb. Grut. *Dochimus.* 'Capperonerius ad Quintil. IX. 4. corrigit *Dochmius*, usus testimoniis Hephæstionis, Diomedis, et aliorum grammaticorum Latinorum. Favent ei rei etiam cod. Vit. et edd. vett. Cic. h. l. ut Venet. Mediol. Ascens. quæ habent *Dochimius.* Itaque et hic recepimus *Dochmius*; præsertim cum ap. Quintil. l. c. cod. Goth. habeat pariter *Dochimius*, editio autem Jansoniana plane *Dochmius*; quod editores Quintiliani non notarunt.' *Ernesti.*

CAP. LXV. 1 'Male Lamb. *compositio.*' Schutz.—2 Lamb. *totamque illam ætatem.*

NOTÆ

[x] *Dochmius* [*Dochimus*] Sentiunt nonnulli pro *dochimo* reponendum *dochmium*, unde δοχμιακὸν μέτρον dicitur. *metrum dochmio pede constans.*

[y] *Ut numerus non quæsitus*] Cujus exempla non pauca vel ipsi, qui numeros minime consectari solent, historici suppeditabunt. 'Nam ubi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. . . . Nam ubi cupido divitiarum invasit, neque disciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum satis pollet.' Sallustius in fragmentis.

nitas inest,[s] ut sequatur numerus necessario. Nam cum aut par pari refertur,[z] aut contrarium contrario opponitur,[a] aut, quæ similiter cadunt[b] verba, verbis comparantur; quicquid ita concluditur, plerumque fit ut numerose cadat: quo de genere cum exemplis supra diximus, ut hæc quoque copia facultatem afferat, non semper eodem modo desinendi: nec tamen hæc ita sunt arcta[c] et astricta, ut ea, cum velimus, laxare nequeamus.[t] Multum interest, utrum numerosa sit, id est, similis numerorum, an plane e numeris constet oratio:[u] alterum si fit, intolerabile vitium est; alterum nisi fit, dissipata, et inculta, et fluens est oratio.[v]

LXVI. 221. Sed quoniam non modo non frequenter, verum etiam raro in veris causis, aut forensibus,[1] cir-

[s] *Figuræ orationis sunt quatuor per se numerosæ; par pari relatum, contraria, similiter cadentia, similiter desinentia.*

[t] *Illæ numerose scribendi leges non adeo strictæ sunt, ut ab iis aliquando discedere non liceat.*

[u] *Utrum aurium judicio belle cadat, quasi numeris esset illigata, an revera instar versus numeris sit astricta.*

[v] *Si plane constet numeris, intolerabile vitium erit, quia tota oratio non soluta sed stricta numeris fiet: si negligantur omnino numeri, tota erit dissoluta ac dissipata dictio.*

NOTÆ

[z] *Cum aut par pari refertur*] Ut in Sextiana § 139. 'At vero qui horum impetus et conatus represserunt: qui auctoritate, qui fide, qui constantia, qui magnitudine animi, consiliis audacium restiterunt: ii graves, ii principes, ii duces, ii auctores hujus dignitatis atque imperii semper habiti sunt.'

[a] *Aut contrarium contrario opponitur*] Sane hac Demosthenis periodo Olynthiaca II. aptius nihil, nihil venustius: 'Et ille quidem Philippus quo pluribus fortiter gestis sese ipse superavit, eo admirabilior apud omnes habetur. Vos autem quanto deterius quam par erat reip. consuluistis, tanto turpior infamiæ nota vobis inusta est.'

[b] *Quæ similiter cadunt*] Similiter cadunt, quæ iisdem sive casibus nominum, sive verborum temporibus terminantur: similiter desinunt, quæ simili sono clauduntur. Cum autem quæ ita se habent membra, solent plerumque invicem connecti, hinc periodi et numerosa nascitur oratio.

[c] *Nec tamen hæc ita sunt arcta*] Nimiæ superstitionis fuerit his et aliis, quæ de singulis numerorum pedibus disserunt rhetores, ita scrupulose adhærere, ut ab iis vel latum unguem discedere religioni ducas. Dubium utrum in his negligentia, an solicitudo, sit pejor. Ut omnes syllabarum numeros aucupati fuerint Isocrates et Theopompus, constat a Demosthene et Cicerone modice fuisse observatos, præsertim concitatis in motibus, in quibus aures demulcere intempestivum est. Nescio quo mentis impetu effundebant omnia, et usu edocti cavebant ne quid aut lon-

cumscripte[w] numeroseque dicendum est; sequi videtur, ut videamus, quæ sint illa, quæ supra dixi incisa, quæ membra. Hæc enim in veris causis maximam partem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus[x] et plena comprehensio e quatuor fere partibus,[d] quæ membra dicimus, ut et aures impleat, et ne brevior sit, quam satis sit, neque longior:[2] quanquam utrumque nonnunquam, vel potius sæpe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum, ne brevitas defraudasse aures videatur, neve longitudo obtudisse. Sed habeo mediocritatis rationem: nec enim loquor de versu, et est liberior aliquanto oratio. 222. E quatuor igitur, quasi hexametrorum instar versuum quod sit,[3] constat fere plena comprehensio.[y] His igitur singulis[4] versibus[z] quasi nodi[e] apparent continuationis,

[w] *Periodice.* [x] *Plena et absoluta periodus.*
[y] *Periodus.* [z] *Membris.*

Cap. lxvi. 1 Schutz. malit *et forensibus.*—2 *Neve brevior sit, neque longior* Victor.—3 Lamb. suspicabatur *quæ sint.*—4 *His singulis* Lamb.—

NOTÆ

gitudine obtunderet, aut brevitate defraudaret auditorem. Quorsum igitur, inquies, tam multa de pedibus ac numeris disserit Tullius? Cum totius artis oratoriæ arcana revelanda suscepisset, nihil eorum, opinor, quæ veteres illi rhetores attigerant, indictum relinquere voluit.

[d] *E quatuor fere partibus*] Quadruplex vulgo periodus esse dicitur. Prima ex mente quidem Aristotelis, a quo dissentit Tullius qui nullam nisi compositam admittit, est simplex, quæ unico membro constans perfectam complectitur sententiam; ut, 'Levat dolorem communis quasi legis et humanæ conditionis recordatio,' Cicero ad Fam. vi. 6. Altera est bipertita. Pro Roscio Comœdo § 2. 'Quemadmodum turpe est scribere quod non debeatur; sic improbum est non referre quod debeas.' Tertia tripertita. Pro lege Manilia § 33. 'Tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reip. potuit, ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium prædonum navem esse audiatis?' Quarta quadripertita; ut in exordio ejusdem orationis: 'Quanquam mihi semper frequens conspectus vester multo jucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibnerunt.' Sunt et aliæ periodi quæ nonnunquam ad quinque, sex, et plura etiam membra excurrunt: at cavendum ne propter longitudinem mente vix comprehendi possint.

[e] *Quasi nodi*] Conficitur periodus

quos in ambitu conjungimus. Sin membratim volumus[5] dicere, insistimus:[a] idque cum opus est, ab isto cursu invidioso[b] facile nos et sæpe disjungimus. [*p*. 219.] Sed nihil tam debet esse numerosum, quam hoc, quod minime apparet, et valet plurimum. Ex hoc genere illud est Crassi, 'Missos faciant patronos: ipsi prodeant.'[c] Nisi intervallo dixisset,[d][6] 'ipsi prodeant,' sensisset profecto effugisse senarium: omnino melius caderet, 'prodeant ipsi.' 223. Sed de genere nunc disputo.[f] 'Cur clandestinis consiliis nos oppugnant?[7] cur de perfugis nostris copias comparant contra nos?'[e] Prima sunt illa duo,[g] quæ *κόμματα* Græci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertium, *κῶλον* illi, nos membrum. Sequitur non longa: ex duobus enim versibus, id est, membris, perfecta comprehensio est, et[8] in spondeos cadit: et Crassus quidem sic plerumque dicebat: idque

[a] *Cursum orationis interrumpimus.*
[b] *Qui oratorem in invidiam adducit.* [c] *Non inducant patronos, veniant ipsi.*
[d] *Nisi sustinuisset spiritum post hanc vocem, 'patronos.'*
[e] *Cur contra nos eorum auxilio utuntur qui nostras partes deseruerunt?*



5 Idem Lamb. *nolumus.* 'Fortasse legendum, *quos in ambitu conjungimus; sin membratim volumus dicere, incidimus. Itaque cum opus est,*' &c. Schutz.—6 'Vulgo *dixisses;* quod est ab errore operarum, temere servatum. Illud et res postulat, et habent edd. vett. etiam Aldus, Lips. Gryph. et cod. Vit.' *Ernesti.* Mox, pro *effugisse*, Lamb. habet *effluxisse;* al. in marg. ed. 1584. *excidisse*, vel *se effudisse.*—7 'Hic primum membrum comprehensionis quæ sequitur *cur . . . contra nos* interciderit necesse est. Ut nunc est *κῶλον* illa verba faciunt, non periodum bimembrem.' *Schutz.* Le Clerc contra membrum excidisse putat post v. *disputo.* Mox, *de perfugiis* edd. antiquiss. Vulgatum est ap. Quintil. IX. 4.—8 *Sequitur non longa (ex duobus enim versibus, id est, membris perfecta est) comprehensio, et,* &c. Lamb. *Sequitur comprehensio non longa (ex duobus enim versibus, id est, membris perfecta est) et,* &c. Schutz.

NOTÆ

beneficio particularum quæ pendentem ab initio ad finem orationis sensum efficiunt: sunt autem illæ particulæ quibus quasi nodis membra periodi connectuntur, plerumque sex: vel pugnantes, ut 'quanquam,' 'tamen,' &c. vel augentes, ut 'non solum,' 'sed etiam,' 'cum enim,' 'tum vero,' &c. vel relativæ, 'quemadmodum ita,' 'quantum,' 'tantum,' &c. vel causales, 'quoniam,' 'quia,' &c. vel conjunctivæ, 'et, et,' &c. vel disjunctivæ 'sive, sive,' 'aut, aut,' &c.

[f] *De genere nunc disputo*] De membris et incisis generatim dico, quibus constent pedibus examinare non vacat.

[g] *Prima illa duo*] Prima illa duo, nempe 'Missos faciant patronos,' et 'ipsi prodeant' sunt: tertium illud, 'Cur clandestinis consiliis nos oppugnant?' est membrum: sequitur bre-

ipse genus dicendi maxime probo. LXVII. Sed quæ incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent: ut est apud me: 'Domus[h] tibi deerat? at habebas: pecunia superabat?[f] at egebas.' 224. Hæc incise dicta sunt quatuor. At membratim, quæ sequuntur, duo, 'Incurristi amens in columnas: in alienos insanus insanisti.'[i 1] Deinde omnia, tanquam crepidine[j] quadam, comprehensione longiore sustinentur,[g 2] 'Depressam, cæcam, jacentem domum pluris, quam te, et quam fortunas tuas æstimasti:' dichoreo finitur.[3] At dispondeo proximum illud:[h] nam in iis,[4] quibus, ut pugiunculis, uti oportet, brevitas facit ipsa liberiores pedes. Sæpe enim singulis[i] utendum est, plerumque binis, (et utrisque addi pedis pars potest,) non fere ternis amplius. 225. Incisim autem et membratim tracta[j k] oratio[5] in veris causis plurimum valet,[j] maximeque his locis, cum aut arguas, aut refellas: ut nostra in Corneliana secunda,[l] 'O callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda!'

[f] *Supererat.*
[g] *Postea membra omnia longiore periodo quasi objecta mole firmantur.*
[h] *Quod desinit hoc verbo, 'insanisti.'* [i] *Pedibus.*
[j] *Ut a fuci suspicione aliena.*



CAP. LXVII. 1 'Conjicio legendum esse, *in antis æneis insanis insanisti.* Antæ sunt columnæ quadræ. Cf. Vitruv. VI. 7. ed. Schneider.' *Schutz.* 'Suspicio ludicra,' inquit Orell. qui h. l. corruptum pronuntiat, et intentatum relinquit.—2 Lamb. *omnis . . . comprehensio longior sustinetur.*—3 Schutz. et Orell. *æstimasti. Dichoreo finitur;* Lamb. *æstimasti, et dichoreo finitur.*—4 Schutz. *nam in illis*, scil. incisis et membris.—5 Ita reposuit Ernesti e cod.

NOTÆ

vis quidem at perfecta periodus, 'Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos?' quæ videretur aliis simplex, Ciceroni dicitur duobus membris constans periodus, quippe quæ duas in partes facile dissolvi possit, hoc modo: 'Copias comparant contra nos, et de perfugis nostris comparant.'

[h] *Domus*] Depromtum ex oratione, quæ non extat, exemplum.

[i] *In alienos insanus insanisti*] Victorius Varr. Lectt. XVIII. 9. non videre se ait quem locum hic habeat harum vocum secunda.

[j] *Tanquam crepidine*] Ad Græcorum imitationem Victorius ibidem ostendit expressam hanc metaphoram.

[k] *Membratim tracta* [*tractata*] Legit Manutius *tracta*, quod verbum ad sententiam et ad usum Latinæ linguæ aptius existimat.

[l] *In Corneliana secunda*] Orationes duæ pro Cornelio, majestatis reo, desiderantur.

Membratim adhuc: deinde cæsim diximus.[6] Rursus membratim, ‘Testes dare volumus.’ Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior, ‘Quem, quæso,[m] nostrum fefellit, ita vos esse facturos?’[7] 226. nec ullum genus est dicendi aut melius, aut fortius, binis aut ternis ferire verbis,[n] nonnunquam singulis, paulo alias pluribus: inter quæ[8] variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio; quam perverse fugiens Hegesias,[o] dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum pæne Demosthenem, saltat, incidens particulas.[k] Et is[l] quidem non minus sententiis peccat, quam verbis: ut non quærat, quem appellet ineptum, qui illum cognoverit. Sed ego illa Crassi, et nostra posui, ut, qui vellet, auribus ipsis, quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset, judicaret. LXVIII. Et, quoniam plura de numerosa oratione diximus, quam quisquam ante nos, nunc de ejus generis utilitate dicemus.

227. Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu minime omnium ignoras,) pulchre et oratorie dicere, nisi

[k] *Subsultat: ejus oratio minutis concisa particulis.*
[l] *Hegesias.*

Vit. ceteri codd. et edd. habent *tractata oratio.*—6 ‘*Membratim adhuc: deinde cæsim: Diximus*] Sic recte distinxit margo ed. 1584. et Schutz. e Quintil. IX. 4. 122. *M. adhuc: d. cæsim diximus* ceteri, præter Lamb. qui v. *diximus* transposuit ante *Testes*, deceptus a Quintiliano.’ *Orell.*—7 Schutz. *nec illud.* Mox, *quam binis aut ternis* de Lambini et Ernestii conjectura dederunt Schutz. et Orell. Actutum, *finire verbis* Crat. *ferire versibus* viri docti ap. Ernesti.—8 Ita Lips. Lamb. Schutz. Orell. *inter quas* Nor. Junt. Crat. Manut. Grut.

NOTÆ

[m] *Quem, quæso*] Periodus hæc bipertita videtur Tullio; potest enim sic dividi: ‘Vos hoc fecistis, et nemo nostrum id non vidit.’

[n] *Binis aut ternis ferire verbis*] Exemplum in eo genere sit illud ex I. Catilinaria § 2. ‘O tempora! o mores! Senatus hæc intelligit, consul videt: hic tamen vivit: vivit? immo etiam in senatum venit: fit publici consilii particeps: notat, et designat oculis ad cædem unumquemque nostrum. Nos autem viri fortes satisfacere reip. videmur, si istius furorem ac tela vitemus.’ Vides Catilinam incisis primum acriter urgeri: tum membra succedere, quæ omnia denique periodo tanquam crepidine sustinentur.

[o] *Hegesias*] De quo in notis ad Brutum § 286.

optimis sententiis verbisque lectissimis[1] dicere. Et nec sententia ulla est, quæ fructum oratori ferat, nisi apte exposita, atque absolute: nec verborum lumen apparet, nisi diligenter collocatorum: et horum utrumque[m] numerus illustrat. Numerus autem (sæpe enim hoc testandum est) non modo non poëtice junctus, verum etiam fugiens illum, eique omnium dissimillimus:[n] (non quin iidem sint numeri non modo oratorum et poëtarum, verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quæ metiri auribus possumus:) sed ordo pedum facit, ut id, quod pronuntiatur, aut orationis, aut poëmatis simile videatur. 228. Hanc igitur sive compositionem,[o] sive perfectionem, sive numerum vocari placet, et adhibere necesse est,[2] si ornate velis dicere, non solum (quod ait Aristoteles[p] et Theophrastus) ne infinite feratur, ut flumen, oratio, quæ non aut spiritu pronuntiantis, aut interductu[3] librarii,[p] sed numero coacta debet insistere;[q] verum etiam, quod multo majorem habent apta[r] vim, quam soluta. Ut enim athletas,[q] nec multo secus gladiatores[r] videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer,[s] in quo non motus hic ha-

[m] *Sententiam et verba.*
[n] *Numerus oratorius poëtici numeri maxime dissimilis est, non quod alii sint poëtarum, alii oratorum, et vulgo loquentium pedes; sed certa pedum collocatio facit ut id quod recitatur, accedat modo ad solutam, modo ad strictam numeris orationem.*
[o] *Certam pedum collocationem.*
[p] *Aut respiratione dicentis, aut distinctione scribentis, qui notat puncta et virgulas.*
[q] *Finem habere.*
[r] *Quibusdam numeris illigata.*
[s] *Nec callide fugiendo ictum, nec fortiter inferendo.*

Cap. lxviii. 1 Ita codd. pauci, Crat. Manut. Lamb. *lectissime* codd. plerique, Nor. Ald. Junt. Grut.—2 Ita Lamb. Schutz. Orell. *et adhibere necesse est* ceteri: *et* natum est ex ultimis lit. v. præced.—3 Margo ed. 1584. *inter-*

NOTÆ

[p] *Quod ait Aristoteles*] Locus Aristotelis est Rhet. III. 9. ubi 'tractam dictionem' appellat, 'quæ nullum ex se finem habet, nisi res quæ exponitur desinat. Est autem injucunda, quod infinite feratur: finem enim omnes desiderant intueri.'

[q] *Athletas*] Qui in ludis publicis luctatione, cursu, disco, pugilatu, et saltu certabant.

[r] *Gladiatores*] Servi ut plurimum fuere, qui ad populi Romani delectationem in ludis publicis pugnabant, ac mutuis sese vulneribus conficiebant.

beat palæstram quandam;[t] ut, quicquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum; sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit[4] apta; nec satis recte[5] declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit. 229. Itaque, qualis eorum motus, quos ἀπαλαίστους[u] [6] [s] Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias: tantumque abest, ut,[7] quod ii, qui hoc (aut magistrorum inopia, aut ingenii tarditate, aut laboris fugà) non sunt assecuti, solent dicere, enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit. LXIX. Sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum, qui genus hoc secuti non tenuerunt, simile faciamus; ne aut verba[1] trajiciamus aperte,[v] [t] quo melius aut cadat, aut volvatur oratio: 230. quod se L. Cœlius[u] Antipater, in pro-

[t] *Ornatum quendam ab exercitatione proficiscentem.*
[u] *Inexercitatos, sine ulla palæstra.* [v] *Perperam transponamus.*

punctu.—4 Ita Nor. Lamb. Grut. Schutz. Orell. *nisi petitio fuerit* Ald. Junt. Manut.—5 Hanc lectionem revocavit Ernesti ex edd. Mediol. Lips. Ascens. Crat. 'Confirmari videtur his Quintiliani verbis IX. 48. ubi h. l. imitatur: 'Jam in certamine armorum atque in omni palæstra, quid satis recte cavetur ac petitur,' &c. In cod. Vit. tamen est *tute*, quod bene respondet antecedenti *vitando facere caute*. Vulgatum vero *tecte* [quod legitur in Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut.] hic est alienum.' *Schutz.*—6 Multi codd. *apalæstros;* ceteri ἀπαλαίστους· 'sed hoc esset *lucta non devictos.* Itaque prætuli ἀπαλαίστρους, quod in multis codd. Quintiliani IX. 4. 56. legitur, quanquam Valckenario quoque placuit ἀπαλαίστους in Callimacheis p. 90.' *Schutz.* Spalding. item apud Quintil. l. c. dedit ἀπάλαιστοι.—7 Sic Manut. tum rursus Ernesti; *tantumque abest, ne* Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut.

CAP. LXIX. 1 'Quia nullum aliud *aut* sequitur, Gulielmius corrigebat, *faciamus, neve verba.* Cur non potius transponendo *aut ne?*' Ernesti. 'Nihil mutavi: *aut* similiter pendet in Brut. § 53. *faciamus; ut verba* Lamb. *facia-*

NOTÆ

[s] Ἀπαλαίστους [ἀπαλαίστρους] A voce Græca παλαίστρα, quæ *locum* significat *exercendo corpori idoneum,* rectius deduxeris ἀπαλαίστρους, quam, ut vulgo legunt, ἀπαλαίστους.

[t] *Ne aut verba trajiciamus aperte*] Tale est illud Ennii in Epicharmo apud Cic. Academ. Quæst. lib. IV. § 51. 'Nam videbar somniare med ego esse mortuum.' Diceret grammaticus, 'Ego videbar somniare me esse mortuum.' Et Cornelii Nepotis in Chabria: 'Athenienses diem certam Chabriæ præstituerunt, quam ante domum nisi redisset,' &c.

[u] *L. Cœlius*] Consule notas in Brutum § 202.

œmio belli Punici, nisi necessario, facturum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celet![2] sapientem, qui serviendum necessitati putet! Sed hic omnino rudis. Nobis autem in scribendo, atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur: nihil est enim necesse: et, si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidem, qui hanc a Lælio, ad quem scripsit,[3] cui se purgat, veniam petit, et utitur ea trajectione verborum, et nihilo tamen aptius explet, concluditque sententias.[w] Apud alios autem, et Asiaticos maxime, numero servientes, inculcata reperias[4] inania quædam verba, quasi complementa numerorum. Sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maxime fluxit, infringendis, concidendisque numeris,[x] in quoddam genus abjectum incidant, Siculorum simillimum.[v] 231. [*p.* 220.] Tertium est,[5] in quo fuerunt fratres illi, Asiaticorum rhetorum principes, Hierocles et Menecles,[w] minime mea sententia contemnendi. Etsi enim a forma veritatis et ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate, vel copia. Sed apud eos varietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo. Quæ vitia qui fugerit, ut neque verbum ita trajiciat, ut id de industria factum intelligatur, neque inferciens verba, quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens, concidat delumbetque sententias,[y] nec sine ulla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum; is omnia fere vitia vitaverit: nam de laudibus multa diximus, quibus sunt alia perspicua[6] vitia contraria.[z] LXX. 232. Quan-

[w] *Non ideo tamen numerosius sententias concludit.*

[x] *Dum incisis tota oratione utuntur.*

[y] *Debilitet et enervet sententias.*

[z] *Explicuimus qui sint laudabiles numeri, ex quibus vitia contraria facile est intelligere.*



mus; ut ne verba Schutz.' *Orell.*—2 'Recte sic Ernesti.' *Schutz.* Sic etiam Lamb. et Orell. *celat* codd. et edd. vett. Ald. Junt. Manut. Grut.—3 Ernesti conj. *ad quem scribit.* Hæc verba suspecta sunt Schutzio.—4 Lamb. *reperies.*—5 *Quartum est* suspicabatur Schutz.—6 Ita Mediol. Ald. Junt. Crat. Lamb. Schutz. Orell. *perspicue* Guelf. 3. Nor. Manut. Grut.

NOTÆ

[v] *Siculorum simillimum*] Qui Gorgiam Leontinum imitati, non nisi incisim dicebant.

[w] *Hierocles et Menecles*] De quibus

tum autem sit apte dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum: (corrumpatur[1] enim tota res, ut et hæc nostra in Corneliana, et deinceps omnia: 'Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos[x] et Lælios multi venalicii,[a][2] mercatoresque superarunt.' Immuta paulum, ut sit, 'multi superarunt mercatores venaliciique;' perierit tota res. Et quæ sequuntur, 'Neque vestis, aut cælatum aurum et argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Ægyptoque vicerunt.' Verba permuta sic, ut sit, 'Vicerunt eunuchi e Syria Ægyptoque.' Adde tertium, 'Neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paullum et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco[y] aut Syro[b] potuisse superari.' Fac ita,[3] 'potuisse superari ab aliquo Syro[z] aut Deliaco.' 233. Videsne, ut ordine verborum paulum commutato,[4] iisdem verbis, stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta? [c]) aut si alicujus inconditi[d] arripias dissipatam aliquam sententiam, eamque, ordine verborum paulum commutato, in quadrum redigas,[e] efficiatur aptum illud, quod fuerit[5] antea diffluens ac solutum. Age, sume de Gracchi

[a] *Multi mancipiorum mangones.*
[b] *Servo qui emtus fuerit ex Delo, aut Syria.*
[c] *Cum fiant dissipata ea quæ prius recte cohærebant.* [d] *Inepti oratoris.*
[e] *Servato numero suo belle disponas.*

CAP. LXX. 1 Steph. et Lamb. *corrumpetur;* sed infra conservarunt *efficiatur.* Mox, pro *ut et hæc,* quod habent Nor. Ald. Junt. Lamb. Orell. *ut hæc* legunt Manut. et Schutz.—2 Patricius conj. *venaliciarii.* Vulgatam lectionem jam olim Lipsius Varr. Lectt. c. 26. auctoritate Nonii Marcelli h. v. et Quintiliani IX. 4. 14. defendit.—3 *Fac etiam* Steph.—4 Hæc, *ordine verborum paulum commutato,* delevit Schutz. uncis inclusit Orell. *paululum* Guelf. 3. Actutum, *iisdem tamen verbis* Steph. et Lamb.—5 Steph. Lamb. et

NOTÆ

in notis ad lib. II. de Orat. § 95.

[x] *Africanos*] De Africanis, Læliis, &c. dictum in notis ad superiores libros.

[y] *Deliaco*] Delos Cycladum insula in Ægæo mari, teste Sophiano, nunc dicitur *Sdilles.*

[z] *Syro*] Syria, Asiæ regio, mari Mediterraneo prætenta, sacris profanisque historiis notissima, hodie *Soria* appellatur.

apud censores illud, 'Abesse non potest,[f] quin ejusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet.' Quanto aptius, si ita dixisset, 'quin ejusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare!' 234. Hoc modo dicere[a] nemo unquam noluit: nemoque potuit, quin dixerit.[g] Qui autem aliter dixerunt, hoc assequi non potuerunt. Ita facti sunt repente Attici.[h] Quasi vero Trallianus[i][b] fuerit Demosthenes: cujus non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.[j] LXXI. Sed si quos[c] magis delectant soluta, sequantur ea sane, modo sic, ut quis[1] Phidiæ clypeum[d] dissolverit, collocationis univer-

[f] *Fieri non potest.*
[g] *Hoc modo dicere omnes semper voluere, et dixerunt quicumque potuere.*
[h] *Nonnulli recentiores, quibus ita dicendi facultas non fuit, Attici voluerunt appellari propter stylum concisum minimeque numerosum.*
[i] *Barbarus, non Atticus.*
[j] *Cujus orationis fulmina non tam micarent, nisi tota dictio esset numerosa.*

Schutz. *fuerat;* 'sed hoc quidem loco conjunctivus præferendus erat.' *Orell.*

CAP. LXXI. 1 Ita e codd. Grut. *Sed . . . ea sane modo si quis* Nor. Ald. Junt. Crat. Camer. *Sed si quem magis delectant soluta, sequatur ea sane, modo sic, ut si quis* codd. aliquot ap. Grut. Guelf. 3. Schutz. in ed. maj. *ut si quis* etiam Manut. Schutz. et Orell. e quatuor codd. Regiis ap. Le Clerc. *Sed si quem magis delectant sol. sequatur ea sane: modo, sicut quis* duobus Guelf. et Heusingero tribuit probatque Beier. ad Offic. tom. II. p. 307. *Sed si quos m. d.*

NOTÆ

[a] *Hoc modo dicere*] Carpit recentiores quosdam ætate sua oratores, qui quos non poterant assequi numeros contemnebant, et Atticorum nomine perperam gloriabantur, quorum antiquissimi solutam numeris orationem plerumque adhibuere. Eos autem ex eo refellit, quod Atticorum facile princeps Demosthenes numeris orationem semper illigaverit.

[b] *Trallianus*] Trallis, Ptolemæo Phrygiæ urbs, ubi corrupta et inquinata dictio, ab Atticorum elegantia longe remotissima.

[c] *Sed si quos*] Hujus loci sensus est: Si quis pressum, concisum, et a numeris alienum dicendi genus usurpare voluerit; usurpet sane: ea tamen conditione, ut singulis incisis et membris substet laudabilis sententia. Sit ejus dictio similis clypeo Minervæ, quem sculpsit Phidias: qui si dissolvatur; tolletur quidem universa species clypei, at in singulis partibus, puta in sua, quam Phidias ipse fabricatus est, effigie, supererit venustas. Tolerabile est non absolutas periodos conficere, si reliqua suppetant ornamenta, ut in Thucydide, cui, præter orationis comprehensionem et ambitum, vix quicquam deest.

[d] *Phidiæ clypeum*] Phidias 'clypeo Minervæ effigiem suam inclusit; qua convulsa, tota operis colligatio solveretur.' Val. Max. VIII. 14.

sam[2] speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem; ut in Thucydide, orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent. 235. Isti[k] autem cum dissolvunt orationem, in qua nec res, nec verbum ullum est, nisi abjectum; non clypeum, sed, ut in proverbio est, (etsi humilius dictum est, tamen consimile est[3]) scopas [ut ita dicam[4]] mihi videntur dissolvere.[e] Atque, ut plane genus hoc, quod ego laudo, contemsisse videantur, aut scribant aliquid vel Isocrateo more,[l] vel quo Æschines aut Demosthenes utitur: tum illos existimabo non desperatione reformidavisse[5] genus hoc, sed judicio refugisse: aut reperiant, ipsa eadem conditione qui uti velit, ut aut dicat, aut scribat, utra volet lingua, eo genere, quo illi volunt.[m 6] Facilius est enim apta dissolvere, quam dissipata connectere.[n] 236. Res autem se sic habet, (ut brevissime dicam quod sentio,) composite, et apte, sine sententiis dicere, insania[f] est: sententiose autem, sine verborum et ordine et modo, infantia;[o] sed ejusmodi tamen infantia, ut ea qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumque pru-

[k] *Qui se jactitant esse Atticos.*
[l] *Ut genus hoc orationis numerosum quod ego laudo, jure videantur contemsisse, componant aliquid stylo Isocratis, &c.*
[m] *Inveniant aliquos, qui numeris assueti, dissoluta possint scribere et Græce et Latine.*
[n] *Facilius est partes orationis conjunctas separare, quam separatas conjungere.*
[o] *Est infantis, qui non potest animi sensa eloqui.*



s. *sequantur ea sane, modo cetera laudare possim: ut si quis* Lamb.—2 Le Clerc. e uno cod. *universæ.*—3 Ita codd. plerique, Ald. Junt. Crat. Lamb. *simile est* codd. aliquot, Nor. Manut. Grut. 'Delevi *est* post *dictum* et post *consimile* repetitum.' *Schutz.*—4 'Quam maxime potest, Tullius mitigat voc. pæne rusticanum. Sine causa igitur hæc *ut ita dicam* Ernestius uncis inclusit, delevit Schutz.' *Orell.* Mox, *dissolvere, atque ut, &c.* Grut.—5 Sic edd. vett. Ald. Junt. Crat. Lamb. Schutz. Orell. *formidavisse* Manut. Grut.—6 Manut. et rursus e codd. Regg. Le Clerc, et Orell. *aut reperiam... utra voles.... illi. volunt;* unus cod. Camer. et Gryph. *aut reperiant;* Orell. conj. *ipsi volunt.*

NOTÆ

[e] *Scopas ... dissolvere*] Est rem omnino inutilem efficere. Colligatæ scopæ verrendo saltem pavimento idoneæ sunt, dissolutæ nulli sunt usui. In epistolis ad Atticum Tullius homines contemtissimos appellat 'scopas dissolutas.'

[f] *Insania*] Insanit enim qui quod vilius præponit nobiliori. Ut autem anima corpori, sic sententiæ verbis præstant.

dentes: quo qui est contentus, utatur. Eloquens vero, qui non approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, movere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe sit, quicquam aut spectari, aut audiri libentius.

237. Habes meum de oratore, Brute, judicium: quod aut sequere, si probaveris; aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum: in quo neque pugnabo tecum, neque hoc meum, de quo tantopere hoc libro asseveravi, unquam affirmabo esse verius, quam tuum. Potest enim non solum aliud mihi, ac tibi, sed mihi ipsi[7] aliud alias videri: nec in hac modo re,[p] quæ ad vulgi assensum spectat, et ad aurium voluptatem, quæ duo sunt ad judicandum novissima;[8] [g] sed ne in maximis quidem rebus quicquam adhuc inveni firmius, quod tenerem, aut quo judicium meum dirigerem, quam id,[9] quodcumque mihi quam simillimum veri videretur,[q] cum ipsum illud[10] verum in occulto lateret.[h] 238. Tu autem velim, si tibi ea, quæ disputata sunt, minus probabuntur, ut aut majus opus institutum[r] putes, quam effici potuerit, aut, dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi, scribendi me impudentiam[11] suscepisse.[s]

[p] *In elocutione.*
[q] *Nihil reperi nisi quod esset probabile, nihil inveni undecumque certissimum.*
[r] *Susceptum.* [s] *Cum non auderem tibi negare, ausum esse scribere.*

Voc. *volet* est de conjectura Ernestii, probante Schutz.—7 Ita edd. vett. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *mihimet ipsi* Guelf. 3. Vet. Steph. Schutz. et Orell.—8 Ita codd. aliquot, etiam Vit. edd. vett. Venet. Lips. Schutz. et Orell. *notissima* unus Oxon. *levissima* nonnulli codd. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut.—9 Ita Manut. Grut. Schutz. et Orell. *quam illud* Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb. '*id* fortasse est e correctione.' *Orell.*—10 Lamb. *illud ipsum*, ut solebat.—11 Vet. Steph. et unus Oxon. *imprudentiam*, probante Mureto, nec improbante Lallem. propter initium hujus libri. 'Non tamen respondet voc. *verecundia*.' Orell.

NOTÆ

[g] *Quæ duo sunt ad judicandum novissima* [*levissima*] Ut vulgus, sic instabile vulgi judicium, cui tamen probari debet orator. Deinde judicium aurium non modo superbissimum ac fastidiosissimum est, sed etiam incertissimum. Aliud aliis placet, atque hinc non leves inter peritissimos artis magistros de numeris oratoriis controversiæ.

[h] *Verum in occulto lateret*] Notum illud Democriti, veritatem in profundo, sive in puteo, demersam jacere.

M. TULLII CICERONIS

AD C. TREBATIUM

TOPICA.

ARGUMENTUM.

Trebatii voluntati satisfacturus hoc quasi compendium Topicorum Aristoteleorum fecit. Primo locos argumentorum cum artificiosorum tum ἀτέχνων breviter enumerat, definit quodque genus et exemplis illustrat c. 2. 3. 4. deinde fusius de singulis disserit c. 5—20. ac addit tandem de diversis quæstionum causarumque generibus, quibus alios locos aliis aptiores esse ostendit.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 221.] MAJORES nos res scribere ingressos,[1] C. Trebati,[a] et iis libris, quos brevi tempore satis multos edidimus, digniores, e cursu ipso revocavit voluntas tua.[a] Cum enim mecum in Tusculano esses, et in bibliotheca separatim uterque nostrum ad suum studium libellos, quos vellet, evolveret, incidisti in Aristotelis Topica[b] quædam,

[a] *Cum incepissem scribere res majores, nempe de philosophia morali, et præstantiores libris oratoriis quos brevi tempore satis multos in lucem emisimus, te volente destiti.*

NOTÆ

[a] *C. Trebati*] C. Trebatius Testa, Cornelii Maximi auditor, celebris jurisconsultus, cujus complures olim extabant libri; sed teste Pomponio, minus frequentati. Ciceroni maxime familiaris fuit, et tribunatu plebis functus est anno U. C. 707. ante Christum 47.

[b] *Topica*] Dicuntur τὰ τοπικὰ pars dialecticæ de inventione argumentorum ex certis quasi locis: τόπος enim *locus* est. Topicorum octo libros edidit Aristoteles.

quæ sunt ab illo pluribus libris explicata.[2] Qua inscriptione commotus, continuo a me eorum librorum sententiam requisisti.[b] 2. Quam tibi cum exposuissem, disciplinam inveniendorum argumentorum,[c] ut sine ullo errore,[c] ad eam rationem, via[3] perveniremus ab Aristotele inventa,[d] libris illis contineri; verecunde[e] tu quidem, ut omnia, sed tamen ut facile cernerem[4] te ardere studio, mecum, ut tibi illam[5] traderem,[f] egisti. Cum autem ego te, non tam vitandi laboris mei causa,[6] quam quod id tua interesse arbitrarer, vel ut eos per te ipse legeres, vel ut totam rationem a doctissimo quodam rhetore acciperes, hortatus essem; utrumque, ut ex te[7] audiebam, es expertus. 3. Sed a libris te[8] obscuritas[d] rejecit. Rhetor autem ille magnus,[e] hæc,[9] ut

[b] *Quem titulum admiratus, a me petiisti, quid sibi vellet ille titulus.*
[c] *Artem inveniendarum rationum quæ ad fidem faciendam valent.*
[d] *Ad excogitanda argumenta perveniremus methodo quam invenit Aristoteles.*
[e] *Modeste.* [f] *Explicarem.*

Cap. i. 1 Unus Oxon. *aggressos.*—2 Venet. 1503. *explicata libris.*—3 Lambinus corrigebat *ratione et via;* 'ut sine ullo errore ad argumentorum inventionem via quadam et recto filo atque artificio veniretur.' *Boëth. quadam viæ ductione* Venet.—4 Lamb. *ut facile cernerem.*—5 Ita Venet. 1485. Nor. et Schutz. *ut tibi illa* Orell.—6 Venet. 1503. *laboris causa*, omisso *mei.* Mox, *id* deest in Ald. Junt. Manut. *quia tua id* Venet. 1503. et Lamb.—7 Ald. Junt. Manut. *ut a te.*—8 *Sed te a libris* Lamb.—9 Pronomen *hæc* omittunt Venet. Nor. Junt. Manut. et Lamb. uncis inclusit Orell. *magnus, ut opinor,*

NOTÆ

[c] *Disciplinam inveniendorum argumentorum*] Quod inveniantur argumenta, ingenii est ac solertiæ naturalis; quod sine labore: quod non casu, quod certa quadam methodo inveniantur, artis est, quam hoc libro tradere instituit.

[d] *Obscuritas*] Alexandro Magno moleste ferenti nonnullos Aristotelis libros in vulgus emanasse, hanc epistolam scripsit philosophus, ut refert Gellius xx. 5. Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀποῤῥήτοις. Ἴθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους, καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. Ἔῤῥωσο. *Aristoteles regi Alexandro salutem. Scripsisti ad me de acroaticis dissertationibus, ratus oportere eas servare in secreto. Scito autem eas et divulgatas, et non divulgatas; percipi enim possunt ab iis solis qui nos audierunt. Vale.* Dicebat Aristoteles divulgatos libros suos, quia in lucem exierant; non tamen divulgatos, quod propter rerum et orationis obscuritatem a vulgo non possent intelligi.

[e] *Rhetor autem ille magnus*] Ironice dictum.

opinor, Aristotelica se ignorare respondit. Quod quidem minime sum admiratus, eum philosophum rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis, præter admodum paucos, ignoraretur.[10] Quibus eo minus ignoscendum est, quod non modo rebus iis, quæ ab illo dictæ et inventæ sunt, allici debuerunt, sed dicendi quoque incredibili quadam cum copia, tum etiam[11] suavitate. 4. Non potui igitur tibi, sæpius hoc roganti, et[12] tamen verenti, ne mihi gravis esses, (facile enim id cernebam,) debere diutius,[13] ne ipsi juris interpreti fieri videretur injuria. Etenim cum tu mihi meisque multa sæpe scripsisses,[14] [f] veritus sum, ne, si ego gravarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. Sed, dum fuimus una, tu optimus es testis, quam fuerim occupatus: 5. ut autem a te discessi, in Græciam proficiscens,[g] cum opera mea nec respublica nec amici uterentur, nec honeste inter arma versari possem, ne si tuto id quidem[15] mihi liceret; ut veni Veliam,[h] tuaque et tuos vidi, admonitus hujus æris alieni,[g] nolui deesse ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. Itaque hæc, cum mecum libros non habe-

[g] *Admonitus me tibi debere aliquid.*

hæc Aristotelica Victor. Schutz.—10 Ita unus Oxon. *ignoretur* edd. vett. Ald. Junt. Gryph. Manut. Grut. Schutz. Orell.—11 Particula *etiam* deest in Venet. 1503.—12 Lamb. omittit *et*.—13 Venet. 1503. *negare diutius;* Lamb. *diutius debere.*—14 Ita codd. aliquot, Lamb. Schutz. Orell. *multa cavisses* duo codd. Oxon. Venet. Mediol. Ald. Junt. Victor. Manut. Mox, *si eo gravarer* Lamb.—15 Venet. 1503. *quidem id.*

NOTÆ

[f] *Scripsisses*] Videtur hæc vera lectio. In plerisque editionibus habetur *cavisses.* Dicebantur autem jurisconsulti aliis cavere, cum certis formulis adhibitis eos adversus fraudes muniebant.

[g] *In Græciam proficiscens*] Anno U. C. 710. ante Christum 44. occiso Julio Cæsare, Antonii potentiam veritus Cicero in Græciam non trito per Brundusium itinere, sed per Veliam secedere cogitavit. Ut primum Velia navigare cœpit, instituit Topica Aristotelea conscribere, ab ipsa urbe commonitus, quæ esset amantissima Trebatii. Eum librum v. Kal. Sext. Trebatio misit Rhegio, scriptum quam plenissime res illa scribi potuit. Cicero Epist. VII. 19. ad Trebatium.

[h] *Veliam*] Urbem Lucaniæ in Italia, dictam antea Heliam, et dum conderetur Hyelam. Nunc omnino excisa est, ejusque ruinis crevit oppidulum proximum, *Castel a mare della Brucca.*

rem, memoria repetita, in ipsa navigatione conscripsi, tibique ex itinere misi: ut mea diligentia mandatorum tuorum,[h] te quoque, etsi admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem. Sed jam tempus est ad id, quod instituimus, accedere.

II. 6. Cum omnis ratio diligens disserendi duas habeat partes; unam inveniendi, alteram judicandi; utriusque princeps,[i] ut mihi quidem videtur, Aristoteles fuit.[i] Stoici autem in altera elaboraverunt. Judicandi enim vias diligenter persecuti sunt, ea scientia, quam Dialecticen[1] appellant. Inveniendi vero artem, quæ Topice dicitur, quæque ad usum potior erat, et ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt. 7. Nos autem, quoniam in utraque summa utilitas est, et utramque, si erit otium,[j] persequi cogitamus, ab ea, quæ prior est, ordiemur. Ut igitur earum rerum, quæ absconditæ sunt, demonstrato et notato loco, facilis inventio est; sic, cum pervestigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus; sic enim appellatæ ab Aristotele[2] sunt hæ quasi sedes, e quibus argumenta pro-

[h] *Ut cum diligenter exsequerer mandata tua.*

[i] *Cum omnis dialectica duas habeat partes, unam topicen, qua argumenta rebus confirmandis, vel refellendis, idonea inveniuntur; alteram criticen, qua eadem examinantur, utramque partem optime omnium tractavit Aristoteles.*



Cap. II. 1 Ita duo codd. Oxon. Manut. Orell. *eam scientiam, quam dialecticam* Venet. Nor. Ald. Junt. Venet. 1503. 'Ernestius vero cum nescio quo errore ex iisdem edd. hanc lectionem ita laudasset, *eam, quam d. probassetque*, Schutz. perperam locum ita refinxit, *Jud. e. viam dil. p. sunt eam, quam dialecticam.*' Orell. *scientiam dialecticam* Lamb.—2 Venet. 1503. *ab*

NOTÆ

[i] *Utriusque princeps*] Dialectica ars recte disserendi necessario duas habet partes; cum enim de ulla re disputare nemo possit quin et argumenta excogitaverit, eaque selecta maturo judicio expendat, ne quid forte minus aptum obtrudatur; patet et topicen, quæ argumenta suppeditet, et criticen, quæ eadem momentis suis ponderet, ad absolutam dialecticam requiri. Eas partes accurate persecutus est Aristoteles; et topicen quidem libris octo Topicorum; criticen vero tum in Analyticis, ubi argumentandi formam explorat, tum in sophisticis elenchis, in quibus captiosæ argumentationis solvendæ rationem tradit.

[j] *Utramque, si erit otium*] De inveniendi arte hoc libro disseruit, at de judicandi scientia scribere nihil potuit, morte occupatus, quam altero postquam hunc tractatum edidit anno, Antonii jussu passus est.

muntur. 8. Itaque licet definire, locum esse argumenti sedem; argumentum[k] autem, rationem, quæ rei dubiæ faciat fidem. Sed ex his locis,[3] in quibus argumenta inclusa sunt, alii in eo ipso, de quo agitur, hærent; alii assumuntur extrinsecus.[k] In ipso,[l] tum ex toto, tum ex partibus ejus, tum ex nota,[4] tum ex his rebus, quæ quodammodo affectæ sunt[m] ad id, de quo quæritur. Extrinsecus autem ea dicuntur,[5] quæ absunt, longeque disjuncta sunt. 9. Sed ad id totum, de quo disseritur, tum definitio[n] adhibetur, quæ quasi involutum evolvit id, de quo quæritur:

[k] *Alii sunt intrinseci, alii extrinseci.*

Aristotele appellatæ. Mox, *sunt eæ* Lamb.—3 *Sed ex iis locis* conj. Orell. —4 Lamb. *tum ex notatione.* Mox, *tum ex iis* Manut. Lamb. Orell.—5

NOTÆ

[k] *Argumentum*] A Fabio v. 10. definitur, ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, et quæ quod est dubium, per id quod dubium non est confirmat; rem enim certissimam velle rationibus stabilire, idem est atque in clarissima solis luce facem accendere. Vide notas in lib. II. Heren. § 28.

[l] *In ipso*] Sententia est: Loci intrinseci petuntur tum ex toto, scilicet ex definitione, quæ totam rei, de qua agitur, naturam explicat; tum ex partium enumeratione, tum a notatione nominis, tum ex iis quæ quodammodo ad rem referuntur, ut causæ, effecta, adjuncta, &c. Loci extrinseci sumuntur ab iis, quæ longe remota sunt, ut a tabulis, a testibus, &c.

[m] *Quæ quodammodo affectæ sunt*] Res affectas Boëthius interpretatur quæ ad aliquid referuntur. Referri autem possunt, vel ut pars ad totum; tale est genus ac species, sive forma, ad definitum, vel ut causæ ad effecta, et vicissim effecta ad causas; vel ut comparata, vel ut adjuncta, vel ut repugnantia. Dicat hic aliquis definitionem, enumerationem partium, et notam ad id de quo quæritur referri, et tamen distinctos esse locos ab iis rebus, quæ affectæ sunt ad illud de quo agitur: facilis et promta responsio: ea proprie censentur ad aliquid esse, quæ ad aliud referuntur; distincta enim esse debent relata, ut dialectici demonstrant: at definitio et definitum, partes simul collectæ et totum, eadem revera sunt, licet voce differant. Nota ab eo cujus est nota nonnisi voce discrepat. Visorius res affectas exponit, quæ ad id de quo disseritur prope accedunt, et locos veluti triplices constituit: intrinsecos, qui rem penitus attingunt, ut definitio, enumeratio partium, et nota; alios quasi medios qui ad rem prope perveniunt, ut causæ, effecta, &c. alios denique extrinsecos a re omnino disjunctos. Porro de locis jam nonnihil perstrinximus in notis ad lib. II. de Invent. § 47.

[n] *Definitio*] Est oratio quæ quid sit id de quo agitur ostendit quam brevissime. De qua paulo fusius infra § 26.

ejus argumenti talis est formula:[o] Jus civile[p] est, æquitas constituta iis, qui ejusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas: ejus autem æquitatis utilis est cognitio:[6] utilis est ergo juris civilis scientia. Tum partium enumeratio,[q] quæ tractatur hoc modo: 10. Si[l] neque censu,[r] neque vin-

[l] *Si is quem constat fuisse servum.*

'Lamb. *ducuntur*, ut paulo ante *assumuntur:* recte, puto.' *Orell.*—6 Vit. *utilis cognitio*, probante Ernestio; *utilis cognitio est* Venet. 1503. τὸ *est* uncis

NOTÆ

[o] *Talis est formula*] Ut ad jurisperitum Topica scribebat Cicero, ita omnia locorum exempla desumit e jure: quæ quia sunt admodum jejuna ac nullis distincta luminibus, locos singulos exemplis præstantioribus illustrabimus. A definitione consulis, nunquam eo magistratu functum esse Pisonem sic probat Tullius in Pisoniana § 23. &c. 'Tu etiam mentionem facies consulatus tui, aut te fuisse Romæ consulem dicere audebis? Quid! tu in lictoribus, in toga, et prætexta esse consulatum putas? . . . Animo consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus. Ego consulem esse putem, qui senatum esse in rep. non putavit? . . . Qui latrones igitur, siquidem vos consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis; non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam gravem, tam severam.'

[p] *Jus civile*] 'Jus civile est quod neque totum a naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei servit; itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, jus proprium, id est, civile efficimus.' Ulpianus D. lib. I. tit. 1.

[q] *Partium enumeratio*] Cicero Pompeium numeris omnibus absolutum ostendit enumeratione partium pro Cornelio Balbo § 9. 'Quid enim abest huic homini . . . . ? Ususne rerum? qui pueritiæ tempus extremum, principium habuit bellorum, atque imperiorum maximorum? cujus plerique æquales minus sæpe castra viderunt, quam hic triumphavit? qui tot habet triumphos, quot oræ sunt partesque terrarum? tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorum? An ingenium? cum etiam ipsi casus eventusque rerum non duces, sed comites ejus consiliorum fuerint? in quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut omnium judicio plus homini, quam decet, tribueretur? An pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia unquam requisita est? quem provinciæ nostræ, quem liberi populi, quem reges, quem exteræ gentes castiorem, moderatiorem, sanctiorem non modo viderunt, sed aut sperando unquam aut optando cogitaverunt? Quid dicam de auctoritate?' &c.

[r] *Si neque censu*] Ciceronis temporibus libertate donabantur servi triplici modo, censu, vindicta, testamento. Censu quidem, cum quis, jubente aut consentiente domino, no-

dicta, nec testamento[7] liber factus est,[m] non est liber: neque est ulla earum[8] rerum: non est igitur liber. Tum notatio,[n][s] cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo: Cum lex [Ælia[t] Sentia] assiduo[9] vindicem assiduum[u] esse jubeat, locupletem jubet locupleti: locuples enim est assiduus, ut ait Ælius, appellatus ab asse[10] dando.

[m] *Et civis Romanus.* [n] *Nominis interpretatio.*

inclusit Orell.—7 Venet. 1503. *neque testamento.*—8 Schutz. in ed. maj. *atqui nulla est earum:* Venet. 1503. *neque ulla est earum.*—9 *Cum lex assiduo* unus Oxon. Lamb. Schutz. Orell. probante Dirksen. *Cum lex Ælia Sentia* Nor. Manut. Grut. *Cum lex Ælia Sanctia* Venet. 1503. Junt. *Cum lex Ælia* Noris. *Cum lex Ælia Sextia* Jac. Gothofred. *Cum lex apud Ælium Sextium* Cannegieter. *Cum ex Ælii sententia* Funccius. Vid. Dirksen. XII. Tafeln, p. 160. Mox *esse jubet* duo codd. Oxon. et Lamb.—10 Ita codd. aliquot, Lamb. Lallem. probante Dirksen. *ære* Nor. Venet. 1503. Junt.

NOTÆ

men deferebat in censum; soli enim cives Romani olim censebantur. Vindicta, cum lictor vindictam, quæ virgula est, manumittendi servi capiti imponens, eundem servum hac solenni verborum formula, 'liber esto,' in libertatem vindicabat. Quo tempore dominus servum alapa percussum circumagebat in gyrum, ut sic intelligeret sibi licitum in quamlibet partem abire. Hæc indicat Persius Sat. v. 'Verterit hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama.' Et paulo post, 'Vindicta postquam meus a prætore recessi.' Denique testamento manumittebantur, cum quis servum suum testamento liberum esse jussisset. Ex quibus sic colliges, cum sint tantum tres faciendi alicujus liberi partes, census, vindicta, et testamentum, si quem servum probare volueris non fuisse manumissum, id enumeratione partium duce Cicerone perfacile conficies. Non me fugit tres alios manumissionis modos recenseri in Institutionibus Justiniani lib. I. tit. 5. nempe inter amicos, cum præsentibus amicis quempiam manumittebant; per mensam, cum libertatis dandæ causa servum convivio adhibebant; et per epistolam, cum aliis in locis agenti missis literis permittebant, ut liber viveret. At Tullius agit non de libertate minima, qua e servitute tantum aliquis eximebatur, sed de legitima et maxima, qua præterea civis Romani jure donabatur.

[s] *Notatio*] Locus hic argumentum suppeditat ex vi nominis: ut si quis probet Pisonem non esse consulem, quia patriæ non consulit. Vide inferius § 35.

[t] *Cum lex Ælia*] Inducenda tollendaque sunt hæc verba *Ælia Sentia*, cum ea quæ consequuntur ex legibus duodecim tabularum depromta sint, non ex lege Ælia Sentia multis post Ciceronis necem annis sancita.

[u] *Assiduo vindicem assiduum*] In XII. Tabulis hæc erat scripta lex: ASSIDUO VINDEX ASSIDUUS ESTO. Teste Gellio XVI. 10. Assiduus pro divite ponitur: dictus est ab assibus, id est, ære dando, cum id reip. tempore exigebant: 'Quibus,' inquit Varro, 'erant pecuniæ locupletes, assiduos; contrarios, proletarios' vocabant.

III. Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt[o] ad id, de quo quæritur. 11. Sed hoc genus in plures partes distributum est. Nam alia conjugata appellamus, alia ex genere, alia ex formula,[p][1] alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adjunctis,[2] alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, aliā ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione majorum, aut parium, aut minorum. 12. Conjugata[v] dicuntur, quæ sunt ex verbis generis ejusdem. Ejusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno varie commutantur, ut sapiens, sapienter, sapientia. Hæc verborum conjugatio συζυγία[3][w] dicitur, ex qua hujusmodi est argumentum: Si compascuus[x] ager est, jus est compascere. 13. [*p.* 222.] A genere[y] sic ducitur:[4] Quoniam ar-

[o] *Quæ aliquatenus referuntur.* [p] *Forma.*

CAP. III. 1 Ita Victor. et Manut. *alia ex forma* Venet. 1503. Ald. Junt. Lamb. Schutz. Orell.—2 Venet. 1503. *alia ex conjunctis.* Hæc, *alia ex d. a. ex c. a. ex adjunctis,* exciderunt ex ed. Bipont. errore typogr.—3 Victor.

NOTÆ

Vindex, ut refert Varro, is est qui vindicabat quominus is qui prehensus erat ab aliquo, teneretur. Porro sententia legis est: Vir locuples a creditoribus conjectus in carcerem vindicetur, et redimatur assibus, si opus est, a viro locuplete. Neque enim licebat tenuioris fortunæ hominibus divitem ex vinculis eximere, ne ipsi deficientibus opibus cum tota familia in discrimen adducerentur. Cum autem locuples et assiduus vocabula sint synonyma, ex eo quod assiduus assiduo vindex esse debeat, recte a notatione nominis infertur locupletem locupleti vindicem esse oportere.

[v] *Conjugata*] Locum hunc ut inutilem improbat Fabius v. 10. immerito, cum sæpe vim ad persuadendum habeat: ut cum ait Tullius pro Marcello § 32. 'Ingratus est injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum.' Elegans est illud Ovidii: 'Aurea nunc vere sunt sæcula: plurimus auro Venit honos.'

[w] Συζυγία] Victorio συστοιχία videtur legendum, qua una voce Aristoteles in Topicis, unde hoc desumit Cicero, conjugata explicat.

[x] *Compascuus*] Compascuus ager relictus ad pascendum communiter vicinis.

[y] *A genere*] Genus est attributum commune multis specie differentibus. Virtus est genus, quippe quæ convenit prudentiæ, justitiæ, fortitudini, ac temperantiæ, quæ virtutes specie et forma differunt. Si quis sit omni virtute præditus, recte a genere concludetur, eum et prudentia, et justitia, et fortitudine, et temperantia esse ornatum.

gentum omne mulieri legatum est,[q] non potest ea pecunia,[5] quæ numerata domi relicta est, non esse legata;[r] forma enim a genere, quoad suum nomen retinet, nunquam sejungitur:[s] numerata autem pecunia nomen argenti retinet: legata igitur videtur. 14. A forma[t z] generis, quam interdum, quo planius accipiatur,[6] partem licet nominare, hoc modo: Si ita Fabiæ[a] pecunia legata est a viro, si ea uxor materfamilias esset;[7] si ea in manum[8] non convenerat, nihil debetur.[u] Genus enim est,[9] uxor: ejus duæ formæ;

[q] *Testamento relictum.*

[r] *Ea pecunia quæ est in argento signato, quæ est ad manum; non autem ea quæ est in nominibus, aut tabulis.*

[s] *Forma enim, quamdiu forma est, a genere nunquam separatur.*

[t] *A specie.*

[u] *Si vir testamento reliquit uxori suæ Fabiæ pecuniam, ea tamen conditione, si cum vir morietur, illa fuerit materfamilias; ea si erit tantum uxor, et in manum non convenerit, nihil potest jure repetere.*

suspicabatur συντοιχία.—4 Venet. 1503. *ducitur argumentum.*—5 Unus Oxon. et Junt. *non potest ei pecunia.*—6 Hæc, *quo planius accipiatur*, desunt in Lamb. —7 Ita codd. aliquot, Venet. Nor. Ald. Junt. *si ei uxor materfamilias esset* unus Oxon. et Schutz. *si ei viro materfamilias esset* codd. aliquot, Venet. 1503. Manut. Lamb. Grut. Orell. Cf. Quintil. v. 10. 62.—8 Ita Quintil. l. c. codd. aliquot, Venet. 1503. Manut. *in manum viri* Ald. Junt. Lamb.—9 *Ge-*

NOTÆ

[z] *A forma*] Forma, quam speciem appellant philosophi, est pars generi subjecta. Cujus loci talis est usus: si virtutem esse laudabilem probare volueris, ostende species et formas omnes virtutum esse laudabiles, hoc fere modo: Cum omnium consensu et prudentia, et justitia, et temperantia, et fortitudo summis laudibus efferendæ sint, quis dubitet virtutem omnium esse prædicatione celebrandam?

[a] *Si ita Fabiæ*] Ut Ciceronis mens intelligatur, observandum ex Boëthio, tribus modis apud veteres Romanos duci solitam uxorem, farre, usu, et coëmtione. Confarreatio ad pontifices tantum pertinebat: erant sacræ nuptiæ dictæ, ut ait Dionysius in Romulo, quod eodem farre conjuges vescerentur, quo etiam victimas respergerent. Usu fiebat matrimonium, cum uxoris et mariti convictus per annum constans et stabilis fuerat, dumque dicebatur uxor usucapta. Denique coëmtio certis solennitatibus peragebatur, et sese in coëmendo invicem interrogabant. Vir ita, an sibi mulier materfamilias esse vellet: illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esse vellet: ille respondebat, velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum, et vocabantur hæ nuptiæ per coëmtionem; quod, teste Varrone, assem unum tanquam emendi causa marito darent. Jam vero ut ad exemplum a forma petitum redeamus. Uxor genus est: ejus duæ formæ; altera matrumfamilias, altera uxorum tantum. Si cui uxori, quæ mater esset familias, legata sit

una matrumfamilias earum, quæ in manum convenerunt; altera, earum, quæ tantummodo uxores habentur: qua in parte cum fuerit Fabia, legatum ei non videtur. 15. A similitudine,[b] hoc modo: Si ædes eæ[10] corruerunt, vitiumve fecerunt,[v] quarum ususfructus[c] legatus est, hæres restituere[w] non debet, nec reficere, non magis, quam servum restituere, si is,[x] cujus ususfructus legatus est,[11] deperisset. 16. A differentia:[d] Non, si uxori vir[e] legavit omne argentum,[12] quod suum esset, idcirco, quæ in nominibus fuerunt, legata sunt: multum enim differt, in arcane positum

[v] *Ruinam minari cœperunt.* [w] *In integrum statum reponere.*
[x] *Ille servus.*



nus est enim Schutz. in ed. maj. Mox, *una m. eæ sunt, quæ, &c.* Lamb. et Orell. *una m. hæ sunt, quæ, &c.* duo codd. Oxon. al. Vossii ap. Oudend. Apul. tom. I. p. 503. Venet. 1503. Ald. Junt. *una m. earum, quæ, &c.* unus Oxon. et Manut. *hæ sunt* et *earum* Oudend. pro gloss. habet. Deinde, *in manum convenere* Venet. 1503. 'Cf. Hotoman. Obss. I. 24. ap. Schutz. in ed. maj. qui tamen lectionem a nobis denuo rejectam secutus est, *si ea uxor materfamilias esset.*' Orell.—10 Venet. 1503. Junt. *exesæ.*—11 Unus Oxon. et Venet. 1503. *legatus esset.*—12 Venet. 1503. *argentum omne.* In eadem ed. mox

NOTÆ

pecunia; a forma recte concludetur nihil ei jure deberi, quæ uxor tantummodo habetur.

[b] *A similitudine*] Vide lib. IV. Heren. § 59. et lib. III. Orat. § 205. Ceterum plus ad rem illustrandam, quam probandam, valet similitudo.

[c] *Ususfructus*] A jurisconsultis definitur jus alienis rebus utendi salva rerum substantia. Exemplum autem a Cicerone allatum est hujuscemodi, petitum a simili. Nemo servi, cujus ususfructus legatus est, morbum aut interitum præstare debet; ergo neque domus vitium aut ruinam.

[d] *A differentia*] Sive a dissimilitudine, cum res duæ inter se diversæ conferuntur. Quod fecit eleganter Catullus: 'Soles occidere et redire possunt; Nobis, cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetuo una dormienda.'

[e] *Non, si uxori vir*] Sententia Ciceronis hæc est: Vir uxori testamento reliquit argentum omne quod suum esset; non igitur reliquit illud quod sibi debebatur, quod dederat mutuum: scilicet argentum in arca nostra positum nostrum est, at quod est in nominibus, sive in tabulis, in quibus nomina creditorum scribebantur, non est nostrum. Mutuum enim, inquiunt jurisconsulti, dicitur quod ex meo tuum fiat. Ceterum, ut acute vidit Hotoman. Observ. I. 25. hic locus minime est a differentia. Ut enim in similitudine aliud quippiam propositæ rei simile investigandum est, quo probetur ea convenire; sic in hoc loco aliud quiddam inveniendum est dissimile, ut demonstretur dissimilia dissimilibus competere. Argentum autem in arca non est alia res, quam argentum in nominibus.

sit argentum, an in tabulis debeatur.[13f] 17. Ex contrario[14g] autem, sic: Non debet ea mulier,[h] cui vir bonorum suorum usumfructum legavit, cellis vinariis et oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus,[y] legatus est: ea sunt inter se contraria. IV. 18. Ab adjunctis:[i] Si ea mulier[j] testamentum fecit, quæ se capite nunquam diminuit,[z k] non videtur ex edicto prætoris secundum eas

[y] *Nempe usus, et abusus.*

[z] *Quæ nunquam fuit sui juris.*

fuerint.—13 Lamb. *tabulis pateat; τὸ debeatur* gloss. videbatur Hotomanno.—14 *A contrario* unus Oxon. et Venet. 1503.

NOTÆ

[f] *Debeatur*] Hotomanno recte videtur glossema.

[g] *Ex contrario*] Consule lib. I. de Invent.

[h] *Non debet ea mulier*] Quæritur an mulier, cui vir legavit bonorum suorum usumfructum, possit uti cellis vinariis, et oleariis, quæ plenæ relictæ sunt. Id minime licere probatur ex contrario. Utimur rebus quæ nobis utentibus permanent, his abutimur quæ nobis utentibus pereunt; cum igitur permanere et perire contraria sint, usus quoque et abusus opponuntur. Atqui usufructus tantum legatus est, non igitur abusus: abusus autem esset, si vinum et oleum ad se devocaret; sunt enim hujusmodi, ut usu consumantur. Vinum igitur et oleum ad usumfructum mulieris pertinere nullo modo potest.

[i] *Ab adjunctis*] Adjuncta sunt ea, quæ licet rem non necessario comitentur, cum ea tamen plerumque conjuncta sunt: ut pallor et timor, furtum et egestas. Insidias a Milone non structas esse Clodio probat ab adjunctis Tullius in Miloniana § 55. 'Age nunc iter expediti latronis Clodii cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum uxore; tum sine ea: nunquam non in rheda; tum in equo: comites Græculi, quocumque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat; tum nugarum in comitatu nihil. Milo qui nunquam, tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat, et ancillarum greges: ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceres. Cur igitur victus est? quia non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur: quia quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros.'

[j] *Si ea mulier*] Ea est argumenti vis: Servis exulibus et pueris, quia sui juris non sunt, non licet testamentum facere; neque igitur licebit mulieri antequam nubat, siquidem ante id tempus alienæ potestati subest. Hoc argumentum ad similitudinem referri potest.

[k] *Se capite nunquam diminuit*] Capitis diminutio est prioris status permutatio. Triplex autem recensetur. Tria enim, inquit Paulus, habemus, libertatem, civitatem, familiam. Cum hæc omnia amittimus maxima est capitis diminutio: cum civitate amissa, libertas retinetur, ut cum quis in colonias Latinas transmigrabat, erat media capitis diminutio: minima autem, cum familia tantum mutabatur,

tabulas possessio dari: adjungitur enim, ut secundum servorum, secundum exulum, secundum puerulorum tabulas possessio videatur ex edicto dari.[a] 19. Ab antecedentibus autem, et consequentibus, et repugnantibus, hoc modo: ab antecedentibus,[l] Si viri culpa[m] factum est[1] divortium, etsi mulier nuntium remisit, tamen pro liberis manere nihil oportet:[2] 20. a consequentibus,[n] Si mulier,[o] cum fuisset

[a] *Vi talis testamenti, non videtur prætor debere dare jus adeundi possessionem: alioquin, et servi, et exules, et pueri possent testamentum scribere.*

Cap. iv. 1 Unus Oxon. et Venet. 1503. *factum sit.*—2 Unus Oxon. *nihil*

NOTÆ

cum quis adoptabatur, vel alieno juri subjiciebatur, vel emancipabatur. Mulieres autem antiquo jure tutela perpetua continebantur, nec recedebant a tutoris potestate, nisi in manum viri convenissent; atque ut tunc erat status prioris mutatio, ita dicebatur capite diminuta. Adde quod cum ejus familia uno capite, id est, una persona diminuta esset, uxor, in viri familiam transiens, diminuta capite non immerito vocaretur.

[l] *Ab antecedentibus*] Antecedentia sunt ea, quibus positis aliud necessario sequatur. Ex hoc loco Cicero probat Murænam non fuisse saltatorem: pro Muræna § 13. 'Nemo fere saltat sobrius, nisi forte insanit: neque in solitudine, neque in convivio moderato, atque honesto: tempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id, quod necesse est, omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis, hoc vitium omnino esse non potest. Nullum turpe convivium, non amor,' &c.

[m] *Si viri culpa*] Quæstio est, an mulier facto divortio debeat partem dotis viro relinquere, unde communes liberi alantur. Solvitur ab antecedentibus. Si viri culpa factum est divortium, v. g. si conjugem asperius tractaret, licet uxor secesserit a marito, eam nihil oportet relinquere liberis, qui in patris potestate sunt. Sp. Carvilius primum Romæ divortium fecit, plus quingentis viginti post Romam conditam annis, uti tradunt Gellius iv. 3. et Dionys. Halicarnasseus lib. ii. etsi cum a Romulo, ut scribit Plutarchus, tum xii. Tabularum lege concessum erat divortium.

[n] *A consequentibus*] Consequentia sunt ea quæ rem necessario consequuntur. Cicero Philipp. vii. 17. 'Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix:' a consequentibus probat, quoniam cicatrix magna esset, vulnus quoque fuisse magnum.

[o] *Si mulier*] Civi Romano non licebat nisi civem Romanam ducere. Quæritur, an mulier non legitimo matrimonio implicata, si nuntium remittat viro, debeat ex dote sua aliquid viro relinquere, unde liberi sustententur: pro liberis apud patrem manere nihil oportere probatur a consequentibus: ex matrimonio non legitimo quod præcessit liberi suscepti patrem non sequuntur, sed ma-

nupta cum eo, quicum connubium [3] non esset,[b] nuntium remisit; quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet: 21. a repugnantibus,[p] Si paterfamilias[q] uxori ancillarum usumfructum legavit a filio, neque a secundo hærede legavit,[4] mortuo filio mulier usumfructum non amittet: quod enim semel testamento alicui datum est, id ab eo invito, cui datum est, auferri non potest: repugnat[5] enim recte accipere, et invitum reddere.[c] 22. Ab efficientibus causis,[r] hoc modo: Omnibus[s] est jus

[b] *Cui jure nubere non poterat.*
[c] *Si paterfamilias filio suo hæredi instituto præscripsit testamento, ut suæ (patrisfamilias) uxori usumfructum ancillarum permitteret, neque id mandavit secundo hæredi quem substituit; si filium hæredem institutum mori contigerit, mulier non amittet usumfructum, quem debebit secundus hæres concedere. Idque convincit argumentum a repugnantibus. Quod jure acceptum est, ab invito non potest eripi; hæc enim repugnant, recte accipere et invitum reddere. Ususfructus autem ille testamento legatus jure a muliere acceptus est, ab ea igitur invita non potest auferri.*

remanere oportet. Schutz. conj. *manere dotis nihil oportet.*—3 Unus Oxon. *connubius;* hinc Lamb. *connubii jus.*—4 Venet. 1503. non habet v. *legavit.*—5

NOTÆ

trem: nihil est igitur causæ, cur mulier alendis liberis relinquat aliquid conjugi a quo discessit. Mirum hoc argumentum Boëthio videri ductum ab antecedentibus.

[p] *A repugnantibus*] Repugnantia neque certa lege, neque numero inter se dissident: et sic a contrariis et dissimilibus differunt. Amare et odisse contraria sunt, amare et injuria afficere, repugnantia.

[q] *Si paterfamilias*] Ex interpretatione patet vis et forma hujus loci.

[r] *Ab efficientibus causis*] Cujuslibet rei quatuor causæ sunt: 1. Finalis, cujus causa aliquid fit: finis domus est habitatio. 2. Efficiens, qua aliquid est: sic architectus domum fabricatur. 3. Formalis, per quam res est id quod est, et ab aliis distinguitur: causa formalis domus est certa quædam structura. 4. Materialis, ex qua res est: domus ex lapidibus et lignis ædificatur.

[s] *Omnibus*] Exemplum hoc aliquanto obscurius, statu quæstionis proposito, sic explicari potest. Jus est omnibus, ad parietem communem adjungere vel solidum vel cameratum parietem. Sempronius ad parietem sibi cum Titio communem, pro suo jure fornicem adjunxit. Titius cum subinde vellet aliquid exstruere, de pariete communi, nonnihil demolitus est, pollicitus damnum, si quid ex ea demolitione contingeret, se reparaturum. Eversus est cum reliquo pariete fornix: postulatur damni Titius, quod parietem communem subverterit. Hic ab efficiente causa sic se purgat; Nisi fornicem adjunxisset Sempronius, accisus murus non corruisset; non igitur damnum præstare debeo, quod meo vitio factum non est.

parietem[t] directum ad parietem communem adjungere, vel solidum, vel fornicatum:[d] at si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit,[e] non debebit præstare, quod fornix vitii fecerit: non enim ejus vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed ejus operis vitio,[f] quod ita ædificatum est, ut suspendi non posset. 23. Ab effectis rebus,[u] hoc modo: Cum mulier[v] viro in manum convenit,[g][w] omnia, quæ mulieris fuerunt,[6] viri fiunt dotis nomine.[x] Ex comparatione[y] autem omnia valent, quæ

[d] *Licet omnibus ad parietem communem adjungere alterum parietem qui eum attingat, sive paries adjunctus sit rectus sive in arcum inflexus.*

[e] *Si quis promiserit se damnum resarciturum, si quod ex illa demolitione eveniret.*

[f] *Si fornix a vicino constructus, qui communi pariete nitebatur, corruat, damnum reparare non debet is qui demolitus est parietem communem: neque enim illius culpa damnum factum est, sed vitio ejus operis, &c.*

[g] *Cum per coëmtionem materfamilias facta est.*

Lamb. *repugnant;* codd. aliquot, et Venet. 1503. *pugnat.*—6 Venet. 1503.

NOTÆ

[t] *Est jus parietem*] Jus est ad parietem communem ædificium adjungere, modo non in ipsum parietem incumbat, nec impediat communis parietis restaurationem. Vide D. lib. VIII. Tit. 11. l. 'Quidam Hiberus.'

[u] *Ab effectis rebus*] Effecta sunt ea quæ oriuntur ex causis: cum autem effectum habeat quælibet causa, tot esse debent effecta quot causæ: quorum exempla passim occurrunt.

[v] *Cum mulier*] Perinde ad causas atque ad effecta revocari potest hoc exemplum: Mulier in manum convenit cum viro, omnia igitur ejus bona ad virum pertinent: en habes hic locum a causis. Immuta argumentationem hoc modo: Omnia mulieris bona ad virum pertinent, in manum igitur cum viro convenerat: locus est ab effectis.

[w] *Viro in manum convenit*] Matrimonii quod per coëmtionem fiebat, de qua supra diximus § 14. hæc erat vis, ut mulier in viri manum potestatemque transiret, matrisque familias loco haberetur.

[x] *Dotis nomine*] Dotis nomen ad omnia uxoris bona latius extendit Tullius. Dos enim proprie est donatio, quæ uxoris nomine in virum propter onera matrimonii confertur. Hotomannus Disput. de Dotibus.

[y] *Ex comparatione*] Res comparari possunt vel cum majoribus, vel cum minoribus, vel cum paribus. Quare triplex est a comparatione locus, majorum, minorum, et parium. A comparatione majorum ducitur argumentum hoc modo: Si quod magis videtur convenire, non convenit, ne id quidem quod minus. Ita probat Tullius Rosc. Amer. § 131. 'Non mirum, si omnibus consulere non potuerit Sylla, cum ne ipse quidem Jupiter possit.' A comparatione minorum: Si quod minus videtur convenire, tamen convenit, ergo et id quod videtur magis. Horat. I. Epist. 2.

sunt ejusmodi:[7] Quod in re[z] majore valet, valeat in minore:[8] ut, si in urbe fines non reguntur, nec aqua in urbe arceatur.[h] Item contra: Quod in minore valet, valeat in majore: licet idem exemplum[a] convertere. Item: Quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par est: ut, Quoniam usus[b] auctoritas[9] fundi biennium est, sit etiam ædium: at in lege ædes non appellantur, et sunt ceterarum rerum omnium, quarum[10] annuus est usus:[11] valeat æquitas, quæ paribus in causis paria jura desiderat.[i] 24. Quæ autem ex-

[h] *Si qua in civitate singuli agri non propriis finibus terminantur; neque cuiquam jus erit impediendi, quominus aqua pluvia per sua spatia transfundatur.*

[i] *Quoniam possessio fundi per biennium continuata est justa et legitima causa retinendi dominium fundi; sit etiam ædium. At, dicet aliquis, in lege ædes fundi nomine non continentur, et numerari debent inter eas res, quæ anno usucapiuntur. Esto sane: verum cum ædes, perinde ac fundi, sint res minime moventes, pari jure censeri debent.*

fuerint.—7 Eadem editio, *quæ sunt hujusmodi.*—8 Unus Oxon. *non valet, non valeat, &c.* ut volebat Hotoman. *in majori* Vit. *non valet, valeat, &c.* Mediol. Mox, *non regantur* codd. aliquot, et Venet. 1503. Actutum, *neque aqua, &c.* Ald. Junt. Lamb. Grut. *nec aqua* Venet. ap. Ernesti.—9 Lamb. *usu auctoritas;* Venet. 1503. *auctoritas usus.* Actutum, *fundi biennis est* suspicabatur Hotoman.—10 Ita Ernesti e cod. Vit. *ceterarum omnium, quarum* Nor. Ald. Junt. Manut. Grut. *ceterarum rerum, quarum* Lamb. et Schutz. *ceterorum omnium, quorum* Venet. 1503.—11 Marcill. et Ritters. conj. *annus est usus;* al. ap. Lamb. *quorum annus est* omisso *usus.* Vide omnino Dirksen. XII. Tafeln, p.

NOTÆ

ad Lollium: 'Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones: Ut te ipsum serves, non expergisceris?' A comparatione parium; ut rerum, quæ sint æque verisimiles, par sit judicium: v. g. Quæ pœna adversus interfectorem patris justa est, eadem adversus matris.

[z] *Quod in re*] Hotomanno Observ. II. 2. placet eorum sententia, qui duplicem hic negationem deesse putant, ut locus sic legatur: *Quod in re majore non valet, non valeat in minore;* quoniam, ut ex tertio Aristotelis Topicorum libro patet, argumentum ex majore ductum, tantum valet ad refellendum, et majus id dicitur, quod probabilius est. Itaque allatum a Cicerone exemplum, uni refutationi idoneum est, quasi videlicet probabilius fuisset fines in ea urbe regi, quam aquam in eadem arceri. Hoc idem exemplum Cicero inferius ad similium locum retulit.

[a] *Licet idem exemplum*] Exemplum superius convertatur, fiet comparatio a minori ad majus, hoc modo: In ea civitate aqua arcetur; ergo multo magis fines reguntur: minus enim quiddam est aquam arcere, quam fines regere.

[b] *Quoniam usus*] Hæc est lex XII. Tabularum: VSVS AVCTORITAS FVNDI BIENNIVM ESTO: CETERARVM OMNIVM RERVM VSVS, ANNVS ESTO. Hotomannus pro *biennium* definit reponendum esse *biennis*, et *annuus* pro *annus*. Sed frustra, cum in oratione pro Cæcina § 54. etiam idem fere legatur: 'Lex usum et auctoritatem

trinsecus[j] assumuntur,[12] ea maxime ex auctoritate ducuntur: itaque Græci tales argumentationes ἀτέχνους[c] vocant, id est, artis expertes: ut, si ita respondeas: Quoniam P. Scævola id solum esse ambitus[d] ædium dixerit, quod,[13] parietis communis tegendi causa, tectum projiceretur, ex quo in tectum ejus, ædes qui protexisset,[14][e] aqua deflueret,[k] id tibi jus videri.

[j] *Loci extrinseci.*

[k] *Si respondeas id æquum tibi videri, quod de ambitu ædium dixit Scævola; nempe id esse tantummodo ambitus ædis, quoad uterque vicinus communem parietem projecerit: unde divortium aquarum fiat, et in cujusque illorum ædes aqua pluvia defluat, nimirum ut dimidia parietis pars ad unum, altera ad alterum pertineat; et linea communem parietem æquabiliter secans, ambitum ædium utrimque designet.*

407. seqq.—12 Venet. 1503. *assumuntur extrinsecus.*—13 Ita codd. aliquot, Manut. Grut. Orell. Schutz. *quantum* unus Oxon. Boëth. in Comm. Venet. 1503. Junt. Crat. *quoad* ex Hotomanni conjectura Lamb.—14 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Orell. *ex quo tecto, in ejus ædes qui protexisset* Venet. 1503. et Lamb. *ex quo in ejus ædes, tectum qui projecisset* conj. Ernesti; *tectum* h. l. delendum censebat Hotoman. *quoad p. c. tegendi c. t. p. ex quo ante ejus*

NOTÆ

fundi jubet esse biennium: at utimur eodem jure in ædibus, quæ in lege non appellantur.' Hic *auctoritas* est jus dominii. Quod autem a pari ducatur argumentum, ex ipsis Tullii verbis, et interpretatione nostra, manifestum est. In eo conveniunt ædes et fundi, quod sint res non moventes.

[c] 'Ατέχνους] De locis illis extrinsecis, et artis expertibus, consule notas in lib. II. de Invent. § 47.

[d] *Id solum esse ambitus*] Obscurum et implicatum locum interpretati sumus ex mente Hotomanni, qui lectionem sic putat restituendam; ut *quoad* pro *quod* reponatur, et vox *tectum* tollatur. Cautum erat lege XII. Tabularum, ut inter vicinorum ædes ad circumeundi facultatem spatium esset pedis sestertii, sive, ut exponit Volusius Mæcianus, duorum pedum et semis. Ejus structuræ domus, insulæ dicebantur, quarum ambitum definire cuivis facillimum erat. At juris controversi fuit earum ædium ambitus, quæ communi pariete jungebantur. In interpretatione exposuimus Scævolæ mentem, quæ Hotomanno videtur perquam obscura. Ista enim ratione videretur Scævola significare, non licere in communem parietem tigna immittere ultra lineam quæ medium parietem intersecat; cum tamen aliud in jure definiatur. Fortasse ad eam controversiam Scævolæ responsum pertinet, quo uterque vicinus communi pariete uti vult in ædificando, et suis trabibus pari eodemque loco immittendis. Quo casu locus esset Q. Mucii sententiæ, ut recte conjicit Hotomannus, Observ. II. 3.

[e] *Protexisset*] Protegere est tectum projicere, inquit Budæus: protecta et projecta partes sunt domus prominentes, qualia sunt, meniana, et podia pensilia, unde aspectus est nobis in vicos et plateas.

25. His igitur locis, qui sunt expositi, ad omne argumentum reperiendum,[15] tanquam elementis quibusdam, significatio et demonstratio datur.[l] Utrum igitur hactenus satis est?[m] tibi quidem, tam acuto, et tam occupato, puto. v. Sed, quoniam avidum hominem[f] ad has discendi epulas recepi, sic accipiam, ut reliquiarum sit potius aliquid, quam te hinc patiar non satiatum discedere. 26. Quando ergo[1] unusquisque eorum locorum, quos exposui, sua quædam membra[g] habet, ea quam subtilissime persequamur: et primum de ipsa definitione dicatur. Definitio est oratio, quæ id, quod definitur, explicat, quid sit. Definitionum autem duo sunt genera prima:[2] unum earum rerum, quæ sunt; alterum earum, quæ intelliguntur. 27. Esse ea dico, quæ cerni tangive[3] possunt, ut fundum,[h] ædes, parietem, stillicidium,[i] mancipium,[j] pecudem, supellectilem,[k] penus,[l]

[l] *Ex superioribus locis tanquam principiis eruuntur omnia argumenta, quibus probari possunt res verisimiles, et necessariæ demonstrari.*
[m] *An autem hæc pauca sufficiunt?*

ædes, qui projecisset suspicabatur Schutz.—15 H. l. *reperiendum* omittit Venet. 1503. et inserit *ad reperiendum* post v. *demonstratio.*

Cap. v. 1 *Quando igitur* Venet. 1503. et mox in eodem *habet membra.*—2 Schutz. delendum censebat *prima.*—3 Unus Oxon. et Venet. 1503. *tangique.*

NOTÆ

[f] *Quoniam avidum hominem*] A Platone in Phædro usurpata translatio, qua Cicero significat, se, cum has institutiones efflagitante Trebatio scripserit, daturum operam, ut in iis redundet potius aliquid, quam desit.

[g] *Sua quædam membra*] Boëthius censet nulla esse membra in notatione nominis. Ciceronem ut tueatur Rodolphus Agricola, triplicem hujus loci usum facit: primum ab interpretatione vocabuli; alterum ab homonymia, quam 'æquivocationem' appellant; tertium a metaphora.

[h] *Fundum*] Fundi appellatione omne ædificium et omnis ager continetur; sed in usu urbana, ædificia, ædes; rustica, villæ dicuntur. Locus vero sine ædificio in urbe, area; rure autem, ager appellatur: idemque ager cum ædificio, fundus dicitur. D. lib. L. Tit. de verb. signif. l. 211.

[i] *Stillicidium*] Dictum est, inquit Varro, quod aqua stillatim cadat: differt autem a flumine, quod hoc continue fluat.

[j] *Mancipium*] Est quicquid manu capi potest. Mancipia dicta sunt, quod ab hostibus manu capiantur. Mancipia item veteres videntur appellasse, quæ posteriores mobilia; prædia vero, quæ iidem immobilia.

[k] *Supellectilem*] Supellex, inquit Pomponius, est domesticum patrisfamilias instrumentum, quod neque argento aurove facto, vel vesti annumeretur.

[l] *Penus*] 'Penus est,' inquit Q. Scævola apud Gell. iv. 1. 'quod esculen-

cetera; quo ex genere quædam interdum nobis definienda sunt. Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrarive non possunt, cerni tamen animo, atque intelligi possunt: ut, si usucapionem, si tutelam,[m] si gentem,[n] si agnationem[o] definias; quarum rerum nullum subest quasi corpus: est tamen quædam conformatio insignita[4] et impressa intelligentia; quam notionem voco: ea sæpe in argumentando[5] definitione explicanda sunt. 28. Atque etiam definitiones aliæ sunt partitionum,[p] aliæ divisionum: partitionum, cum res ea, quæ proposita est, quasi in membra discerpitur; ut, si quis jus civile dicat id esse, quod in legibus,[q] senatusconsultis,[r] rebus judicatis, jurisperitorum auctoritate, edictis magistratuum, more,[s] æquitate consistat: divisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur, hoc modo:

—4 Schutz. de conjectura *insita*. Mox, *et imp. intelligentia* codd. aliquot, Ald. Junt. Crat. *et imp. in intelligentia* Victor. Manut.—5 Unus Oxon. et Lamb. *argumentandi*.

NOTÆ

tum aut poculentum est. Quod enim ipsius patrisfamilias, aut liberorum patrisfamilias ejusque familiæ, quæ circum eum aut liberos ejus est, et opus eorum facit, causa paratum est, ut Mucius ait, penus videri debet. Nam quæ ad edendum, bibendumque, in dies singulos prandii, aut cœnæ causa, parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ hujusce generis longæ usionis gratia contrahuntur, et reconduntur, ex eo quod non in promtu sint, sed intus ac penitus habeantur, penus dicta sunt.'

[m] *Si usucapionem, si tutelam*] De quibus diximus lib. I. de Orat. § 173.

[n] *Gentem*] Id discriminis est 'gentem' inter et 'familiam,' quod 'gens' ad nomen, 'familia' ad cognomen referatur. Ex eadem gente erant, v. g. Cornelii omnes, qui ab eodem capite genus ducebant. In gente Cornelia Scipiones Asiatici, Africani, Nasicæ, &c. diversas efficiebant familias. Ad gentilitatem nomen unum videtur suffecisse, cum Tullius Tuscul. I. § 38. Tullium regem vocet gentilem suum. Vide paulo inferius § 29.

[o] *Agnationem*] Agnati virilis sexus propinquitate juncti sunt.

[p] *Aliæ sunt partitionum*] Accurata et proprie dicta definitio genus ac differentiam complectitur, ut si quis hominem definiat animal rationis particeps. Aliæ non sunt nisi impropriæ definitiones. Quare quæ appellantur hic definitiones partitionum, ad enumerationem partium revocantur.

[q] *Legibus*] Legis definitionem attulimus in notis ad lib. II. Heren. § 19.

[r] *Senatusconsultis*] Senatusconsultum appellabatur jus quod jubebat et constituebat senatus. Res judicatæ, causæ de quibus ante judicatum fuisset.

[s] *More*] Quid consuetudo, diximus in notis ad lib. II. Heren. § 19.

[*p.* 223.] Abalienatio[t] est ejus rei, quæ mancipi est,[u] aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt.[v] VI. Sunt et alia[1] genera definitionum:[w] sed ad hujus libri institutum illa nihil pertinent: tantum est dicendum, qui sit definitionis modus.[n] 29. Sic igitur veteres[x] præcipiunt: cum sumseris ea, quæ sint[2] ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, usque eo persequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit. Ut hoc, Hæreditas[y] est pecunia.[z]

[n] *Quæ sit ratio conficiendæ definitionis.*

CAP. VI. 1 *Sunt autem alia* Venet. 1503.—2 Ita codd. aliquot, Venet.

NOTÆ

[t] *Abalienatio*] Cum plures sint rerum acquirendarum modi, duo sunt quibus res a dominio nostro ad alienum traducantur, mancipatio, et in jure cessio. Mancipatio, inquit Boëthius, est imaginaria quædam venditio, quæ sic transigebatur. Testibus adhibitis quinque Romanis civibus puberibus, et eo qui libripens vocabatur, is qui mancipium accipiebat, æs in manibus habens, ita dicebat: 'Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emtus est hoc ære.' Deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat ei, a quo mancipium accipiebat, quasi pretii loco. Mancipationem Tullius vocat traditionem alteri nexu; quia, ut ait Ælius Gallus, quodcumque per æs et libram geritur, dicitur necti. Quod obligatur per libram nec suum sit, inde nexum appellatur. Cessio in jure, quæ altera species erat abalienationis, fiebat eo modo, quo Caius exponit. Apud magistratum populi Romani, vel apud prætorem, vel præsidem provinciæ, hominem manu tenens is cui cedebatur, ita vindicabat: 'Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio.' Tum prætor cedentem interrogabat, an contra vindicaret; quo negante aut tacente, prætor vindicanti hominem addicebat; idque legis actio dicebatur, quod ex legibus omnia peragerentur.

[u] *Quæ mancipi est*] Res mancipi dicuntur, quæ sunt in nostra potestate, quas ex nostro ad alterius dominium transferre possumus. *Mancipi* est indeclinabile in singulari et plurali.

[v] *Inter quos ea jure civili fieri possunt*] Jure civili fieri aliquid non inter alios, nisi inter cives Romanos potest, quorum est etiam jus civile, quod duodecim Tabulis continetur. Ita Boëthius.

[w] *Definitionum*] Quales sunt quæ per translationes, similitudines, contraria, &c. conficiuntur. Ut si dixeris cum Horatio, 'Virtus est vitium fugere, et sapientia prima Stultitia caruisse.'

[x] *Veteres*] Ac præcipue Aristoteles lib. II. posteriorum analyticorum cap. 13.

[y] *Hæreditas*] Rectius ac brevius cum Juliano D. lib. L. tit. de diversis regulis juris, l. 62. hæreditatem sic definieris: Est successio in universum jus quod defunctus habuerit.

Commune adhuc: multa enim genera sunt pecuniæ. Adde quod sequitur: quæ morte alicujus ad quempiam pervenit: nondum est definitio: multis enim modis sine hæreditate teneri mortuorum pecuniæ possunt.[o] Unum adde verbum, jure: jam a communitate[3] res disjuncta videbitur, ut sit explicata definitio sic: Hæreditas est pecunia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure. Nondum est satis: adde, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta:[a] confectum est.[p] Itemque, ut illud,[4] Gentiles[b] sunt, qui inter se eodem nomine sunt. Non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum majorum nemo servitutem servivit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt deminuti. Hoc fortasse satis est. Nihil enim video Scævolam, pontificem, ad hanc definitionem addidisse. Atque hæc ratio valet in utroque genere definitionum, sive id, quod est, sive id, quod intelligitur, definiendum est.[q] 30. Partitionum autem[5] et divisionum genus quale esset, ostendimus, sed quid inter se differant,[c]

[o] *Ut si quis in prælio occisus spolietur.*
[p] *Habes perfectam definitionem.*
[q] *Sive afferenda sit definitio rerum, quæ in sensus cadunt, sive earum quæ animo tantum comprehendi possunt.*

1503. et Orell. *quæ sunt* Junt. Crat. Lamb. Grut. Schutz.—3 Nor. Venet. 1503. *a communione.*—4 *Itemque illud* Venet. 1503.—5 Lamb. omittit *autem.*

NOTÆ

'Successio,' genus est; 'universum in jus quod defunctus habuit,' differentia.

[z] *Pecunia*] 'Pecuniæ verbum,' inquit Ulpianus D. lib. L. de verb. signif. l. 178. 'non solum numeratam pecuniam complectitur; verum etiam omnem omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ambiget.'

[a] *Possessione retenta*] Nam si ad dominum redeat mortuo usufructuario, alio jure quam hæreditatis obvenit.

[b] *Gentiles*] Debent esse primo ejusdem nominis, ut Sempronii, Junii, &c. deinde parentibus et majoribus liberis esse nati. Deinde non capite diminuti: cum enim in alienam familiam adoptione transierant, gentiles non dicebantur eorum, quorum e familia exierant. De capitis diminutione supra diximus in notis ad § 18.

[c] *Quid inter se differant*] Partitio totum in partes dividit, ut, si dicam, domum fundamento, parietibus, et tecto constare. Divisio in formas seu species genus distribuit: ut, si quis dicat, virtus est vel prudentia, vel justitia, vel fortitudo, vel temperantia.

planius dicendum est. In partitione quasi membra sunt: ut corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, et cetera. VII. In divisione, formæ sunt, quas Græci ἰδέας[1] vocant: nostri, si qui hæc forte tractant, species appellant; non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo.[r] Nolim enim, ne si Latine quidem dici possit, 'specierum,' et 'speciebus' dicere; et sæpe his casibus utendum est; at 'formis,' et 'formarum' velim. Cum autem utroque verbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. 31. Genus et formam definiunt hoc modo: Genus[d] est notio ad plures differentias pertinens.[s] Forma est notio, cujus differentia ad caput generis et quasi fontem referri potest.[t] Notionem appello, quam[2] Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt. Ea est insita et ante percepta cujusque formæ cognitio,[3] enodationis indigens.[u] Formæ igitur sunt[4] hæ, in quas genus,[e] sine ullius prætermissione, dividitur;[v] ut si quis jus[f] in legem, morem, æquitatem dividat. Formas qui putat idem esse, quod partes, confundit artem,[g] et similitudine quadam con-

[r] *Sed incommode, quia debent in oratione casus mutari: non possum autem dicere 'specierum,' et 'speciebus.'*

[s] *Est attributum quod pertinet ad plura specie differentia.*

[t] *Species est id, cujus differentia ad genus, tanquam ad principium, refertur.*

[u] *Quæ indiget explicatione.*

[v] *In quas, cum adhibetur divisio, genus ita distribuitur, ut nulla species omittatur.*

CAP. VII. 1 Schutz. volebat εἴδη· Junt. εἰδαίας.—2 'Sic edidimus pro *quod*, e legitima ratione. Vid. ad Or. II. et infra c. 22.' *Ernesti. quod* codd. et edd. vett. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Mox, *dicunt* omittunt unus Oxon. et Venet. 1503.—3 Ita Ald. Junt. Manut. Grut. Orell. *ex ante percepta cujusque forma cognitio* codd. aliquot, et Venet. 1503. *et ante percepta cujusque formæ cognitione* Lamb. *et præcepta* e codd. probat Ernesti: *cujusque rei cognitio* conj. Schutz.—4 *Formæ sunt igitur* Venet. 1503. *igitur* deest in Vit.

NOTÆ

[d] *Genus*] De genere, consulendæ superiores notæ § 13. de forma, § 14.

[e] *In quas genus*] Vide inferius § 33.

[f] *Si quis jus*] De jure universim sumto loquitur, quod vel scriptum, vel consuetudine receptum, vel naturale est: primum tabulis et legibus, alterum more, tertium æquitate, quam hominum in animis impressit natura, continetur.

[g] *Confundit artem*] Scilicet quantum a toto genus, tantum a partibus formæ differunt. Ex genere infirma est formæ probatio; v. g. animal est,

turbatus, non satis acute, quæ sunt secernenda, distinguit. 32. Sæpe etiam definiunt et oratores et poëtæ per translationem[h] verbi ex similitudine, cum quadam suavitate. Sed ego a vestris exemplis,[w] nisi necessario, non recedam. Solebat igitur Aquillius,[i] collega et familiaris meus, cum de littoribus ageretur, quæ omnia publica esse vultis, quærentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset littus,[j] ita definire, Qua fluctus eluderet:[5] [k] hoc est, quasi qui adolescentiam, florem ætatis; senectutem, occasum vitæ, velit definire: translatione utens[6] discedebat a verbis propriis rerum ac suis.[x] VIII. Quod ad definitiones attinet, hactenus: reliqua videamus.

33. Partitione[1] autem[l] sic utendum est, nullam ut partem relinquas, ut si partiri velis tutelas,[m] inscienter facias,

[w] *Quæ vos jurisconsulti affertis.* [x] *Quibus jurisperiti utuntur.*

probante Ernesti; quod tamen defendit Schutz.—5 Ita Venet. 1508. Ald. Junt. Manut. *quo fluctus eluderet* unus Oxon. *alluderet* Turneb. et Lamb. e codd. probantibus Colero in Parergis p. 358. Lallem. et Heindorf. ad Nat. Deor. p. 213.—6 Tres codd. Oxon. Junt. et Lamb. *translatione enim utens.* Actutum, *discedat* conj. Wetzel.

NOTÆ

igitur homo. At ex toto validissima est partis probatio; ut, Sempronius callet jus civile, ergo leges, senatusconsulta, morem, &c. Forma genus non refellit: non est homo, ergo non est animal; nulla conclusio. Contra pars totum refellit; ut, non tenet leges; juris igitur civilis est imperitus: optima conclusio.

[h] *Per translationem*] Ut Philippica v. § 5. 'Nervi belli pecunia.' Adde et illud poëtæ: 'Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?'

[i] *Aquillius*] De quo Tullius in Bruto § 154.

[j] *Quid esset littus*] Celsus ff. lib. L. de verb. sign. l. 96. 'Littus est,' inquit, 'quousque maximus fluctus a mari pervenit. Idque M. Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse.' Ceterum littus est maris, ripa fluviorum.

[k] *Qua fluctus eluderet*] Ducta a gladiatoribus translatio, qui vario accessu et recessu adversariorum ictus effugiunt et eludunt.

[l] *Partitione*] Etsi vix quicquam est discriminis partitionem inter ac divisionem, nonnihil tamen hic ex rhetorum institutionibus statuit Tullius: partitionem vult esse totius in partes, divisionem generis in formas: cum totum infinitas aliquando partes habeat, in partitione minus insignes omittere non est vitiosum. At cum certus sit formarum numerus, quæ generi subjiciantur, in divisione aliquas omittere vitiosum est.

[m] *Tutelas*] Alia est legitima, quam leges; alia testamentaria, quam alicui testamentum defert.

si ullam prætermittas. At si stipulationum aut judiciorum formulas partiare, non est vitiosum, in re infinita prætermittere aliquid. Quod idem in divisione vitiosum est. Formarum enim certus est numerus, quæ cuique generi subjiciantur: partium distributio sæpe est infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio.[y] 34. Itaque in oratoriis[n] artibus, quæstionis genere proposito, quot ejus formæ sint, subjungitur absolute: at cum de ornamentis verborum sententiarumque præcipitur, quæ vocantur σχήματα, non fit idem. Res enim est[2] infinitior; ut ex hoc quoque intelligatur, quid velimus inter partitionem et divisionem interesse. Quanquam enim vocabula prope idem valere videantur; tamen quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt.

35. Multa etiam ex notatione sumuntur. Ea est autem, cum ex vi nominis argumentum elicitur; quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id est, verbum ex verbo,[o] veriloquium: nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles σύμβολον appellat, quod Latine est nota. Sed cum intelligitur, quid significetur, minus laborandum est de nomine. 36. Multa igitur in disputando notatione eliciuntur ex verbo: ut, cum quæritur, 'Postli-

[y] *Multo plura complectitur, quam ut possint enumeratione comprehendi.*

CAP. VIII. 1 Particula *autem* deest in uno Oxon. et Venet. 1503.—2 *Res est enim* Venét. 1503. Mox, pro *quid*, Ald. Junt. Manut. Grut. babent *quod.*

NOTÆ

[n] *Itaque in oratoriis*] Sententiam exemplo probat Cicero. In arte oratoria quæstionis genus dividendum proponatur: nefas erit vel unum prætereire. Dicendum erit triplicem esse quæstionis statum: primum conjecturæ, ubi quod factum objicitur negas; alterum definitionis, ubi quod ante factum fateris, sed negas eam vim nominis habere quam adversarius criminatur; tertium denique qualitatis, ubi contendis jure factum quod objicitur. At si recensendis elocutionis luminibus ac figuris partitionem volueris adhibere, non est necesse singula tum verborum, tum sententiarum ornamenta persequi; hoc enim infinitum foret: illustriora satis est enumerare.

[o] *Verbum ex verbo*] Ἔτυμος enim, *verus;* λόγος, *sermo* est.

minium'[p] quid sit: (non dico, quæ sint postliminii: nam id caderet in divisionem, quæ talis est: postliminio redeunt hæc, homo, navis, mulus clitellarius, equus, equa, quæ fræna[3] recipere solet) sed cum ipsius postliminii vis quæritur, et verbum ipsum notatur. In quo Servius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum, nisi 'post;' et 'liminium' illud[4] productionem esse verbi vult, ut in 'finitimo,' 'legitimo,' 'æditimo,' non plus esse 'timum,'[5] quam in 'meditullio' 'tullium:' 37. Scævola autem, P. F. junctum putat esse[6] verbum, ut sit in eo et 'post' et 'limen:' ut, quæ a nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint, et ex suo tanquam limine exierint, dein[7] cum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. Quo in genere etiam Mancini causa[q] defendi potest, postliminio rediisse: deditum non esse, quoniam non sit receptus. Nam neque deditionem, neque donationem sine acceptione intelligi posse.

IX. 38. Sequitur is locus, qui constat ex iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt[z] ad id, de quo ambigitur: quem modo dixi in plures partes distributum. [*p.* 224.] Cujus primus est locus ex conjugatione, quam Græci συζυγίαν[1] vocant, finitimus notationi,[a] de qua modo dictum est: ut, si aquam pluviam[r] eam modo intelligeremus, quam imbri

[z] *Referuntur.* [a] *Similis notationi.*

—3 Unus Oxon. *frenos.*—4 Lamb. *nisi post; liminium illud.*—5 'Vulgo *inesse timum;* quod recte Ernesti mutavit in *esse timum,* i. e. significare.' *Schutz.* 'Male. Sensus est: non plus, non magis inesse in istis verbis verbum aliquod *timum,* quam, &c. neutiquam vero: non plus valere, s. significare *timum.*' Orell.—6 Venet. 1503. *esse putavit.* Eadem ed. mox, *eo post et limen.* —7 Unus Oxon. et Venet. 1503. *hinc.*

NOTÆ

[p] *Postliminium*] Est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, et in statum pristinum restituendæ inter nos ac liberos, populos, regesque, moribus, legibus constitutum. Paulus ff. lib. XLIX. l. 19.

[q] *Mancini causa*] Quam explicuimus in notis ad lib. I. de Orat. § 181.

[r] *Aquam pluviam*] Definitur ab Ulpiano aqua pluvia, quæ de cœlo cadit, atque imbre excrescit, sive per se hæc aqua cœlestis noceat, sive cum alia mista sit. Hinc posset aliquis argumento a conjugatis ducto sic ratiocinari: Aquam pluviam licet arcere, ergo fluvium qui aqua pluvia crevit.

collectam videremus; veniret Mucius, qui, quia conjugata verba essent pluvia et pluendo, diceret, omnem aquam oportere arceri, quæ pluendo crevisset. 39. Cum autem a genere ducetur argumentum, non erit necesse id usque a capite arcessere: sæpe etiam citra licet, dummodo supra [2] sit, quod sumitur,[b] quam id, ad quod sumitur: ut, aqua pluvia[s] ultimo genere[c] ea est, quæ de cœlo veniens crescit imbri: sed propiore loco, in quo quasi jus arcendi continetur, genus est, aqua pluvia nocens: ejus generis formæ, loci vitio, et manu nocens: quarum altera jubetur ab arbitro coërceri; altera non jubetur. 40. Commode etiam tractatur hæc argumentatio, quæ ex genere [3] sumitur, cum ex toto[t] persequare partes, hoc modo: Si dolus malus est,[u] cum aliud agitur, aliud simulatur; enumerare licet, quibus id modis fiat:[v] deinde in eorum aliquem id, quod arguas

[b] *Argumentum a genere maxime remoto deducere: sumenda sunt genera formis proxima, ita tamen ut latius pateant iis, ad quæ sumuntur.*
[c] *Maxime remoto.*

Cap. ix. 1 Victor rursus volebat *συστοιχίαν*, probante Ernesti.—2 Codd. aliquot, Venet. 1503. et Schutz. *superius.* '*Citra* tamen potius *supra* requirit.' *Orell.*—3 Vit. *quæ ex forma*, probante Wetzel. Mox, *partes persequere* Venet. 1503.

NOTÆ

[s] *Ut, aqua pluvia*] Argumenta non esse ab ultimo genere repetenda probat exemplo Tullius. Aqua pluvia genus est ultimum, cui subjiciuntur duæ species, aqua pluvia nocens, et aqua pluvia non nocens. Rursus aqua pluvia nocens fit genus, ejusque species sunt nocens loci vitio et manu nocens, cum de industria alio derivatur ad alterius detrimentum. Si quis contendat arcendam esse aquam pluviam, generibus illis superioribus prætermissis, hæreat in infimo, atque ostendat aquam pluviam manu nocentem arceri oportere.

[t] *Cum ex toto*] Totum pro genere, partes pro formis seu speciebus sumuntur. Multum igitur ab enumeratione partium distat hic locus.

[u] *Si dolus malus est*] Labeo ff. l. iv. de dolo malo: 'Sic definiit dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.'

[v] *Quibus id modis fiat*] Doli mali in rebus forensibus species sunt, calumnia, qua falsa crimina intenduntur; prævaricatio, qua vera absconduntur; tergiversatio, qua in universum desistitur ab accusatione; cavillatio denique, qua falsis disputationibus imponitur. Adde reliquas doli mali formas, quæ inter contrahendum, ut in promissione, donatione, mutuo, negotiatione, &c. vel clam, vel aperte, fieri possunt.

dolo malo factum, includere:[d] quod genus argumenti inprimis firmum videri solet.

X. 41. Similitudo sequitur; quæ late patet, sed oratoribus et philosophis magis, quam vobis.[e] Etsi enim omnes loci sunt omnium disputationum, ad argumenta suppeditanda, tamen aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustius.[f] Itaque genera tibi nota sint: ubi autem his utare, quæstiones ipsæ te admonebunt.[g] 42. Sunt enim similitudines, quæ ex pluribus collationibus perveniunt quo volunt, hoc modo: Si tutor[w] fidem præstare[h] debet, si socius, si, cui mandaris,[i] si qui fiduciam acceperit;[x] debet etiam procurator.[j] Hæc ex pluribus perveniens quo vult, appellatur inductio:[y] quæ Græce ἐπαγωγὴ[1] nominatur; qua plurimum est usus in sermonibus Socrates. 43. Alterum similitudinis genus collatione sumitur, cum una res uni, par pari comparatur, hoc modo: Quemadmodum, si in urbe[z]

[d] *Demonstrare ad aliquam doli mali speciem pertinere id quod contendis dolo malo esse factum.*
[e] *Magis est in usu, quam vobis jurisconsultis.*
[f] *Locorum alii in philosophicis, alii in oratoriis, alii in forensibus disputationibus vel frequentius, vel rarius adhibentur.*
[g] *Loci universi tibi noti esse debent, ubi autem his potius utaris quam illis intelliges ex ipsis argumentis.*
[h] *Servare.* [i] *Is cui faciendum aliquid commiseris.*
[j] *Qui aliorum negotia administrat.*



Cap. x. 1 Ita e conjectura Lambini, Boëth. Bas. et Orell. *quam Græci*

NOTÆ

[w] *Tutor*] Quasi tuitor ac defensor, is est, qui vim ac potestatem in pupillos habet.

[x] *Qui fiduciam acceperit*] Fiducia est redhibendi aut revendendi lex venditioni apposita. 'Fiduciam accipit,' inquit Boëthius, 'cuicumque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet: velut si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet, ut ei, cum tempus quod suspectum est præterierit, reddat: hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponitur.'

[y] *Inductio*] Consule lib. I. de Invent. § 51.

[z] *Si in urbe*] Si cum de finibus in urbe disceptas, non potes uti arbitro finium regundorum, quia fines videntur agrorum magis quam urbis; ne arcendæ quidem in urbe aquæ, quia res tota magis agrorum est, arbitrum adigere possis. Arceri enim aquam in agris tantum dici solet, ut observat Boëthius, ubi si ex aliquo loco aqua pluvia colligatur, et defluens in campos vicini pascua frugesve corrumpat, arbitri arcendæ aquæ a magistratibus statuebantur.

de finibus controversia est, quia fines magis agrorum videntur esse, quam urbis, finibus regundis adigere[2] arbitrum[k] non possis; sic, si aqua pluvia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorum est, aquæ pluviæ arcendæ adigere non possis arbitrum.[3] 44. Ex eodem similitudinis loco etiam exempla sumuntur, ut Crassus in Curiana causa[a] exemplis plurimis usus est, agens de eo, qui testamento sic hæredem[4] instituisset, ut, si filius natus esset in decem mensibus, isque mortuus prius, quam in suam tutelam venisset; secundus hæres hæreditatem obtineret.[5] Quæ commemoratio exemplorum valuit; eaque vos in respondendo uti multum soletis. 45. Ficta etiam exempla similitudinis habent vim: sed ea oratoria magis sunt, quam vestra:[l] quanquam uti[6] etiam vos soletis, sed hoc modo: Finge mancipio aliquem dedisse[b] id, quod mancipio dari non potest: num idcirco id ejus factum est, qui accepit? aut num is, qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligavit? In hoc genere oratoribus et philosophis[7] concessum est, ut muta etiam loquantur,[c] ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia, dicatur, aut minuendæ, quæ hyperbole[d]

[k] *Eum qui decidit lites de finibus.* [l] *Jurisperitorum propria.*

paragogen nominant Venet. 1503. παραγωγὴ ceteri.—2 Unus codex Oxon. et Junt. *adjicere.*—3 Venet. *adigere arbitrium non possis.*—4 'Voc. *hæredem* sine causa suspectum Schutzio.' *Orell.* Mox, *isque mortuus esset prius* Lamb.—5 Ita Maunt. Lamb. Schutz. Orell. *obtinuisset* plerique codd. Venet. 1503. Junt. *succederet* Boëth. Comm. deinde *obtinuisset.*—6 Venet. 1503. *uti eis.*—7 Codd. aliquot ap. Lamb. *et poëtis:* quod ille probavit, non tamen recepit,

NOTÆ

[a] *In Curiana causa*] Quæ tota explicata est in notis ad lib. I. de Orat. § 80.

[b] *Mancipio aliquem dedisse*] Mancipio dare, est rem ita dare, ut evictionem præstaturos nos spondeamus; mancipio accipere, est eadem lege emere: mancipium enim significat dominii traditionem. Furtiva mancipio dari non possunt. Quare apud Plautum in Persa IV. 3. de muliere furto abducta dicitur, 'Ac suo periculo is emat qui eam mercabitur: Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit.'

[c] *Muta etiam loquantur*] Per prosopopœiam scilicet, de qua lib. IV. ad Heren. § 66.

[d] *Hyperbole*] Vide lib. IV. ad Heren. § 44. et lib. II. de Orat. § 268.

dicitur,[8] et multa mirabilia alia. Sed latior est campus illorum:[m] eisdem tamen ex locis (ut ante dixi) et in maximis, et in minimis quæstionibus argumenta ducuntur.

XI. 46. Sequitur similitudinem differentia[n] rei,[1] maxime contraria superiori: sed est ejusdem,[2] dissimile et simile invenire. Ejus generis hæc sunt: Non, quemadmodum[e] quod mulieri debeas, recte ipsi mulieri, sine tutore auctore,[3] solvas; ita quod aut pupillæ, aut pupillo[4] debeas, recte possis eodem modo solvere. 47. Deinceps locus est, qui a contrario dicitur.[5] Contrariorum[f] autem genera sunt plura: unum eorum, quæ in eodem genere plurimum differunt, ut sapientia et stultitia.[6] Eodem autem genere dicuntur, quibus propositis occurrunt, tanquam e regione, quæ-

[m] *De his longior est disputatio.* [n] *Dissimilitudo.*

et philosophis uncis inclusit Schutz.—8 Codd. aliquot *quod* [lacuna] *Græce dicitur;* unde Orell. de conjectura, *quæ ὑπερβολὴ dicitur;* omnes aliæ edd. vett. et recentt. *quæ hyperbole dicitur.* ‘Verba, *et multa mirabilia alia*, genuina non videntur.’ *Schutz.*

Cap. xi. 1 Venet. 1503. *res.*—2 Codd. aliquot. et Venet. 1503. *ejusdem facultatis.*—3 ‘Ernestio vel *auctore* vel *tutore* pro glossa suspectum erat. Attamen etiam in Orat. pro Cæcina c. 25. legitur *sine tutore auctore.*’ Schutz.—4 ‘Cod. Viteburg. Venet. 1503. Wetzel. Schutz. *ita quod pupillo, aut pupillæ;* Junt. Manut. Lamb. *ita quod aut pupillæ, aut pupillo.* Nisi forte Cicero ipse h. l. primo loco posuit *pupillæ,* quia anteced. de muliere sermo est. Prius tamen *aut* sane delendum etiam cum uno cod. Oxon.’ *Orell.*—5 Ita edd. vett. Venet. 1503. Junt. Orell. *ducitur* Manut. Lamb. Grut.—6 Venet. et Lamb. *ut sapientia, stultitia,* probante Orell. qui τὸ *et* uncis

NOTÆ

[e] *Non, quemadmodum*] Mulieres non nuptæ erant olim sub tutela, ut et pupilli. Si quid mulieri debebatur, solvi poterat sine tutore: non item pupillo. Quippe nullum est pupillo rei familiaris procurandæ judicium: mulieri vero etsi non firmus, est tamen aliquis in administranda re domestica delectus.

[f] *Contrariorum*] Oppositorum, quæ Tullius contraria vocat, quatuor genera statuit Aristoteles. Alia sunt contraria, quæ sub eodem genere maxime distant, ut album et nigrum in ratione coloris se totis discrepant. Contrariorum hoc sit exemplum ex Cicerone: ‘Quid? cum fateamur satis magnam vim in vitiis ad miseram vitam; nonne fatendum est eandem esse vim virtuti ad beatam vitam?’ Alia privantia, de quibus mox agemus, quæ sunt inter habitum et privationem, ut visus et cæcitas. Relativa alia, ut pater et filius, dux et miles. Alia denique contradictoria, ut elementum et non elementum. Consule lib. I. de Invent. § 42.

dam contraria, ut celeritati tarditas, non debilitas:[7] ex quibus [contrariis][8] argumenta talia existunt: Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur; et bonitatem, si malitiam. Hæc, quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur adversa.[9] 48. Sunt enim[10] alia contraria, quæ privantia[g] licet appellemus Latine, Græci appellant στερητικά. Præpositio enim 'in' privat[11] verbum ea vi, quam haberet, si 'in' præpositum non fuisset: ut 'dignitas,' 'indignitas,' 'humanitas,' 'inhumanitas,' et cetera generis ejusdem: quorum tractatio est eadem,[h] quæ superiorum, quæ adversa dixi. 49. Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut ea, quæ cum aliquo conferuntur: ut duplum, simplum; multa, pauca; longum, breve; majus, minus. Sunt etiam illa[12] valde contraria, quæ appellantur negantia: ea ἀποφατικὰ Græci,[13] contraria aientibus: ut, Si hoc est, illud non est.[i] Quid enim opus exemplo est? tantum intelliga-

inclusit. Mox, *e regione quadam* Venet. 1503. et Junt.—7 'Hæc, *non debilitas*, sine causa suspecta Ernestio.' *Orell.*—8 Voc. *contrariis* delevit Schutz. defendit Wetzel. '*Contrariis* nimis frigide redundat, additumque est a glossatore.' *Ernesti.*—9 'Sic edidi pro *diversa* e cod. e Boëthio, Ald. Junt. et sic mox quoque est *superiorum, quæ adversa dixi.* Certe in utroque loco debet idem verbum esse, sive *diversa*, sive *adversa*. Sed hoc melioribus auctoribus et Latinitate nititur.' *Idem.* *diversa* tres codd. Oxon. et Grut.—10 *Sunt etiam* volebat Ernesti; *enim* deest in Venet. 1503. Mox, *Græce appellantur* Venet. 1503. Junt. Manut. Lamb. Grut.—11 *Præpositione enim in privatur* unus Oxon. et Venet. 1503.—12 Ita unus Oxon. et Venet. 1503. *Sunt etiam valde contraria alia* Junt. Manut. Lamb.—13 *Græce* Vit. Mediol. Ascens. Venet. Nor.

NOTÆ

[g] *Privantia*] Definit Tullius ea esse vocabula quibus præfigitur præpositio *in*, quæ verbum privat ea vi quam haberet, si *in* non fuisset præpositum, ut 'pietas,' 'impietas,' &c. Rectius Aristoteles notionem privantium hujuscemodi particulis non astringit, sed ait tum esse privationem, cum forma quæ negatur de subjecto ipsi convenire potest: ut si quis homo visu et auditu careat; cæcitas et surditas qua laborabit inter privantia numerabitur.

[h] *Tractatio est eadem*] Ut si quis dicat, Si ignorantiæ probrum fugimus, artes liberales persequamur. Notum est illud Ciceronis in Miloniana: 'Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam, si putetis per vos restitui posse, nolitis.' Privantia sunt mors et vita, ignorantia et artes liberales.

[i] *Si hoc est, illud non est*] Hoc a consequentibus petitum potius videtur, quam a negantibus, quorum tale esset exemplum: Hoc est, hoc non est. Elegans est illud Martialis: 'Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem; Nec possum tecum vivere, nec sine te.'

tur, argumento quærendo, contrariis omnibus contraria non convenire.[j]

50. Ab adjunctis autem posui equidem exemplum paulo ante,[k] multa scilicet[14] adjungi, quæ suscipienda essent, si statuissemus, ex edicto secundum eas tabulas possessionem dari, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset.[o] Sed locus hic[15] magis ad conjecturales causas,[l] quæ versantur in judiciis, valet; cum quæritur, quid aut sit, aut evenerit, aut futurum sit, aut, quid omnino fieri possit. XII. 51. [*p.* 225.] At loci quidem ipsius forma talis est. Admonet autem hic locus, ut quæratur, quid ante rem, quid cum re, quid post rem evenerit. Nihil hoc ad jus;[1] ad Ciceronem, inquibat Gallus[m] noster,[p] si quis ad eum tale quid retulerat, ut de facto quæreretur: tu tamen patiere, nullum a me artis institutæ[q] locum præteriri; ne, si nihil, nisi quod ad te pertineat, scribendum putaris, nimium te amare videare.[2] Est igitur magna ex parte locus hic oratorius, non modo non jurisconsultorum, sed ne philosophorum quidem. 52. Ante rem enim quæruntur, quæ talia sunt, apparatus,[n] colloquia, locus, constitutum, con-

[o] *Ex edicto dari possessionem juxta testamentum illius, qui testamenti faciendi jus non haberet.*

[p] *Hoc non pertinet ad jurisconsultos, aiebat amicus noster Gallus. Cicero orator, ad quem hoc spectat, consulatur.*

[q] *Topicorum.*



Græci vocant Boëth. in Comm. Mox, *contraria aientibus* suspecta Wetzelio.—14 Voc. *scilicet* omittunt tres codd. Oxon. et Venet. 1503. uncis inclusit Orell. Mox, *ex edicto prætoris* unus Oxon. et Lamb.—15 *Sed locus is* Venet. 1503.

CAP. XII. 1 Ita codd. fere omnes et edd. vett. *ad nos* Schutz. e Boëth. Mox, *inquiebat* Vit.—2 Venet. 1503. *videar.* Mox, *nec modo non* Lamb.—

NOTÆ

[j] *Contraria non convenire*] Contrariis enim quæ cum aliquo conferuntur, contraria non conveniunt: v. g. si maximus numerus utilis est, minor non est idcirco inutilis. Alioqui valet hoc pronuntiatum: contrariorum contraria est ratio.

[k] *Exemplum paulo ante*] Vide § 18.

[l] *Ad conjecturales causas*] In quibus investigandum, an aliquid factum fuerit, ut mox exponet Tullius.

[m] *Gallus*] De C. Aquillio Gallo vide Brutum § 154.

[n] *Apparatus*] Si quis, ex. g. accusetur initæ cum scelerato conjurationis in patriam, ab antecedentibus probandum erit, eum ad id facinus sese præparasse, de eo collocutum esse in locis, in conviviis, constitutis, &c.

vivium.[3] Cum re autem, pedum crepitus,[o] strepitus hominum, corporum umbræ, et si quid ejusmodi.[4] At post rem, rubor, pallor, titubatio, et si qua alia signa conturbationis et conscientiæ: præterea restinctus ignis,[p] gladius cruentus, ceteraque, quæ suspicionem facti possunt movere.

53. Deinceps est locus dialecticorum proprius ex consequentibus,[q] et antecedentibus, et repugnantibus, qui etiam ab adjunctis longe diversus est: nam adjuncta,[5] de quibus paulo ante dictum est, non semper eveniunt; consequentia autem semper. Ea enim dico consequentia, quæ rem nenessario consequuntur; itemque et antecedentia[r] et repugnantia:[s] quicquid enim antecedit[6] quamque rem, id cohæret cum re necessario: et quicquid repugnat, id ejusmodi est, ut cohærere nunquam possit. XIII. Cum tripartito igitur distribuatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiam, reperiendi[r] argumenti locus simplex est,[1] tractandi triplex: nam quid interest, cum hoc sumseris, pecuniam numeratam[t] mulieri deberi, cui sit omne argentum[2] legatum, utrum hoc modo concludas argumentum: Si pecunia signata argentum est, legata est mulieri: est autem[3] pecunia signata argentum: legata igitur. An

[r] *Quæ rem necessario antecedunt.* [s] *Quæ rei necessario repugnant.*
[t] *Quæ signata et parata est.*

3 'Boëth. jungit *constitutum convivium:* male.' *Orell.*—4 Venet. 1503. *ejusmodi est.*—5 Duo codd. Oxon. et Venet. 1503. *nam conjuncta.*—6 Tres codd. Oxon. *quicquid enim sequitur.*

CAP. XIII. 1 Venet. 1503. *simplex est.*—2 Venet. 1503. *cui sit argu-*

NOTÆ

[o] *Pedum crepitus*] Quibus signis reum convincimus, quod in aliquem locum se contulerit.

[p] *Restinctus ignis*] Ut si quod facinus furtim admissum ostendere velimus, quod aliorum notitiæ subductum tutius in tenebris perpetraretur.

[q] *Ex consequentibus*] Locus hic cum sit unus, in tria membra dividitur: Boëthio videtur appellandus conditionalis, qui cum conditione concludit aliquid, si aliud fuerit, e. g. si sol ortus est, dies est.

[r] *Reperiendi*] Inventione unicus est ac simplex hic locus, quia sive ab antecedentibus, sive a consequentibus, sive a repugnantibus argumentum ducas, eadem est semper conclusio, ut recte sentit Visorius. Tractatione autem triplex dicitur, quia dispositio propositionum triplex est, ut liquet exemplo quod ipse Tullius subjicit.

illo modo? Si numerata pecunia non est legata, non est numerata pecunia argentum: est autem numerata pecunia argentum: legata igitur est.[s] An illo modo? Non et legatum argentum est, et non est legata numerata pecunia:[u] legatum autem argentum est: legata igitur numerata pecunia est. 54. Appellant autem dialectici eam conclusionem argumenti, in qua, cum primum assumseris,[4][t] consequitur id, quod annexum est, primum conclusionis modum: cum id, quod annexum est,[u] negaris, ut id quoque, cui fuerit annexum, negandum sit,[5] secundus appellatur concludendi modus: cum autem[v] aliqua conjuncta negaris,[6] et his alia

[u] *Si non est legatum argentum, non est legata numerata pecunia.*

mentum omne.—3 Lamb. omittit *autem.*—4 Ita Venct. 1503. Boëth. Manut. *sumseris* Nor. Ald. Junt. Lamb. Schutz. Orell. Mox, pro *negaris*, Lamb. habet *everteris.*—5 Lamb. *tollendum sit;* 'sed Boëth. quoque firmat lectionem receptam.' *Orell.*—6 Lamb. *negaveris.* Mox, *et his a. n. r. adjungitur* de-

NOTÆ

[s] *Legata igitur est*] Neque hæc, neque sequentis argumentationis conclusio probabitur logicis, quorum hoc est effatum, si vel propositio, vel assumtio fuerit negans, negantem non aientem debere esse conclusionem.

[t] *Cum primum assumseris*] Septem syllogismorum hypotheticorum, seu conditionalium, ut vocant, modos hic subjicit Tullius. Ac primus quidem is est, quo cum assumseris id quod primum est, recte concludis quod conjunctum est: v. g. Si justus est, jus suum unicuique reddit: atqui justus est: ergo jus suum unicuique reddit.

[u] *Cum id quod annexum est*] Alter syllogismi modus priori oppositus, quo cum negatum illud fuerit quod conjunctum est, id quoque cui fuerit conjunctum negari oportet. Ut, si jus unicuique suum non reddit, justus non est: atqui jus suum unicuique non reddit: ergo justus non est. Improbabitur a severioribus dialecticis hic argumentandi modus; contendunt enim ex propositionibus negantibus nihil posse colligi: at facile fuerit ad legitimam formam sic revocare: Qui jus suum unicuique reddit, justus est: atqui hic jus suum unicuique non reddit: ergo hic justus non est.

[v] *Cum autem*] Tertius est hic argumentandi modus, quo, ut explicat Visorius, pronuntiato connexo duplex negatio additur, quarum una toti propositioni, altera posteriori parti præfigitur: tum in assumtione prior pars affirmatur, ut in conclusione negetur posterior: cujus hoc sit exemplum: Non si jus suum unicuique reddit, non justus est: atqui jus suum unicuique reddit: justus est igitur. Ad primam argumentandi formam refertur hic syllogismus: duplex enim negatio vim habet affirmationis.

negatio rursus adjungitur, et ex his primum sumseris, ut, quod relinquitur, tollendum sit; is tertius appellatur conclusionis modus. 55. Ex hoc illa rhetorum sunt[7] ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata[w] appellant: non quod non omnis sententia proprio nomine enthymema dicatur;[8] sed, ut Homerus, propter excellentiam, commune poëtarum nomen efficit[9] apud Græcos suum;[v] sic, cum omnis sententia enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur, acutissima, sola proprie nomen commune possidet.[10] Ejus generis hæc sunt: 'Hunc metuere,[11] [x] alterum in metu non ponere?'[w] 'Eam, quam nihil accusas,[x] damnas:' 'Bene quam meritam esse autumas,[y] dicis male mereri?' 'Id, quod scis, prodest nihil; id, quod nescis, obest?'[12] XIV. 56. Hoc disserendi genus attingit omnino vestras[z] [1] quoque in respondendo disputationes; sed philosophorum magis,[2] quibus est cum oratoribus illa ex repugnantibus sententiis communis conclusio, quæ a dialecticis tertius modus, a rhetoribus enthymema nuncupatur. Reliqui dialecticorum modi[a] plures sunt, qui ex

[v] *Apud Græcos sibi vindicat ut proprium.*
[w] *Non metuere.* [x] *Nullo crimine.* [y] *Credis.*
[z] *Jurisperitorum proprias.* [a] *Argumentandi.*

levit Schutz. *adjungatur* legit Lamb. Deinde, *et ex his unum aut plura sumseris* duo codd. Oxon. *et ex his unum an plura sumseris* Venet. 1503.—7 Verbum *sunt* omittit Venet. 1503.—8 Eadem ed. *non quod omnis s. p. n. e. non dicatur.*—9 Schutz. in ed. maj. *effecit.*—10 Ita codd. fere omnes et edd. vett. *possedit* tres codd. Oxon. Venet. 1503. et Orell.—11 *Hoc metuere* Vit. aliusque codex ap. Lamb. probantibus Lamb. et Wetzel.—12 'Male his interrog. signa appinxit Ernesti. Cf. Orat. c. 49.' *Orell.*

CAP. XIV. 1 Nor. *nostras.*—2 Unus Oxon. *magis est.* Mox, *ex pugnantibus*

NOTÆ

[w] *Enthymemata*] Vulgari notione significat enthymema syllogismum imperfectum ex duabus constantem partibus, qualis est hic: Laudanda est omnis virtus; ergo et ipsa justitia. Hic autem enthymema sumitur pro acuta sententia quæ ex contrariis conficitur. Tale est illud Ciceronis pro Milone: 'Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam, si putetis per vos restitui posse, nolitis?' Enthymema proprie est cogitatio, inventum, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι, *intelligere, concipere.*

[x] *Hunc metuere*] Versiculi ex veteribus poëtis, quorum opera periere, desumti.

disjunctionibus constant: Aut hoc, aut illud:[y] hoc autem: non igitur illud. Itemque, Aut hoc, aut illud:[z] non autem[3] hoc: illud igitur. Quæ conclusiones idcirco ratæ[b] sunt, quod in disjunctione[a] plus uno verum esse non potest. 57. Atque ex iis conclusionibus, quas supra scripsi, prior, quartus; posterior, quintus a dialecticis modus appellatur. Deinde addunt conjunctionum negantiam, sic: Non et hoc[b] est,[4] et illud: hoc autem: non igitur illud. Hic modus est sextus. Septimus autem, Non et hoc,[c] et illud: non autem hoc: illud igitur. Ex his modis conclusiones innumerabiles nascuntur, in quo[5] est fere tota dialectica. Sed ne eæ[6] quidem, quas exposui, ad hanc institutionem sunt necessariæ.

58. Proximus est locus rerum efficientium, quæ causæ appellantur: deinde rerum effectarum ab efficientibus causis. Harum exempla, ut reliquorum locorum, paulo ante posui, et quidem ex jure civili: sed hæc patent latius. XV. Causarum igitur[1] genera duo sunt:[d] unum, quod vi sua id,

[b] *Veræ.*

Nor. et Schutz. sed vide § 72.—3 Lamb. *non est autem.*—4 Verbum *est* deest in Lamb. Mox, *hoc autem est* cod. unus Oxon. et Venet. 1503.—5 Iidem libri *in quibus.*—6 *Sed ne hæ* duo codd. Oxon. et Venet. 1503. Mox, *sunt* deest in Venet. 1503. Junt. et Manut.

Cap. XV. 1 *Causarum enim* Venet. 1503. Mox pro *certo,* omnes codd. et

NOTÆ

[y] *Aut hoc, aut illud*] Quartus hic argumentandi modus est hujusmodi: Judex hic aut justus est, aut injustus; est autem justus; non igitur injustus.

[z] *Aut hoc, aut illud*] Quintum hic exponit argumentandi modum, cujus hoc exemplum: Judex hic aut justus est, aut injustus; non est autem justus; ergo est injustus.

[a] *In disjunctione*] In disjunctione alterum verum, alterum falsum esse necesse est, cum ea quæ in disjunctione ponuntur, medium non admittunt: ut, aut justus est, aut non justus. At conclusio rata non est, si quid medium interseri possit. Tum enim utrumque potest esse falsum: ut si quis dicat, hoc est vel album vel nigrum. Quid enim? nonne potest esse viride, rubrum, cinereum, aut alio modo coloratum?

[b] *Non et hoc*] Exemplum sit: Non et justus est, et injustus; est autem justus; non igitur injustus.

[c] *Non et hoc*] Tale est illud: Non et justus est et injustus; non autem injustus; ergo justus.

[d] *Genera duo sunt*] Duas item statuit causas Plato in Phædone et Timæo: alteram primariam αἴτιον αἰτιώτατον, vel αἴτιον αἰτίων, qui sit Deus:

quod sub ea subjectum est, certo efficit, ut ignis accendit;[c] alterum, quod naturam efficiendi non habet,[2] sed sine quo effici non possit: ut, si quis æs causam statuæ[e] velit dicere, quod sine eo non possit effici. 59. Hujus generis causarum, sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolida quodammodo; ut locus, tempus, materiæ,[3] ferramenta,[f] et cetera generis ejusdem; alia autem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum,[d] et quædam afferunt per se adjuvantia,[4] etsi non necessaria, ut amori congressio causam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere causarum, ex æternitate pendentium,[g] fatum[h] a Stoicis

[c] *Ignis est causa efficiens inflammationis.*
[d] *Alia præparant causas ad efficiendum.*

edd. præter Ernesti, Schutz. et Orell. habent *certe*.—2 Ita codd. omnes Oxon. edd. antiquiss. et Venet. 1503. *habeat* Junt. Manut. Lamb. Grut. Schutz. Orell.—3 Duo codd. Oxon. et Venet. 1503. *materia*. 'Fortasse *materies*.' Orell.—4 Tres codd. Oxon. Nor. Venet. 1503. Junt. *adjumenta*. Mox, pro *attulerit*, Orell. conj. *attulit*.

NOTÆ

alteram secundam ξυναιτίαν, sine qua causa non sit causa. Hic autem Tullius causas restringere videtur ad efficientem tantum et materialem. Clarius Aristoteles quatuor esse definit, quas strictim exposuimus paulo superius § 21.

[e] *Æs causam statuæ*] Æs causa materialis est statuæ, quia ex eo, et in eo statua est.

[f] *Ferramenta*] Quibus utitur artifex ad fabricandam v. g. statuam; melius referunt physici ad causas vere efficientes, sed inanimatas, et, ut ipsi vocant, instrumentales.

[g] *Ex æternitate pendentium*] Quæ enim fato regerentur, putabant a causis ab æternitate connexis pendere: v. g. in exemplo mox proposito, flagitium ortum ab amore, amorem a congressu, congressum ab aliqua alia causa, quæ ipsa ab aliis sibi mutuo succedentibus originem traheret.

[h] *Fatum*] Definitur a Chrysippo apud Gellium, VI. 2. 'Sempiterna quædam et indeclinabilis series rerum, et catena volvens semetipsa sese et implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaque est.' Pro diversa notione nominis, fatum vel est omnino rejiciendum a Christianis, vel admittendum: si sumatur pro connexione causarum ita necessaria, ut quadam siderum efficientia humanæ voluntati vim afferat, detestandum est; quippe quod et Dei potestatem, a quo pendent omnia, et liberum hominis arbitrium evertat. Sin autem per fatum intelligatur ordo ille, quo juxta divinæ providentiæ leges, causæ non modo naturales, sed etiam liberæ, obtinent effectum; ut consequenti necessitate non alio modo res possunt evenire, quam quo prævisæ sunt a Deo, ita hoc sensu debet admitti fatum; quemadmodum Thomas Aqui-

nectitur. Atque ut earum causarum, sine quibus effici non potest, genera divisi; sic etiam efficientium dividi possunt. Sunt enim aliæ causæ, quæ plane efficiant, nulla re adjuvante; aliæ, quæ adjuvari velint: ut sapientia[i] efficit sapientes sola per se; beatos efficiat, necne, sola per se, quæstio est.[e] 60. Quare cum in disputationem[j] inciderit causa efficiens aliquid necessario, sine dubitatione licebit, quod efficitur ab ea causa, concludere. XVI. Cum autem erit talis causa,[1] ut in ea non sit efficiendi necessitas; necessaria conclusio non sequitur. Atque illud quidem genus causarum, quod habet vim efficiendi necessariam, errorem afferre non fere solet; hoc autem, sine quo non efficitur, sæpe conturbat.[2] [*p.* 226.] Non enim, si sine parentibus filii esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. 61. Hoc igitur, sine quo non fit, ab eo, a quo[3] certo fit, diligenter est separandum. Illud enim est tanquam,

'Utinam ne in nemore[k] Pelio securibus
Cæsa cecidisset[4] abiegna ad terram trabes!'

[e] *In controversiam vocatur.*

Cap. XVI. 1 *Cum autem talis causa erit* Venet. 1503.—2 'Boëth. putat Ciceronem hæc plenius dicere debuisse: *hoc autem, quod non habet efficiendi vim necessariam, vel sine quo non efficitur, sæpe conturbat.* Ceterum sic esse a Cicerone scriptum, ut editur, patet e sequentibus, ubi pariter genus, sine quo non fit, solum ponitur.' *Ernesti.*—3 Ita Venet. ap. Ernesti, Ald. Nor. Lamb. Schutz. Orell. *in quo* Venet. 1503. Junt. Manut. Grut. Mox, pro *certo*, quod habent Ald. Nor. Lamb. Schutz. et Orell. *certe* legitur in reliquis.—4 Ita Lamb. Manut. *accidisset* Schutz. de conjectura, et Orell. *ceci-*

NOTÆ

nas ex Augustini doctrina egregie colligit.

[i] *Sapientia*] Stoici hominem virtute sola beatum effici censebant; Peripatetici conjunctam cum bonis corporis virtutem ad beatitatem desiderabant.

[j] *Cum in disputationem*] Causa efficiens duplex est: altera necessariam habet efficiendi vim, altera non item. Ex priore conclusio certa elicitur; ut sol ortus est, ergo discussæ sunt noctis tenebræ. Posterior in errorem sæpe inducit: neque enim, si sine ære non potest esse simulacrum æreum, propterea ubicumque fuerit æs, ibi simulacrum sit æreum.

[k] *Utinam ne in nemore*] Exemplum causæ sine qua non efficitur: nisi enim ex nemore Pelio cæsæ cecidissent arbores, navis Argo facta non esset; quanquam in his arboribus efficiendi vis necessaria non fuit. Ceterum hoc ex Ennio desumtum interpretatione et notis illustravimus lib. II. ad Heren. § 34.

Nisi enim cecidisset abiegna ad terram trabes, Argo illa facta non esset: nec tamen fuit in his trabibus efficiendi vis necessaria. At cum in Ajacis[1] navim 'crispisulcans[5] igneum fulmen'[f][m] injectum est, inflammatur navis necessario. 62. Atque etiam est causarum dissimilitudo,[n] quod aliæ sunt,[6] ut sine ulla appetitione animi, sine voluntate, sine opinione, suum quasi opus efficiant, velut, ut omne intereat, quod ortum est: aliæ autem aut voluntate efficiuntur,[7] aut perturbatione animi, aut habitu, aut natura,[g] aut arte, aut casu: voluntate, ut tu, cum hunc libellum legis; perturbatione,[h] ut si quis eventum horum temporum[o] timeat; habitu, ut facile[8] et cito irascatur; natura,[p] ut vitium in dies crescat; arte, ut bene pingat; casu,[q] ut pros-

[f] *Non recto tractu, sed per varios flexus e cœlo decidens.*
[g] *Ingenio cujusque et indole.* [h] *Aliquo affectu animi.*

dissent abiegnæ Venet. 1503. et Junt. Mox, *Nisi enim cecidissent abiegnæ* Nor. Venet. 1503. Ald. Junt. Manut. Schutz. Orell. 'Hæc lectio præferenda alteri; Cicero enim poëticam dictionem in pedestrem sermonem convertit. Et plurali hic opus esse docent sequentia.' *Schutz.* Paulo post, *in is*, i. e. *in iis*, Venet. 1503.—5 Venet. 1503. *crispi sulcans*, divisim.—6 Lamb. *aliæ ejusmodi sunt.*—7 Ita Nor. Ald. Junt. Manut. *efficiunt* codd. aliquot, Venet. 1503. Lamb. Schutz. Orell.—8 Unus cod. Oxon. et Venet. 1503. *ut qui facile.*

NOTÆ

[1] *Cum in Ajacis*] Exemplum causæ necessario efficientis: Immissum a Pallade fulmen in Ajacis naves, eas necessario incendit. Ajax Oileus, violata in Palladis templo Cassandra, sacrilegii pœnas dedit. Virgil. Æneid. I. 'Pallasne exurere classem Argivum, atque ipsos potuit submergere ponto, Unius ob noxam et furias Ajacis Oilei? Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem, Disjecitque rates, evertitque æquora ventis: Illum, expirantem transfixo pectore flammas, Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.'

[m] *Crispisulcans igneum fulmen*] Verba veteris poëtæ.

[n] *Causarum dissimilitudo*] Alia causarum divisio, non secundum vim qua efficiunt, sed secundum efficiendi modum. Aliæ sine ulla appetitione animi, aliæ voluntate opus suum efficiunt. Quod intereat id omne quod natum est, fit sine voluntate: quod Trebatius hunc librum legat, efficitur voluntate.

[o] *Eventum horum temporum*] Si quis timeat, ne his temporibus remp. opprimat Antonius, id evenit perturbatione, nempe metu.

[p] *Natura*] Naturali quadam malignitate, nisi quis animi motus ratione coërceat, fit in dies deterior.

[q] *Casu*] Casus ex Aristotelis mente lib. II. Physicorum cap. 5. est causa per accidens in iis, quæ alicujus gratia fiunt, sine delectu tamen; ut si quis, animi causa tractans machinam bellicam, telo fugiente amicum occidat, casus est. Casus et

pere naviget. Nihil horum sine causa, nec quicquam omnino; sed hujusmodi causæ non necessariæ. 63. Omnium autem causarum in aliis inest constantia,[r] in aliis non inest. In natura, et in arte constantia est, in ceteris nulla. XVII. Sed tamen earum causarum,[s] quæ non sunt constantes, aliæ sunt perspicuæ, aliæ latent. Perspicuæ sunt, quæ appetitionem animi judiciumque tangunt:[i] latent, quæ subjectæ sunt fortunæ. Cum enim nihil sine causa fiat; hoc ipsum est fortunæ[t] eventus, obscura causa, quæ latenter efficitur.[1] Etiam ea, quæ fiunt, partim sunt[2] ignorata, par-

[i] *Quæ afficiunt judicium aut appetitionem animi.*

Cap. xvii. 1 Venet. et Nor. *hoc ipsum fortunæ eventus, obscura causa, scilicet latenter efficitur.* 'Sic etiam Venet. 1503. nisi quod cum uno cod. ap. Ernesti, inserit gloss. *scilicet* ante *fortunæ eventus.* Mihi *obscura causa* itidem gloss. videtur: *obscura causa et latenter* Boëth. ed. Bas. *fortunæ eventus* gloss. videbatur Ernestio: agnoscit Boëth. Comm. *hoc ipsum est fortunæ, eventus, obscura causa, quæ latenter efficitur* Junt. Crat. Grut. Sic etiam Manut. et Lamb. nisi quod hi *efficit.* Schutz. de conjectura, *hoc ipsum est fortunæ eventum, causa quod latente efficitur.* Si huic fides, *obscura causa* deest in ed. Om-

NOTÆ

raro evenit, et præter opinionem agentis.

[r] *In aliis inest constantia*] Rursus alia causarum divisio, quarum aliæ sunt constantes, et suum semper opus efficiunt, nisi impediantur. Talis est natura, ars, et habitus. Natura suum semper effectum habet; homo hominem gignit, nec nisi materiæ vitio monstrum producitur: ars a scopo non solet aberrare: habitus aut bonus, aut malus, in virtutem vel vitium inclinat. Aliæ causæ sunt inconstantes.

[s] *Earum causarum*] Causæ inconstantes iterum dividuntur in perspicuas, quæ in iis qui agunt sui sensum excitant, et in latentes. Perspicuæ sunt, vel a judicio, vel a voluntate, cui subsunt appetitiones, ut amor, odium, ira, &c. Fieri enim non potest, ut qui ex consilio agit, non intelligat opus suum ratione dirigi, et qui ex aliquo affectu, v. g. spe, aut desperatione, agit, non sentiat, modo advertere voluerit, operis sui principium. Causæ latentes sunt a fortuna et casu.

[t] *Hoc ipsum est fortunæ*] Fortunam hic Cicero definit, eventum causis latentibus effectum. At si vera maris æstus causa latet, num continuo dicetur fortuna fieri? Minime vero. Quanto accuratius et subtilius Aristoteles lib. II. Physic. cap. 5. 'Η τύχη αἰτία κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν τῶν ἕνεκά του· *Fortuna est causa per accidens in iis quæ per electionem fiunt alicujus causa.* Homo fodiens terram ad fundamentum domus jaciendum, reperit thesaurum; id fortuito evenit: fossioni terræ, quam consilio moliebatur architectus, annexa erat inventio thesauri. Fortuna nonnunquam cum casu confunditur: utrumque juxta subtilio-

tim voluntaria: ignorata, quæ necessitate[3] effecta sunt; voluntaria, quæ consilio. 64. Quæ autem fortuna, vel ignorata, vel voluntaria.[j] Nam jacere telum,[u] voluntatis est; ferire, quem nolueris, fortunæ. Ex quo aries[v] ille[k] subjicitur in vestris actionibus: Si telum manu fugit[l] magis, quam jecit. Cadunt etiam[4][w] in ignorationem atque in imprudentiam perturbationes animi; quæ, quanquam sunt[5] voluntariæ, (objurgatione enim, et admonitione dejiciuntur,[m]) tamen habent tantos motus, ut ea, quæ voluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certe ignorata videantur. 65. Toto igitur loco causarum explicato, ex earum differentia in magnis quidem causis vel oratorum, vel philosophorum, magna argumentorum suppetit copia; in vestris[n] autem, si non uberior, at fortasse subtilior. Privata enim judicia[x] maximarum quidem rerum in jurisconsultorum

[j] *Quæ fortuito eveniunt, vel sunt ignorata, vel voluntaria.*
[k] *Firmissima illa defensio.*
[l] *Imprudenti potius excidit.* [m] *Coërcentur.*
[n] *Jurisconsultorum.*

nib. sed, cum Omniboni editionem is soleat nominare Kobergerianam Norimb. 1497. ea de re valde dubito: hæc enim habet *obscura causa.*' Orell.—2 *Etiam ut ea, q. f. p. sint* Ald. Junt. Grut. *Atque etiam* Venet. 1503. *efficit. Efficitur etiam ut ea ... sint* Manut. *Etiam ea, quæ f. p. sunt* edd. vett. Venet. 1503. Lamb. Schutz. et Orell.—3 Schutz. pro *necessitate*, legit de conjectura *fortuna*, et mox delet *Quæ autem fortuna, vel ignorata, vel voluntaria.*—4 Ita duo codd. Gruteri, Nor. Venet. 1503. Schutz. Orell. *Cadunt enim* Mediol. Ascens. Manut. Lamb. *etiam* omittunt Ald. Junt. Crat.—5 'Sic dedi pro vulgato, sed vitioso *sint.* Edd. pr. ut Venet. habent *tanquam sint.*' Ernesti.

NOTÆ

rum Peripateticorum sententiam distinximus.

[u] *Jacere telum*] Qui amicum in sylva latentem occidit pro fera, ille quidem libere telum mittit, eo misso invitus percutit quem minime vellet.

[v] *Aries*] Metaphora ducta a machina bellica, quæ trabs prægrandis ferro in formam arietis præfixa est. Suspenditur ex altissima trabe transversa firmissimis utrimque tignis suffulta; tum magna vi libratus aries, et impulsus, muros labefactat, et evertit.

[w] *Cadunt etiam*] Id sentiunt quicumque violento animi motu, ut ira, sese sinunt abripi. Dum fervet æstus vehementior, adeo turbatur judicium, et voluntas impellitur, ut sibi videantur vel ignorantia, vel necessitate agere.

[x] *Privata enim judicia*] Judicia alia fuere privata, in quibus injuria, quæ homini privato illata erat, vindicabatur; alia publica, in quibus, quæ reipublicæ. Utrum autem facinus aliquod publica an privata esset injuria, populi fuit judicare. Si actionis privatæ controversia esset de

mihi videntur esse prudentia. Nam et adsunt multum,[y] et adhibentur in consilio:[6] et patronis[z] diligentibus, ad eorum prudentiam confugientibus, hastas[o] ministrant. 66. In omnibus igitur iis judiciis,[7] in quibus, 'ex fide bona,'[p] [a] est additum; ubi vero etiam, 'ut inter[8] bonos bene agier;'[q] inprimisque in arbitrio rei uxoriæ,[b] in quo est, 'quid æquius, melius,'[r] [9] parati esse debent. Illi[s] enim[10] dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum, bonum, illi,

[o] *Argumenta, quibus causam adversariorum impugnent, suam tueantur: jus suggerunt quo se defendant.*
[p] *Oportet agere.* [q] *Quemadmodum inter bonos bene agi convenit.*
[r] *Judicent ex æquo et bono.* [s] *Jurisperiti.*

sunt etiam Venet. 1503. *sint* Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut.—6 Ita Lamb. 1566. *consilia* unus Oxon. Ald. Venet. 1503. probante Lambino; *consilium* nescio quis ap. Schutz. in ed. maj.—7 Unus Oxon. et Venet. 1503. *igitur judiciis*, omisso *iis*. Mox, *additum, primus causarum usus est* unus Oxon. et Venet. 1503. *additum, plurimus earum usus est* Crat. *additum, plurimus eorum usus est* Lamb.—8 Ita omnes præter Schutz. qui de Heusingeri opinione (ad Cic. Off. III. 15. 3.) delevit *ut*. Mox, *agier oportet* Nor. Venet. 1503. Junt. Crat. Manut.—9 Mediol. et Ascens. *quid ejus melius æquiusve*. Ven. *quid eis*.—10 Particulam *enim* omittunt duo codd. Oxon. Venet. 1503. et Lamb. Uncis inclusit Orell.

NOTÆ

jure, judices primum a regibus, deinde a consulibus, postremo a prætoribus dabantur, vel arbitri, vel centumviri, vel decemviri: si de facto, recuperatores; si de neutro, edictum interponebatur. Judicia publica de criminibus majestatis, parricidii, perduellionis, ambitus, et peculatus exercebantur. Temporibus Ciceronis, sex prætores quæstionibus publicis præerant. Vide Sigonium lib. II. de Antiquo Jure Civium Romanorum, et Gruchium lib. I. de Comitiis Romanorum.

[y] *Adsunt multum*] Solebant in causis implicatis ad jurisperitos confugere, a quibus juris persequendi rationem ediscerent, ut patet ex lib. III. de Orat.

[z] *Patronis*] Qui alterum in judicio defendit, aut patronus est, si est orator; aut advocatus, si jus suggerit, et præsentiam suam commodat amico; aut procurator, si negotium suscipit; aut denique cognitor, si causam præsentis novit, et tuetur ut suam. Ita Asconius Pedianus.

[a] *Ex fide bona*] Bonæ fidei judicia dicebantur illa, in quibus per prætorem licebat de re controversa, ex æquo et bono pro arbitratu, sententiam ferre, non habita stricti juris ratione. 'Summum enim jus, summa injuria,' ut trito proverbio vere dicitur.

[b] *In arbitrio rei uxoriæ*] Arbitrium uxoriæ rei tunc erat, cum post divortium de dote controversia oriebatur. Matrimonio contracto, dos penes virum erat; at ubi divortium contigisset, si viri culpa, bonum et æquum exigebat, nihil apud virum manere; si mulieris, ipsa dotem amittebat.

quid socium socio, quid eum, qui negotia aliena curasset, ei, cujus ea negotia fuissent; quid eum, qui mandasset, eumve, cui mandatum esset, alterum alteri præstare oporteret; quid virum uxori, quid uxorem viro, tradiderunt. Licebit igitur, diligenter cognitis argumentorum locis, non modo oratoribus et philosophis, sed juris etiam peritis copiose de consultationibus suis disputare. XVIII. 67. Conjunctus huic[c] causarum loco locus ille est, qui efficitur[1] ex causis.[t] Ut enim causa effectum[2] indicat, sic, quod effectum est, quæ fuerit causa, demonstrat. Hic locus suppeditare solet oratoribus et poëtis, sæpe etiam philosophis, sed iis, qui ornate et copiose loqui[3] possunt, mirabilem copiam dicendi, cum denuntiant, quid ex quaque re sit futurum. Causarum enim cognitio cognitionem eventorum facit.

68. Reliquus est comparationis locus, cujus genus et exemplum supra positum est,[d] ut ceterorum: nunc explicanda tractatio est. Comparantur igitur ea, quæ aut majora, aut minora, aut paria dicuntur: in quibus spectantur hæc, numerus, species, vis, quædam etiam ad res aliquas affectio.[u] 69. Numero sic comparabuntur, plura bona ut paucioribus[e] bonis anteponantur, pauciora mala[f] malis pluribus,[4] diuturniora[g] bona brevioribus, longe et

[t] *Locus ab effectis.*
[u] *Certa quædam ratio qua ad res aliquas referuntur.*



CAP. XVIII. 1 'Schutz. *ille est, rerum quæ efficiuntur,* horribili conjectura.' *Orell.*—2 Venet. 1503. et Lamb. *causa, quid sit effectum.* 'Haud spernenda lectio, etsi glossematis habet speciem.' *Orell.*—3 'Venet. 1503. *et loqui,* i. e. *eloqui,* quod verum puto.' *Idem.*—4 'Hic ordo est ex edd. pr. plerisque, isque elegantior vulgato, *ut plura bona paucioribus,* qui est in Venet.' *Ernesti. ut plura bona paucioribus* habent etiam Venet. 1503. Ald. Junt. Manut. Lamb. Mox,

NOTÆ

[c] *Conjunctus huic*] Consulantur superiores notæ, § 22.

[d] *Supra positum est*] § 23.

[e] *Plura bona .. paucioribus*] Et animi et corporis bona solis vel animi vel corporis bonis antecellunt.

[f] *Pauciora mala*] Præstat divitiarum duntaxat, quam et divitiarum et honoris jacturam facere.

[g] *Diuturniora*] Satius est, nomen suum immortalitati commendare, quam eundem nominis et vitæ exitum habere.

late pervagata[h] angustis; ex quibus plura bona[i] propagentur, quæque plures imitentur et faciant.[5] Specie autem comparantur, ut anteponantur, quæ propter se expetenda[j] sunt, iis, quæ propter aliud; et ut innata[k] atque insita, assumtis et adventitiis, integra contaminatis,[l] jucunda[m] minus jucundis, honesta ipsis etiam utilibus, proclivia laboriosis, necessaria[n] non necessariis, sua alienis,[o] rara[p] vulgaribus, desiderabilia iis quibus facile carere possis, perfecta inchoatis, tota partibus, ratione utentia rationis expertibus, voluntaria necessariis, animata inanimatis, naturalia[q] non naturalibus, artificiosa[r] non artificiosis. 70. Vis autem in comparatione sic cernitur; efficiens causa gravior, quam non efficiens;[v] quæ se ipsis contenta sunt,[w] meliora, quam quæ egent aliis; quæ in nostra, quam quæ in aliorum potestate sunt; stabilia incertis; quæ eripi non possunt, iis, quæ possunt. [*p.* 227.] Affectio autem ad res aliquas, est hujusmodi: principum commoda majora, quam reliquorum;[x] itemque, quæ jucundiora, quæ pluribus pro-

[v] *Causa efficiens, ut artifex, præstantior est, quam non efficiens, v. g. instrumentum.*

[w] *Quæ sibi ipsis sufficiunt.*

[x] *Meliora, quæ principibus, quam quæ privatis tantum, prosunt.*

malis omittit Lamb. et *angustis* paulo post.—5 Lamb. *faciant, angustis;*

NOTÆ

[h] *Late pervagata*] Illustrior est qui toto orbe, quam qui unica tantum provincia inclaruit.

[i] *Ex quibus plura bona*] Sanitas corporis delectationi anteponenda.

[j] *Quæ propter se expetenda*] Virtus, in qua conquiescit animus, melior divitiis, quæ non nisi propter aliud expeti possunt a sapiente.

[k] *Innata*] Ingenium, corporis robur, et formæ dignitas, præstant nobilitati, divitiis, ceterisque fortunæ bonis.

[l] *Integra contaminatis*] Alia enim suum omne decus servant, alia ex parte sunt corrupta.

[m] *Jucunda*] Quod præferenda sint jucunda minus jucundis, nemo non videt. Quod honesta utililibus, opinantur sapientes; quod facilia laboriosis, consentiunt omnes; nullus sane quod facili compendio possit, difficili ratione velit assequi.

[n] *Necessaria*] Quo ex capite vino potior est aqua.

[o] *Sua alienis*] Homo rationem quæ sibi propria est, pluris facere debet, quam voluptatis appetitionem brutis communem.

[p] *Rara*] Marmor vulgari lapide, adamas marmore pretiosior.

[q] *Naturalia*] Præstantior est flos nativus, quam summa arte depictus.

[r] *Artificiosa*] Tabellæ Apellis, sig-

bata, quæ ab optimo quoque laudata. Atque, ut hæc in comparatione meliora, sic deteriora, quæ iis sunt contraria.[6] [s] 71. Parium autem comparatio nec elationem habet,[7] nec submissionem: est enim æqualis. Multa autem sunt, quæ æqualitate ipsa comparentur;[8] quæ ita fere concluduntur: Si consilio juvare cives et auxilio, æqua in laude ponendum est; pari gloria[t] debent esse ii,[y] qui consulunt, et ii,[z] qui defendunt: at, quod primum, est:[a] [9] quod sequitur igitur. Perfecta est omnis argumentorum inveniendorum[u] præceptio,[b] ut, cum profectus sis a definitione, a partitione, a notatione, a conjugatis, a genere, a forma, a similitudine, a differentia, a contrariis, ab adjunctis, a consequentibus, ab antecedentibus, a repugnantibus, a causis, ab effectis, a comparatione majorum, minorum, parium, nulla præterea sedes argumenti quærenda sit.

XIX. 72. Sed quoniam ita a principio divisimus, ut alios locos diceremus in eo ipso, de quo ambigitur, hærere,[c] de quibus satis est dictum, alios assumi extrinsecus; de iis pauca[1] [v] dicamus: etsi ea nihil omnino ad vestras disputa-

[y] *Jurisperiti.* [z] *Oratores.* [a] *Est verum.*
[b] *Absoluta sunt omnia præcepta argumentorum inveniendorum.*
[c] *Intrinsecos.*

Schutz. *faciant contrariis* e marg. ed. 1584.—6 Ita Ald. Junt. Lamb. *quæ his sunt contraria* unus codex Oxon. et Venet. 1503.—7 Venet. *habeat*, probante Ernesti.—8 Ita unus Oxon. Venet. ap. Ernesti, Nor. Venet. 1503. Orell. *comparantur* Ald. Junt. Manut. Lamb. Schutz.—9 'Sic interpunxi locum, qui in vulgatis est sine interpunctione. Boëthius etiam sic legit, atque hoc explicavit: 'Dialecticorum more breviter prolata est assumtio et conclusio.' Sed, ut opinor, primum *quod* melius absit.' *Ernesti.* *atqui primum est* Boëth. Comm. ed. Bas.

CAP. XIX. 1 Venet. 1503. et Lamb. *dictum est.* Mox, *de his pauca* Nor.

NOTÆ

na Phidiæ pretiosiora, quam rudis antiquitatis opera.

[s] *Deteriora, quæ iis contraria*] Sic comparata numero, pejora sunt bona pauciora pluribus; specie, inchoata perfectis; vi, non efficiens causa, quam efficiens; affectione, utiliora privatis, quam principibus.

[t] *Pari gloria*] Blanditur Trebatio, cum juris scientiam iisdem, quibus artem oratoriam, laudibus dignam censet.

[u] *Inveniendorum*] Argumenta intrinseca, de quibus hactenus disseruit, excogitantur ab oratore: extrinseca ad eum deferuntur. Quare loci unde eruuntur, dicuntur ἄτεχνοι, *artis expertes.*

[v] *De iis pauca*] De locorum extrinsecorum numero diximus lib. II. de

tiones pertinent; sed tamen totam rem perficiamus, quandoquidem cœpimus. Neque enim tu is es, quem nihil, nisi jus civile, delectet: et quoniam ad te hæc ita scribuntur, ut etiam in aliorum manus sint ventura, detur opera, ut quamplurimum iis, quos recta studia delectant, prodesse possimus. 73. Hæc ergo argumentatio, quæ dicitur artis expers, in testimonio posita est. Testimonium[w] autem nunc dicimus omne,[2] quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. Persona[x] autem non qualiscumque[3] testimonii pondus habet: ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur: sed auctoritatem aut natura[y] aut tem-



Venet. 1503. Schutz. Orell. *de iis pauca* Ald. Junt. Lamb.—2 Venet. 1503. *dicimus esse.* Mox *externa re* Venet. 1503. et Lamb. Deinde, *ad faciendum* Victor. et Manut.—3 Unus Oxon. et Venet. 1503. *qualiscumque est.* Mox,

NOTÆ

Orat. § 116. Eorum exempla nonnulla subjecimus lib. II. ad Heren. § 9.

[w] *Testimonium*] Hic latiori notione sumitur a Tullio: proprie est eorum sententia, qui ea, quæ de re gesta vel viderunt, vel audierunt, in judicio proferunt.

[x] *Persona*] Si testimonium alicujus confirmare voluerit orator, ostendat eum esse maxima probitate, deinde oculatum esse, vel auritum; tum alias a judicibus fuisse auditum, ac præterea esse juratum. Contra si velit infirmare, dicat voluntatem testis nullo negotio flecti ac detorqueri posse; deinde, si fas, impugnandi ejus mores; recusandus, quod sit in sua causa testis, quod domesticus, quod amicus, quod servus. Si testes qui in aliqua causa nobis favent, ejus amici sunt adversus quem dicimus, tum maxime triumphat orator, ut Tullius in Verr. III. § 122. 'Quid vultis amplius? num expectatis dum L. Metellus is, qui multos in istum testes imperio et potestate deterruit, idem absens de istius scelere, improbitate, audacia, testimonium dicat? non opinor. At is optime qui successit isti, potuit cognoscere. Ita est: verum amicitia impeditur. At certiores nos debet facere, quo pacto se habeat provincia. Debet: verumtamen non cogitur. Num quis in Verrem L. Metelli testimonium requirit? nemo: num quis postulat? non opinor. Quid, si testimonio L. Metelli ac literis hæc omnia vera esse docebo? quid dicetis? utrum Metellum falsum scribere? an amicum lædendi esse cupidum? an prætorem, quemadmodum provincia affecta sit, nescire? Recita literas L. Metelli,' &c. Contra testes exemplum attulimus lib. II. ad Heren. § 9.

[y] *Auctoritatem aut natura*] Auctoritatem dividit Cicero in naturam et tempus: naturæ virtutem, tempori ingenium, artem, usum, et alia subjicit: at primum virtus non natura nobis insita est, sed recta exercitatione comparatur: deinde ingenium non temporis est, sed naturæ donum: ipse denique usus et ars partim naturæ, partim tempori tribuenda. Nodum hunc sic solvit Boëthius. Ex divisione Cice-

pus affert. Naturæ auctoritas in virtute inest maxime:[4] in tempore autem multa sunt, quæ afferant auctoritatem, ingenium, opes,[z] ætas, fortuna, ars, usus, necessitas, concursio etiam nonnunquam rerum fortuitarum.[5] Nam et ingeniosos, et opulentos, et ætatis spatio probatos, dignos, quibus credatur, putant: non recte fortasse;[a] sed vulgi opinio mutari vix potest, ad eamque omnia dirigunt et qui judicant,[b] et qui existimant. Qui enim his rebus,[6] quas dixi,[c] excellunt, ipsa virtute videntur excellere. 74. Sed reliquis quoque rebus, quas modo enumeravi, quanquam in iis nulla species virtutis est, tamen interdum confirmatur fides,[7] si aut ars quædam adhibetur, (magna enim est vis, ad persuadendum scientiæ) aut usus;[d] plerumque enim creditur iis, qui experti sunt. XX. Facit etiam necessitas

[d] *Fidem facere solent qui aut adhibent artem, (multum enim ars ad persuadendum valet) aut usum, &c.*

ad fidem enim faciendam Venet. 1503. et Lamb.—4 Boëthius Hasii in Joanne Lydo de Ostentis p. 344. seqq. Venet. 1503. cum uno Oxon. *est maxima;* al. *inest maxima.*—5 Venet. 1503. *fortuitarum rerum.*—6 Eadem editio *rebus his.* —7 Voc. *fides* deest in Lamb. Mox, Venet. 1503. *si fortuna aut ars.* Deinde, *magna est enim vis* in eadem et Orell.

NOTÆ

ronis, inquit, omnis auctoritas aut ex magnis atque excellentibus rebus, et per naturam optimis venit; aut ab his, quæ inferiore loco sunt constituta, non ex naturæ qualitate, sed ex vulgi opinionibus capit. Res maxime excellentes, qualis est virtus quæ in deterius flecti non potest, Tullius sub natura constituit: posteriora autem, ut ingenium, opes, artem, usum, quæ sæpe vitiosa exercitatione depravantur, sub tempore collocavit. Virtutem naturæ tribuit, vel ex sententia Platonis, affirmantis virtutes a natura nobis insitas, vel quia ut natura, sic virtus stabilis est. Tempori subjicit ingenium, quia ingenii rudimenta naturæ, tempori autem perfectio debetur; tempore adolescit, viget, et deficit.

[z] *Opes*] Huc referendum illud Juvenalis Sat. III. 'Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Tantum habet et fidei.'

[a] *Non recte fortasse*] Suspecta deberet videri fides ingeniosorum, qui ceteris sagaciores fucum facere facilius possunt. Cur autem major opibus quam homini sit auctoritas?

[b] *Qui judicant*] Judicant qui in causa sedent judices; existimant auditores, qui ipsam judicum sententiam examinant, recte an secus lata fuerit.

[c] *His rebus quas dixi*] Non omnibus, sed nonnullis, quales sunt ingenium, et opes, in quibus species aliqua virtutis adumbratur. Vulgus enim virtutem ingenio et opibus metitur. In ætate vero et concursione rerum fortuitarum virtutis umbram inesse nemo dixerit.

fidem, quæ cum[1] a corporibus, tum ab animis nascitur.[c] Nam et verberibus,[d] tormentis, igni fatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere, et, quæ a perturbationibus animi sunt, dolore, cupiditate, iracundia,[2] metu, quia necessitatis vim habent,[e] afferunt auctoritatem et fidem. 75. Cujus generis etiam illa sunt, ex quibus nonnunquam verum invenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia,[f] insania. Nam et pueri sæpe indicaverunt aliquid, ad quod pertineret, ignari:[3] et per somnum, vinum, insaniam, multa sæpe patefacta sunt. Multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt, ut Staleno[4][g] nuper accidit; qui ea locutus est, bonis viris subauscultantibus, pariete interposito, quibus patefactis, in judiciumque prolatis, rei capitalis jure damnatus est. Huic simile quiddam de Lacedæmonio[h] Pausania accepimus. 76. Concursio autem fortuito-

[c] *Quæ necessitas duplex est; altera a corporibus, altera ab animis oritur.*

Cap. xx. 1 Venet. 1503. et Schutz. *quæ tum.*—2 Lamb. *ira.*—3 *Nam et parvi sæpe indicavere aliquid, quod pertineret ignorari* unus Oxon. ita quoque Venet. 1503. nisi quod *pertinet* habet.—4 Ita Rivius, Manut. Lamb. Schutz.

NOTÆ

[d] *Et verberibus*] Perstringit hic locum a tormentis, qui ex eo confirmatur, quod et quæ tormentis subjecti dicunt, ea videatur veritas ipsa dicere; et scelerati urgente conscientia conspectum carnificis non sustineant. Infirmatur ex eo, quod fragilis sit et fallax, quæ cruciatibus exprimitur confessio. Vide lib. II. Herennian. § 10.

[e] *Necessitatis vim habent*] Vehementissima perturbatio, ut dolor, metus, &c. ita rationem obruit, ut si libertatem penitus non tollat, certe admodum labefactet.

[f] *Vinolentia*] Tritum hoc proverbium, 'In vino veritas.' Recte itaque Horat. 'Quid non ebrietas designat? operta recludit.' Et Euripides apud Athenæum: Κάθοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ· *Speculum est formæ æs, vinum autem animi.*

[g] *Ut Staleno*] Rem aliquanto fusius narrat Cicero in Cluentiana § 78. 'Illo ipso tempore in ædes T. Annii, hominis honestissimi, necessarii et amici mei, noctu Stalenus, arcessitus ab Oppianico, venit. Jam cetera nota sunt omnibus: ut cum illo Oppianicus egerit de pecunia: ut ille se redditurum esse dixerit: ut eorum sermonem omnem audierunt viri boni, qui tum consulto prope in occulto stetissent: ut res patefacta atque in forum prolata, et pecunia omnis a Staleno extorta, atque erepta sit.' Consulantur notæ in Brutum § 241.

[h] *De Lacedæmonio*] Pausanias Lacedæmonius, cum de patria Persarum regi tradenda cogitaret, Argilio adolescentulo epistolam ad Artaba-

rum talis est, ut,[f] si interventum est casu, cum aut ageretur aliquid, quod proferendum non esset, aut diceretur.[5] In hoc genere etiam illa est in Palamedem[i] conjecta suspicionum proditionis multitudo; quod genus refutare interdum veritas vix potest. Hujus etiam generis est fama vulgi,[j] quoddam multitudinis testimonium. Quæ autem virtute[k]

[f] *Multa signa concurrentia sunt hujusmodi, ut, &c.*

Orell. *Staieno* Grut. *Staterio* Venet. 1503.—5 Hæc viginti verba, *Concursio*

NOTÆ

zum ferendam dedit. Argilio in suspicionem venit, aliquid in ea de se esse scriptum, quod nemo eorum rediisset, qui super tali causa eodem missi erant: resignata epistola cognovit, si pertulisset, sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola quæ ad ea pertinebant, quæ inter regem Pausaniamque convenerant. Has ille literas Ephoris tradidit, qui Argilium jusserunt ad aram, in fanum Neptuni confugere. Locum autem sub terra fecerant, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Ephoris quidam descenderunt. Pausanias audita causa, cur Argilius supplex in ara sederet, perturbatus orare cœpit, ne quid enuntiaret, nec se, meritum de illo optime, proderet. His cognitis, Ephori hominem, suo convictum testimonio, in æde Minervæ conclusum fame enecarunt, anno secundo Olympiadis 78. ante Christum 467. Thucydid. lib. I. et Cornelius Nepos.

[i] *In Palamedem*] Hic Ulyssis, qui ne ad bellum Trojanum proficisceretur, insaniam simulabat, fraudem detexit. Irritatus subinde Ulysses, supposititias Priami ad Palamedem de prodendis Græcis literas fingit, quibus magnam se pecuniæ vim mittere aiebat Priamus. Accusatur Palamedes, cujus interim in tentorio auri pondus furtim infodi curaverat Ulysses. Hic illius causam tueri se simulat, nec ante damnandum contendit, quam aurum a Priamo missum reperiretur. Auro reperto Palamedes quasi reus lapidibus obrutus est. Servius in Æneid. II.

[j] *Fama vulgi*] Qui locum a fama stabilire voluerit, dicat famam esse consensum civitatis, ac veluti testimonium publicum de aliqua re: melius omnibus quam singulis credi; singuli enim decipere et decipi possunt; nemo omnes, neminem omnes fefellerunt. Contra famam ostendet orator sermonem esse sine ullo certo auctore dispersum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas: quod nulli non etiam innocentissimo possit accidere fraude inimicorum falsa vulgantium: famam esse 'malum quo non aliud velocius ullum.' Exempla protulimus lib. II. Heren. § 9. Vide Fabium v. 3.

[k] *Quæ autem virtute*] Ciceronis hæc est sententia: Quæ virtute, non incerta opinione fidem faciunt, ea sunt duplicis generis. Alia Deorum virtute nituntur, ut oracula, et per se sola valent ad fidem faciendam. Quis enim Diis statim non credat? Alia hominum virtute fidem faciunt, ut humana testimonia; nec valent nisi adjungatur industria.

fidem faciunt, ea bipertita[6] sunt: ex quibus alterum natura valet, alterum industria. Deorum enim virtus natura excellit; hominum autem industria. 77. Divina hæc fere sunt testimonia:[l] primum orationis; (oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quod inest in his Deorum oratio) deinde rerum, in quibus insunt quasi opera divina quædam:[7] primum ipse mundus,[m] ejusque omnis ordo et ornatus; deinceps aërei volatus[n] avium atque cantus; deinde ejusdem aëris sonitus[o] et ardores, multarumque rerum in terra portenta; atque etiam per exta[p] inventa præsensio. A dormientibus[q] quoque multa significata

....*diceretur*, Schutz. transposuit ante v. *Cujus generis*, &c.—6 Venet. 1503. et Lamb. *bipartita*.—7 Venet. 1503. et Boëth. Hasii, *quod inest his Deorum*

NOTÆ

[l] *Divina . . . testimonia*] Divinis testimoniis certius nihil aut esse, aut excogitari potest: at oraculis, quæ ad ludibrium hominum fundebant dæmones, præsertim cum de futuris agebatur, fraus fere semper suberat. Maligni illi spiritus, ut nihil prævidere possunt, nisi quod naturali sagacitate conjicere licet, in liberis eventis futuris prædicendis sæpe fallebant, sæpe fallebantur. Hinc ambigua, et perplexa semper oracula, ut, quicquid evenisset, ancipiti interpretatione male credulas hominum mentes deluderent. Nihilominus, quæ cæcitas erat, adeo præjudicatis opinionibus miseri olim mortales laborabant, ut in libro de oraculis Pythiæ Plutarchus splendide mentiatur, oraculum Apollinis Pythii nunquam falsitatis ad eam diem convinci potuisse.

[m] *Ipse mundus*] Ex mundi fabrica, partiumque omnium ornatu egregie Tullius de Nat. Deor. lib. II. probat esse Deum.

[n] *Aërei volatus*] Ex volatu avium auspicia, ex cantu sive garritu auguria petebant ad investiganda futura. Augurum collegium summo semper fuit in honore. Eorum erat de cœlo servare, fulmina, et tempestates procurare, &c.

[o] *Aëris sonitus*] Visæ alias in aëre præliantium exercituum species, audita interim fulmina horrendo fragore, imminentia bella non semel portenderunt.

[p] *Per exta*] Extispices, sive haruspices, extis victimarum inspectis futura prædicere sese jactitabant. Haruspices ab haruga, hoc est, victima; harugam autem ab hara, id est, stabulo, dictam, scribit Donatus in Phormione Terentii.

[q] *Dormientibus*] Hieronymus in cap. 65. Isaiæ ad illud, 'In delubris idolorum dormiunt,' scribit eos qui somnia prænuntia quærerent, solitos stratis hostiarum pellibus incubare in templis, ut somniis futura cognoscerent. Id præcipue in Æsculapii fano ad suam usque ætatem factitatum narrat. Eodem pertinent Virgilii versus: 'Huc dona sacerdos Cum tulit, et cæsarum ovium sub nocte silenti Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit, Multa modis

visis, quibus ex locis sumi interdum solent ad fidem faciendam testimonia Deorum. 78. In homine virtutis opinio valet plurimum. Opinio autem est, non modo eos virtutem habere, qui habeant, sed eos etiam, qui habere videantur. Itaque, quos ingenio, quos studio, quos doctrina præditos vident, quorumque vitam constantem, et probatam, ut Catonis, Lælii, Scipionis, aliorumque plurium, rentur eos esse, quales seipsi velint.[9] Nec solum eos censent tales esse,[10] qui in honoribus populi, reque publica versantur, sed et oratores,[r] et philosophos, et poëtas, et historicos; ex quorum et dictis et scriptis sæpe auctoritas petitur ad faciendam fidem.

XXI. 79. Expositis omnibus argumentandi locis, illud primum intelligendum est, nec ullam esse disputationem, in quam non aliquis locus incurrat, nec fere omnes locos incidere in omnem quæstionem,[g] sed quibusdam quæstionibus alios[s] esse aptiores locos.[1] Quæstionum duo sunt genera:[t] alterum infinitum, alterum definitum. Definitum

[g] *Propositionem de qua disseritur.*

.... *quasi quædam opera divina.*—8 Boëth. Hasii *avium et cantus.*—9 Lamb. *quales esse se ipsi velint.*—10 Venet. 1503. *esse tales.* Mox, *atque in rep. versantur* Ald. Junt. Manut. Lamb.

Cap. XXI. 1 Ita e cod. Vit. Ernesti et Schutz. cum antea legeretur, *et quibusdam quæstionibus alios, quibusdam alios esse aptiores locos.* 'Verum *sed*

NOTÆ

simulacra videt volitantia miris, Et varias audit voces, fruiturque Deorum Colloquio.'

[r] *Sed et oratores*] Citantur aliquando cum laude veterum testimonia: Oratorum, ut si quis ad laudem humaniorum literarum hæc Ciceronis pro Archia laudaret: 'Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.' Philosophorum, ut si quis illud Platonis in Gorgia retulerit, injuriam accipere melius esse quam inferre. Poëtarum, sic ad excitandum voluptatis horrorem valebit illud Horatii: 'Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.' Historicorum denique dicta inserere possumus, ut illud Sallustii in bello Jugurthino: 'Næ illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter expectant, ignaviæ voluptatem et præmia virtutis.'

[s] *Quibusdam quæstionibus alios*] Alii ad conjecturæ, alii ad definitionis, alii denique ad qualitatis statum pertinent.

[t] *Duo sunt genera*] Vide lib. I. de Orat. § 138.

est, quod ὑπόθεσιν Græci, nos causam; infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare: 80. causa certis personis,[2] locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque[3] eorum;[h] propositum autem, in aliquo eorum,[u] aut in pluribus, nec tamen in maximis.[i][v] [*p.* 228.] Itaque propositum pars causæ est.[4][w] Sed omnis quæstio, earum aliqua de re est, quibus causæ continentur, aut una, aut pluribus, aut nonnunquam omnibus.[j] 81. Quæstionum autem,[5] quacumque de re sint, duo sunt genera: unum cognitionis; alterum actionis. 82. Cognitionis[x] sunt hæ, quarum finis est sci-

[h] *Hypothesis definitur aut omnibus aut plerisque illis circumstantiis.*

[i] *Thesis constat aliqua circumstantia, non plurimis, nec maximis.*

[j] *Omnis infinita quæstio complectitur vel unam, vel plures, vel aliquando omnes circumstantias, quæ causas constituunt: verum illæ circumstantiæ sunt latentes, et infinitæ.*

ortum est ex ignorata constructione particul. *nec ... et*; media propter similitudinem vocabulorum exciderunt.' *Orell.*—2 Lamb. *in certis personis.*—3 Lamb. *aut omnibus, aut plerisque.*—4 Venet. 1503. *est causæ.*—5 *Quæstionum*

NOTÆ

[u] *In aliquo eorum*] Qui tandem ista congruunt cum iis quæ alibi non semel, tum in Partitione Oratoria § 61. perspicue tradidit Tullius, hypothesin, sive causam, temporibus ac personis esse finitam; thesin autem, sive propositum, nullis neque personis, neque temporibus notari? Nodum hunc sic solvit Visorius: Propositum caret expressis ac definitis circumstantiis, at infinitas et indeterminatas, nec propriis nominibus explicatas habere potest: ut cum quæritur, an uxor ducenda sit, propositum est, in quo tamen est persona latens, uxor; sed quænam sit illa non definitur: si suo nomine notaretur, non propositum, sed causa diceretur; ut, an Cornelia ducenda sit.

[v] *In maximis*] Maximas illas circumstantias nonnulli personam, locum ac tempus interpretantur: falso. Quis enim has quæstiones (quo supplicio afficiendi sint seditiosi: an in templo mercaturam facere, an diebus festis jus reddere, liceat) vel esse theses, vel partim personis, partim locis, partim temporibus astrictas, negaverit? Melius itaque Visorius maximas circumstantias eas esse sentit, quæ certæ, notæ, et propriis nominibus exprimuntur.

[w] *Propositum pars causæ est*] Est quasi pars: videtur enim causa propositum includere; v. g. hæc causa, An bellum Romani debeant inferre Carthaginiensibus, includit hanc quasi partem quod propositum est, an bellum inferri debeat.

[x] *Cognitionis*] Cognitionis quæstiones in ipsa rei notitia conquiescunt, ut cum inquiritur, Utrum terra, an sol, sit immobilis, an sit ignis, ut vocant, elementaris; Quot partibus sol sit terra major, &c. Actionis quæstiones ad aliquid efficiendum aut omittendum diriguntur, ut cum in-

entia: ut, si quæratur, a naturane[6] jus profectum sit, an ab aliqua quasi conditione[k] hominum et pactione. Actionis autem hujusmodi exempla sunt: Sitne sapientis ad rempublicam[l] accedere. Cognitionis quæstiones tripartitæ sunt, cum, an sit, aut quid sit,[y] aut quale sit, quæritur. Horum[7] primum conjectura, secundum definitione, tertium juris et injuriæ distinctione explicatur. Conjecturæ[z] ratio in quatuor partes distributa est: quarum una est, cum quæritur, sitne aliquid; altera, unde ortum sit; tertia, quæ id causa effecerit; quarta, in qua de mutatione rei quæritur: Sit, necne sit: ecquidnam[8] honestum sit: ecquid æquum re vera; an hæc tantum in opinione sint. Unde autem sit ortum, ut, cum quæritur, natura, an doctrina possit effici virtus. Causa autem efficiens sic, ut, cum quæritur, quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione, sic: Possitne eloquentia commutatione aliqua converti in infantiam.[m] XXII. 83. Cum autem, quid sit, quæritur; notio explicanda est, et proprietas, et divisio, et partitio.[n] Hæc enim sunt definitioni attributa: additur etiam descriptio, quam Græci[1] χαρακτῆρα vocant. Notio sic quæritur: Sitne id æquum,[a] quod ei, qui plus potest, utile est.[o] Proprietas

[k] *Conventione.* [l] *Administrandam.*
[m] *Possitne eloquens fieri indisertus.*
[n] *Totius in partes distributio, et divisio generis in formas.*
[o] *An illud sit æquum quod conducit ei qui potentior sit.*

autem propositarum Schutz.—6 Venet. 1503. *est finis s. ut si q. an a natura.*—7 *Harum* Venet. 1503. Actutum, *prima c. secunda d. tertia, &c.* unus Oxon. Venet. 1503. et Lamb.—8 Venet. 1508. *ut quidnam;* Schutz. conj. *ut, ecquidnam.*

Cap. XXII. 1 Schutz. *quem Græci.* Actutum, pro χαρακτῆρα, quod servant Victor. Manut. Lamb. Grut. Schutz. et Orell. υπτραφην (sic) Venet. 1503.

NOTÆ

quiritur, Quæ sint in pactis et conventis servandæ leges; An amicis in re turpi obsequendum, &c.

[y] *An sit, aut quid sit*] Triplicem causarum statum notat, de quo lib. I. Heren. § 18.

[z] *Conjecturæ*] De statu conjecturali consule librum secundum ad Heren. § 3.

[a] *Sitne id æquum*] Ut id decidatur, necesse est definire quid sit æquum. Est autem æquum, sive jus æquabile, non quod omnes æquat, sed quod omnia omnibus, paria paribus, potiora potioribus tribuit. Id vocatur ab Aristotele, ἀναλογικὸν καὶ κατ' ἀναλογίαν δίκαιον, *jus comparatum, et ex proportione.*

sic: In hominemne[b] solum cadat, an etiam in belluas ægritudo. Divisio, et eodem pacto partitio, sic: Triane genera[c] bonorum sint. Descriptio, Qualis sit avarus,[d] qualis assentator,[e] ceteraque ejusdem generis, in quibus natura et vita describitur. 84. Cum autem quæritur, quale quid sit; aut simpliciter quæritur, aut comparate: simpliciter, Expetendane sit gloria?[f] comparate, Præponendane[g] sit divitiis gloria? Simplicium tria genera sunt:[2] de expetendo fugiendoque; de æquo et iniquo; de honesto et turpi. Comparationum autem duo: unum de eodem et alio; alterum de majore et minore. De expetendo et fugiendo, hujusmodi: Si[3] expetendæ[h] divitiæ, si fugienda paupertas? De æquo et iniquo: Æquumne sit[i] ulcisci, a quocumque injuriam acceperis? De honesto et turpi: Honestumne[j] sit, pro

καταγραφὴν Ald. Junt. Crat.—2 Verbum *sunt* deest in Venet. 1503.—3 *Sitne*

NOTÆ

b *In hominemne*] Cum ægrotatio sit corporis, ægritudo animi, constat hanc belluis cum homine non posse convenire. 'Ægritudo est opinio recens mali præsentis, in quo demitti contrahique animos rectum esse videatur.' Tullius Tusc. Quæst. IV. 14.

c *Triane genera*] Sentiunt Peripatetici tria esse bonorum genera, alia animi, ut virtus, ingenium, &c. alia corporis, ut vires, forma, &c. alia fortunæ, ut divitiæ, &c. Stoici bonum una virtute metiuntur.

d *Qualis sit avarus*] Quem sub Euclionis persona festive describit, ac deridendum proponit Plautus in Aulularia.

e *Qualis assentator*] Suis coloribus exprimitur a Terentio in Eunucho II. 2. ubi Gnatho sic de se ipse loquitur: 'Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, Nec sunt: hos consector: hisce ego non paro me ut rideant, Sed eis ultro arrideo, et eorum ingenia admiror simul: Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque. Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperavi egomet mihi, Omnia assentari: is quæstus nunc est multo uberrimus.'

f *Expetendane sit gloria*] Cum gloria sit consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute, merito videtur expetenda.

g *Præponendane*] Nemo nisi abjecti animi fluxas et caducas opes solidæ veræque gloriæ prætulerit.

h *Si expetendæ*] Nobilissima sæpe ingenia latent in tenebris, si premant rei familiaris difficultates. Juv. Sat. III. 'Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi.'

i *Æquumne sit*] Ultionis cupiditatem in magnanimos non convenire alibi dictum, lib. II. de Invent. § 66. et lib. I. de Orat. § 32.

j *Honestumne*] Horat. l. II. od. 2. 'Dulce et decorum est pro patria mori.'

patria mori? 85. Ex altero autem genere, quod erat bipartitum, unum est de eodem et alio:[p] ut, si quæratur, quid intersit inter amicum et assentatorem?[k] regem et tyrannum?[l] Alterum de majore et minore:[q] ut, si quæratur, eloquentiane[m] pluris sit, an juris civilis scientia. De cognitionis quæstionibus hactenus. 86. Actionis reliquæ sunt; quarum duo sunt[4] genera: unum ad officium, alterum ad motum animi vel gignendum, vel sedandum, planeve tollendum. Ad officium sic; ut, cum quæritur, suscipiendine sint liberi. Ad movendos animos, cum fiunt cohortationes ad defendendam rempublicam, ad gloriam, et ad laudem:[5] quo ex genere sunt querelæ, incitationes, miserationesque flebiles, rursusque oratio cum iracundiam restinguens, tum metum eripiens, tum exultantem lætitiam comprimens, tum ægritudinem abstergens. Hæc cum in propositis quæstionibus genera sint, eadem in causas transferuntur.[r]

XXIII. 87. Loci autem qui ad quasque quæstiones accommodati sunt,[1] deinceps est videndum. Omnes quidem illi,[2] quos supra diximus, ad plerasque sunt; sed alii ad alias, ut dixi, aptiores. Ad conjecturam[s][n] igitur maxime

[p] *De iis quæ videntur eadem, et tamen sunt diversa.*
[q] *De iis quorum majus aut minus pretium est.*
[r] *Hæc cum pertineant ad theses, possunt ad hypotheses accommodari.*
[s] *Ad statum conjecturalem.*

Lamb. *Si* deest in Venet. 1503.—4 Verbum *sunt* deest in Venet. 1503.—5 Eadem editio *ad laudem, ad gloriam.* Mox, *cum iram* Lamb. *tum iracundiam* Schutz. Actutum, *restringens* Nor.

CAP. XXIII. 1 Unus Oxon. et Lamb. *sint.*—2 *Omnes illi quidem* Venet.

NOTÆ

[k] *Inter amicum et assentatorem*] Multiplex discrimen est: amici mores, ut veritatis, simplices sunt, et sinceri: adulatoris, callidi, et pravi. Amicus non ad quævis minima ministeria sese offert paratum: in his totus est adulator. Amicus non promittit, nisi quæ præstare potest: adulator omnia. Plura profert Plutarchus in libro de hoc ipso argumento.

[l] *Regem et tyrannum*] Rex subditorum, tyrannus suis tantum utilitatibus servit.

[m] *Eloquentiane*] Juris scientiæ præstat eloquentia, quæ si perfecta est, non modo juris civilis cognitionem, sed etiam alias omnes disciplinas complectitur, ut sæpius variis locis Cicero confirmat.

[n] *Ad conjecturam*] Status conjecturalis tres loci sunt: voluntas, facultas, et signa. Voluntas et facultas

apta, quæ ex causis, quæ ex effectis, quæ ex conjunctis sumi possunt. Ad definitionem[t] autem pertinet ratio, et scientia definiendi.[o] Atque huic generi finitimum est illud, quod appellari de eodem et altero diximus: quod genus forma quædam definitionis est. Si enim quæratur, idemne sit pertinacia[p] et perseverantia, definitionibus judicandum est. 88. Loci autem convenient in ejus generis quæstionem consequentes,[q] antecedentes, repugnantes, adjunctis etiam duobus iis,[3] qui sumuntur ex causis et effectis. Nam si hanc rem illa sequitur, hanc autem non sequitur; aut si huic rei[4] illa antecedit, huic non antecedit; aut si huic rei repugnat, illi non repugnat; aut, si hujus rei hæc, illius alia causa est; aut si ex alio hoc, ex alio illud effectum est; ex quovis horum id, de quo quæritur, idemne, an aliud sit, inveniri potest. 89. Ad tertium genus quæsti-

[t] *Ad statum definitionis.*



1503. et Lamb.—3 Unus Oxon. et Venet. 1503. *adjuncti etiam hi.*—4 Lamb. *hanc rem.* Actutum, *res illa* Venet. 1503. Paulo post, *hanc non antecedit*

NOTÆ

ad effecta, signa ad effectus et adjuncta revocantur. Si quis enim neget crimen, eum facile convinces, si hæc tria ostenderis: 1. eum voluisse scelus admittere; 2. eum potuisse; 3. aliquot signis id patefecisse. Voluntas innotescit ex affectu, odio, invidia, &c. facultas respicit locum ac tempus. Signa sunt triplicia: antecedentia, comitantia, consequentia. Ita cædem alicujus antecesserunt odia, minæ, &c. conjuncta fuere clamor, pugna, sanguis: consecuta sunt pallor homicidæ, fuga, &c.

[o] *Pertinet ratio et scientia definiendi*] Quia quod objicitur fateris quidem, sed negas habere vim criminis. Neque enim si quem percussisti, ideo affecisse injuria dicendus es.

[p] *Idemne sit pertinacia*] 'Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio,' ut ait Tullius lib. II. de Invent. § 164. Pertinaciam autem recte dixeris, immutato verbo in ratione male considerata, stabilem et perpetuam permansionem. Pertinacia enim ex mente Varronis est, cum quis pertendit in eo, in quo pertendi non debet. Immo ipsam inter pertinaciam et pervicaciam est aliquid discriminis. Nam ut ex Attio poëta in Myrmidonibus, quem citat Nonius, intelligitur, pertinax est, qui in ea re, quam suscepit, firmiter persistit; pervicax, qui præterea rem ad exitum perducit, adeoque vincit.

[q] *Consequentes*] Omnino enim fieri non potest, ut vel rerum, quarum eadem est definitio, sint diversa adjuncta, causæ, et effecta, vel hæc eadem reperiantur in iis, quibus diversa definitio convenit.

onis, in quo, quale sit, quæritur, in comparationem ea cadunt, quæ paulo ante in comparationis loco enumerata sunt. In illud[5] autem genus, in quo de expetendo fugiendoque quæritur, adhibentur ea, quæ sunt aut animi, aut corporis, aut externa, vel commoda, vel incommoda. Itemque cum de honesto[r] turpique quæritur, ad animi bona, vel mala,[6] omnis dirigenda oratio est. 90. Cum autem de æquo et iniquo disseritur, æquitatis loci colliguntur: hi cernuntur bipartito, et natura, et instituto.[u] Natura partes habet duas, tuitionem sui,[s] et ulciscendi jus.[7] Institutio autem æquitatis[8] tripartita est: una pars legitima est, altera conveniens,[9] tertia moris vetustate confirmata.[v] Atque etiam rursus æquitas tripartita dicitur esse: una ad superos Deos, altera ad manes,[t] tertia ad homines pertinere. Prima pietas,[u] secunda sanctitas, tertia justitia aut æquitas nominatur.[10] XXIV. De proposito satis multa: deinceps de causa pauciora dicenda sunt.[w] Pleraque enim sunt ei cum proposito communia.

91. Tria sunt[v] igitur genera causarum; judicii, delibe-

[u] *Dividuntur duas in partes, in jus naturale, et jus institutum.*

[v] *Jus institutum tres in partes distribuitur; una pars legibus, altera pactis et conventis, tertia consuetudine antiqua constat.*

[w] *De thesi, et quæstionibus infinitis, satis multa: de hypothesi, et quæstionibus finitis, &c.*

Lamb.—5 *In id* Lamb.—6 Venet. 1503. *aut mala.*—7 Pro *jus*, Nor. et Schutz. in ed. maj. habent *vim.*—8 '*Instituto autem æquitas* Schutz. recte: ante quoque pro *instituto*, Venet. 1503. habet corrupte *institutio.*' Orell.—9 Lamb. *altera æquitati conveniens.*—10 Hæc omnia, *Atque etiam ... nominatur*, uncis includit Schutz. hac addita nota, 'Adeo inepta sunt, ut non potuerint a Cicerone scribi.' Cf. de N. Deor. I. 41. 'Est pietas justitia adversum Deos.'

NOTÆ

[r] *De honesto*] Omne enim honestum cum virtute conjunctum est: virtus autem ad animum pertinet.

[s] *Tuitionem sui*] Id fuse ostendit Cicero in Miloniana.

[t] *Ad manes*] Manes ab antiquis vocati modo Dii inferi, quos, ne nocerent, sacrificiis placabant; modo animæ corporis vinculis exsolutæ; quod vetera monumenta testantur, in quibus inscriptum D. M. S. hoc est, Diis manibus sacrum.

[u] *Pietas*] 'Est pietas justitia adversum Deos,' inquit Tullius de Nat. Deor. I. 116.

[v] *Tria sunt*] Vide lib. I. ad Heren. § 2. et Partitionem Oratoriam, ubi, quæ spectant ad tria causarum genera, fusius explicantur.

rationis, laudationis. Quarum fines ipsi declarant, quibus utendum locis sit. Nam judicii finis est jus;[1] ex quo etiam nomen. Juris autem partes tum expositæ, tum æquitatis.[x 2] [*p.* 229.] Deliberandi finis, utilitas; cujus hæ partes, quæ modo expositæ, rerum expetendarum. Laudationis finis, honestas; de qua item est ante dictum. 92. Sed definitæ quæstiones a suis quæque locis, quasi propriis, instituuntur,[3] in accusationem[w] defensionemque partitæ.[y] In quibus existunt hæc genera,[x] ut accusator personam arguat facti: defensor aliquid opponat de tribus; aut non esse factum, aut, si sit factum, aliud ejus facti nomen esse, aut jure esse factum. Itaque aut inficialis, aut conjecturalis prima appelletur; definitiva, altera; tertia, quamvis molestum[z] nomen hoc sit, juridicialis vocetur. XXV. Harum causarum propria argumenta, ex iis sumta locis, quos exposuimus, in præceptis oratoriis[y] explicata sunt. 93. Refutatio autem accusationis, in qua est depulsio criminis, quæ Græce στάσις dicitur, Latine appelletur status: in quo primum insistit[z] quasi ad repugnandum

[x] *Partes exposuimus.*
[y] *Hypotheses, seu quæstiones definitæ, proprios habent locos, et in accusationem defensionemque dividuntur.*
[z] *Nondum usu receptum.*



CAP. XXIV. 1 Lamb. *jus est.*—2 Ita edd. antiquiss. *cum æquitatis ;* Venet. 1503. Ald. Junt. Mannt. Lamb. Grut. Schutz. in ed. maj. *cum æquitatis.* 'Recte: est, tum expositæ sunt, cum æquitatis partes expositæ sunt, in illis scil. *Atque etiam rursus, &c.* quæ perperam uncis inclusit Schutz.' *Orell.*—3 Unus Oxon. *instruuntur.* Actutum, *quæ in accusationem* duo codd. Oxon. et Venet. 1503.

NOTÆ

[w] *In accusationem*] Licet enim proprie ad judiciale tantum genus pertineat accusatio, et defensio; extenditur tamen ad reliqua causarum genera: quisquis enim suadet aliquid aut laudat, ad ejus defensionem accedit; contra, id accusat quodammodo, quod vel dissuadet, vel vituperat.

[x] *Hæc genera*] Quæ explicuimus lib. I. Heren. § 18.

[y] *In præceptis oratoriis*] Quæ breviter in Partitione Oratoria, fuse lib. II. de Inventione persequitur.

[z] *In quo primum insistit*] V. g. sic procedat accusatio: Roscius occidit patrem; repugnabit defensio, Roscius non occidit patrem: hic quodammodo hæret accusatio; hic status conjecturalis, inquirendum enim ulterius, an Roscius patrem occiderit. Eadem est ceterorum statuum ratio.

congressa defensio.[a] Atque etiam in deliberationibus et laudationibus iidem existunt status. Nam et negantur sæpe ea futura, quæ ab aliquo in sententia dicta sunt fore, si aut omnino fieri non possunt, aut sine summa difficultate non possunt. In qua argumentatione status conjecturalis existit. 94. At, cum aliquid de utilitate, honestate, æquitate disseritur, deque iis rebus, quæ iis sunt[1] contrariæ; incurrunt status, aut juris, aut nominis: quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari potest,[a] id factum esse, quod laudetur; aut non eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit; aut omnino non esse laudabile, quod non recte, non jure[2] factum sit. Quibus omnibus generibus usus est nimis impudenter Cæsar[b] contra Catonem meum. 95. Sed quæ ex statu contentio[c] efficitur, eam Græci κρινόμενον[b] vocant: mihi placet id, quoniam quidem ad te scribo, qua de re agitur,[d] vocari. Quibus autem hoc, qua de re agitur, continetur, eæ continentia vocentur,[3] quasi firmamenta defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit.[c] Sed, quoniam lege firmius in controversiis disceptandis

[a] *In quo defensio quasi stat ad resistendum parata.* [b] *Judicatio.*
[c] *Id a quo tota causa pendet. Hoc autem potest appellari continens, quasi firmamentum causæ, sine quo nulla esset aut defensio, aut accusatio.*



CAP. XXV. 1 Ita omnes codd. et edd. præter Venet. 1503. et Orell. ubi legitur *quæ his sunt.*—2 Venet. 1503. *non jure.* Eadem editio mox omittit *omnibus.*—3 Ita Grut. et Schutz. *hæc continentia vocentur* Venet. 1503. Ald.

NOTÆ

[a] *Negari potest*] Exempli gratia: Si quis laudasset Catonem, quod omnia Cæsaris consilia patriæ perniciosa subvertisset. Cum id posset negari, oriretur status conjecturalis, an scilicet id vere de Catone prædicaretur. Si quis Catonis constantiam extolleret, adversarius eam contendens pertinaciam, definitivo statui locum daret. Denique, Si quis Catonem eundem de morte sibi allata laudaret, et obtrectator eum idcirco insectaretur, tum nasceretur status qualitatis, recte an secus id a Catone factum fuisset.

[b] *Cæsar*] C. Cæsar, de quo dictum in Bruto, primus Romanorum imperator, ut laudes a Cicerone collatas in Catonem Uticensem detereret, in eum anno U. C. 707. scripsit libros duos, quorum hæc iuscriptio, 'Anticato.' Citat Gellius IV. 16.

[c] *Quæ ex statu contentio*] Id totum præclare exponitur lib. I. Heren. § 26.

[d] *Qua de re agitur*] Hæc verba sunt in juris formulis solennia, quibus ad Trebatium jurisperitum scribens utitur: alibi enim τὸ κρινόμενον, judicatio vocatur.

esse nihil debet, danda est opera, ut legem adjutricem et testem adhibeamus.[4] In qua re alii quasi status[e] existunt novi, qui[5] appellantur legitimæ disceptationes. 96. Tum enim defenditur non id legem dicere, quod adversarius velit, sed aliud. Id autem contingit, cum scriptum ambiguum est,[f] ut duæ differentes sententiæ accipi possint. Tum opponitur scripto voluntas scriptoris, ut quæratur, verbane plus, aut sententia[6] valere debeat. Tum legi lex contraria affertur. Ita sunt tria genera, quæ controversiam in omni scripto facere possunt, ambiguum, discrepantia scripti et voluntatis, et[7] scripta contraria. XXVI. Jam hoc perspicuum est, non magis in legibus, quam in testamentis, in stipulationibus, in reliquis rebus, quæ ex scripto aguntur, posse controversias easdem existere. Horum tractationes in aliis libris[g] explicantur. 97. Nec solum perpetuæ actiones, sed etiam partes orationis iisdem locis adjuvantur, partim propriis, partim communibus: ut in principiis, quibus ut benevoli, ut dociles, ut attenti sint, qui audiant, efficiendum est propriis locis:[d] itemque narrationes, ut ad suos fines spectent, id est, ut planæ[e] sint, ut breves, ut evidentes, ut credibiles, ut moderatæ,[1] ut cum dignitate:

[d] *Nec solum orationes integræ, sed singulæ orationis partes, suos habent locos; quibus, exempli gratia, exordium auditores attentos reddat, dociles, et benevolos: narratio fiat probabilis, &c.*
[e] *Apertæ.*

Junt. Manut. Lamb. Orell. *ea continentia vocentur* unus Oxon.—4 Venet. 1503. *adhibeant.*—5 Pro *qui,* unus cod. Oxon. Venet. 1503. et Manut. habent *sed.*—6 Ita Grut. et Schutz. *an sententia* Venet. 1503. Ald. Junt. Manut. Lamb.—7 Copulam *et* ante *scripta* omittunt Junt. et Lamb. *et voluntati scriptura contraria* exhibet Venet. 1503.

Cap. XXVI. 1 Ita Venet. 1503. Ald. Junt. Grut. *ut moratæ* Victor.

NOTÆ

[e] *Alii quasi status*] De constitutione legitima auctor ad Heren. lib. I. § 19. sed multo copiosius disserit Cicero lib. II. de Invent. § 144. &c. Huc etiam referri possunt, quæ eodem libro de controversia scripti et sententiæ fuse disputantur, § 122. &c.

[f] *Scriptum ambiguum est*] De controversia ex ambiguo agunt scriptor ad Heren. lib. I. § 20. et Cicero lib. II. de Invent. § 116.

[g] *In aliis libris*] De concitanda indignatione copiose dictum lib. I. de Invent. § 100. &c. de commiseratione ibidem § 106. De amore, odio, timore, spe, lætitia, dolore, et invidia, lib. II. de Orat. § 206. &c. quæ, si vacat, consule.

quæ quanquam in tota oratione esse debent, magis tamen sunt propria narranti.[2] 98. Quæ autem consequitur narrationem fides, ea persuadendo quoniam efficitur, qui ad persuadendum loci maxime valeant, dictum est in iis, in quibus de omni ratione dicendi.[f][3] Peroratio autem et alia quædam habet, et maxime amplificationem: cujus effectus is debet[4] esse, ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur; et, si ita jam affecti ante sunt, ut augeat eorum motus, aut sedet oratio. 99. Huic generi, in quo et misericordia, et iracundia, et odium, et invidia, et ceteræ animi affectiones perturbantur,[5] præcepta suppeditantur aliis in libris, quos poteris mecum legere, cum voles. Ad id autem, quod te velle senseram, cumulate satisfactum esse debet voluntati tuæ. 100. Nam, ne præterirem aliquid, quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret, plura, quam à te desiderata erant, sum complexus, fecique quod sæpe liberales venditores solent, ut, cum ædes fundumve vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi causa apte et loco positum esse videatur: sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare[h] debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere.[g]

[f] *Libris, in quibus de eloquentia egimus, in libris de Oratore, &c.*

[g] *Ut venditores liberales, cum fundum, aut ædes vendiderint, excepta supellectili, quæ sine aliqua demolitione domus auferri potest, tamen ex illa supellectili aliquid largiuntur, quod certis ædium partibus ita convenit, ut inde vix possit extrahi, nisi domus summo privetur ornamento; sic ad commentarios in Topica, quos tibi promiseram, ornamenta non debita ex ceteris eloquentiæ partibus accedere volui.*

Manut. Lamb. Schutz.—2 ‘Vulgo *narrandi.* Fuerunt qui corrigerent *narrationis.* Facilior est Ernestii ratio, qui reposuit *narranti.*’ Schutz.—3 Lamb. *dicendi diximus.*—4 Ita Manut. Schutz. et Orell. *hic debet* Venet. 1503. Ald. Junt. Lamb. Paulo post, *affecti ante sint* Venet. 1503.—5 Lamb. *affectiones concitantur.*

NOTÆ

[h] *Quasi mancipio dare*] Recte adjunxit particulam *quasi;* nam mancipio dare, est alienare, ita ut rem accipientis omnino faciamus. At ita liber hic datus erat Trebatio, ut in eum jus etiam Cicero retineret.

M. TULLII CICERONIS

DE PARTITIONE ORATORIA[a]

DIALOGUS.

Cicero filius, et Cicero pater, loquentes introducuntur.

ARGUMENTUM.

Hic libellus est quoddam compendium eorum, quæ in libris ceteris oratoriis fuse docuerat. Omnem autem dicendi doctrinam in tres partes distribuit, in oratoris vim, orationem, et quæstionem. Ad vim requirit inventionem, collocationem, elocutionem, et memoriam, cum pronuntiatione, a c. 3—7. Orationis partes facit exordium, narrationem, confirmationem, et conclusionem, a c. 8—17. De quæstionibus cum infinitis tum finitis, atque adeo de generibus causarum et constitutionibus agit a c. 18. usque ad fin.

I. 1. CICERO FILIUS.[b] Studio,[a] [1] mi pater, Latine ex te au-

[a] *Vehementer cupio.*

CAP. I. 1 *Aveo* Vit. non improbante Ernestio. 'Est tamen natum ex more medii ævi, initiales literas, quo scite pingerentur, omittendi.' *Orell.*

NOTÆ

[a] *De partitione oratoria*] Partitio, quod jam in Topicis explicuimus, ea est, qua res aliqua tota suas dividitur in partes: divisio autem, qua genus in suas formas distribuitur. Partitionem igitur oratoriam inscripsit Tullius hunc libellum, quo tota dicendi ratio in tres partes diducitur, in vim oratoris, in orationem, et in quæstionem. Ceterum *Partitio Oratoria*, an *Partitiones Oratoriæ*, utra potior sit inscriptio, disputent otiosi interpretes: utramque rectam esse constat.

[b] *Cicero filius*] A paterna dignitate mirum quantum degeneraverit, qui, ut ait Seneca suasoria ultima, 'nihil ex paterno ingenio habuit, præter ur-

dire ea, quæ mihi tu[2] de ratione dicendi[b] Græce tradidisti;[c] si modo tibi est otium, et si vis. CICERO PATER. An est, mi Cicero, quod ego malim, quam te quam doctissimum esse? Otium autem primum summum est,[c][3] quoniam aliquando Roma exeundi potestas data est: deinde ista tua studia vel maximis occupationibus meis anteferrem libenter. 2. C. F. Visne igitur, ut tu me Græce soles ordine interrogare, sic ego te vicissim eisdem de rebus[4] Latine interrogem? [*p.* 230.] C. P. Sane, si placet:[5] sic enim et ego te meminisse intelligam, quæ accepisti; et tu ordine audies, quæ requires.[6] 3. C. F. Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi? C. P. In[7] tres.[d] C. F. Cedo quas? C. P. Primum in ipsam vim oratoris, deinde in orationem, tum in quæstionem. C. F. In quo est ipsa vis?[e] C. P.

[b] *De rhetorica.* [c] *Maximum est.*

—2 Lamb. *tu mihi.*—3 Ita Manut. Grut. et vulgg. *primum est summum* Guelf. Lamb. Schutz. et Orell. *primum et summum est* Ald. Junt. Crat. *primum est et summum* Nor.—4 Lamb. *his de rebus.*—5 Ita omnes fere codd. et edd. 'Recte, et urbane. Cf. § 70.' *Orell. Sane placet* Erl. et Schutz.—6 Ita codd. aliquot, etiam Guelf. et Erl. edd. item vett. Nor. Lamb. Schutz.

NOTÆ

banitatem.' Refert Plinius XIV. 22. Ciceroni filio objectum, quod binos congios simul haurire solitus esset, Marcoque Agrippæ scyphum temulentus impegisset. Adolescens tamen spem de se non mediocrem concitarat Græce Latineque utcumque doctus, quanquam eum 'Pop. Romanus non agnoscebat loquentem,' ut ex antiquo scriptore ait Sidonius Apollinaris Epist. VII. 14. nec bellicæ laudis expers; in bello enim civili sub Pompeio duce militans, insignem gloriam consecutus est, ut narrat ipse Tullius de Offic. lib. II. Quin etiam patris in se meritorum memor Augustus Cæsar filium in consulatu sibi collegam delegit in senatu anno U. C. 724. ante Christum 30. Syriam proconsul postea obtinuit. Appianus, Plutarchus, Valer. Max. &c.

[c] *Græce tradidisti*] Tullius non modo de rhetorica libellos, sed etiam consulatus sui commentarium Græce scripsit; de cujus stylo sic ipse loquitur Epist. ad Att. II. 1. 'Meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον, *unguentorum capsulam,* atque omnes ejus discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumsit . . . Quid quæris? conturbavi Græcam nationem.'

[d] *In tres*] Cicero non tradit hoc loco partes rhetoricæ quæ agendo spectantur, quæ quinque numerantur, inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronunciatio: sed eas partes docet quæ in præceptis artis spectari diligentissime debent, facultatem artificis, opus, et materiam, ex qua opus conficitur. *Majoragius.*

[e] *Ipsa vis*] Vis oratoris primum in natura, deinde in arte posita est: utraque duce orator dicenda invenit,

In rebus, et verbis.[8] Sed et res, et verba, invenienda sunt, et collocanda. Proprie autem[9] in rebus invenire, in verbis eloqui dicitur. Collocare autem, etsi est commune,[10] tamen ad inveniendum refertur. Vox, motus, vultus, atque omnis actio, eloquendi comes est, earumque rerum omnium[11] custos est memoria. 4. C. F. Quid? orationis quot sunt partes?[f] C. P. Quatuor:[g] earum duæ valent ad rem docendam, narratio et confirmatio; ad impellendos animos duæ, principium et peroratio. C. F. Quid? Quæstio quasnam habet partes? C. P. Infinitam, quam consultationem[h] appello; et definitam, quam causam[12] nomino. II. 5. C. F. Quoniam igitur invenire primum est oratoris,[1] quid quæret? C. P. Ut inveniat, quemadmodum fidem faciat eis, quibus volet persuadere, et quemadmodum motum eorum animis[2] afferat. C. F. Quibus rebus fides fit? C. P. Argumentis, quæ ducuntur ex locis, aut in re ipsa insitis, aut assumtis. C. F. Quos vocas locos?[i] C. P. Eos,[3] in quibus latent argumenta. C. F. Quid est argumentum? C. P. Proba-

Orell. *requiris* Ald. Junt. Manut. Grut.—7 *In* omittit Lamb.—8 *In rebus, et in verbis* Schutz. non monito lectore.—9 *Proprie tamen* Lamb. et Schutz. 'Arbitraria videtur correctio.' *Orell.*—10 Lamb. *etsi commune est.*—11 Lamb. *omnium rerum.* Voc. *rerum* omittit Junt. Mox, *est* omittit Schutz. in ed. maj. de Ernestii suspicione.—12 'Guelf. *controversiam causam*, e manifesto gloss. *controversiam et causam* codex unus ap. Lamb. unde h. l. et aliquoties Lamb. *controversiam, seu causam*, more minime Tulliano.' *Orell.*

Cap. II. 1 Ita Erl. Junt. Venet. Lamb. et Schutz. *invenire oratoris primum est* Grut. et vulgg. *primum est invenire oratoris* Nor. Manut. Orell.—

NOTÆ

inventa suis quæque locis collocat, collocata exornat, tum memoria complectitur, denique cum dignitate pronuntiat.

[f] *Quot sunt partes*] De iis omnibus fuse dictum lib. I. ad Heren. § 4. &c.

[g] *Quatuor*] Alii sex statuunt, ut patet ex superioribus libris. Duæ sunt tantum omnino necessariæ, narratio, et confirmatio: necessario enim orator et debet proponere de quibus est dicturus, tum argumentis confirmare. Exordium et peroratio ad impellendos animos valent: hæc quidem ad movendos, sive ad misericordiam, sive ad severitatem, judices; illud autem ad captandam auditorum benevolentiam.

[h] *Consultationem*] Quam consultationem vocat hic quæstionem infinitam, in Topicis thesim, ac propositum, appellat; causam autem hypothesin. Consule Topica, § 79.

[i] *Quos vocus locos*] De locis tum intrinsecis, tum extrinsecis, fuse Tullius in Topicis.

bile inventum ad faciendam fidem. 6. C. F. Quomodo igitur duo genera ista dividis? C. P. Quæ sine arte putantur,[j] ea remota appello, ut testimonia. C. F. Quid insita? C. P. Quæ inhærent in ipsa re.[4] C. F. Testimoniorum quæ sunt genera? C. P. Divinum, et humanum: divinum, ut oracula, ut auspicia,[k] ut vaticinationes,[l] ut responsa[5] sacerdotum,[m] haruspicum, conjectorum:[n] humanum, quod spectatur ex auctoritate,[o] et ex voluntate,[6][p] et ex oratione,[q] aut libera, aut expressa: in quo insunt scripta, pacta, promissa, jurata, quæsita. 7. C. F. Quæ sunt quæ dicis insita? C. P. Quæ infixa sunt rebus ipsis,[7][r][s] ut definitio, ut

2 Vit. *animis eorum.*—3 *Eos* omittit Lamb.—4 Hæc, *Quid insita C. P. Quæ i. in i. re* delevit Lamb. *C. P. Assumta, quæ sine arte putantur esse, remota appello, ut testimonia; insita, quæ inhærent in ipsa re* suspicabatur Schutz.—5 Ita edd. vett. *et responsa* Junt. Manut. Lamb. Grut.—6 'Hæc, *et ex voluntate*, delevit Lamb. immemor ille quidem voluntatum mortuorum, s. testamentorum.' *Orell.*—7 Post v. *ipsis* ante Ernesti, Lallem. et Schutz. qui delerunt, inculcabantur ista e Topic. II. 8. *tum ex toto, tum ex partibus, tum ex notatione, tum ex iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur, et ad id totum, de quo disseritur; tum definitio adhibetur, tum partium enumeratio, tum notatio verbi: ex iis* (Lamb. *his*) *autem rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur, alia conjugata appellantur, alia ex genere, alia ex*

NOTÆ

[j] *Quæ sine arte putantur*] Argumenta ex locis extrinsecis petita, licet ab Aristotele vocentur ἄτεχνα, *inartificialia*, quippe quæ sine arte reperiat orator, ad ea tamen tractanda opus est arte. Recte itaque dictum a Tullio *sine arte putantur*, non autem sine arte sunt.

[k] *Oracula, auspicia*] De quibus in Topicis § 76.

[l] *Vaticinationes*] Existimabant antiqui a vatibus sacro furore correptis futura prædici. Talis ille Proteus, de quo sic Virgil. Georg. IV. 'novit namque omnia vates Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.'

[m] *Responsa sacerdotum*] Sacerdotes jus pontificium, et Sibyllina carmina interpretabantur.

[n] *Conjectorum*] Conjectores interpretes sunt somniorum, de quibus explicandis libros quinque eleganter scripsit Artemidorus. Librum de divinatione per somnum Aristoteles vir acerrimi judicii edidit.

[o] *Auctoritate*] Cui pondus afferunt viri probi ac sapientes: hi enim decipi, illi decipere non possunt.

[p] *Voluntate*] Tum vivorum, quæ dictis, mandatis, et scriptis; tum mortuorum, quæ testamentis innotescit.

[q] *Oratione*] Oratio vel ab invitis exprimitur per tormenta, vel a libere agentibus habetur. Oratio libera si incerto auctore dissipetur, rumor est: si certum habeat auctorem, vel ad præjudicium, vel ad tabulas, vel ad jusjurandum refertur. In utraque illa oratione insunt scripta, sive syngraphæ, sive epistolæ, pacta, promissa, jusjurandum, et quæstiones.

[r] [*Tum ex toto*] Hæc verba, usque ad *aut minorum*, e Topicis huc perperam

contrarium, ut ea, quæ sunt ipsi contrariove ejus aut similia, aut dissimilia, aut consentanea, aut dissentanea: ut ea,[8] quæ sunt quasi conjuncta, aut ea, quæ sunt quasi pugnantia inter se: aut earum rerum,[9] de quibus agitur, causæ: aut causarum eventus, id est, quæ sunt effecta de causis, ut distributiones,[t] ut genera partium, generumve partes, ut primordia[u] rerum et quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti: ut rerum contentiones, quid majus, quid par, quid minus sit, in quibus aut naturæ rerum, aut facultates comparantur.[d] III. 8. C. F. Omnibusne igitur ex his locis[1] argumenta sumemus? C. P. Immo vero scrutabimur et quæremus ex omnibus: sed adhibebimus judicium, ut levia semper rejiciamus, nonnunquam etiam communia prætermittamus et non necessaria.[2] C. F. Quoniam de fide respondisti, volo audire de motu.[e] C. P. Loco quidem[3] quæris:[f]

[d] *Comparationes rerum quibus quæritur an melior sit earum natura, an major virtus.*
[e] *Siquidem respondisti unde sumenda essent argumenta ad persuadendum, cupio audire quemadmodum animi sint commovendi.*
[f] *Opportune tu quidem id rogas.*



forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex conjunctis, (Lamb. *adjunctis,*) *alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione majorum, aut parium, aut minorum.*—8 Ita Lamb. *aut ea* Orell. Mox *sunt* delevit Schutz. cum uno cod. 'Contra consuetudinem Tullianam.' *Orell.*—9 Ita codd. fere omnes et edd. *ut earum rerum* Schutz. e Guelf. Mox, *ut causarum eventus* Lamb.

Cap. III. 1 Guelf. *ex istis locis.*—2 Ita Junt. Crat. Manut. Lamb. *et* omittunt Venet. et Nor. *etiam prætermittamus non necessaria* e duobus codd. probant Ernesti et Schutz. 'Sed. mihi videtur potius e gloss. esse *et non necessaria*, eo, quod nemo, puto, voce *communia* explicandum censuerit. Hoc contra æque obscurum poterat videri atque Horatianum illud, 'Difficile est proprie communia dicere.'' *Orell.*—3 Ita Grut. *Loco tu quidem* edd. vett.

NOTÆ

translata recte censet Lambinus; quippe quæ et supervacanea sint, nec in antiquissimis codicibus reperiantur.

[s] [*Ex conjunctis*] Quæ Cicero in Topicis appellat adjuncta, id est, rerum circumstantias.

[t] *Ut distributiones*] Distributio ad enumerationem partium, genera partium ad locum a genere, partes generum ad locum a forma, revocari debent.

[u] *Primordia*] Quasi semina quædam argumentorum. Ita cum Tulli-

sed planius quod vis explicabitur, cum ad orationis ipsius quæstionumque rationem venero.

9. C. F. Quid sequitur igitur? C. P. Cum inveneris, collocare: [cujus][4] in infinita quæstione, ordo est idem[v] fere, quem exposui, locorum: in definita autem adhibenda sunt illa etiam, quæ ad motum[5] animorum pertinent. C. F. Quomodo igitur ista explicas?[g] C. P. Habeo communia præcepta fidem faciendi et commovendi. Quoniam fides est firma opinio; motus autem, animi incitatio aut ad voluptatem, aut ad molestiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem; (tot enim sunt motus genera, partes plures generum singulorum) omnem collocationem ad finem accommodo quæstionis. Nam est in proposito finis, fides: in causa et fides, et motus. Quare cum de causa dixero, in qua est propositum,[6] de utroque dixero.[h] 10. C. F. Quid habes igitur de causa dicere? C. P. Auditorum[w] eam genere distingui. Nam aut auscultator est modo[7] qui audit, aut disceptator, id est, rei sententiæque moderator: ita, ut aut delectetur, aut statuat aliquid. Statuit autem aut de præteritis, ut judex, aut de futuris, ut senatus. Sic tria sunt

[g] *Quomodo potest simul et fides fieri, et animi motus concitari?*

[h] *Thesi, seu infinita quæstione, id unum orator spectat, ut persuadeat; in hypothesi autem, sive finita quæstione, ut et persuadeat, et affectus animi concitet. Itaque cum dixero de hypothesi, quæ thesim complectitur, de utraque præcepta tradidero.*

Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Schutz. et Orell.—4 'Voc. *cujus* delevit Schutz. sine ulla causa.' *Orell.*—5 Ita edd. vett. Schutz. in ed. maj. et Orell. *quæ ad motus* Ald. Junt. Lamb. et Schutz. in ed. min.—6 'Schutz. in ed. maj. cum, nescio unde, edidisset, *Nam in consultatione propositus est finis, fides* b. l. inculcavit *in qua est utrumque propositum.* In ed. min. cum in superioribus solitam ad lectionem rediisset, hoc tamen servavit *in qua est* (sc. inclusum) *propositum.* Pro spuriis habuit Ernesti. *Propositum* h. l. est nomen substantivum, intelligendumque ut § 61.' *Orell.*—7 Voc. *modo* deest in

NOTÆ

us ostendit Roscium simplicem ac rusticam elegisse vitam, semina jacit innocentiæ illius, ex qua subinde probat eum non a parricidio solum, sed etiam ab aliis flagitiis, esse alienissimum.

[v] *Ordo est idem*] In quæstionibus infinitis ad faciendam fidem, quod unum fere semper sibi proponit orator, argumenta seligere debet ex locis, eodem fere quo Cicero recensuit ordine: scrutetur definitionem, enumerationem partium, &c.

[w] *Auditorum*] Consulendus lib. I. ad Heren. § 2.

genera,[8] judicii, deliberationis, exornationis; quæ, quia in laudationes maxime confertur, proprium habet jam ex eo nomen. IV. 11. C. F. Quas res sibi proponet in istis tribus generibus orator? C. P. Delectationem in exornatione: in judicio, aut sævitiam,[i] aut clementiam[j] judicis: in suasione autem,[1] aut spem, aut reformidationem deliberantis.[k] C. F. Cur igitur exponis hoc loco genera controversiarum? C. P. Ut rationem collocandi ad finem cujusque accommodem. C. F. Quonam tandem modo? 12. C. P. Quia, quibus in orationibus delectatio finis est, varii sunt ordines collocandi. Nam aut temporum servantur gradus,[x] aut generum distributiones:[y] aut a minoribus[z] ad majora ascendimus, aut a majoribus ad minora delabimur: aut hæc inæquali[2] varietate distinguimus, cum parva magnis,[a]

[i] *Si accuset.* [j] *Si defendat reum.*
[k] *In genere deliberativo finem proponit sibi spem deliberantis si suadeat, aut metum si dissuadeat.*

cod. Vit. probante Ernestio.—8 Lamb. *tria sunt causarum genera.*
CAP. IV. 1 Particula *autem* deest in Vit. probante Ernesti; delevit Schutz. in ed. maj., uncis inclusit Orell.—2 Ita codd. aliquot, et Lamb. *inæquabili* alii codd. Nor. Ald. Junt. Manut. 'quam rariorem formam prætuli.' *Orell.*

NOTÆ

[x] *Aut temporum servantur gradus*] In genere exornativo haud inepta collocatio fuerit, si heroëm laudaturus ab ejus genere, patria et parentibus exordium ducas; tum servato temporum ordine, ad ejus natales, infantiam, adolescentiamque progrediaris; deinde quibus virtutibus, et egregie factis, adulta jam ætate, inclaruerit; denique qua morte sit defunctus, exponas. In Philippica II. Cicero in Antonium invehens, temporum gradus persequitur.

[y] *Generum distributiones*] Ut si quem propter bona et fortunæ, et corporis, et animi extollas: vel ejus recte facta omnia tum ad prudentiam, tum ad justitiam, tum ad fortitudinem, tum ad temperantiam, revoces; sic enim genus, cujusmodi est bonum, et virtus, suas in formas distribuitur.

[z] *Aut a minoribus*] Quod præstitit Ilioneus apud Virgil. Æneid. I. ubi sic laudat Didonem: 'O regina, novam cui condere Juppiter urbem, Justitiaque dedit gentes frænare superbas.' Minus est enim urbem condere, quam superbam gentem optimis legibus temperare. Contrarium ordinem expressit Virgilius Æneid. IV. cum Didonem de laudibus Æneæ cogitantem sic facit: 'Multa viri virtus animo, multusque recursat Gentis honos: hærent infixi pectore vultus, Verbaque.'

[a] *Parva magnis*] Ut si quis ad ceteras Alexandri Magni virtutes, ejus in amicos benignitatem adjungeret.

simplicia conjunctis,[b] obscura dilucidis,[c] læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus, quæ in exornationem cadunt omnia. 13. C. F. Quid? in deliberatione quid spectas? C. P. Principia,[d] vel non longa, vel sæpe nulla. Sunt enim ad audiendum qui deliberant, sua causa parati. Nec multum sane sæpe narrandum est. [*p.* 231.] Est enim narratio aut[3] præteritarum rerum aut præsentium; suasio autem, futurarum. Quare ad fidem[e] et ad motum adhibenda est omnis oratio. 14. C. F. Quid? in judiciis quæ est collocatio? C. P. Non eadem accusatoris et rei: quod accusator rerum ordinem[f] prosequitur,[4] et singula argumenta, quasi hasta in manu collocata,[l] vehementer proponit, concludit acriter, confirmat tabulis, decretis, testimoniis, accuratiusque in singulis commoratur: perorationisque præceptis, quæ ad incitandos animos valent, et

[l] *Similis militi hostem hasta persequenti.*

inæqualia Schutz.—3 'Primum *aut* addidi e cod. Erl. secutus morem Ciceronis in hac forma.' *Ernesti.*—4 Ita Nor. Crat. Orell. *persequitur* Ald. Junt. Manut. Lamb. Mox, *quasi hastas* Vit. unde Schutz. suspicabatur, *quasi has-*

NOTÆ

[b] *Simplicia conjunctis*] Simplicia ad unam tantum virtutem, conjuncta ad multas referuntur. Incredibiles Alexandri victoriæ stare non poterant absque multarum virtutum, puta fortitudinis, justitiæ, prudentiæ, temperantiæque præsidio. Una magnanimitate ductus, potuit conjugem, ac liberos Darii victos, humaniter accipere.

[c] *Obscura dilucidis*] Cum iis quæ communi omnium sermone celebrantur, nonnulla recondita, ac minus nota, inteximus, v. g. inter alia bellicæ fortitudinis miracula, narrabimus Alexandrum Magnum in Getas progredientem cum mille quingentis equitibus, peditumque quatuor millibus, Danubium, omnium Europæ fluminum amplissimum atque altissimum, nullo ponte injecto, transisse, frustra repugnantibus ex adversa ripæ parte quatuordecim militum millibus: quod idem exemplum recenseri potest inter ea quæ incredibilia videantur.

[d] *Principia*] Hanc præceptionem magister artis Tullius aliquando non observavit, ut pro Lege Manilia, et de Lege Agraria, sat fusis utitur exordiis. Artis est, nonnunquam ab artis legibus discedere.

[e] *Ad fidem*] Cum duas potissimum partes habeat oratio in genere deliberativo; confirmatio fidem facere, peroratio animos commovere debet.

[f] *Rerum ordinem*] Sic Cicero lib. I. in Verrem, ejus quæsturam, legationem, et præturam urbanam; lib. II. vel iniqua, vel venalia, in jurisdictione Siciliensi edicta; lib. III. avaritiam in re frumentaria; lib. IV. sacrilega latrocinia; lib. ultimo crudelitatem insectatur.

in reliqua oratione paululum digrediens[m] [5] de cursu dicendi, utitur, et vehementius in perorando. Est enim propositum, ut iratum efficiat judicem.[6] v. 15. C. F. Quid faciendum est contra reo? C. P. Omnia longe secus. Sumenda principia ad benevolentiam conciliandam. Narrationes aut amputandæ, quæ lædunt; aut relinquendæ, si totæ sunt molestæ. Firmamenta ad fidem posita,[n] aut per se diluenda,[g] aut obscuranda,[h] aut digressionibus obruenda.[i] Perorationes autem ad misericordiam conferendæ.[j] C. F. Semperne igitur[k] ordinem collocandi, quem volumus, tenere possumus? C. P. Non sane. Nam auditorum aures mo-

[m] *Aliquam digressionem adhibens.*
[n] *Firmissima argumenta quibus ad persuadendum usi sunt adversarii.*

tas in manu collocatas.—5 Ita codd. fere omnes, edd. vett. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *degrediens* unus cod. Lamb. Schutz. et Orell.—6 *Est enim ei propositum ut judicem efficiat iratum* Lamb.

NOTÆ

[g] *Per se diluenda*] Diluitur argumentum cum ostenditur esse falsum, ut cum Clodianos in Miloniana § 7. ita refellit: 'Negant intueri lucem esse fas ei qui a se hominem occisum fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii, fortissimi viri, qui nondum libera civitate pop. Rom. comitiis liberatus est, cum sua manu sororem interfectam esse fateretur,' &c.

[h] *Obscuranda*] Si negari non potest argumentum, ejus vim infringat orator, ut apud Ovid. Met. XIII. detrectatæ militiæ dedecus Ulysses sic obscurat: 'Quid? quod me duri fugientem munera belli Arguit incepto serum accessisse labori? Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli. Si simulasse vocas crimen, simulavimus ambo; Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo: Me pia detinuit conjux, pia mater Achillem.'

[i] *Digressionibus obruenda*] Ab iis judicum animos alio avocando. Cœlio objectum a Clodia veneficii crimen obruit Tullius, cum ab ipsa Clodia conjugem Q. Metellum veneno sublatum deplorat § 59. 'Pro Dii immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis aut connivetis, aut præsentis fraudis pœnas in diem reservatis? Vidi enim, vidi et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriæ,' &c.

[j] *Ad misericordiam conferendæ*] Quo in genere præ ceteris excellit Miloniana.

[k] *Semperne igitur*] Oratorem non adeo severis legibus astringere debent rhetorum præceptiones, ut ab iis vel latum unguem discedere religioni ducat. 'Mutantur,' inquit Fabius II. 13. 'pleraque causis, temporibus, necessitate, occasione; atque ideo res in oratore præcipua consilium est; quia varie, et ad rerum momenta convertitur.'

derantur[o] oratori prudenti et provido, et quod respuunt, immutandum est.

16. C. F. Expone deinceps, quæ ipsius orationis verborumque præcepta sint.[1] C. P. Unum igitur genus est eloquendi sua sponte fusum;[l] alterum versum, atque mutatum.[p] Prima vis[q] [2] est in simplicibus verbis; in conjunctis secunda. Simplicia invenienda sunt; conjuncta collocanda sunt.[3] Et simplicia verba partim nativa sunt, partim reperta. Nativa[m] ea, quæ significata sunt sensu;[r] [4] reperta,[n] quæ ex his facta sunt, et novata aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adjunctione verborum. 17. Atque etiam est hæc distinctio in verbis: altera, natura: tractatione, altera; natura, ut sint alia sonantiora,[5] [o] gra-

[o] *Prudentis est oratoris ad auditores sese accommodare.*

[p] *Unum est dicendi genus tritum, naturale, et quod sponte occurrit, alterum artificiale.*

[q] *Orationis.* [r] *Quæ ad exprimenda mentis sensa primo prolata sunt.*

Cap. v. 1 Ita codd. aliquot, Lamb. et Orell. *sunt* Manut. et Grut. Deest in Ald. et Junt.—2 *Illius prima vis* Schutz. de conjectura.—3 Verbum *sunt* omittunt Lamb. et Schutz. uncis inclusit Orell. 'Cod. uterque et ed. Venet. *conjunctio collocanda est*, quod est exquisitius. Mox, *verba* delet cod. Vit. non male.' *Ernesti.*—4 Quintil. VIII. 3. 36. *primo sensu.*—5 'Sic dedimus pro *consonantiora*, e cod. utroque. Sic cap. seq. Or. 49. init. &c. estque hoc proprium in hac re verbum.' *Ernesti.* *consonantiora* Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Pro *graviora*, quod habent Ald. Junt. Crat. Manut. *grandiora* præbet

NOTÆ

[l] *Sponte fusum*] Exempli gratia, hæc sententia, 'Omnia vincit amor,' naturalis est, et sponte fusa: adhibeatur aliqua figura, ut interrogatio, 'Quid non vincit amor?' artificiosa erit, et versa.

[m] *Nativa*] Non eo sensu nativa sunt verba, quod naturaliter res significent, una enim semper fuisset et esset etiamnum communis omnibus lingua; quemadmodum fumus, quod naturale signum est ignis, ubique ac semper idem est. Verum dicuntur nativa, propterea quod primo imposita ab aliis vocabulis deducta non sunt; ut 'amor,' 'odium,' 'ira,' &c. Reperta vero a nativis derivantur, ut 'amabilis' ab 'amor,' 'odiosus' ab 'odium,' &c.

[n] *Reperta*] Quatuor modis efficiuntur verba; primo, similitudine et analogia, ut a 'bono' 'bonitas,' sic a 'beato' 'beatitas' deducitur; deinde similitudine, ut 'grunnire,' 'mugire,' 'biunire,' 'pipire,' &c. quæ voces ad animalium et volucrum sonos accedunt: tertio inflexione, qua a nativis derivantur, sive aliqua, sive nulla sit analogia, ut a 'fido' 'fiducia,' a 'detero' 'deterior,' &c. denique adjunctione verborum, ut 'aræ turicrèmæ,' 'mare velivolum,' 'versutiloquus,' &c.

[o] *Sonantiora* [*consonantiora*] Qualia

viora,[p] leviora[q] et quodammodo nitidiora; alia contra:[s] tractatione autem, cum aut propria sumuntur rerum vocabula, aut addita ad nomen,[t] aut nova,[r] aut prisca, aut ab oratore modificata et inflexa quodammodo:[6] qualia sunt ea, quæ transferuntur,[u] aut immutantur,[v] aut ea, quibus tanquam abutimur,[w] aut ea, quæ obscuramus,[x] quæ incredibiliter tollimus,[y] quæque mirabilius, quam sermonis consuetudo patitur, ornamus.[z] VI. 18. C. F. Habeo de simplicibus verbis: nunc de conjunctione quæro. C. P. Numeri[s] quidam sunt in conjunctione servandi, consecutioque verborum. Numeros aures ipsæ metiuntur, ne aut non compleas verbis, quod proposueris, aut redundes. Consecutio[t] autem, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio.[a] Nam, ut in simplicibus verbis, quod non est Latinum, sic in conjunctis, quod non est consequens, vituperandum est. 19. Communia autem simplicium conjunctorumque sunt hæc quinque quasi lumina,[b]

[s] *Alia contra minime sonantia, leviora, asperiora, et horrida.*
[t] *Epitheta.* [u] *Adhibita metaphora.* [v] *Hypallage.*
[w] *Catachresi.* [x] *Obscuriore allegoria.*
[y] *Hyperbole.* [z] *Ceteris figuris assumtis.*
[a] *Ne quod sit vitium in generibus, numeris, et casibus nominum, et in temporibus, personisque verborum.*
[b] *Hæ quinque sunt virtutes communes verbis simplicibus et conjunctis.*

Vit. quod arripuit Orell. Deinde, *leniora* Manut.—6 'Hoc loco divisim erat scribendum.' *Orell.*

NOTÆ

sunt superlativa, verbalia, composita, pluribus syllabis constantia, quorum exempla passim obvia sunt.

p *Graviora*] Quæ majorem vim aut bonitatis, aut vitiositatis, ostendunt. Graviora sunt, 'charitas' et 'pietas,' quam 'amor' et 'benevolentia;' item 'prædo' et 'parricida,' quam 'fur' et 'homicida.'

q *Leviora* [*leniora*] Mendose nonnulli legunt *leviora;* neque enim hic Cicero ponit contraria, cum paulo post dicat 'alia contra.' Leniora sunt et nitidiora, quæ omnem turpitudinis imaginem procul relegant. Leniora etiam Majoragius interpretatur, quæ molliter inflectuntur, ut 'meliuscule,' 'corculum,' &c.

r *Aut nova*] De verbis novatis, priscis, et translatis, fuse lib. III. de Oratore § 153. &c. de hypallage, catachresi, ænigmate, et hyperbole, variis locis jam disseruimus.

s *Numeri*] De oratione numerosa diximus lib. III. de Oratore § 198. et in Oratore § 67. et 164. et sequentibus.

t *Consecutio*] Quam syntaxin constructionem et concordantiam partium orationis appellant grammatici, Tullius consecutionem vocat.

dilucidum, breve, probabile, illustre, suave. Dilucidum fit usitatis verbis, propriis,[c] dispositis,[1] aut circumscriptione conclusa, aut intermissione, aut concisione verborum:[d] obscurum autem, aut longitudine,[u] aut contractione[v] orationis, aut ambiguitate,[w] aut inflexione[x] atque immutatione verborum.[e] Brevitas autem conficitur simplicibus verbis: semel unaquaque re dicenda, nulli rei, nisi, ut dilucide dicas, serviendo. Probabile autem genus est orationis, si non nimis est comtum[y] atque expolitum, si est auctoritas et pondus in verbis, si sententiæ vel graves, vel aptæ opinionibus hominum et moribus.[2] 20. Illustris autem oratio est, si et verba[z] gravitate delecta ponuntur, et translata,[a] et

[c] *Non translatis.*
[d] *Ita ut oratio constet aut periodis, aut membris, aut incisis.*
[e] *Quæ a propria significatione ad aliam transferuntur.*

CAP. VI. 1 Codd. aliquot ap. Orell. *compositis.*—2 Lamb. *hominum ac moribus.* Mox, idem Lamb. suspicabatur *granditate delecta*, vel *grandia et*

NOTÆ

[u] *Longitudine*] Quam in rem festivum est Cleomenis Lacedæmoniorum regis dictum Samiorum legatis, qui prolixa oratione hortati fuerant, ut bellum Polycrati tyranno inferret: sic enim respondit: Eorum quæ dixistis prima non memini, ideoque nec media intelligo; ultima vero mihi non probantur. Plutarchus in Laconicis Apophthegmatis.

[v] *Contractione*] Notum illud Horatii in Arte: 'brevis esse laboro, Obscurus fio.'

[w] *Ambiguitate*] Ut si dicas, Chremetem audivi percussisse Demeam. De variis obscuritatis modis vide Quintil. VIII. 2. ubi notat eam præterea oriri et ex verbis exoletis, et ex iis, quæ sunt vel nonnullis regionibus propria, vel artium propria, ut 'Atabulus ventus,' et 'navis saccaria,' et 'in malaco sanum.'

[x] *Inflexione*] Quam sæpissime adhibet poëtarum longe obscurissimus Persius, ut Sat. I. 'O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit, Nec manus auriculas imitata est mobilis albas, Nec linguæ, quantum sitiat canis Apula, tantum.' Quot hic voces a nativa significatione ad peregrinam translata! Aliud enim nihil vult nisi beatum esse, qui instar Jani bifrontis, a tergo non possit irrideri, triplici, ut illis temporibus, sannarum genere; quem nemo, complicatis in formam rostri ciconiæ digitis, possit percutere; cui nullus a tergo asininas aures apponere audeat; cui denique averso nemo possit ad ludibrium linguam longissime exerere.

[y] *Si non nimis est comtum*] Qui artis oratoriæ lepores omnes aperte sectatur, fit suspectus, quasi tendat auditori laqueos, et quod bonitate causæ non potest, arte ac dolo velit obtinere.

[z] *Si et verba*] Septem omnino modos recenset, quibus fiat illustris ora-

superlata,[b] et ad nomen adjuncta,[c] et duplicata, et idem significantia,[d] atque ab ipsa actione[e] atque imitatione rerum non abhorrentia. Est enim hæc pars orationis, quæ rem constituat pæne ante oculos: is enim maxime[3] sensus attingitur: sed ceteri tamen, et maxime mens ipsa moveri potest. Sed quæ dicta sunt de oratione dilucida, cadunt in hanc illustrem omnia. Est enim plus aliquanto illustre, quam illud dilucidum: altero fit, ut intelligamus, altero vero,[4] ut videre videamur. 21. Suave autem genus erit dicendi, primum elegantia et jucunditate verborum sonan-

lecta.—3 Venet. *his enim maxime.* 'Mox videtur excidisse, aut loco motum *et*, ut sit, *sed et ceteri tamen, maxime,' &c.* Ernesti.—4 Particulam *vero* omit-

NOTÆ

tio; quorum omnium exempla ex una Pisoniana depromemus. Sint primo verba gravia et selecta, ut § 57. 'Ut levitatis est, inanem aucupari rumorem, ut omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari; sic levis est animi, lucem splendoremque fugientis, justam; gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare.'

[a] *Translata*] Usurpentur metaphoræ, ut ibidem § 21. 'Alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas, aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed his unum me pro omnium salute obtuli.'

[b] *Superlata*] Verba ad hyperbolen accedant, ut § 52. 'Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit quo in patriam redii, cum senatum egressum vidi, populumque Rom. universum, cum mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis, ad complectendum conservatorem suum procedere visa est: quæ me ita accepit, ut non modo omnium generum, ætatum, ordinum, omnes viri ac mulieres, omnis fortunæ, ac loci; sed etiam mœnia ipsa viderentur, et tecta urbis, ac templa, lætari.'

[c] *Ad nomen adjuncta*] Ut § 34. 'De mea salute, P. Lentuli, præstantissimi viri, atque optimi consulis, Cn. Pompeii, clarissimi atque invictissimi civis, ceterorumque principum, celeberrimæ et gratissimæ conciones fuerunt.'

[d] *Duplicata, et idem significantia*] Verba synonyma repetantur, ut § 24. 'Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas, consulis,' &c.

[e] *Atque ab ipsa actione*] Adhibeatur hypotyposis, qua pæne sub aspectum res subjiciuntur; ut § 67. 'Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum (laudabo inimicum), ne magnopere quidem quicquam præter libidines sumtuosum: toreuma nullum, maximi calices, et hi, ne contemnere suos videatur, Placentini: exstructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida: servi sordidati ministrant; nonnulli etiam senes: idem cocus, idem atriensis: pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola atque de cupa: Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures: ipse solus: bibitur usque eo, dum de solio ministretur: ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat: mensam tolli jubet.'

tium et lenium;[5] deinde conjunctione, quæ neque asperos habeat concursus, neque disjunctos atque hiantes:[f] et sit circumscripta non longo anfractu, sed ad spiritum vocis apto,[g] habeatque similitudinem æqualitatemque verborum,[h] tum ex contrariis sumta verbis: crebra crebris,[f] paria paribus respondeant, relataque ad idem verbum: et geminata,[6] atque duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur: constructioque verborum tum conjunctionibus[i] copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.[j 7] 22. Fit etiam suavis oratio, cum aliquid aut invisum,[g] aut inauditum, aut novum dicas. Delectat enim quicquid est admirabile, maximeque movet ea, quæ motum aliquem animi miscet, oratio, quæque significat oratoris ipsius amabiles mores; qui exprimuntur, aut significando judicio ipsius ex animo humano ac liberali,[k 8] aut inflexione sermonis, cum aut augendi alterius, aut minuendi sui causa, alia dici ab oratore, alia existi-

[f] *Quæ neque asperos vocalium concursus, neque duriorem consonantium collisionem habeat.*

[g] *Non vocem ac spiritum longis periodis fatiget.*

[h] *Oratio sit æquabilis ac temperata, vel apta sit rebus propositis; magnifica magnificis, tenuibus tenuia accommodentur.*

[i] *Per polysyndeta.* [j] *Per asyndeta.*

[k] *Si animum suum ostendit ingenuum et humanum, cum suam de aliqua re sententiam profert.*

tunt Guelf. et Schutz. in ed. maj.—5 Ita codd. et edd. vett. Venet. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *lævium* Lamb. et Orell. Mox, *neque dijunctos* suspicabatur Ernesti.—6 'Totum locum melius distinxi cum Manut. et Lamb. *verborum: tum ex c. s. verbis, c. crebris, p. p. respondeant: r. a. i. verbum, et geminata.* Vitiosa interpunctio Schutzium ita decepit, ut daret, audacissima conjectura, *verborum, tum ex contrariis sumtam, tum ut verbis, crebra crebris, paria paribus respondeant.*' Orell. Hæc *atque duplicata* delevit Schutz.—7 Venet. ap. Ernesti *quasi relaxetur.*—8 Ita Junt. Crat. Manut. Grut. *aut s. ex judicio ipsius, animo humano ac liberali* Lamb. *aut s. judicibus animo humano, &c.*

NOTÆ

[f] *Crebra crebris*] Ut Cicero in Milon. § 10. 'Est enim hæc, judices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.' Crebra, ut vides, crebris opponuntur. De paribus, relatis, geminatis, &c. passim egimus, cum de verborum figuris disseruimus.

[g] *Invisum*] Inopinatum scilicet, quod παράδοξον vocat Aristoteles Rhet. lib. III. Tale est Ciceronis exordium pro Ligario: 'Novum crimen, C. Cæsar, et ante hunc diem inauditum,' &c.

mari videntur, idque comitate fieri magis, quam vanitate.[l] Sed multa sunt suavitatis præcepta, quæ orationem aut magis obscuram, aut minus probabilem faciant.[9] Itaque etiam hoc loco nobis est ipsis, quid causa postulet, judicandum. VII. 23. C. F. Reliquum est igitur, ut dicas de conversa oratione atque mutata.[m] C. P. Est itaque[1] id genus totum situm in commutatione verborum; quæ simplicibus in verbis ita tractatur, ut aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio: [*p.* 232.] ex verbo, cum aut proprium, aut idem significans, aut factum verbum in plura verba[h] diducitur: ex oratione,[2] cum aut definitio ad unum verbum[i] revocatur, aut assumta verba removentur, aut in circuitus diriguntur,[3][j] aut in conjunctione fit unum

[l] *Aut si aliquantulum a causa digreditur, ad alterum extollendum, ad se non vanitate sed modestia deprimendum, licet aliud judicet auditor.*
[m] *De oratione artificiosa et figurata.*

Schutz. *aut s. indicia, &c.* Nor. et margo Crat.—9 'Rescripsi sine dubitatione *faciant* pro *faciunt.*' Ernesti. Omnes alii, et scripti et impressi, *faciunt.*

CAP. VII. 1 *Est quidem* edd. quædam vett. Mox, *in commutatione verborum tractetur* Venet.—2 Nor. *ex contractione.* Lamb. conj. *diducitur. In verbum autem contrahitur oratio, cum, &c.*—3 'Hæc ita mutata, *aut in circuitus dirigitur*, Schutz. ponenda censet post v. *diducitur.* At sensus hic est: Cum assumta verba aut omnino removentur, aut, priori loco cum omissa fuerint, (qua quidem re ibi contrahitur sane oratio,) postea περιφράζονται.'

NOTÆ

[h] *In plura verba*] In Miloniana § 90. poterat tantum dicere Cicero, Vidimus curiam incendi. At quanto eloquentius verbum illud unicum dilatat! 'Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo pop. Rom. concessam uni ordini, inflammari, exscindi, funestari?'

[i] *Ad unum verbum*] Ait Tullius in Pisoniana § 21. 'Complexus es illud funestum animal ex nefariis stupris, ex civili cruore, ex omnium scelerum importunitate, et flagitiorum impunitate, concretum.' Definitionem revocasset ad unum verbum, si diceret, 'Complexus es Clodium.'

[j] *In circuitus diriguntur*] Exemplum sit istud fusioris orationis, quæ in circuitum a Cicerone dirigatur. Pro Archia potuit dicere: Multa scripsit Archias summo studio, industria singulari et acri judicio: quare mirum in modum eruditis omnibus probantur: immo, si cum veterum scriptis conferantur, pari laude digna doctissimus quisque facile judicabit. Hæc laxiora, ac pæne dissoluta membra brevi periodo sic Tullius contraxit: 'Quæ vero accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent.'

verbum[k] ex duobus.[n] 24. In conjunctis[l] autem verbis triplex adhiberi potest commutatio,[4] non verborum, sed ordinis tantummodo: ut, cum semel dictum sit directe, sicut natura ipsa tulerit,[5] invertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque[o] dicatur; deinde idem intercise atque permiste. Eloquendi autem exercitatio maxime in hoc toto convertendi genere versatur.

25. C. F. Actio igitur sequitur, ut opinor. C. P. Est ita: quæ quidem oratori, et cum rerum[m] et cum verborum momentis,[6] commutanda maxime est. Facit enim et dilucidam orationem, et illustrem, et probabilem, et suavem, non verbis, sed varietate vocum, motu corporis, vultu, quæ plurimum valebunt, si cum orationis genere consentient, ejusque vim ac varietatem subsequentur.[7] 26. C. F. Num quidnam de oratore ipso[8] restat? C. P. Nihil sane, præter memoriam,[n] quæ est gemina[9][o] literaturæ quodammodo, et in dissimili genere persimilis. Nam ut illa constat ex notis literarum, et ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ; sic con-

[n] *Aut quæ fusa et prolixa oratione essent dissipata, unius periodi finibus comprehenduntur.*
[o] *Ordine retrogrado.*

Orell.—4 Hæc, *In conjunctis a. v. t. a. p. commutatio,* exciderunt e cod. Erl. —5 'Credo, Ciceronem scripsisse *tulerat.*' Ern. Mox, *sursum versum* Lamb. Paulo post, *permixte* Guelf. et Orell. *permiste* ceteri.—6 Venet. *argumentis.* —7 'Cod. Vit. refert omnia ad actionem, habetque, *valebit . . . consentiet . . . , subsequetur:* sed vulgatum melius.' *Ernesti.*—8 *Num quidnam oratori ipsi* Vit. *Num q. tibi de oratore ipso* Venet.—9 Ita Nor. Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. Schutz. Orell. *germana alii.*

NOTÆ

[k] *Fit unum verbum*] Ut si quis pro patris interfectore, parricidam dicat: sexcenta suppeditabit Plautus.

[l] *In conjunctis*] In conjunctis verbis triplex est orationis ordo. Unus directus, ut, 'Labor improbus vincit omnia;' alter inversus, ut, 'Omnia vincit improbus labor;' tertius permixtus, ut, 'Labor omnia vincit improbus.' Quis modus præ ceteris eligendus, ex aurium judicio pendet.

[m] *Cum rerum*] Actio ad res et verba debet accommodari, juxta illud Horatii in Arte: 'Tristia mœstum Vultum verba decent, iratum plena minarum, Ludentem lasciva, severum seria dictu.'

[n] *Memoriam*] De memoria artificiali vide lib. III. Heren. § 28. et seqq. lib. I. de Orat. § 157. et lib. II. de Orat. § 358.

[o] *Gemina*] Ita optimæ notæ codices: legunt alii *germana.*

fectio memoriæ, tanquam cera, locis utitur, et in his imagines, ut literas, collocat.[p]

VIII. 27. C. F. Quoniam igitur vis oratoris omnis exposita est, quid habes de orationis præceptis dicere? C. P. Quatuor[p] esse ejus partes, quarum prima et postrema ad motum animi valet:[1] is enim initiis est et perorationibus concitandus. Secunda, narratio; et tertia, confirmatio, fidem facit[2] orationi. Sed amplificatio quanquam habet proprium locum,[q] sæpe etiam primum, postremum quidem fere semper, tamen reliquo in cursu orationis adhibenda est, maximeque[q] cum aliquid aut confirmatum est, aut reprehensum. Itaque ad fidem quoque vel plurimum valet. Est enim amplificatio vehemens quædam argumentatio; ut illa docendi causa sit, hæc commovendi.[r] 28. C. F. Perge igitur ordine quatuor mihi istas partes[3] explicare. C. P. Faciam, et a principiis[r] primum ordiar; quæ quidem du-

[p] *Nihil superest dicendum, nisi de memoria artificiosa, quæ simillima est literarum conformationi, licet in genere dissimili; nam ut ad literarum descriptionem, opus est et signis literarum, et tabulis, in quibus illa signa inscribantur; sic memoria artificiosa pro charta utitur locis, et rerum imaginibus pro literis.*

[q] *In peroratione.* [r] *Ut argumentatio doceat, amplificatio commoveat.*

CAP. VIII. 1 Lamb. *valent.*—2 Idem Lamb. *fidem faciunt.*—3 Guelf. et

NOTÆ

[p] *Quatuor*] At cur propositionem omittit? Eam nimirum sub confirmatione comprehendit. Quod idem sentit Fabius IV. 4. 'Mihi propositio videtur omnis confirmationis initium; quod non modo in ostendenda quæstione principali, sed nonnunquam in singulis argumentis proponi solet; maximeque in iis quæ ἐπιχειρήματα vocantur.'

[q] *Maximeque*] Tullius, exposita Verris crudelitate, Verrina ultima § 169. et sequentibus mirabilem adhibet amplificationem: 'Facinus est vinciri civem Rom. scelus verberari, prope parricidium necari: quid dicam in crucem tollere? verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest... Si hæc non ad cives Rom. non ad aliquos amicos nostræ civitatis, non ad eos, qui pop. Rom. nomen audissent; denique si non ad homines, verum ad bestias, aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima solitudine ad saxa et scopulos hæc conqueri et deplorare vellem; tamen omnia muta atque inanima tanta et tam indigna rerum atrocitate commoverentur. Nunc vero cum loquar apud senatores,' &c.

[r] *A principiis*] Quæ ad exordia pertinent, ea omnia fuse explicata sunt in notis ad lib. I. Heren. § 6. ac deinceps ad § 12. et lib. I. de Invent. § 19. &c.

cuntur aut ex personis, aut ex rebus ipsis. Sumuntur autem trium rerum gratia: ut amice, ut intelligenter, ut attente audiamur.[s] Quorum primus locus est in personis nostris, disceptatorum, adversariorum:[t] e quibus initia benevolentiæ conciliandæ comparantur, aut meritis nostris, aut dignitate, aut aliquo genere virtutis, et maxime liberalitatis, officii, justitiæ, fidei; contrariisque[4] rebus in adversarios conferendis, et cum iis, qui disceptant, aliqua conjunctionis aut causa aut spe significanda:[u] et, si in nos aliquod odium offensiove collocata sit,[5] tollenda ea minuendave, aut diluendo, aut extenuando, aut compensando,[s] aut deprecando. 29. Intelligenter autem ut audiamur, et attente, a rebus ipsis ordiendum est. Sed facillime auditor discit, et, quid agatur, intelligit, si complectare a principio genus naturamque[6] causæ, si definias, si dividas, si neque prudentiam[v] ejus impedias confusione partium, nec memoriam multitudine: quæque mox de narratione dilucida dicentur, eadem etiam huc poterunt recte referri.[7] 30. Ut attente autem audiamur, trium rerum aliqua consequemur. Nam aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut conjuncta cum ipsis, apud quos res agetur. Sit autem hoc etiam[8] in præceptis, ut, si quando tempus ipsum, aut res, aut locus, aut interventus alicujus, aut interpellatio, aut ab adversario dictum aliquod, et maxime in perorando, dederit occasionem nobis aliquam,[9] ut dicamus aliquid ad tempus

[s] *Ut reddamus auditores benevolos, dociles, et attentos.*
[t] *Benevolentia conciliatur ex personis nostris, judicum et adversariorum.*
[u] *Cum ostendimus nostram causam ad judices pertinere, nosque eorum prudentiæ confidere.* [v] *Intelligentiam.*

Schutz. *istas mihi partes.*—4 Codd. aliquot, Manut. Lamb. Grut. *contrariis.* 'Cod. Erl. *contrariisque;* quod verum puto, nam sic Cicero in hac forma semper.' *Ernesti.* Ita quoque Venet. Nor. Ald. Junt. Crat. Orell.—5 'Venet. *facta vel collata sit,* quod melius videtur; nam 'collocare offensionem' non dicitur.' *Ernesti.* *vel facta vel collata sit* Nor. *offensiove collata sit* Ald. Junt. Crat. Lamb. *o. concitata sit* Schutz.—6 Vit. non habet *naturamque.* —7 Erl. pro *referri,* habet *conferri.*—8 Lamb. *et jam.* Heusinger. suspicabatur, *Sit etiam hoc in præceptis, &c.*—9 Erl. et Schutz. *occasionem dederit nobis,*

NOTÆ

[s]*Compensando*] Si objectum crimen negare non possumus, exponendæ sunt aliæ virtutes, quibus reus vitium aliquod compenset.

apte, ne derelinquamus: et, quæ suo loco de amplificatione dicemus, multa ex his poterunt ad principiorum præcepta transferri.

IX. 31. C. F. Quid? in narratione [t] quæ tandem conservanda sunt? C. P. Quoniam narratio est rerum explicatio, et quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei,[w] ea sunt in ea servanda maxime, quæ etiam in reliquis fere dicendi partibus: quæ partim sunt necessaria, partim assumta [1] ad ornandum. Nam ut dilucide probabiliterque narremus, necessarium est: sed assumimus [2] etiam suavitatem. 32. Ergo ad dilucide narrandum eadem illa superiora explicandi et illustrandi præcepta repetemus, in quibus est brevitas: eaque sæpissime in narratione laudatur, de qua supra dictum est. Probabilis autem erit, si personis, si temporibus, si locis ea, quæ narrabuntur, consentient; si cujusque facti et eventi causa ponetur; si testata [x] [3] dici videbuntur; si cum hominum opinione, auctoritate, si cum lege, cum more, cum religione conjuncta; si probitas [u] narrantis significabitur, si antiquitas, si memoria,[4] si orationis veritas, et vitæ fides. Suavis autem narratio est, quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, interpositos motus animorum, colloquia personarum,[5] do-

[w] *Id unde incipimus persuadere, ubi sparguntur quædam semina argumentationum.*

[x] *Ab idoneis testibus confirmata.*



omisso *aliquam*. 'Quod placet quia statim sequitur *aliquid*, et commode abest.' *Ernesti*. Mox, *sin dicamus* Lamb.

CAP. IX. 1 Ita Nor. et Orell. *partim sunt assumta* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. *partim sumta* Guelf.—2 'Melius e cod. Erl. *assumamus* legas, aut *assumemus*, quia est oratio præcipientis.' *Ernesti*. *assumamus* Schutz.—3 Erl. *testate*. Mox, *vel auctoritate* Schutz. de sua conjectura.—4 'Id est ἀρχαιολογία καὶ ἱστορία· etsi ingeniose Manut. et Lamb. *si antiquitatis memoria*.' Orell. —5 'Schutz. *interposita colloquia personarum, motus animorum;* quasi vero ita

NOTÆ

[t] *In narratione*] De qua dictum pluribus locis; l. I. Heren. § 12. &c. lib. I. de Invent. § 27. &c. et lib. II. de Orat. § 330.

[u] *Si probitas, &c.*] Fides enim habetur viris probis; quorum mores alienam a fuco antiquitatem redolent; quorum memoria in narrando promta est, non hærens ac titubans; qui antea soliti sunt vera dicere, et quorum sermoni virtus affert auctoritatem.

lores, iracundias, metus, lætitias, cupiditates. Sed jam ad reliqua pergamus.[6]

33. C. F. Nempe ea sequuntur,[y] quæ ad faciendam fidem pertinent. C. P. Ita est: quæ quidem in confirmationem et reprehensionem[z 7] dividuntur. Nam in confirmando, nostra probare volumus; in reprehendendo, redarguere contraria. [*p.* 233.] Quoniam igitur omne, quod in controversiam venit, id aut sit,[8 v] necne sit, aut quid sit, aut quale sit quæritur: in primo conjectura valet, in altero definitio, in tertio ratio.[a] 34. C. F. Teneo istam distributionem. Nunc conjecturæ locos[w] quæro. X. C. P. In verisimilibus,[x] et in propriis rerum notis posita est tota.[b] Sed appellemus docendi gratia verisimile, quod plerumque ita fiat: ut, adolescentiam procliviorem esse ad libidinem. Propriæ autem notæ argumentum, quod nunquam aliter fit, certumque declarat, ut fumus ignem. Verisimilia reperiuntur ex partibus et quasi membris narrationis: ea sunt in personis,[y] in locis, in temporibus, in factis, in eventis, in re-

[y] *Ea pars orationis sequitur.* [z] *Refutationem.*

[a] *Ex primo nascitur status conjecturæ, ex altero status definitionis, ex tertio status qualitatis.*

[b] *Status conjecturalis totus positus est in argumentis, ex quibus aliquid factum vel probabiliter, vel necessario colligitur.*

esset ap. Quintil. IV. 2. 108. sed is habet, 'Exitus inopinatos, colloquia personarum, omnes affectus.'' *Idem.*—6 Venet. et Nor. *transeamus.*—7 Ita Lamb. et Grut. *et in reprehensionem* codd. aliquot, Ald. Junt. Victor. Manut. Schutz. Orell.—8 Margo Venet. *id an aut sit,* probante Ernestio. Actutum, *necne, aut quid sit* Schutz.

NOTÆ

[v] *Id aut sit*] De triplici causarum constitutione diximus in notis ad lib. I. Heren. § 18.

[w] *Conjecturæ locos*] Vide l. II. Heren. § 3. &c. et lib. II. de Inv. § 17. &c.

[x] *In verisimilibus*] Verisimilis est hæc conjectura: Ignavus est, et timidus; ergo militiæ nomen non dabit. Hæc autem certa, et ex propriis rerum notis ducta: Apparet ejus in vultu cicatrix; ergo vulnus accepit.

[y] *In personis*] Ea omnia quisque observare potest in oratione pro Roscio parricidii reo. Ab eo scelere alienissimum esse conjecturam ducit Cicero a persona, quod integris esset moribus, et rusticæ vitæ addictus: a loco, quod parens occisus fuerit Romæ, filius Ameriæ versaretur. Reliqua, quæ tempus, facta, et eventa spectant, facile est annotare.

rum ipsarum negotiorumque naturis. 35. In personis naturæ primum spectantur, valitudinis,[z] figuræ, virium, ætatis, marium, fœminarum: atque hæc quidem in corpore: animi autem, aut quemadmodum affecti sint,[1] virtutibus, vitiis, artibus, inertiis; aut quemadmodum commoti, cupiditate, metu, voluptate, molestia. Atque hæc quidem in natura spectantur.[2] In fortuna, genus, amicitiæ, liberi, propinqui, affines, opes, honores, potestates, divitiæ, libertas, et ea, quæ sunt iis[3] contraria. 36. In locis autem et illa naturalia, maritimi an remoti a mari: plani an montuosi;[4] læves an asperi; salubres an pestilentes; opaci an aprici:[c] et illa fortuita, culti an inculti; celebres an deserti;[d] coædificati an vasti;[e] obscuri[f] an rerum gestarum vestigiis nobilitati; consecrati an profani. XI. 37. In temporibus autem, præsentia et præterita et futura cernuntur: in his ipsis, vetusta, recentia, instantia, paulo post aut aliquando futura. Insunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quasi naturam notant, ut hyems, ver, æstas, autumnus: aut anni tempora, ut mensis, ut dies, ut nox, hora, tempestas;[g] quæ sunt naturalia: fortuita[h] autem, sacrificia, festi dies, nuptiæ. 38. Jam facta

[c] *An arborum densitate umbrosi, an solibus expositi.*
[d] *An ibi sit frequens multitudo, an a paucis habitentur.*
[e] *An ibi sint ædes et urbes ædificatæ, an secus.* [f] *Ignobiles.*
[g] *Tempus simpliciter dictum.* [h] *Quæ spectant humanas actiones.*

Cap. x. 1 'Cod. Erl. *affecti sint;* bene: pendet enim a *spectantur.*' Ernesti. *affecti sunt* ceteri codd. et edd.—2 Verbum *spectantur* deest in Venet. et in Schutz. ed. maj. probante Ernestio.—3 Ita omnes codd. et edd. præter Nor. et Orell. ubi legitur *sunt his.*—4 Lamb. *montosi.* Vid. Garaton. ad Plancian. p. 55. ed. Orellii.

Cap. xi. 1 Totus hic locus ita videtur refingendus Schutzio: *Insunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quasi mensuram notant, ut annus, ut mensis, ut*

NOTÆ

[z] *Valitudinis*] Aliter enim et aliud agunt sanus et æger, pulcher et deformis, robustus et imbellis, vir et mulier, bonus et improbus, perturbationibus commotus, et ab affectibus liber. Item qui obscuris natalibus, et qui claro genere; qui amicis, liberis, propinquis, affinibus abundat, et qui eget; dives et pauper, honoratus et inglorius, liber et servus. Personarum igitur consideratio ad eliciendam facti conjecturam plurimum valet.

et eventus aut consilii sunt, aut imprudentiæ; quæ est aut in casu, aut in quadam animi permotione: casu, cum aliter cecidit,[2] ac putatum sit; permotione, cum aut oblivio, aut error, aut metus, aut aliqua cupiditatis causa permovit. Est etiam in imprudentia necessitas ponenda.[3] Rerum autem bonarum et malarum tria sunt genera: nam aut in animis, aut in corporibus, aut extra esse possunt. Hujus igitur materiæ, ad argumentum subjectæ, perlustrandæ animo partes erunt omnes, et ad id, quod agetur, ex singulis conjectura capienda.[i] 39. Est etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti vestigiis[j] sumitur, ut telum, cruor, clamor editus,[4] titubatio, permutatio coloris, oratio inconstans, tremor, et eorum aliquid, quod sensu percipi possit: etiam si[5] præparatum aliquid, si communicatum cum aliquo, si postea visum, auditum, indicatum. 40. Verisimilia autem partim singula[a] movent suo pondere, partim, etiamsi videntur esse exigua per se, multum tamen, cum sunt coacervata, proficiunt: atque in his verisimilibus[b] insunt nonnunquam etiam certæ rerum et

[i] *Cum igitur aliqua materia tractanda proposita fuerit, ejus omnes partes considerandæ erunt, et quantum satis erit, ex singulis ducenda conjectura.*
[j] *Signis.*

dies, ut nox, ut hora; aut anni tempora, ut hyems, ver, æstas, autumnus, quæ sunt naturalia, fortuita autem sacrificia, festi dies, nuptiæ.—2 Ita Venet. Nor. Orell. *accidit* Ald. Junt. Lamb. Grut. Mox, *ac putatum ac superatum sit* Nor. unde Schutz. suspicabatur, *ac putatum, aut superatum sit.*—3 Guelf. et Nor. *ponderanda.*—4 Guelf. Venet. et Nor. *clamor auditus.*—5 Ita codd. et edd. vett. Ald. Junt. Lamb. Grut. et Schutz. in ed. min. *si* Victor. Schutz. in ed. maj.

NOTÆ

[a] *Partim singula*] Quam in rem sic egregie præcipit Fab. v. 12. 'Firmissimis argumentorum singulis instandum: infirmiora congreganda sunt, quia illa per se fortia non oportet circumstantibus obscurare, ut qualia sint appareant. Hæc imbecilla natura, mutuo auxilio sustinentur. Itaque si non possunt valere, quia magna non sunt, valebunt quia multa sunt, quæ ad ejusdem rei probationem omnia spectant; ut si quis hæreditatis gratia hominem occidisse dicatur. Hæreditatem sperabas, et magnam hæreditatem, et pauper eras, et tum maxime a creditoribus appellabaris, et offenderas eum cujus hæres eras, et mutaturum tabulas sciebas: singula levia sunt, et communia; universa vero nocent, etiamsi non ut fulmine, tamen ut grandine.'

[b] *In his verisimilibus*] Sententia est,

propriæ notæ. Maximam autem facit fidem ad similitudinem veri, primum, exemplum;[c] deinde introducta rei similitudo: fabula[d] etiam nonnunquam, etsi est[6] incredibilis, tamen homines commovet.

XII. 41. C. F. Quid? definitionis[e] quæ ratio est et quæ via? C. P. Non dubium est id quidem, quin definitio genere declaretur, et proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus, proprium quid sit,[1] eluceat.[k] Sed quoniam de propriis oritur plerumque magna dissensio, definiendum est sæpe ex contrariis, sæpe etiam ex dissimilibus, sæpe ex paribus. Quamobrem descriptiones quoque sunt in hoc genere sæpe aptæ, et enumeratio consequentium, inprimisque commovet explicatio vocabuli ac nominis.

42. C. F. Sunt exposita jam fere ea, quæ de facto,

[k] *Definitio constet genere et differentia; aut, quia raræ sunt propriæ cujusque rei differentiæ, definitio constet genere, et plurium accidentium communium collectione, ex qua intelligitur id quod est proprium.*



et Orell.—6 'Sic recte Erl.' *Ernesti.* Sic etiam Schutz. 'Sed quemadmodum in propositione speciali, ut ita dicam, etsi hæc fabula est incredibilis, verus est indicativus, sic in universali conjunctivus.' *Orell.* *etsi sit* Venet. Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut.

NOTÆ

tot verisimilia in unam rem coacervari posse, ut quæ seorsim essent tantum probabilia, conjunctim sumta fiant necessaria.

[c] *Exemplum*] Lucanus nullam inter regni socios esse fidem exemplo Romuli et Remi probat: 'Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit, nec gentibus ullis Credite, nec longe factorum exempla petantur; Fraterno primi maduerunt sanguine rivi.'

[d] *Fabula*] Sic intra mediocritatis fines quemque debere se continere sua sorte contentum festive ostendit Horat. I. Epist. 10. 'Cervus equum pugna melior communibus herbis Pellebat, donec minor in certamine longo Imploravit opes hominis, frænumque recepit. Sed postquam victor violens discessit ab hoste, Non equitem dorso, non frænum depulit ore. Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis Libertate caret, dominum vehet improbus, atque Serviet æternum, quia parvo nesciet uti.' Tum pergit idem similitudine apposita probare, 'Cui non conveniet sua res, ut calceus olim, Si pede major erit, subvertet; si minor, uret.'

[e] *Definitionis*] De statu definitionis diximus lib. II. Heren. § 17. et lib. II. de Invent. § 154. De loco autem oratorio qui a definitione dicitur, lib. II. de Orat. § 108. sed præcipue in Topicis § 9. et 26. &c. fusius egimus.

quæque de facti appellatione quæruntur. Nempe igitur ea restant,[l] quæ, cum factum constet, et nomen, qualia sint,[2] [f] vocatur in dubium. C. P. Est ita, ut dicis. C. F. Quæ sunt igitur in eo genere partes? C. P. Aut jure factum,[m] depellendi[3] aut ulciscendi doloris gratia, aut pietatis, aut pudicitiæ, aut religionis, aut patriæ nomine, aut denique necessitate, inscitia,[4] casu. 43. Nam quæ motu animi et perturbatione facta sine ratione sunt, ea defensionem contra crimen, in legitimis judiciis,[n] non habent, in liberis disceptationibus[o] habere possunt. Hoc in genere, in quo, quale sit, quæritur, ex controversia, jure, et rectene actum sit,[5] quæri solet: quorum disputatio ex locorum descriptione sumenda est.[p] 44. C. F. Agesis ergo, quoniam in confirmationem et reprehensionem diviseras orationis fidem,[q] [6] et dictum de altero[r] est; expone nunc de reprehendendo. C. P. Aut totum est negandum,[g] quod in argumentatione adversarius sumserit, si fictum aut falsum esse possis docere; aut redarguenda ea, quæ pro verisimilibus sumta sint:[7] primum dubia sumta esse pro cer-

[l] *Restat status qualitatis.*
[m] *Id quod objicit adversarius, depellitur, aut tanquam jure factum, &c.*
[n] *In quibus sedent arbitri judices, jurejurando addicti sententiæ ex legibus ferendæ.*
[o] *Ubi qui sunt arbitri, legum vinculis exsoluti sunt.*
[p] *In hoc statu qualitatis inquiri solet, an factum sit secundum leges, an contra. Quorum duorum dissertatio ex locis rhetoricis sumenda est.*
[q] *Quandoquidem eam orationis partem, quæ ad fidem faciendam pertinet, diviseras in confirmationem et refutationem.*
[r] *De confirmatione.*



Cap. xii. 1 Lamb. *quod sit.*—2 'Erl. *et factum, et nomen quale sit:* bene, puto.' *Ernesti.* *et factum constat, et nomen, qualia sint* Guelf. *et factum constet, et nomen, qualia sint* Orell.—3 Ita Vit. et edd. vett. etiam Venet. et Nor. *factum depellitur* Ald. Junt. Manut. Grut. *factum defenditur* Lamb. *factum appelletur* Erl. *factum defendetur, depellendi aut, &c.* Schutz.—4 Lamb. et Orell. *inscientia.*—5 Guelf. a m. sec. et Schutz. *jure, et recte, necne, factum sit;* Lamb. Orell. et Schutz. in ed. maj. *jure, et rectene factum sit;* edd. vett. Nor. Venet. Ald. Junt. Manut. Grut. *jure, rectene actum sit.* 'Sed vera scriptura videtur, *jure, necne, factum sit.*' Orell. Paulo ante Schutz. expunxit voc. *ex controversia.*—6 Lamb. *diviseras fidem,* omisso *orationis.*—7

NOTÆ

[f] *Qualia sint*] De statu qualitatis, qui etiam generalis dicitur, consulatur lib. i. de Invent. § 14. &c.

[g] *Aut totum negandum*] De refutatione fuse lib. i. de Invent. § 79. breviter lib. ii. de Orat. § 215.

tis; deinde etiam in perspicue falsis eadem posse dici; tum ex iis, quæ sumserit, non effici, quod velit.[8] Accedere autem oportet ad singula:[9] sic universa frangentur.[s] Commemoranda sunt etiam exempla, quibus simili in disputatione creditum non sit: conquerenda[10] conditio communis periculi, si ingeniis hominum criminosorum sit exposita vita innocentium.

XIII. 45. C. F. Quoniam unde inveniuntur[1] quæ ad fidem pertinent, habeo, quemadmodum in dicendo singula tractentur, expecto. C. P. [Argumentationem] quærere videris, quæ sit argumenti explicatio:[2] [quæ sumta ex iis locis, qui sunt expositi, conficienda et distinguenda dilucide[t] est.] C. F. Plane istuc[3] ipsum desidero. 46. [p. 234.] C. P. Est ergo (ut supra dictum est) explicatio argumenti, argumentatio: sed ea conficitur, cum sumseris aut non dubia, aut probabilia, ex quibus id efficias, quod aut dubium, aut minus probabile per se videtur. Argumentandi autem duo sunt genera,[h] quorum alterum ad fidem

[s] *Argumenta verisimilia sunt singillatim impugnanda: sic enim universa facile evertentur.*

[t] *Clare et ornate exponenda.*

'Quia ante est *quod sumserit*, hic quoque scribendum est *quæ...sumta sint.*' Ernesti. *quæ ...sumta sunt* codd. et edd. vett. Nor. Ald. Junt. Lamb. Grut. Schutz. in ed. maj. et Orell.—8 Ita Erl. Venet. Schutz. et Orell. *sumserint ...quæ velint* Ald. Junt. Maunt. Grut. *sumserit ...quæ velit* Lamb.—9 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *Accidere a. o. ut singula* edd. vett. '*Accidere autem oportet singula*] Optimam hanc lectionem revocavi ex ed. Omnib. Kob. Nimirum Cicero e fasciculo baculorum imaginem mutuatus est, quos si singulos accideris, vel incideris, facile possis universos frangere.' *Schutz.*—10 Kob. Nor. Lamb. *tum querenda;* Schutz. in ed. maj. *tum conquerenda.*

CAP. XIII. 1 Lamb. *inveniantur.* Mox, *quæ ad f. attinent* Nor.—2 '*Argumentationem ... quæ sit a. e. &c.*] Aldus et Junta habent *quæ est.* Sane *sit* in hoc textu stare non potest. Sed verbum *argumentationem* sine dubio est spurium; nam nomen hoc post ponitur: est ergo explicatio argumenti argumentatio. Nec argumentatio sumitur e locis, sed argumentum; ejus autem tractatio est argumentatio. Ms. autem Erl. non habet *quæ sumta ... dilucide est*, quod placet; nam hic de genere modo sermo esse potest, explicatio ejus et præcepta faciendi sequuntur: videnturque ea verba aliunde sumta esse, ubi de argumentatione sermo est.' *Ernesti.* *quæ est argumenti, &c.*

NOTÆ

[h] *Duo sunt genera*] Duplex est argumentatio; directa altera, altera inflexa: directa id tantum sibi proponit, ut fidem faciat; adeoque plerumque propositionem, ejusque probationem præmittit, deinde assumtionem subjungit, ejusque confirmationem; denique complexionem, sive conclu-

directo spectat; alterum se inflectit ad motum. Dirigitur, cum proposuit aliquid,[4] quod probaret, sumsitque ea, quibus niteretur; atque his confirmatis, ad propositum retulit, atque conclusit. Illa autem altera argumentatio, quasi retro et contra, prius sumit, quæ vult, eaque confirmat; deinde id, quod proponendum fuit, permotis animis, jacit ad extremum. 47. Est autem [5] [i] illa varietas in argumentando, et non injucunda distinctio; ut, cum interrogamus nosmet ipsi,[6] aut percunctamur, aut imperamus,[7] aut opta-

Nor. Ald. Junt. Crat. Mannt. Lamb. '*sit argumenti* codex unus ap. Grut. quo recepto facile intelligitur, cur Ernesti uncis inclusit v. *argumentationem*, et seqq. *quæ sumta . . . dilucide est;* eadem vero deleverit Schutz. Non tamen satis ponderarunt seqq. *ut supra dictum est,* quibus suspecta illa defenduntur.' *Orell.*—3 *Plane istud* Schutz. *Plane ipsum istuc* Nor.—4 Schutz. in ed. maj. de Purgoldi conjectura *aliquis.* Mox, *assumsitque* Schutz. in ed. maj. Tum, *quibus uteretur* Junt. Lamb. Grut. *quibus monstret* Venet. *quibus monstreretur* Nor. '*quibus niteretur* Erl. quod librarii non est. Recipere non dubitavi.' *Ernesti.* Ita quoque Schutz. et Orell. Deinde, *se retulit* Schutz. ex uno cod. *sese retulit* Nor. Junt. Lamb. *sese* omittit Grut.—5 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *Est etiam* codd. et edd. vett. Schutz. et Orell.—6 ''Vulgo *nosmet ipsos.* Ernestius dedit *nosmet ipsi,* quod h. l. aptius est, hoc sensu: Cum non expectamus, donec alius nos interroget, sed ipsi nos interrogamus.' *Schutz.*—7 'Sic Heusingerus emendavit ad Cic. Off. III. 10. 16. cf. Orat. c. 40. et de

NOTÆ

sionem adhibet. Egregium hujuscemodi argumentationis directæ et quinquepertitæ habes lib. I. de Invent. § 58. et 59. Inflexa, quæ non modo fidem facit, sed etiam animos movet, directæ argumentationis ordinem non servat, sæpe a conclusione orditur, et excitatis animis quasi retrogreditur ad argumentationis principium. Exemplum suggerit Tullius in Cœliana § 44. &c. 'In M. Cœlio... nulla luxuries reperietur, nulli sumtus, nullum æs alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido.'...Vides hic primo loco conclusionem: sequitur assumtio: 'Audistis cum pro se diceret: audistis antea cum accusaret: defendendi hæc causa, non gloriandi loquor: genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum, quæ vestra prudentia est, perspexistis.' Denique subjungit propositionem, quam rationibus confirmat: 'Atqui scitote, judices, eas cupiditates, quæ objiciuntur Cœlio, atque hæc studia, de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse: fieri enim non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, hoc quicquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum etiam cogitando, possit sustinere.'

[i] *Est autem*] Varia argumentationum tractatione occurremus auditorum satietati. Usurpandæ igitur variæ figuræ, v. g. dubitatio, qua nosmetipsos interrogamus quid sit faciendum; aut communicatio, qua idem ab aliis exquirimus; aut apostrophe,

mus; quæ sunt, cum aliis compluribus, sententiarum ornamenta. Vitare autem similitudinem poterimus, non semper a proposito ordientes; et si non omnia disputando confirmabimus,[8] breviterque interdum, quæ erunt satis aperta, ponemus; quodque ex his efficietur, si id apertum sit, non habebimus necesse semper concludere.

XIV. 48. C. F. Quid? illa, quæ sine arte appellantur, quæ jamdudum assumta dixisti, ecquonam modo,[1] ecquonam loco artis indigent? C. P. Illa vero indigent: nec eo dicuntur sine arte, quod ita sunt,[2] sed quod ea non parit oratoris ars; sed foris ad se delata, tamen arte tractat, et maxime in testibus. 49. Nam et de toto[3] genere testium,[j] quam id sit infirmum, sæpe dicendum est; et argumenta rerum esse propria; testimonia, voluntatum; utendumque est exemplis, quibus testibus creditum non sit; et de singulis testibus, si natura vani, si leves, si cum ignominia, si spe, si metu, si iracundia, si misericordia[4] impulsi, si præmio, si gratia adducti; comparandique superiore cum auctoritate testium, quibus tamen creditum non sit.[u] 50. Sæpe etiam quæstionibus[k] resistendum est, quod et dolorem fugientes[l] multi in tormentis ementiti[5] persæpe sunt, morique

[u] *Cum testibus fide dignioribus, quibus creditum non sit.*

Orat. III. 53. Vulgo *imperamus,* parum apte.' *Schutz.*—8 Ita codd. et edd. vett. Nor. Venet. Lamb. Schutz. et Orell. *confirmando disputabimus* Ald. Junt. Manut. Grut.

CAP. XIV. 1 Hæc *ecquonam modo* desunt in Erl.—2 Guelf. et cod. Barberin. *sint,* probante Garat. ad Milon. p. 154. Bonon.—3 *Nam de toto* Ald. Junt. Manut. Lamb. *et* omittunt Nor. et Grut.—4 ' Erl. *si invidia, si misericordia,* quod non est alienum.' *Ernesti.* Mox, *cum superiore auctoritate* Guelf. et

NOTÆ

qua aliquid sive serio, sive ironice, imperamus; aut optatio; de quibus sententiarum ornamentis jam diximus.

[j] *De toto genere testium*] Locus a testibus quomodo sit confirmandus, quomodo evertendus, exemplis lib. II. ad Heren. § 9. et præceptionibus exposuimus in Topicis § 73.

[k] *Quæstionibus*] Consule lib. II. Heren. § 10. et Topica § 74.

[l] *Dolorem fugientes*] Ut M. Agrii servus, qui Alexandrum C. Fannii servum occidisse accusatus, eoque nomine tortus a domino, admisisse se id facinus constantissime asseveravit. Itaque supplicio affectus est. Paulo post ille cujus de nece creditum fuerat, domum rediit. Val. Max. VIII. 4.

maluerunt falsum fatendo, quam verum inficiando[6] dolere. Multi etiam suam vitam neglexerunt,[m] ut eos, qui his cariores, quam ipsi sibi essent, liberarent: alii autem aut natura corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu supplicii ac mortis,[7] vim tormentorum pertulerunt:[n] alii ementiti sunt[o] in eos, quos oderant. Atque hæc exemplis firmanda sunt. 51. Neque est obscurum, quin (quoniam in utramque partem[8] sunt exempla, et item ad conjecturam faciendam loci) in contrariis contraria sint sumenda.[v] Atque etiam incurrit alia quædam in testibus et in quæstionibus ratio. Sæpe enim ea, quæ dicta sunt, si aut ambigue,[w] aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt, aut etiam aliter ab alio dicta, subtiliter reprehenduntur.

XV. 52. C. F. Extrema tibi pars restat orationis, quæ posita in perorando est, de qua sane velim audire. C. P. Facilior[1] est explicatio perorationis:[p] nam est divisa in duas partes, amplificationem, et enumerationem. Augendi autem et hic est proprius locus in perorando: et in cursu

[v] *Cum dicimus pro quæstionibus, debeant dici contraria iis quæ diximus contra quæstiones.*

[w] *Præter ea quæ de testibus et quæstionibus infirmandis disputavimus, est etiam quadruplex alia ratio refutandi; nempe si subtiliter ostendatur, ea quæ dicta sunt in testimonio, et in quæstione, prolata esse aut ambigue, &c.*

Nor.—5 Lamb. *mentiti.*—6 'E codd. Erl. et Vit. et ed. Venet. addidimus *verum;* quod res jubet addere.' *Ernesti.* *verum* omittunt Ald. Junt. Manut. Grut. Schutz. et Orell. *quam vere infitiando* Crat. *quam vera infitiando* Lamb. —7 Ita Vit. Venet. Nor. Schutz. Orell. *aut mortis* Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut.—8 Ita ex codd. Grut. *in utraque parte* Nor. Ald. Junt. Lamb.

Cap. XV. 1 *Facilis* codex unus Oxon. Venet. Nor. Lamb. Schutz. Orell.

NOTÆ

[m] *Vitam neglexerunt, &c.*] Philippus, servus Fulvii Flacci, octies tortus, nullum omnino verbum, quo dominus perstringeretur, emisit. Ibidem.

[n] *Vim tormentorum pertulerunt*] Fannii servus Alexander, cum in suspicionem C. Flavii equitis Romani occisi venisset, sexies tortus, pernegavit ei se culpæ affinem fuisse; nihilominus in crucem actus est. Ibidem.

[o] *Ementiti sunt*] Testis est Zeno Eleates: is tyrannidis odio in Phalarim nobilissimos Agrigentinorum adolescentes concitavit: conjuratione detecta tormentis subjectus, et de consciis interrogatus, proximum quemque ac fidissimum tyranno suspectum reddidit. Val. Max. III. 3. Huc etiam pertinet exemplum Theodori ibidem relatum.

[p] *Perorationis*] De qua consulantur notæ in lib. II. Heren. § 47.

ipso orationis declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua, aut reprehensa. 53. Est igitur amplificatio, gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. Ea et verborum genere conficitur, et rerum. Verba ponenda sunt, quæ vim habeant illustrandi, nec ab usu sint abhorrentia, gravia,[2] [q] plena, sonantia, juncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata, inprimisque translata, nec[3] in singulis verbis,[r] sed in continentibus soluta, quæ dicuntur sine conjunctione,[x] ut plura videantur. 54. Augent etiam relata[s] verba,[y] iterata,[z] duplicata,[a] et ea, quæ ascendunt gradatim ab humilioribus verbis[4] ad superiora, omninoque semper quasi naturalis et non explanata oratio,[b] sed gravibus referta verbis, ad augendum accommodatior. Hæc igitur in verbis; quibus actio vocis, vultus, et gestus[5] congruens, et apta ad animos permovendos, accommodanda est.[c] Sed et in verbis,[6] et in

[x] *Non in singulis verbis, sed in ipsa orationis serie dissoluta, et sine conjunctionibus posita.*

[y] *Verba, quibus vel paria paribus, vel contraria contrariis referuntur.*

[z] *Repetita sæpius.* [a] *Bis repetita.*

[b] *Omnis fuci expers oratio, nec studiosius perpolita.*

[c] *Hujuscemodi oratio, si accesserit decens gestus et pronuntiatio, maxime idonea est ad concitandos affectus.*

non improbante Ernestio.—2 Ita omnes fere codd. et edd. *grandia* unus cod. ap. Lamb. et Orell. Mox, pro *facta*, Nor. habet *ficta*. Actutum, *coagmentata* Mich. Brut. ap. Lallem. improbante Schutz.—3 Schutz. *nec solum.* 'Idem recte interpunxit, *continentibus, soluta*, quæ antea conjungebantur.' *Orell.*—4 Schutz. delet v. *verbis*. Mox, idem Schutz. in ed. maj. *non naturalis*. Tum, *sed grandibus* Orell. *et grandibus* Lamb. *sed gravibus* ceteri omnes. Denique, *est accommodatior* conj. Orell.—5 Lamb. e codd. *actio voce, vultu et gestu*, non improbante Schutz. Mox, *accommodata est* Ald. Junt. Manut. Grut. *accommodanda est* Venet. Lamb. Schutz. Orell.—6 *Sed in verbis* Schutz. Dein,

NOTÆ

[q] *Gravia*] Verba gravia pondus habeut et auctoritatem; plena multitudine syllabarum, sonantia literarum amplitudine, conficiuntur; juncta sunt composita; facta quæ facit orator; cognominata synonyma idem significant; non vulgata sublimia; superlata hyperbolica; translata metaphorica.

[r] *Nec in singulis verbis*] Tale est illud Ciceronis in Antonium: 'Nos penates, aras, focos, sepulcra majorum, nos leges, jura, libertatem, conjuges, liberos, patriam defendimus: M. Antonius id molitur, id pugnat, ut hæc omnia perturbet, evertat.'

[s] *Relata*] De quibus, ut et ceteris, quæ hic subjiciuntur, dictum est, cum figuræ verborum expositæ sunt.

actione causa erit tenenda, et pro re agenda:[d] nam hæc, quia[7] videntur perabsurda, cum graviora sunt, quam causa fert; diligenter, quid quemque deceat, judicandum est. XVI. 55. Rerum amplificatio sumitur eisdem ex locis omnibus, quibus[1] illa, quæ dicta sunt ad fidem:[e] maximeque definitiones valent conglobatæ,[t] et consequentium frequentatio,[u] et contrariarum,[v] et dissimilium, et inter se pugnantium rerum conflictio:[2] et causæ, et ea, quæ sunt de causis orta, maximeque similitudines et exempla: fictæ etiam personæ: muta denique loquantur; omninoque ea sunt adhibenda, si causa patitur, quæ magna habentur: quorum est duplex genus. 56. Alia enim magna natura[3] videntur, alia usu: natura, ut cœlestia,[w] ut divina,[x] ut ea, quorum obscuræ

[d] *Tum in verbis, tum in actione considerandum, quid exigat causa, et quid in ea deceat.*
[e] *Quæ pertinent ad fidem faciendam.*

pro *tenenda* Oxon. unus et Guelf. habent *ponenda;* Erl. et Oxon. alter *ponderanda.* 'Sic Ven. Nor. sed omittunt seqq. *et pro re agendum,* ut ex Erl. dedit Schutz. necessario fere, si *tenenda* verum est. Etenim conjicere licet etiam cum Lambino, *tenenda et ponderanda.* Duri enim nescio quid habet *et pro re agendum.* Solœcum est, *pro re agenda* ceterorum.' *Orell.*—7 Lamb. *nam quia hæc;* Schutz. *nam quia videntur perabsurda, quæ graviora sunt,* improbante Orell. Mox, *quid quamque deceat* Lamb.

CAP. XVI. 1 Lamb. *ex quibus,* probante Schutz. Mox, *quæ valere dicta sunt* Lamb. Deinde, *et definitiones* Erl.—2 Unus codex Oxon. tres Lambini, et ed. Lamb. *rerum conflictatio.*—3 Ita Nor. Ald. Junt. Lamb. Manut. Grut.

NOTÆ

[t] *Definitiones valent conglobatæ*] Quæ congregatæ naturam rei quasi oculis subjiciunt, ut lib. II. de Orat. § 36. 'Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis.'

[u] *Consequentium frequentatio*] Est enumeratio crebra rerum quæ consecuturæ sunt. Luculentum habes exemplum in peroratione pro Muræna § 88. 'Si (quod Jupiter omen avertat!) hunc vestris sententiis afflixeritis, quo se miser vertet? domumne? ut eam imaginem clarissimi viri parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominia lugentemque videat: an ad matrem? quæ misera modo consulem osculata filium suum, nunc cruciatur,' &c.

[v] *Contrariarum*] Cum ponuntur contraria, ut ibidem § 89. 'Habet magnum dolorem, unde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reverti.' De dissimilibus, repugnantibus, causis, effectis, &c. alibi dictum.

[w] *Cœlestia*] Ad quæ revocari debent, tonitrua, procellæ, cometæ, insolitæ solis ac lunæ defectiones: quæ persecutus est accurate Virgil.

causæ,[y] ut, in terris mundoque admirabilia quæ sunt; ex quibus similibusque, si attendas, ad augendum permulta suppetunt: usu, quæ videntur hominibus aut prodesse aut obesse vehementius; quorum sunt genera ad amplificandum tria. Nam aut caritate[f] moventur homines, ut Deorum, ut patriæ, ut parentum; aut amore, ut fratrum, ut conjugum, ut liberorum, ut familiarium; aut honestate, ut virtutum, maximeque earum, quæ ad communionem hominum et liberalitatem valent. Ex iis et[4] cohortationes sumuntur ad ea retinenda; et in eos, a quibus ea violata sunt, odia incitantur,[5] [z] et miseratio nascitur.[g] XVII. 57. Proprius locus est augendi,[1] in his rebus aut amissis, aut amittendi periculo.[h] Nihil est enim tam miserabile, quam ex beato miser. Et hoc totum quidem[a] moveat, si bona ex fortuna[2] quis cadat: et, a quorum caritate divellatur; quæ amittat, aut amiserit; in quibus malis sit, futurusve sit, exprimatur breviter. Cito enim arescit[3] lacryma,[b] præsertim in alienis malis: [*p.* 235.] nec quicquam in amplificatione nimis enu-

[f] *Pietate.*

[g] *Res magnæ dant locum cohortationibus, ut illæ diligenter retineantur; postea concitatur odium in eos, qui res eas violaverint; denique commiseratio oritur.*

[h] *Amplificationi locus est, cum ostendit orator aliquem, magnas illas res, pietatem in Deos, amorem in familiam, et honestatem, aut amisisse, aut paulo post amissurum.*

natura magna Erl. Schutz. et Orell.—4 *Ex iis etiam* Lamb.—5 Lamb. *odia concitantur.*

Cap. XVII. 1 Ita codd. et edd. vett. *est* omittunt Ald. Junt. Manut. Grut. *Proprius autem locus est* unus Oxon. et Schutz. *Proprius aut locus est* Guelf. *nascitur ex iis rebus aut amissis, aut amittendis. Nihil,* Lamb. omissis intermediis.—2 'Schutz. *si qua ex fortuna:* ingeniose. Alio modo hianti con-

NOTÆ

Georg. I. in deploranda Cæsaris nece: 'Ille etiam (sol) extincto miseratus Cæsare Romam Cum caput obscura nitidum ferrugine texit, Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem,' &c.

[x] *Divina*] Qualia sunt oracula, vatum responsa, somnia, &c.

[y] *Quorum obscuræ causæ*] Ut subiti terræ motus, repentinæ fluviorum inundationes, monstra, portenta, &c.

[z] *Odia incitantur*] Exemplis refertæ sunt Verrinæ, in quibus in rapinas, sacrilegia, et sævitiam Verris copiose et acriter invehitur.

[a] *Et hoc totum quidem*] De variis miserationis excitandæ modis fuse disseruimus in notis ad lib. I. de Invent. § 106. et sequentibus.

[b] *Cito enim arescit lacryma*] Vide lib. II. Heren. § 51.

cleandum est: minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit. 58. Illud jam est judicii, quo quaque in causa genere utamur augendi. In illis enim causis, quæ ad delectationem[4] exornantur, ii loci tractandi sunt, qui movere possunt expectationem, admirationem, voluptatem: in cohortationibus autem, bonorum ac malorum enumerationes et exempla valent plurimum. In judiciis accusatori fere, quæ ad iracundiam;[c] reo plerumque, quæ ad misericordiam pertinent. Nonnunquam tamen accusator misericordiam movere debet, et defensor iracundiam. 59. Enumeratio[d] reliqua est, nonnunquam laudatori, suasori non sæpe, accusatori sæpius quam reo, necessaria. Hujus tempora[5] duo sunt,[i] si aut memoriæ diffidas eorum, apud quos agas, vel intervallo temporis, vel longitudine orationis; aut frequentatis firmamentis orationis,[j] et breviter expositis, vim est[6] habitura causa majorem. 60. Et reo rarius utendum est, quod ponenda sunt[e] contraria; quorum dissolutio in brevitate lucebit,[7] aculei pungent. Sed erit in enumeratione vitandum, ne ostentatio memoriæ suscepta videatur esse puerilis: id effugiet, qui non omnia minima repetet, sed brevia[8] singula attingens, pondera rerum ipsa comprehendet.

[i] *Enumeratio duplici de causa usurpatur.*
[j] *Breviter repetitis præcipuis rationibus.*

structioni succurrit Lamb. edens, *et, si a quorum.*' Orell.—3 Nor. *exarescit.*—4 Crat. et Lamb. *laudationem;* Nor. *liberationem.*—5 Ita Guelf. Venet. aliæque edd. vett. etiam Schutz. *Hujus ipsa tempora* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. et Orell.—6 Lamb. *sit.* ' Sed delendum videtur potius v. *causa,* ut subjectum sit *enumeratio.*' Orell.—7 ' Ernesti *in brevitate lucebit,* miro errore, quasi sic voluisset Lamb. etsi habet sic Oxon. alter.' *Idem. in brevitate non latebit* Lamb. *in brevitate latebit* Ald. Junt. Crat. Victor. Manut. Grut. *in brevitate non lucebit* unus Oxon. Nor. Kob. Schutz. Orell. probante Lamb.—8 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Lamb. *sed brevi* Manut. et Orell. *sed breviter* Schutz. de sua conjectura.

NOTÆ

[c] *Quæ ad iracundiam*] Iræ et indignationis concitandæ artem et exempla exposuimus lib. I. de Invent. § 100. &c.

[d] *Enumeratio*] Est validissimorum argumentorum repetitio, quam Græci ἀνακεφαλαίωσιν vocant. Exempla protulimus lib. II. Heren. § 47. et lib. II. de Invent. § 98.

[e] *Ponenda sunt*] Sensus est: Reus afferre debet contraria iis, quæ ab accusatore objecta sunt, quorum re-

XVIII. 61. C. F. Quoniam et de ipso oratore et de oratione dixisti, expone eum mihi nunc, quem ex tribus extremum proposuisti, quæstionis locum. C. P. Duo sunt, ut initio dixi, quæstionum genera;[f] quorum alterum, finitum temporibus et personis, causam[1] appello; alterum infinitum, nullis neque personis, neque temporibus notatum, propositum voco.[2] Sed est consultatio quasi pars causæ quædam et controversiæ:[k3] inest enim infinitum in definito,[g] et ad illud tamen referuntur omnia. 62. Quamobrem prius de proposito dicamus; cujus genera sunt duo, cognitionis alterum; ejus scientia est finis, ut, Verine sint sensus:[h] alterum actionis; quod refertur ad efficiendum quid, ut, si quæratur, Quibus officiis amicitia colenda sit. Rursus superioris genera sunt tria:[i] sit, necne: quid sit: quale sit.[l] Sit, necne;[4] ut, Jus in natura[j] sit, an in more: quid autem

[k] *Thesis, quæ et consultatio, et propositum appellatur, est pars hypotheseos, sive causæ.*

[l] *Illius generis, quod ad actionem refertur, tres sunt species; quæritur enim, an res aliqua sit, necne; quid sit; qualis sit.*

Cap. xviii. 1 Ita codd. aliquot, Venet. Nor. Manut. Grut. *causam controversiam* Vit. *controversiam causam* Ald. Junt. Crat. *controversam causam* ed. vet. ap. Grut. non Gruterus ipse, ut asserit Ernesti; *controversiam seu causam* Lamb.—2 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Schutz. Orell. *quod propositum voco* ed. 1584. et Grut.—3 Ita Ald. Junt. Crat. Grut. *Sed propositum latius quasi pars omne* (id est *causæ*) *et controversiæ* Nor. *Sed propositum latior pars controversiæ, quam causæ* Palat. quintus ap. Grut. quem exhibere ait Lallem. *Sed propositum latior pars causæ quædam et controversiæ*, quod ipse dedit: *Sed est propositum quasi pars causæ quædam* Lamb. *Sed est quasi latior pars causæ quædam propositum* Schutz. *Sed est consultatio quasi pars causæ quædam* Manut. *Sed est propositum quasi latior pars causæ quædam* Orell. —4 Unus Oxon. et Lamb. *necne sit: quid sit: quale sit. Necne sit, &c.* Mox,

NOTÆ

futatio in enumeratione, quæ brevis esse debet, non satis habebit virium; immo crimina, repetitione renovata, judicum animos ad ultionem stimulabunt.

[f] *Duo . . . quæstionum genera*] Quæ ad ea pertinent explanata sunt in Top. § 79. &c.

[g] *Infinitum in definito*] Vide Top. § 80.

[h] *Verine sint sensus*] Hanc quæstionem solvimus in notis ad lib. I. de Invent. § 8.

[i] *Genera sunt tria*] Primum, res sit, necne, ad conjecturalem statum; alterum, quid sit, ad finitivum; tertium, qualis sit, ad generalem spectat.

[j] *Jus in natura*] Callicles apud Platonem in Gorgia jus a consuetudine; contra Socrates, aut, sub nomine Socratis, Plato, et Cicero lib. I. de Legibus, a natura sentiunt emanare.

sit;[k] Sitne jus id, quod majori parti sit utile:[l] quale autem sit; Juste[5] vivere, sit, necne, utile. 63. Actionis autem duo sunt genera: unum, ad persequendum aliquid, aut declinandum; ut, Quibus rebus adipisci gloriam possis,[6] aut Quomodo invidia vitetur: alterum, quod ad aliquod commodum usumque refertur; ut, Quemadmodum sit respublica administranda, aut, Quemadmodum in paupertate vivendum. 64. Rursus autem ex cognitionis[7] consultatione, ubi, sit, necne sit, aut fuerit, futurumve sit, quæritur,[m] unum genus est quæstionis, possitne aliquid effici? ut, cum quæritur, Ecquisnam perfecte sapiens[m] esse possit? alterum, quemadmodum quidque fiat; ut, Quonam pacto virtus pariatur, naturane,[n] an ratione, an usu? Cujus generis sunt omnes, in quibus, ut in obscuris naturalibusque quæstionibus, causæ rationesque rerum explicantur. XIX. 65. Illius autem generis, in quo, quid sit id, de quo agitur, quæritur, duo sunt genera: quorum in altero disputandum est, aliud an idem sit,[o] ut pertinacia et perseverantia: in

[m] *In statu conjecturali, quo inquiritur, an sit res, habita ratione temporis præsentis, præteriti, et futuri, tria investigari possunt, an res sit, an fuerit, an futura sit.*

jus in naturane sit codd. aliquot, Schutz. et Orell.—5 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *quid autem sit, sic: sitne jus id, ...quale autem sit, sic: juste* Venet. Nor. Orell. *quid sit: ut, sitne jus id, ... quale autem sit: ut juste* Schutz.—6 Guelf. *possit.*—7 *Rursus autem in cogn.* Lamb.

NOTÆ

Constat jus esse aliud a natura nobis insitum, aliud consuetudine receptum.

[k] *Quid autem sit*] Jus ab Ulpiano definitur ars boni et æqui.

[l] *Quod majori parti sit utile*] Thrasymachus apud Platonem lib. I. de Rep. id omne putat esse jus, quod est potentioribus utile: verum ibidem a Socrate egregie refellitur.

[m] *Ecquisnam perfecte sapiens*] Perfecte sapientem solum esse Deum docet Plato in Phædro: Τὸ *μὲν σοφὸν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἔμοι γε μέγα εἶναι δοκεῖ, καὶ Θεῷ μόνῳ πρέπειν· Sapientem, o Phædre, appellari magnum quiddam esse mihi videtur, et Deo soli convenire.* Platoni consentit Tullius lib. II. de Divin. § 61. 'Sæpius mulam peperisse arbitror, quam perfecte sapientem fuisse.'

[n] *Naturane*] Vide lib. I. de Orat. § 247.

[o] *Aliud an idem sit*] In statu definitionis quæritur, an aliqua res sit eadem atque alia quæpiam proposita: v. g. an pertinacia sit idem quod perseverantia. Id facile colligetur

altero autem, descriptio generis alicujus, et quasi imago exprimenda est; ut, qualis sit avarus,[p] aut quid sit superbia.[1 q] 66. Tertio autem in genere, in quo, quale sit, quæritur, aut de honestate, aut de utilitate, aut de æquitate dicendum est. De honestate sic: ut, Honestumne sit[r] pro amico periculum aut invidiam subire. De utilitate autem sic: ut, Sitne utile,[s] in republica administranda versari. De æquitate vero sic: ut, Sitne æquum,[t] amicos cognatis anteferre. Atque in hoc eodem genere, in quo, quale sit, quæritur, exoritur aliud quoddam disputandi genus. Non enim simpliciter solum quæritur, quid honestum sit, quid utile, quid æquum; sed etiam ex comparatione, quid honestius, quid utilius, quid æquius; atque etiam, quid honestissimum, quid utilissimum, quid æquissimum: cujus generis illa sunt, Quæ præstantissima sit dignitas vitæ.[n] Atque ea quidem, quæ dixi, cognitionis sunt omnia. 67. Restant actionis: cujus alterum est præcipiendi genus, quod ad rationem officii[u] pertinet; ut, Quemadmodum colendi sint parentes: alterum autem ad sedandos[2] animos, et oratione sanandos, ut in consolandis mœroribus, ut in iracundia comprimenda, aut in timore tollendo,[3] aut in

[n] *Quod sit optimum vitæ genus.*

Cap. xix. 1 Codd. aliquot, edd. vett. et Nor. *superbus*.—2 Lamb. et Schutz. *quod ad sedandos*. 'Videtur tamen esse e correctione.' *Orell.*—3

NOTÆ

ex definitione; eadem enim erunt, quibus eadem definitio congruet. De perseverantiæ et pertinaciæ discrimine diximus in Topicis § 87.

[p] *Qualis sit avarus*] Avarum sub Euclionis persona lepide describit Plautus in Aulularia.

[q] *Quid sit superbia*] Est animi præter rationem elatio.

[r] *Honestumne sit*] Immo et omnium sermone celebrantur, qui non modo se periculis, sed etiam morti amicorum causa obtulere.

[s] *Sitne utile*] Huc pertinet quod in hunc locum Majoragius ex veteribus de Chrysippo retulit. Is interrogatus aliquando, cur remp. non administraret, respondit, quia mala administratio Deos, bona homines offendit.

[t] *Sitne æquum*] Id humana societas exigit, ut, quo quisque propiori consanguinitatis gradu nobis conjunctus est, eo potiori jure ceteris anteponatur; nisi forte cognatus vitiis, amicus excellenti virtute alium caritatis ordinem servare jubeat.

[u] *Ad rationem officii*] Quæ ad officia pertinerent tribus libris optime Cicero explicuit.

cupiditate minuenda. Cui quidem generi contrarium est disputandi genus ad eosdem illos animi motus, quod in amplificanda oratione[9] sæpe faciendum est, vel gignendos, vel concitandos. Atque hæc fere est partitio consultationum. XX. 68. C. F. Cognovi: sed quæ ratio sit[1] in his inveniendi et disponendi, requiro. C. P. Quid? tu aliamne censes, et non eandem,[2] quæ est exposita, ut ex eisdem locis ad fidem et ad inveniendum ducantur omnia? Collocandi autem quæ est exposita in aliis ratio, eadem huc transfertur.

Cognita igitur omni distributione propositarum consultationum, causarum genera restant admodum.[3] 69. Et earum quidem forma duplex est: quarum altera delectationem sectatur aurium;[4] alterius, ut obtineat, probet et efficiat quod agit, omnis est suscepta contentio.[o] Itaque illud superius,[p] exornatio dicitur; quod cum latum[5] genus esse potest, saneque varium,[q] unum ex eo delegimus, quod ad laudandos claros viros suscipimus,[6] et ad improbos vituperandos. Genus enim nullum est orationis, quod aut uberius ad dicendum, aut utilius civitatibus esse possit, aut in quo magis orator in cognitione virtutum vitiorumque versetur.

[o] *Altera causarum forma id tantum spectat, ut probet et evincat id, quod sibi proposuit.*

[p] *Quod aures demulcet.*

[q] *Nihil est enim, quod non laudari, vel vituperari possit.*

Unus Oxon. et ed. Venet. *aut in timore deliniendo.*—9 Edd. vett. *animorum motus quod in amplificatione orationis.*

Cap. XX. 1 Ita edd. vett. Lamb. Schutz. Orell. *ratio est* Ald. Junt. Manut. Grut.—2 Ita codd. et edd. vett. Schutz. et Orell. *et non eandem esse* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut.—3 '*Propositorum, causarum genera, &c.*] Sic dedi, partim e Venet. Nor. partim cum Lamb. Illæ scil. una literula distantes, *propositarum causarum;* hic nimium quantum cumulatis gloss. *propositorum* (recte) *seu consultationum, controversiarum seu causarum.* Qui *consultationum* retinere volent, legant certe *propositorum et consultationum.*' Orell. *genera et præcepta restant admodum* unus Oxon. *genera et præcepta restant amodo* Venet. et Nor. *genera restant omnino* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. 'Equidem *amodo* in scriptoribus medii ævi olim legi pro v. *adhuc,* vel *etiamnunc;* idque mihi h. l. e gloss. ab Italis intrusum videtur: alii librarii, qui scirent id Latinum non esse, scripserunt *admodum,* alii *omnino.* Utrumvis dele. Ego *admodum* uncis inclusi.' *Orell.*—4 'Vel delendum est, ut opinor, *aurium,* vel scribendum *auditorum.*' Schutz.—5 Schutz. in ed. maj. conj. *quod quoniam latum.* Mox, *tum unum ex eo, &c.* Lamb.—6 Ita codd. etiam Guelf. edd. vett. Schutz. et Orell. *suscepimus* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut.

[p. 236.] Reliquum autem genus causarum, aut in provisione posteri temporis, aut in præteriti disceptatione versatur;[r] quorum alterum deliberationis est, alterum judicii. 70. Ex qua partitione tria genera causarum extiterunt; unum, quod a meliori parte, laudationis est appellatum; deliberationis alterum, tertium judiciorum. Quamobrem de primo primum, si placet, disputemus. C. F. Mihi vero placet.

XXI. C. P. Ac laudandi vituperandique rationes, quæ non ad bene dicendum solum, sed etiam ad honeste vivendum valent, exponam breviter, atque a principiis exordiar et laudandi et vituperandi. 71. Omnia enim sunt[1] profecto laudanda, quæ conjuncta cum virtute[v] sunt; et quæ cum vitiis, vituperanda. Quamobrem finis alterius[s] est honestas, alterius[t] turpitudo. Conficitur autem genus hoc dictionis, narrandis exponendisque factis, sine ullis argumentationibus, ad animi motus leniter tractandos magis, quam ad fidem faciendam aut confirmandam accommodate. Non enim dubia firmantur, sed ea, quæ certa,[2] aut pro certis posita sunt, augentur. Quamobrem ex iis, quæ ante dicta sunt, et narrandi, et augendi præcepta repetentur. 72. Et, quoniam in his causis omnis ratio[3] fere ad voluptatem auditoris et ad delectationem refertur, utendum erit iis, in oratione, singulorum verborum insignibus,[u] quæ habent plurimum suavitatis: id est, ut factis[4] verbis, aut ve-

[r] *In prævidendis iis quæ futura sunt, aut in examinandis iis quæ jam gesta sunt.*
[s] *Laudationis.* [t] *Vituperationis.* [u] *Figuris.*

CAP. XXI. 1 Lamb. *Omnia sunt*, omisso *enim*.—2 Unus Oxon. et ed. Venet. *quæ testata*.—3 Unus Oxon. Vit. et ed. Venet. *omnis oratio*. 'Vulgatum verum est. Mox rectius foret *habeant ;* atque ita Ciceronem scripsisse puto. In ed. pr. est *ſint*, quod utroque modo legi potest.' *Ernesti*.—4 Vit. *fictis*.

NOTÆ

[v] *Conjuncta cum virtute*] Quare quæ media sunt virtutem inter et vitium, ea nec in laudationem, nec in vituperationem per se cadunt: nemo igitur laude dignus, quod v. g. claris parentibus ortus sit, sed quod paternam dignitatem suis moribus repræsentet: nemo vituperandus, quod obscuris sit natalibus, sed quod ab avita ignobilitate recte factis non emerserit, &c.

tustis, aut translatis frequenter utamur, et in ipsa constructione verborum, ut paria paribus, et similia similibus sæpe referantur: ut contraria, ut geminata,[v] circumscripta numerose,[w] non ad similitudinem versuum, sed ad explendum aurium sensum, apto quodam quasi verborum modo.[x 5] 73. Adhibendaque frequentius etiam illa ornamenta rerum sunt,[6] sive quæ admirabilia et nec opinata, sive significata monstris,[w] prodigiis, et oraculis: sive quæ videbuntur ei, de quo agimus, accidisse divina atque fatalia.[x] Omnis enim expectatio ejus, qui audit, et admiratio,[y] et improvisi exitus, habent aliquam in audiendo voluptatem. XXII. 74. Sed quoniam in tribus generibus[1] bona malave versantur, externis, corporis, et animi; prima sunt externa,[2] quæ ducuntur a genere;[z] quo breviter modiceque laudato, aut, si erit infame,[a] prætermisso; si humile,[b] vel præterito,

[v] *Bis repetita.* [w] *Periodis comprehensa.*
[x] *Idonea quadam vocum mensura.*

'Ed. Ven. *id fit, si factis verbis*, quod placet.' *Ernesti.*—5 Nor. Ald. Junt. Manut. Lamb. *quasi quodam;* Lamb. suspicabatur *nodo.*—6 Verbum *sunt* deest in Venet. Mox, *prodigiis, oraculis,* omisso *et*, Lamb. Paulo post, *cecidisse divina* Guelf. et Venet. non improbante Ernestio.

Cap. XXII. 1 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *tribus in generibus* Guelf. Nor. Schutz. Orell. Mox, *malaque* Lamb.—2 'Cod. Vit. non habet

NOTÆ

[w] *Significata monstris*] Ut Midæ puero dormienti formicæ in os grana congerentes portenderunt illum mortalium omnium fore ditissimum. Apes Platonis infantis insidentes labris singularem ejus eloquentiam prænuntiarunt. Plura Val. Max. I. 6. prodigiorum exempla suppeditabit.

[x] *Fatalia*] P. Nigidius, ut horam partus, quo Octavius Cæsar Augustus in lucem editus est, accepit, affirmavit dominum orbi natum. Suet. in Octavio, cap. 94.

[y] *Admiratio*] Quam movere potest id quod paulo post Suetonius de eodem Augusto refert; cui apud Actium in aciem descendenti asellus cum asinario occurrit: Eutychus (id est, Felix) homini; bestiæ Nicon (id est, Vincens) erat nomen. Utrique simulacrum aëneum victor posuit in templo.

[z] *A genere*] Isocrates Evagoram a splendore natalium commendat, sed fuse, contra Ciceronis præceptum, cui merito videtur potior ea laus quæ a recte factis ducitur.

[a] *Si erit infame*] Dicere tamen poterit orator eum, cujus laudes persequitur, majorum infamiam virtute sua correxisse, eoque magis prædicandum, quod parentum vestigiis non institerit.

[b] *Si humile*] Dicet orator omnes pari sorte nasci, sola virtute distin-

vel ad augendam ejus, quem laudes,[3] gloriam, tracto; deinceps, si res patietur, de fortunis[c] erit et facultatibus dicendum: postea de corporis bonis; in quibus quidem, quæ virtutem[4] maxime significat, facillime forma laudatur.[d] 75. Deinde est ad facta veniendum, quorum collocatio triplex est: aut enim temporum servandus est ordo, aut inprimis recentissimum quodque dicendum, aut multa et varia facta in propria virtutum genera sunt dirigenda.[y][5] Sed hic locus virtutum atque vitiorum latissime patens, ex multis et variis disputationibus nunc in quandam angustam et brevem concludetur. 76. Est igitur vis virtutis duplex: aut enim scientia cernitur virtus, aut actione.[z] Nam,

[y] *Multa et varia facta ad certam aliquam virtutis formam revocanda sunt.*
[z] *Consistit aut in cognitione, aut in actione.*

externa; et melius abfuerit.' *Ernesti.*—3 Ita Guelf. Vet. Erl. edd. vett. etiam Venet. Schutz. Orell. *laudas* Manut. Lamb. Grut. *laudat* Junt. Mox, *tracto* est e conjectura Ernestii, cum antea vulgo legeretur *tacto.* Margo Crat. habet *tacito.* Deinde, *si res patitur* Grut. *si res patiatur* Ald. Junt. Manut. Lamb. *si res patietur* Venet. Schutz. Orell.—4 Guelf. et unus Oxon. *in primis quod quasi virtutem.* Lamb. *in quibus, quod virtutem.*—5 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *digerenda,* Lamb. conjectura, ut videtur,

NOTÆ

gui. Pervulgatum illud est Ulyssis in Ajacem apud Ovid. Met. XIII. 'Nam genus, et proavos, et quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra voco.' Egregie Marius humili loco natus apud Sallustium in bello Jugurthino, inquiebat: 'Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra objectantur. Quanquam ego naturam unam et communem omnium existimo; sed fortissimum quemque generosum esse. Ac si jam ex patribus Albini, aut Bestiæ, quæri posset, mene, an illos, ex se gigni maluerint; quid responsuros creditis, nisi se liberos quam optimos voluisse? Quod si jure me despiciunt, faciant idem majoribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas cœpit ... Nunc videte quam iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt; scilicet quia imagines non habeo, et quia mihi nova nobilitas est, quam certe peperisse me, quam acceptam corrupisse melius est ... Non possum imagines neque triumphos aut consulatus majorum meorum ostentare; at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrices adverso corpore. Hæ sunt meæ imagines, hæc mea nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed quam ego plurimis meis laboribus et periculis quæsivi.'

[c] *De fortunis*] Quibus recte aliquis usus fuerit.

[d] *Forma laudatur*] Cum virtute conjuncta: juxta illud Virgilii Æn. v. 'Gratior est pulchro veniens e corpore virtus.'

quæ prudentia,[e] quæ calliditas, quæque gravissimo nomine sapientia appellatur, hæc scientia pollet una.[a] Quæ vero moderandis cupiditatibus, regendisque animi motibus laudatur, ejus est munus in agendo; cui temperantiæ nomen est. Atque illa prudentia[6] in suis rebus, domestica; in publicis, civilis appellari solet. 77. Temperantia autem[7] in suas[b] itidem res et in communes distributa est, duobusque modis in rebus commodis discernitur; et ea, quæ absunt, non expetendo, et ab iis, quæ in potestate sunt, abstinendo. In rebus autem incommodis est itidem duplex: nam quæ venientibus malis obstat, fortitudo; quæ, quod jam adest,[8] tolerat et perfert, patientia nominatur. Quæ autem hæc uno genere complectitur,[c][9] magnitudo animi dicitur: cujus est liberalitas, in usu pecuniæ;[d] simulque altitudo animi, in capiendis[10] incommodis et maxime injuriis;[e] et omne, quod est ejus generis, grave, sedatum, non turbulentum.[11] 78. In communione[12] autem quæ posita pars est,[f] justitia dicitur; eaque erga Deos, religio; erga parentes, pietas, vulgo autem bonitas:[g][13] creditis in rebus fides,[h] in moderatione animadvertendi lenitas,[i] amicitia in benevolentia[j][14] nominatur. XXIII. Atque hæ quidem virtutes

[a] *In una consideratione versatur.* [b] *In privatas.*
[c] *Quæ virtus fortitudinem simul et patientiam complectitur.*
[d] *Huic adjuncta est liberalitas in usu pecuniæ.*
[e] *Quæ in eo posita est, ut tolerentur incommoda, et maxime injuriæ.*
[f] *Virtus, quæ ad res communes pertinet.*
[g] *Justitia, qua nemini nocemus, pluribus prosumus, vulgo bonitas appellatur.*
[h] *Cum pacta et conventa servamus.*
[i] *Cum in puniendo moderati sumus.* [j] *Cum bene alteri volumus.*

Schutz. et Orell.—6 Lamb. delet *prudentia.*—7 Voc. *autem* deest in Guelf. et Schutz. ed. maj.—8 Lamb. *quæ vero ea, quæ jam adsunt.*—9 Lamb. *genere amplectitur.*—10 Erl. *in dimittendis;* Lamb. *in accipiendis.*—11 Ita codd. aliquot Lambini, Venet. Schutz. Orell. *sedatum, vel non turbulentum* Grut. ex uno Palat. *grave, insedatum, et turbulentum* Ald. Junt. Crat. Manut.—12 *In commune* Junt.—13 'Recte hæc, *vulgo autem bonitas,* delevit Schutz.' *Orell.* —14 Schutz. de conjectura, *in amicitia benevolentia.*

NOTÆ

[e] *Prudentia*] Hujus definitionem attulimus lib. II. de Invent. § 160. temperantiæ ibidem § 164. fortitudinis § 163. justitiæ lib. III. Heren. § 4.

cernuntur in agendo. Sunt autem aliæ quasi ministræ comitesque sapientiæ;[k] quarum altera, quæ sint in disputando vera atque falsa, quibusque positis quid sequatur, distinguit et judicat; quæ virtus omnis in ratione scientiaque disputandi[1] sita est: altera autem oratoria. 79. Nihil enim est[2] aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia: quæ ex eodem hausta genere, quo illa, quæ in disputando est, uberior est atque latior,[3] et ad motus animorum vulgique sensus accommodatior.[l] Custos vero virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens, verecundia[f] est. Atque hi sunt fere quasi quidam[4] habitus[g] animi, sic affecti et constituti, ut sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti: a quibus ut quæque res gesta est, ita sit honesta necesse est, summeque laudabilis.[m] 80. Sunt autem alii quidam perfecti[5] animi habitus, ad virtutem quasi præculti, et præparati rectis studiis et artibus: ut, in suis rebus,[h] studia literarum, ut numerorum ac sono-

[k] *Prudentiæ comites duæ sunt, dialectica, et rhetorica.*

[l] *Quæ sapientia, sive dialectica, est ejusdem generis, cujus ipsa eloquentia; utraque enim est ars disserendi, sed eloquentia est copiosior, et aptior ad concitandos animi motus.*

[m] *Virtutes tum actionis, tum cognitionis, sunt quidam habitus animi ita dispositi, ut certum virtutis genus constituant; a quibus, ut quæque res oritur, ita fit honesta, et laudabilis.*



CAP. XXIII. 1 Voc. *disputandi* deest in Schutz. ed. maj. Mox, *est oratoria* Lamb.—2 Ita Ald. Junt. Lamb. Grut. *Nihil est enim* Guelf. Schutz. Orell. —3 Nor. *quo illa quæ in disputando est uberior atque latior;* Ald. Junt. Manut. et Lamb. *quo illa, quæ in disputando, uberior est atque latior;* Schutz. *generé, illa, quæ in disp. est, ub. est, &c.* Purgoldus conj. *lætior*, probante Cens. Jenensi.—4 Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. *sunt quidem fere quasi quidam.* 'Semper me offendit hic *quidem*, quod in hac formula non reperi. Quia et ab ed. Venet. abest, delevi.' *Ernesti.*—5 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *ficti* edd. Venet. et Nor. *perfecti* deest in codd. Lambini; ideo delevit Schutz.

NOTÆ

[f] *Verecundia*] Definitur ab Aristotele Rhet. II. 6. 'Verecundia est dolor quidam et perturbatio orta ex iis, quæ ad infamiam ducere videntur malis, aut præsentibus, aut præteritis, aut futuris.'

[g] *Quasi quidam habitus*] Idem sentit Aristoteles Ethic. II. 6. 'Est igitur virtus habitus electionis compos, in eo medio consistens, quod ratio et vir prudens definiat.'

[h] *In suis rebus*] Disciplinæ, quas enumerat, possunt aliquando publicas ad utilitates referri; privatas tamen eas dicit, quia plerumque minus ad commune bonum, quam ad privatam cujusque, aut delectationem, aut commodum, revocari solent.

rum, ut mensuræ, ut siderum, ut equorum, ut venandi, ut armorum;[n] in communibus, propensiora studia in aliquo genere virtutis præcipue[6] colendo, aut divinis rebus deserviendo, aut parentibus, amicis, hospitibus, præcipue atque insigniter diligendis.[o] Atque hæc quidem virtutum. 81. Vitiorum autem sunt genera contraria. Cernenda autem sunt diligenter, ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari: [*p.* 237.] nam et prudentiam[i] malitia,[j] et temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, et magnitudinem animi superbia in animis extollendis, et despicientia[7][k] in contemnendis honoribus, et liberalitatem effusio,[p] et fortitudinem audacia[q] imitatur, et patientiam duritia immanis,[8][l] et justitiam acerbitas, et religionem superstitio,[m]

[n] *Sunt alii habitus ad animum jam perfectum pertinentes, qui ingenuis artibus, ac studiis, homines ad virtutem præparant: tales sunt, præter dialecticam et rhetoricam, de quibus paulo ante dictum est, grammatica, arithmetica, musica, geometria, astrologia, ars equestris, venatoria, et militaris. Et hæ quidem artes privatis studiis inserviunt.*

[o] *Quod autem spectat virtutes, quæ ad publicam utilitatem faciunt, ea præcipue justitiæ pars est amplectenda, qua religionem erga res sacras, pietatem in parentes, in amicos benevolentiam, colimus.*

[p] *Prodiga largitio.* [q] *Temeritas in adeundis periculis.*

uncis inclusit Orell. Paulo post, *ut numerorum, ut sonorum* Lamb.—6 Ita Nor. et Lamb. *præcipue* omittunt Ald. Junt. Crat. Victor. Manut. Schutz. et Orell.—7 Ita Ald. Junt. Manut. Grut. *superbia in extollendis, despicientia,* omisso *animis,* Schutz. de conjectura. 'Mihi legendum videtur, *in nimis extollendis,* scil. honoribus.' *Orell. superbia in animis extollendis, et veræ gloriæ, laudisque studium despicientia* Lamb.—8 'Cod. Erl. et ed. Venet. *duritia ina-*

NOTÆ

[i] *Prudentiam*] De qua, ut et temperantia, &c. diximus lib. II. de Invent. § 160. &c.

[j] *Malitia*] 'Malitia certi cujusdam vitii nomen est, ut vitiositas omnium.' Cicero Tusc. IV. 34. 'Malitia est versuta et fallax nocendi ratio.' Idem Nat. Deor. III. 75.

[k] *Despicientia*] 'Ut levitatis est inanem aucupari rumorem, et omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari; sic levis est animi lucem splendoremque fugientis, justam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare.' Tullius in Pisoniana § 57.

[l] *Duritia immanis*] Qualis fuit Socratis, qui pertinaci statu, perdius, atque pernox, a summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iisdem in vestigiis stabat, ore atque oculis eundem in locum directis. Gellius II. 1.

[m] *Superstitio*] Est falsus Dei cultus. De religione et superstitione ita Cicero Nat. Deor. lib. II. 'Majores nostri religionem a superstitione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur, et immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, super-

et lenitatem mollitia animi, et verecundiam timiditas, et illam disputandi prudentiam concertatio captatioque verborum,[r] et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi.[s] Studiis autem bonis similia videntur ea, quæ sunt in eodem genere nimia.[t] 82. Quamobrem omnis vis laudandi vituperandique ex his sumetur virtutum vitiorumque partibus: sed in toto quasi contextu orationis hæc erunt illustranda maxime, quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus,[9] quemadmodum institutus moratusque fuerit;[u] et, si quid cui magnum aut incredibile acciderit, maximeque si id divinitus accidisse potuerit videri: tum quod[10] quisque senserit, dixerit, gesserit, ad ea, quæ proposita sunt, virtutum genera accommodabuntur,[11] ex illisque iisdem inveniendi locis causæ rerum, et eventus, et consequentia requirentur.[x] Neque vero mors eorum, quorum vita laudabitur, silentio præteriri debebit, si modo quid erit animadvertendum, aut in ipso genere mortis, aut in iis rebus, quæ post mortem erunt consecutæ.

XXIV. 83. C. F. Accepi ista, didicique breviter, non solum quemadmodum laudarem alterum, sed etiam quemadmodum eniterer, ut possem ipse jure laudari. Videamus igitur deinceps, in sententia dicenda[y] quam viam et quæ præcepta teneamus. C. P. Est igitur in deliberando finis

[r] *Dialecticam imitatur sophistica quæ verbis fallacibus utitur.*

[s] *Eloquentiam imitatur inanis verborum profluentium sonitus ac dicendi volubilitas.*

[t] *Virtutibus videntur similia, quæ virtutes ipsas excedunt, ut fortitudini videtur similis temeritas.*

[u] *Quibus moribus imbutus fuerit.*

[x] *Factorum quæ laudabuntur, causæ, eventus, et consequentia investigari debent locorum rhetoricorum subsidio.*

[y] *In genere deliberativo.*

nis: male.' *Ernesti.*—9 'Verba *quemadmodum educatus* desunt in cod. Erl. Nempe id etiam [*educatus*] intelligi potest in verbo *institutus*.' Idem.—10 Lamb. *tum quæ.*—11 'Usitatius erat *accommodabitur*; sed vulgatum etiam sine vitio est.' *Ernesti.*

NOTÆ

stitiosi sunt appellati: quod nomen postea latius patuit. Qui autem omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent, et tanquam relegerent, dicti sunt religiosi, ex relegendo; tanquam a deligendo, diligentes; ex intelligendo, intelligentes.'

utilitas,[n] ad quem[1] omnia ita referuntur in consilio dando, sententiaque dicenda, ut illa prima sint suasori, aut dissuasori videnda, quid aut possit fieri, aut non possit, et quid aut necesse sit, aut non necesse. Nam et, si quid effici non potest, deliberatio tollitur, quamvis utile sit: et, si quid necesse est, (necesse autem id est, sine quo salvi liberive esse non possumus) id est reliquis, et honestatibus in civili ratione, et commodis anteponendum. 84. Cum autem quæritur, quid fieri possit, videndum etiam est, quam facile possit: nam quæ perdifficilia sunt, perinde habenda[2] sæpe sunt, ac si effici non possint. Et cum de necessitate attendemus, etsi aliquid[3] non necessarium videbitur, videndum tamen erit, quam sit magnum.[x] Quod enim permagni interest,[4] pro necessario sæpe habetur. 85. Itaque cum constet hoc genus causarum ex suasione et dissuasione; suasori proponitur simplex ratio: si et utile est, et fieri potest, fiat. Dissuasori duplex: una, si non utile est,[5] ne fiat; altera, si fieri non potest, ne suscipiatur. Sic suasori utrumque docendum est, dissuasori alterum infirmare sat est.[y] 86. Quare quoniam in his versatur omne consilium duobus, de utilitate ante dicamus, quæ in discernendis bonis malisque versatur.[z] Bonorum autem partim necessaria sunt, ut vita, pudicitia,[6] libertas, ut liberi, conjuges, ger-

[x] *Quam sit magni momenti.*
[y] *Qui suadet, debet docere rem esse utilem et fieri posse; qui dissuadet, ostendat vel rem inutilem esse, vel ad exitum non posse perduci.*
[z] *Posita est in prosequendis bonis, et in fugiendis malis.*

Cap. xxiv. 1 '*Sit igitur in d. f. u. ad quam* ed. Venet. quod non displiceret, si sequeretur *referantur.*' Ernesti.—2 Lamb. *proinde habenda.*—3 Guelf. *etiamsi aliquid.*—4 'Codd. aliquot, Nor. Lamb. Schutz. *permagnum est.* Est tamen ab interprete. Supple: *quod enim permagni interest, sit, necne; fiat, necne.*' *Orell.*—5 Schutz. *utile non est.* Mox, *nec suscipiatur* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *ne suscipiatur* Erl. Venet. Schutz. Orell.—6 Purgoldus conj. *prudentia.* Mox *ut* delet Lamb. 'In toto hoc loco partiendi subtilitatem jure desiderarunt Strebæus ac Schutzius. Mihi omnis ista confusio optime sic devitari posse videtur, si primum transponas, *Bonorum autem partim necessaria sunt, ut vita, pudicitia, libertas; partim non necessaria, ut liberi, conjuges, germani, parentes, &c.* deinde si deleas, quæ equidem de conjectura un-

NOTÆ

[n] *Finis utilitas*] Vide lib. III. Heren. § 3.

mani, parentes: partim non necessaria; quorum alia sunt per se expetenda, ut ea, quæ sita sunt in officiis atque virtutibus; alia, quod aliquid commodi efficiunt, ut opes et copiæ.[a] 87. Eorum autem,[o] quæ propter se expetuntur, partim honestate ipsa, partim commoditate aliqua expetuntur: honestate, ea, quæ proficiscuntur ab iis virtutibus, de quibus paulo ante est dictum; quæ sunt laudabilia ipsa per se: commoditate autem aliqua,[7] quæ sunt in corporis aut in fortunæ bonis expetenda: quorum alia sunt quasi[8] cum honestate conjuncta, ut honos, ut gloria; alia diversa, ut

[a] *Alia non per se expetenda sunt, sed tantum alicujus commodi causa.*

cis inclusi, cum præcedentia tantummodo repetant, moleste admodum. Aliam viam ingressus est Schutz. suspicatus delenda esse *quorum alia .... opes et copiæ*, ac deinceps scribendum, *partim non necessaria. Horum partim propter se, et honestate ipsa, partim commoditate aliqua expetuntur, &c.* Parum sane probabiliter. Glossema *Eorum .... expetuntur* inde quoque ortum censeo, quod offenderat aliquis in ὁμωνύμοις *per se expetenda ... honestate* (expetenda:) idemque sese prodit in ipsa formula *propter se* pro *per se.*' Orell. *commoditate autem etiam aliqua expetuntur: honestate ipsa, &c.* Lamb.—7 'Lamb. iterum, *commoditate autem etiam aliqua.* Vides, etiam Lambinum in hisce hæsisse.' *Orell.* Mox, *aut fortunæ*, omissa præpositione, Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *aut in fortunæ* Guelf. Venet. Nor. Lamb. Schutz. Orell.—8 'Vulgati addunt post *quasi, quodammodo*, quod auctore cod. Erl. omisi. Est glossa τοῦ *quasi.*' Ernesti. *quasi quodammodo* junctim Nor. Junt. Lamb. Grut. '*Quasi quodam modo*] Sic recte Manutius.' *Orell.* Contra *quasi* delet Schutzius. 'Mox in Erl. *ut* additur omnibus verbis in altero membro, *ut vires, ut forma, &c.* quod rectum videtur.' *Ernesti.*

NOTÆ

[o] *Eorum autem* [*igitur*] *quæ*] Cum prius haberetur *Eorum autem, &c.* Majoragius nostram lectionem ex probatissimis codicibus hausit: quorum subsidio locum hunc difficilem sic fere evolvit. Est hæc Ciceronis de divisione bonorum sententia. Bonorum alia sunt necessaria, quæ propter necessitatem expetuntur, et sine quibus esse non possumus, ut vita et libertas: alia non necessaria, quæ propter se, sive propter naturam suam expetuntur. Atque hæc prima bonorum divisio, cui secunda subjungitur. Bonorum non necessariorum alia sunt expetenda per se, ut virtutes; alia propter commodum quod ex iis percipimus, ut opes. Deinde Cicero his verbis, *Eorum igitur*, non tertiam affert divisionem, ut nonnulli perperam existimant; sed secundam quam duobus membris strictim exposuerat, sic clarius et fusius explicat hoc modo: Bonorum igitur non necessariorum quæ propter se expetuntur, alia sunt expetenda propter honestatem, ut virtutes; alia propter commoditatem. Rursus quæ propter commoditatem, sunt vel corporis, vel fortunæ bona. Denique hæc ipsa tum corporis tum fortunæ bona partim cum honestate conjuncta, ut honos et gloria; partim non conjuncta cum honestate, ut vires et forma.

vires, forma, valetudo, nobilitas, divitiæ, clientelæ.[p] XXV. 88. Est etiam quædam quasi[1] materies subjecta honestati, quæ maxime spectatur in amicitiis:[b] amicitiæ autem caritate et amore[q] cernuntur; nam cum Deorum,[2] tum parentum, patriæque cultus, eorumque hominum, qui aut sapientia, aut opibus excellunt, ad caritatem referri solet. Conjuges autem, et liberi, et fratres, et alii,[3] quos usus familiaritasque conjunxit, quanquam etiam caritate ipsa, tamen amore maxime continentur. In his igitur rebus cum bona sint, facile est intellectu, quæ sint contraria. 89. Quodsi semper optima[4] tenere possemus, haud sane, quoniam quidem ea perspicua sunt, consilio multum egeremus.[c] Sed quia temporibus,[d] quæ vim habent maximam, persæpe evenit, ut utilitas cum honestate[r] certet, earumque rerum contentio plerumque deliberationes efficit,[e] ne aut opportuna propter dignitatem, aut honesta propter utilitatem relinquantur;[f] ad hanc difficultatem explicandam præcepta referamus. 90. Et quoniam non ad veritatem solum, sed etiam ad opiniones eorum, qui audiunt, accommodanda est

[b] *Ad honestatem referuntur amicitiæ.*
[c] *Si semper optima sequi possemus, siquidem illa patent, non esset opus deliberatione.*
[d] *In pluribus circumstantiis.*
[e] *Honestatis et utilitatis comparatio det locum deliberationibus.*
[f] *Res aliquæ utiles propter aliarum honestatem relinquantur.*



CAP. XXV. 1 'Ita Erl. Vulgati *quasi quædam materies;* sed in illa forma est hic ordo perpetuus, etsi non necessario *quasi* suo verbo additur.' *Ernesti.* Mox, *subjecta suasori honestas* Lamb.—2 Schutz. *nam tum Deorum.*—3 'Erl. *et*

NOTÆ

[p] *Clientelæ*] Clientes, liberi homines apud Romanos, potentiorem aliquem, cujus patrocinio defenderentur, omni observantia colebant. Clientela vel est clientum multitudo, vel principis alicujus tutela.

[q] *Caritate et amore*] Caritas est insignius quoddam amicitiæ genus, quo Deos, parentes, patriam, et illustres viros colimus: amore vel pares vel inferiores prosequimur.

[r] *Utilitas cum honestate*] Ut si v. g. de Carthagine evertenda Romani deliberent: hinc honestas et gloria solicitabit ad egregiam urbem servandam, et ad hostes humaniter tractandos: inde utilitas suadebit, ne civitas firmissima, loci opportunitate ad bellum renovandum sæpius excitata, ad Romanorum fortasse cladem superstes relinquatur.

oratio; hoc primum intelligamus, hominum duo esse genera; alterum indoctum et agreste, quod anteferat semper utilitatem honestati; alterum humanum et politum,[5] quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi laus,[s] honor,[6] gloria, fides, justitia, omnisque virtus; illi autem alteri, quæstus,[t] emolumentum, fructusque proponitur. Atque etiam voluptas,[u] quæ maxime est inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat, quam immanissimus quisque acerrime sequitur, neque solum honestis rebus, sed etiam necessariis anteponit, in suadendo, cum ei generi hominum consilium des, sæpe sane laudanda[g] est.[7] XXVI. 91. [*p.* 238.] Et illud videndum,[1]

[g] *Voluptas cum honestate conjuncta.*

hi, melius fortasse.' Ernesti.—4 Lamb. *optima quæque.*—5 Ita Venet. Grut. Schutz. Orell. *alterum humanum atque expolitum* Lamb. *alterum humanum expolitumque* edd. vett. et Nor. *alterum expolitum* codd. aliquot, Venet. in marg. Ald. Junt. Crat. Manut.—6 Nor. et Orell. *honos.*—7 '*Proponitur, atque etiam ... anteponit. In suadendo ... laudanda est: et illud, &c.*] Hic locus prava interpunctione vitiatus est, quam nos correximus. Primum initium novæ periodi est in *Atque etiam;* et sic est in ed. Venet. deinde omnia uno tenore continuantur, desinuntque in *laudanda est,* ubi et finit ed. Junt. cum stulte in vulgatis novi etiam capitis initium sit in verbis *in suadendo.* Rursus initium novæ sententiæ est in verbis, *Et illud videndum.*' Ernesti.

NOTÆ

[s] *Huic generi laus*] Noverant hanc artem Scytharum legati, qui ut Alexandrum a bello sibi inferendo revocarent, 'Denique si Deus es,' inquiebant, 'tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere: sin autem homo es, id quod es, semper esse te cogita.' Curtius lib. VII.

[t] *Illi autem alteri, quæstus*] Alexander, ut defessos diuturnæ militiæ laboribus milites ad ultimos orientis fines armis subigendos excitet, utilia primum proponit apud Curtium lib. IX. 'Nolite, quod pigri agricolæ faciunt, maturos fructus per inertiam amittere a manibus. Majora sunt periculis præmia; dives eadem et imbellis est regio. Itaque non tam ad gloriam vos duco, quam ad prædam. Digni estis, qui opes quas illud mare littoribus invehit, referatis in patriam; digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis.' Deinde honestatis etiam amore incendit: 'Per vos gloriamque vestram, qua humanum fastigium exceditis, perque et mea in vos, et in me vestra merita, quibus invicti contendimus, oro, quæsoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonemque vestrum, ne dicam regem, deseratis.'

[u] *Atque etiam voluptas*] Operæ pretium est, præcipue plebeiis, voluptatem proponere, non illam quidem belluinam, sed ab honestate minime abhorrentem. Corydon apud Virgil. jucunditate puerum Alexin invi-

quanto magis homines mala fugiant, quam sequantur bona: nam neque honesta tam expetunt,[v] quam devitant turpia. Quis enim honorem, quis gloriam, quis laudem, quis ullum decus tam unquam expetat, quam ignominiam,[2] infamiam, contumeliam, dedecus fugiat? quarum rerum dolor gravis est. Est genus hominum ad honestatem natum, malo cultu[h] pravisque opinionibus corruptum:[3] quare in cohortando atque suadendo propositum quidem nobis erit illud, ut doceamus, qua vi bona consequi, malaque vitare possimus: 92. sed apud homines bene institutos plurimum de laude et de honestate dicemus; maximeque ea virtutum genera tractabimus, quæ in communi hominum utilitate tuenda augendaque versantur. Sin apud indoctos imperitosque dicemus; fructus, emolumenta, voluptates, vitationesque dolorum proferantur: addantur etiam contumeliæ atque ignominiæ. Nemo enim est[4] tam agrestis, quem non, si ipsa minus honestas, contumelia tamen et dedecus magnopere moveat. Quare, quod ad utilitatem spectet,[5]

[h] *Perversa institutione.*

CAP. XXVI. 1 *Et illud videndum est* Erl. Venet. et Nor.—2 Ita Erl. Lamb. Schutz. et Orell. *quam ut ignominiam* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut.—3 Ita Nor. Ald. Junt. Manut. Grut. *quarum r. d. gravis est testis, genus hominum ... esse corruptum* Erl. Schutz. Orell. *quarum r. d. gravis est. Omnino genus hominum ad h. est natum, sed malo c. p. o. corruptum* Lamb. *omne corruptum* Venet. Paulo post, *qua via bona consequi* codd. Lambini, Guelf. et Schutz. *quæ bona consequi* Erl. *quare bona consequi* Venet. *qui bona consequi* Vit. et Orell. probante Ernestio.—4 Ita Venet. Nor. Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. *Nemo est enim* Guelf. Schutz. et Orell. Mox, *si minus ipsa honestas, at contumelia tamen* Lamb.—5 Ita Guelf. Erl. Vit. Venet. et aliæ vett. *spectat* Ald. Junt. Manut. Lamb. Schutz. Orell. Mox, *quod a. p. e. necne possit* Ald. Junt. Crat. Grut. *quod a. p. effici necne* Manut. *ecquid a. p. effici, necne possit* Lamb.

NOTÆ

tat: 'Huc ades, o formose puer! tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais, Pallentes violas, et summa papavera carpens, Narcissum et florem jungit bene olentis anethi.'

[v] *Neque honesta tam expetunt*] Satius est igitur, ubi quid agendum suadere volueris, ostendere in eo non tam inesse laudem, si fiat, quam probrum et ignominiam, si omittatur. Cicero pro Lege Manilia § 12. 'Videte ne, ut illis antiquioribus Romanis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam relinquere; sic vobis turpissimum sit illud quod accepistis tueri et conservare non posse.'

ex iis, quæ dicta sunt, reperietur: 93. quid autem possit effici, necne, (in quo etiam, quam facile possit, quamque expediat, quæri solet) maxime ex causis iis, quæ quamque rem efficiant, est videndum. Causarum autem genera sunt plura.[w] Nam sunt aliæ, quæ ipsæ conficiunt;[x] aliæ, quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt.[6] Itaque illæ superiores, conficientes vocentur; hæ reliquæ ponantur in eo genere, ut sine his confici non possit. 94. Conficiens autem causa alia est absoluta[y] et perfecta per se; alia aliquid adjuvans, et efficiendi socia quædam: cujus generis vis varia est, et sæpe aut major, aut minor, ut et illa,[7] quæ maximam vim habet, sola sæpe causa dicatur.[z] Sunt autem aliæ causæ, quæ aut propter principium,[a] aut propter exitum, conficientes vocantur. Cum autem quæritur, quid sit optimum factu; aut utilitas, aut spes efficiendi ad assentiendum impellit animos. XXVII. 95. Et, quoniam de utilitate jam diximus, de efficiendi ratione dicamus. Quo toto genere, quibuscum,[b] et contra quos, quo tempore, aut

unde Schutzius, *ecquid a. p. effici necne.*—6 Lamb. suspicabatur, *quæ viam aliquam ad conf. aperiunt.*—7 'Erl. *ut etiam ea:* lenius.' *Ernesti. ut etiam illa* Orell. 'Hæc usque ad *dicatur* absunt ed. Venet.' *Ernesti.*

NOTÆ

[w] *Causarum autem genera sunt plura*] De quibus sæpe jam dictum superius.

[x] *Quæ ipsæ conficiunt*] Exempli gratia, pictor est causa quæ conficit tabellam, penicillum autem ad conficiendum vim affert.

[y] *Alia est absoluta*] Sic perfecta diei causa sol est: terra autem stirpium est imperfecta, quippe quæ eas non producat nisi imbribus et calore solis adjuta.

[z] *Sola sæpe causa dicatur*] Sic semen, quia præcipua est, sola sæpe dicitur arborum causa.

[a] *Aut propter principium*] Causas præcipuas appellat hic Cicero conficientes: talis est causa materialis, quæ rei principium est, ut lapides, et ligna domus: talis causa finalis, quæ rei exitus est, ut victoria prælii, scientia studii, &c.

[b] *Quibuscum*] Alexander apud Curtium lib. VI. 'Quanto autem præstat territum adhuc Bessum, et vix mentis suæ compotem opprimere! Quatridui nobis iter superest, qui tot proculcavimus nives, tot amnes superavimus, tot montium juga transcurrimus: non mare illud, quod exæstuans iter fluctibus occupat, euntes nos moratur: non Ciliciæ fauces et angustiæ includunt: plana omnia, et prona sunt: in ipso limine victoriæ stamus. Pauci nobis fugitivi, et domini sui interfectores supersunt.'

quo loco, aut quibus facultatibus[1] armorum, pecuniæ, sociorum, earumve rerum, quæ ad quamque rem efficiendam pertinent, possimus uti, requirendum est. Neque solum ea sunt, quæ nobis suppetant, sed etiam illa, quæ adversentur,[2] videnda. Et, si ex contentione procliviora erunt nostra;[i] non solum effici posse quæ suademus, erit persuadendum, sed curandum etiam, ut illa, facilia,[3] proclivia, jucunda videantur. Dissuadentibus autem, aut utilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendæ,[4] neque aliis ex præceptis, sed iisdem ex suasionis locis. 96. Uterque vero ad augendum habeat exemplorum aut recentium,[c] quo notiora[5] sint, aut veterum,[d] quo plus auctoritatis ha-

[i] *Si ex comparatione faciliora nostra erunt.*

CAP. XXVII. 1 *Quo toto in genere, et quibuscum, et contra quos, et quo tempore; et quo loco, et quibus facultatibus* Lamb. et Schutz. *in genere, quibuscum* Lamb. 1566. *in genere, et quibuscum* margo ed. 1584.—2 Ita Venet. et Orell. *suppetunt, sed etiam illa, quæ adversantur* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Schutz.—3 'Ab ed. Venet. abest *facilia:* non male. Sunt et in contrario tantum duo.' *Ernesti.*—4 Ita Guelf. edd. vett. Venet. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Schutz. Orell. 'Arbitror Ciceronem scripsisse *afferendæ*, quia hic nondum de augendo agitur; et 'efferre e locis,' i. e. reperire, eruere, durius est. Ager effert, non rusticus ex agro.' *Ernesti.*—5 Manut. *quæ noti-*

NOTÆ

[c] *Aut recentium*] Cæsar, apud Sallustium, dissuadens, ne socii Catilinæ comprehensi extremo supplicio afficerentur, hujuscemodi exemplum adhibebat: 'Nostra memoria victor Sylla, cum Damasippum, et alios hujuscemodi, qui malo reip. creverant, jugulari jussit, quis non factum ejus laudabat? homines scelestos, et factiosos, qui seditionibus remp. exagitaverant, merito necatos aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit: nam uti quisque aut domum, aut villam, postremo vas, aut vestimentum alicujus, concupiverat, dabat operam, ut is in proscriptorum numero esset. Ita illi, quibus Damasippi mors lætitiæ fuerat, paulo post ipsi trahebantur . . . Atque ego hoc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor: sed in magna civitate multa et varia ingenia sunt.'

[d] *Aut veterum*] A Cæsare eadem in causa dissentiens M. Cato ad severe vindicandum in seditiosos antiquo exemplo ibidem hortabatur: 'Apud majores nostros A. Manlius Torquatus, bello Gallico, filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit, atque ille egregius adolescens immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit: vos de crudelissimis parricidis quid statuatis cunctamini? Eleganter etiam M. Furius Camillus apud Liv. lib. v. Pop. Rom. post incensam a Gallis Romam, ne Veios transmigret, majorum exemplo dehortatur: 'Majores nostri, convenæ, pastoresque, cum in his locis nihil præter sylvas

beant, copiam. Maximeque sit in hoc genere meditatus, ut possit vel utilia ac necessaria sæpe honestis, vel hæc illis anteferre. Ad commovendos autem animos maxime proficient, si incitandi erunt, hujusmodi sententiæ,[e] quæ aut ad explendas[6] cupiditates, aut ad odium satiandum, aut ad ulciscendas injurias pertinebunt. Sin autem reprimendi; de incerto statu fortunæ, dubiisque eventis rerum futurarum, et retinendis suis fortunis, si erunt secundæ; sin autem adversæ, de periculo, commonendi.[7] Atque hi quidem sunt perorationis loci. 97. Principia autem in sententiis dicendis[j] brevia esse debent:[8] non enim supplex, ut ad judicem, venit orator, sed hortator, atque auctor. Quare proponere, qua mente dicat, quid velit, quibus de rebus dicturus sit, debet, hortarique ad se breviter dicentem audiendum. Tota autem oratio, simplex, et gravis, et sententiis debet ornatior esse, quam verbis.

XXVIII. 98. C. F. Cognovi jam laudationis et suasionis locos: nunc, quæ judiciis accommodata sint, expecto; idque nobis genus restare unum puto. C. P. Recte intelligis. Atque ejus quidem generis finis est æquitas;[f] quæ non simpliciter spectatur, sed ex comparatione nonnunquam: ut, cum de verissimo accusatore[g] disputatur,[1] aut

[j] *In genere deliberativo.*

ora.—6 Ita Nor. Grut. Schutz. Orell. *quæ ad explendas* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Mox, *aut odium satiandum*, omissa præpositione, solus Grut.—7 Lamb. *erunt commonendi.*—8 Ita Erl. Venet. Schutz. Orell. *debebunt* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut.

Cap. xxviii. 1 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *disceptator* ex

NOTÆ

paludesque esset, novam urbem tam brevi ædificarunt: nos Capitolio, arce incolumi, stantibus templis Deorum, ædificare incensam piget? et quod singuli facturi fuimus, si ædes nostræ deflagrassent, hoc in publico incendio universi recusamus facere?'

[e] *Sententiæ*] Quales multæ passim occurrunt in oratorum, maximeque historicorum, libris. Theodorus Chius, Ptolemæi præceptor, Pompeium interficiendum suasit, hoc dicto: 'Mortui non mordent.' Catilina apud Sallustium socios ad audaciam sententia excitat: 'Semper in prælio iis est maximum periculum, qui maxime timent; audacia pro muro habetur.'

[f] *Æquitas*] De qua lib. I. de Orat. § 240. et Topica § 83.

[g] *De verissimo accusatore*] In judiciis olim deligebatur ex pluribus accusatoribus, is qui omnium optime munus illud tueri posset. Cognitio de constitutione accusatoris, divina-

cum hæreditatis,[h] sine lege, aut sine testamento, petitur possessio: in quibus causis quid æquius, æquissimumve sit, quæritur; quas ad causas facultas petitur argumentationum ex iis, de quibus mox dicetur, æquitatis locis. 99. Atque etiam ante judicium, de constituendo ipso judicio solet esse contentio, cum aut, sitne actio[i] illi, qui agit, aut jamne sit, aut num jam esse desierit, aut illane lege, hisne verbis sit actio, quæritur. Quæ etiamsi[2] ante, quam res in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta [non] sunt;[3] tamen in ipsis judiciis permagnum sæpe habent pondus, cum ita dicitur: Plus petisti:[j] sero



uno cod. Lamb. Schutz. et Orell.—2 *Quæ etiam si* divisim Manut. Schutz. et Orell.—3 '*Confecta non sunt*] *Non* aberat a Mss. Lambini, probabatque et ipse et Hotomannus. Idque contextus satis firmat rectum esse, etsi Gruterus, id se videre, negat. Res maxime patet e particula *tamen:* 'tamen' in judicio multum valet, cum ab eo, unde petitur, tales exceptiones fiunt, plus petisti, sero petisti, &c. etsi hæc omnia ante judicium disputata et confecta sunt: sc. vim tamen habere possunt, cum in ipso judicio repetuntur et apud judicem causæ petitori opponuntur. Itaque *non* saltem uncis inclusi.' *Er-*

NOTÆ

tio dicebatur; quo nomine inscripta est prima Verrina, quo contendit Tullius Verris accusandi partes sibi potius, quam Cæcilio, deferendas.

[h] *Cum hæreditatis*] Si quis non habens agnatos intestato moritur; qui ad hæreditatem aspirabunt, eam petent, et sine testamento, et sine lege, quæ tantum agnatis dat jus hæreditatis adeundæ. Quærendum erit, quis tandem æquius eam cernere possit.

[i] *Sitne actio*] Constitutionis translativæ est controversia, inquit Tullius lib. I. de Invent. § 16. 'cum aut quem, aut quicum, aut quomodo, aut apud quos, aut quo jure, aut quo tempore, agere oporteat, quæritur; aut omnino aliquid de commutatione, aut infirmatione, actionis agitur.' Ante judicium pluribus modis tractari potest hæc constitutio. Primo quæri potest, sitne actio illi qui agit, v. g. pecuniam a Sempronio mutuatus sum; an illam Sempronii nomine repetere potest Titius, qui neque hæres, neque procurator ejus est: minime vero. Deinde, si Sempronius exigat ante præstitutum solvendi tempus, quæstio est, jamne possit exigere: nullatenus. Tertio, si bona fide per multos annos agrum Sempronii possedi; jure præscriptionis factus est meus, actio repetendi jam desiit. Præterea, potest esse de lege controversia, ut si quis lege duodecim tabularum de furto ad capitalem pœnam deposcat eum, qui vitæ sustentandæ causa extrema necessitate pressus, aliquid ab altero subripuerit. Denique an actor litem in judicio persequatur, certa verborum formula a prætore præscribi solita.

[j] *Plus petisti*] Plus petitur quatuor modis: 1. Re, ut si quis pro decem aureis quæ sibi debentur, viginti poscat. 2. Tempore, si ante præstitutam diem exigat; ut enim qui tar-

petisti: non fuit tua petitio:[k] non a me,[4] non hac lege, non his verbis, non hoc judicio. 100. Quarum causarum genus est positum in jure civili, quod est in privatarum ac publicarum rerum lege, aut more positum;[l] cujus scientia, neglecta ab oratoribus plerisque, nobis ad dicendum necessaria videtur. Quare de constituendis actionibus,[k] accipiendis[l] subeundisque judiciis, de excipienda[m] iniquitate actionis, de comparanda[n] æquitate, quod ea fere generis ejus sunt, ut, quanquam in ipsum judicium sæpe delabantur,[5] tamen ante judicium tractanda videantur, paululum ea separo a judiciis, tempore magis agendi, quam dissimilitudine generis.[m] Nam omnia, quæ de jure civili, aut de æquo et bono disceptantur, cadunt in eam formam,[n] [6] in qua, quale quid sit, ambigitur, de qua dicturi sumus; quæ in æquitate et jure maxime consistit. XXIX. 101. In omnibus igitur causis tres sunt gradus,[o] ex quibus unus aliquis capiendus est, si plures non queas, ad resis-

[k] *Non est tuum petere.*

[l] *Harum causarum tractatio exigit scientiam juris civilis, quod quadruplex est; vel privatum, vel publicum, vel in lege, vel in consuetudine.*

[m] *Non quia discrepant a judiciis, sed quia ipsa judicia tempore præcedunt.*

[n] *Pertinent ad statum qualitatis.* [o] *Tres sunt status.*



nesti.—4 'Tres codd. Lambini, *a me petere debuisti*, e gloss.' *Orell.*—5 Ita Erl. Venet. Lamb. Schutz. Orell. *dilabantur* Ald. Junt. Manut. Grut. Vid. Bentl. ad Hor. III. Od. 29.—6 Guelf. *formam causarum.*

NOTÆ

dius solvit, minus solvere videtur; ita qui ante tempus petit, plus petere videtur. 3. Loco, ut si cum stipulatus sim daturum me tibi pecuniam Ephesi, Romæ exigas. 4. Causa, ut si cum vel pecuniam, vel domum, promiserim, alter pecuniam exigat, hic plus petere intelligitur, quia mea optio est an pecuniam, an domum dare velim. Justinian. lib. IV. tit. 6. de Actionibus.

[k] *Constituendis actionibus*] Actionem et judicium constituit prætor in privatis causis, cum agendi potestatem litigatoribus, judicandi vero judicibus sumtis permittit.

[l] *Accipiendis*] Accipit et subit judicia reus, qui constitutione translativa non utitur, sed cum eo, qui actionem intendit, paratus est judicio contendere.

[m] *De excipienda*] Excipit iniquitatem actionis reus, cum actoris dolum malum et injustitiam excludit, ne, si vocetur in jus, patiatur injuriam.

[n] *De comparanda*] Comparat æquitatem, qui ex pluribus rebus propositis inquirit, quænam sit æquissima.

tendum. Nam aut ita consistendum[o] est,[p] ut id, quod objicitur,[1] factum neges; aut illud, quod factum fateare, neges eam vim habere, atque id esse, quod adversarius criminetur; [*p.* 239.] aut, si neque de facto, neque de facti appellatione ambigi potest, id, quod arguere,[2] neges tale esse, quale ille dicat, et rectum esse, quod feceris, concedendumve, defendas. 102. Ita primus ille status, et quasi conflictio cum adversario, conjectura quadam, secundus autem definitione atque descriptione, aut informatione verbi, tertius æqui, et veri, et recti,[3] et humani ad ignoscendum disputatione tractandus est. Et quoniam semper is, qui defendit, non solum resistat oportet, aliquo statu, aut inficiando, aut definiendo, aut æquitate opponenda, sed etiam rationem subjiciat recusationis suæ;[4] primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem inficiationemque facti;[q] secundus, quod non sit in re, quod ab adversario ponitur[5] in verbo; tertius, quod id recte factum esse defendat, quod sine ulla nominis controversia factum fatetur. 103. Deinde unicuique[p] rationi opponendum

[p] *Ita in defensione causæ standum est.*

[q] *Primus ille status conjecturalis ad defensionem causæ non aliam affert rationem, nisi quod fictum sit crimen; tantum negat id, quod factum esse dicit accusator.*

CAP. XXIX. 1 '*Ut id, quod objicitur*] Addidi *id* e Ms. E. quia in altero membro est, *aut illud, quod f. f.* Videtur etiam *aut*, quod ante est post *Nam*, huc transferendum, *ut aut id quod obj.*: nam *consistendum est ita* pertinet ad omnia, quæ sequuntur: exprimitque eum qui post *status* dicitur, cujus primum genus hic exprimitur, quod est, ut post dicitur, in conjectura.' *Ernesti.*—2 Guelf. et Venet. *quod arguitur;* Lamb. *quod arguare.*—3 Hæc *et recti* desunt in Erl.—4 Voc. *suæ* omittunt Guelf. et Schutz. probante Heusingero.—5 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *ponatur* Guelf. Lamb. Schutz. Orell. Mox, *qui id recte* Guelf. Tum *defendet* Junt. Manut.

NOTÆ

[o] *Ita consistendum*] Triplex hæc est causarum constitutio, cujus partes singulas jam alibi sæpius tractavimus.

[p] *Unicuique*] Sententia Ciceronis hæc est: Unicuique rationi, quæ sui purgandi causa affertur a reo, accusator debet objicere id, quod, si non esset in accusatione, causa esse omnino non posset. Exempli gratia: Milo reus homicidii vocatus in jus, sic se defendit: Equidem Clodium interfeci, at ille vitæ meæ insidiabatur. Quid accusator? illud idem opponere debet, Clodium non struxisse insidias Miloni; quas si revera struxisset, causa esse non posset. Licitum est enim vim vi repellere.

est ab accusatore id, quod si non esset in accusatione, causa omnino esse non posset. Itaque ea, quæ sic referuntur, continentia causarum [q] vocentur: [r] quanquam non ea magis, quæ contra rationem defensionis afferuntur, quam ipsæ defensionis rationes, continent causas: sed distinguendi gratia rationem appellamus eam, quæ affertur ab reo [6] ad recusandum, depellendi criminis causa; [s] quæ nisi esset, quid defenderet,[7] non haberet: firmamentum autem, quod contra ad labefactandam rationem refertur, sine quo accusatio stare non potest. XXX. 104. Ex rationis [r] autem, et ex firmamenti conflictione, et quasi concursu, quæstio exoritur quædam,[1] quam disceptationem voco; in qua, quid veniat in judicium, et de quo disceptetur, quæri solet: nam prima adversariorum contentio diffusam habet quæstionem: [t] ut in conjectura,[u] Ceperitne pecunias Decius; [s] in definitione, Minueritne

[r] *Quæ sic opponuntur ab accusatore contra reum, dicuntur totam causam continere.*

[s] *Quod affert reus, dicitur ratio; quod objicit adversarius, firmamentum appellatur.*

[t] *Latam, et quasi confusam, habet quæstionem, nullam enim rationem complectitur.*

[u] *In constitutione conjecturali.*

Deinde, *factum fateatur* Lamb.—6 Ald. Junt. Lamb. Grut. al. *a reo;* Erl. *ab reo.* 'Et ad hanc formam et alii corrigendi sunt loci.' *Ernesti.*—7 Ita Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. *quod defenderet* Guelf. Venet. Kob. Schutz. Orell.

Cap. xxx. 1 Guelf. et Schutz. *quædam exoritur.* Mox, *deveniat in judicium* Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. 'Nuspiam sic reperi; forma legitima

NOTÆ

[q] *Continentia causarum*] Verbum Græcum reddidit τὰ συνέχοντα, quæ sunt fundamenta causarum.

[r] *Ex rationis*] Revocanda sunt in memoriam, quæ tum Herennianus auctor lib. I. tum maxime Cicero lib. II. de Inventione § 87. de judiciis tradidere. Sex sunt observanda. Exemplum nobis sit Orestæ causa. 1. Est intentio accusatoris, matrem occidisti. 2. Est depulsio, jure occidi. 3. Quæstio est, an jure matrem Orestes occiderit. 4. Est ratio defensionis, occidi ut patrem ulciscerer. 5. Est firmamentum accusationis: at filius nece matris patrem ulcisci non debuit. 6. Ex rationis et firmamenti conflictu adducitur in angustum tota causa, et nascitur disceptatio, sive judicatio, quod vocant Græci κρινόμενον, quo tota vis causæ innititur, hoc modo: Cum dicat Orestes se patris ulciscendi causa matrem occidisse, rectumne fuerit a filio, sine judicio, Clytæmnestram occidi.

[s] *Decius*] De quo consule lib. II. de Orat. § 135.

majestatem Norbanus;[t] in æquitate, Jurene occiderit Opimius[u] Gracchum. Hæc, quæ primam contentionem habent ex arguendo et resistendo, lata, ut dixi, et confusa sunt.[2] Rationum et firmamentorum contentio adducit in angustum disceptationem:[v] ea[w] in conjectura nulla est; nemo enim ejus, quod negat factum, rationem aut potest, aut debet, aut solet reddere. Itaque in his causis eadem et prima quæstio, et disceptatio est extrema. 105. In illis autem, ubi ita dicitur, Non minuit majestatem, quod egit de Cæpione turbulentius:[x] populi enim Romani dolor justus vim illam[3] excitavit, non tribuni[y] actio: majestas autem, quoniam est magnitudo quædam populi Romani, in ejus potestate ac jure retinendo, aucta est potius, quam diminuta: et ubi ita refertur; Majestas est[z] in imperii atque in nominis populi Romani dignitate,[4] quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocavit: existit illa disceptatio; Minueritne majestatem, qui voluntate populi Romani rem gratam et æquam per vim egerit. 106. In his autem causis,[a] ubi aliquid recte factum, aut concedendum esse factum[5] defenditur, cum est facti subjecta ratio, sicut ab Opimio, Jure feci, salutis omnium, et conservandæ reipublicæ causa; relatumque est[b] ab Decio, Ne sceleratissimum quidem civem, sine judicio, jure ullo

[v] *Cum rationes et firmamenta adjunguntur primæ adversariorum contentioni, tum quæ prius diffusa erat, angustioribus terminis disceptatio coërcetur.*
[w] *Rationum et firmamentorum contentio.*
[x] *Norbanus non est reus majestatis, quod Servilium Cæpionem, a Cimbris victum, seditiosis concionibus ultra modum exagitavit.*
[y] *Norbani.* [z] *Consistit.*
[a] *In statu qualitatis.* [b] *Objectum est.*

est *veniat.* Sic habet ed. Venet. itaque recepi.' *Ernesti.*—2 Ita Junt. Crat. Grut. *diffusa sunt* Lamb. Schutz. *fusa sunt* Manut. Orell.—3 Lamb. *vim tum illam.* Idem Lamb. paulo post *quam deminuta;* et sic edidit Orell.—4 Ita Erl. Venet. Lamb. Orell. *Majestas est imperii atque in omni populi R. dignitate* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Sed Quintil. VII. 3. 35. *Majestas est in imperio atque in omni populi R. dignitate.* 'Vere fortasse.' *Orell.*—5 'Abest *factum* ed. Venet. bene, ut opinor.' *Ernesti.* Id delevit Schutz. uncis inclusit

NOTÆ

[t] *Norbanus*] De cujus causa diximus lib. II. de Orat. § 89.

[u] *Opimius*] Vide librum eundem § 106.

necare potuisti; oritur illa disceptatio, Potueritne recte, salutis reipublicæ causa, civem, eversorem civitatis, indemnatum necare? Ita disceptationes[c] eæ, quæ in his[6] controversiis oriuntur, quæ sunt certis personis et temporibus notatæ, fiunt rursus infinitæ,[v] detractisque temporibus et personis, rursum ad consultationis formam rationemque revocantur. XXXI. 107. Sed in gravissimis firmamentis[d] [w] etiam illa ponenda sunt, si qua ex scripto legis, aut testamenti, aut verborum ipsius judicii, aut alicujus stipulationis, aut cautionis opponuntur defensioni[1] contraria.[e] Ac ne hoc quidem genus in eas causas incurrit,[2] quæ conjectura continentur:[f] quod enim factum negatur, id argui non potest scripto. Ne in definitionem quidem venit, genere[x] scripti ipsius.[3] Nam etiamsi verbum aliquod de scripto[4] definiendum est, quam vim habeat; ut, cum ex testamentis, quid sit penus,[y] aut cum ex lege

[c] *Judicationes, id ad quod totius causæ robur conferri debet.*
[d] *Rationibus quibus utitur accusator.*
[e] *Si qua defensioni contraria opponantur, desumta ex lege, ex testamento, ex formula judicii, ex stipulatione, et cautione.*
[f] *Firmamenta gravissima, quæ ex scripto opponuntur, neque conjecturali, neque finitivo statui, conveniunt.*

Orell.—6 Lamb. *quæ in iis.*
CAP. XXXI. 1 Lamb. *opponi possunt defensioni.*—2 *Atque hoc quidem genus in eas causas non incurrit* Lamb. improbante Orellio. Cf. § 104.—3 Lamb. *genus scripti ipsius.*—4 ‘Pro *de scripto,* Erl. habet *ex scripto:* certe usitatius.’

NOTÆ

[v] *Fiunt rursus infinitæ*] Neque enim in causa Opimii, v. g. quæretur an Opimius seditiosum civem indemnatum potuerit necare; sed universim an potuerit seditiosus civis indemnatus necari. Ad causam nihil faciet Opimii persona.

[w] *In gravissimis firmamentis*] Rationes accusatoris gravissimæ desumuntur ex quinque capitibus. 1. Ex lege, ut si cui petenti hæreditatem, objiciant adversarii scriptum testamentum a prodigo, qui lege prohibetur. 2. Ex testamento, ut si legatum reposcenti, negetur quicquam ex testamento deberi. 3. Ex formula judicii, ut si quis præjudiciis, et sententia, alias a judicibus lata, utatur contra alterum. 4. Ex stipulatione, ut si quis munus aliquod spoponderit, repeti potest. 5. Ex cautione, quæ syngrapha est, qua ratum aliquid fit: ut si neges te centum aureos debere, si tabulam cautionis actor proferat, gravissimum adhibebit firmamentum.

[x] *Genere*] Rectius fortasse cum Lambino legeris, *genus scripti ipsius.*

[y] *Penus*] Est omne quo vescuntur homines penus. Cicero Nat. Deor. II. 68.

prædii quæritur, quæ sint ruta cæsa;[5] [z] non scripti genus, sed verbi interpretatio controversiam parit. 108. Cum autem plura[6] significantur scripto,[a] propter verbi aut verborum ambiguitatem, ut liceat ei, qui contra dicat, eo trahere significationem scripti, quo expediat,[7] aut velit: aut, si ambigue scriptum non sit, vel a verbis voluntatem et sententiam scriptoris abducere, vel alio se, eadem de re, contrarie scripto defendere: tum disceptatio ex scripti contentione existit, ut in ambiguis disceptetur, quid maxime significetur; in scripti sententiæque contentione, utrum potius sequatur judex; in contrariis scriptis, utrum magis sit comprobandum.

109. Disceptatio autem cum est constituta, propositum esse[8] debet oratori, quo omnes argumentationes, repetitæ ex inveniendi locis, conjiciantur.[g] Quod quanquam satis est ei, qui videt, quid in quoque loco lateat, quique illos locos, tanquam thesauros aliquos argumentorum, notatos habet; tamen ea, quæ sunt certarum causarum propria, tangemus. XXXII. 110. In conjectura igitur, cum est in inficiando reus,[h] accusatori hæc duo prima sunt; (sed accusatorem pro omni actore et petitore appello: possunt enim etiam sine accusatore[1] in causis hæc eadem controversiarum genera versari) sed hæc duo sunt ei prima,

[g] *Cum inventa est judicatio, in qua totius causæ cardo vertitur, eo conferri debent rationes omnes, quæ petuntur ex locis inventionis rhetoricæ.*
[h] *Quo in statu qui accusatur debet negare.*

Ernesti.—5 Ita Erl. Lamb. Schutz. Orell. *quæ sunt ruta cæsa* Venett. Ald. Junt. Crat. Manut. Grut.—6 *Cum autem aut plura* Guelf. et Schutz.—7 Lamb. *quo ei expediat.* Mox, *aut etiamsi ambigue* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. 'Delevi e cod. Erl. et ed. Venet. *etiam* ante *si*, quod et sine libro delendum erat.' *Ernesti.*—8 'Sic, non *proposita esse* legendum semper judicavi. Et sic habent cod. Vit. et ed. Venet.' *Idem.* *proposita esse* Ald. Junt. Lamb. Grut. Mox, *ex inveniendis locis* Grut.

CAP. XXXII. 1 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *sine accu-*

NOTÆ

[z] *Ruta cæsa*] Vide lib. II. de Orat. § 226.

[a] *Plura significantur scripto*] Consulantur quæ annotavimus de statu scripti et voluntatis lib. II. ad Herennium § 13.

causa et eventus. Causam appello, rationem efficiendi; eventum, id, quod est effectum. Atque ipsa quidem partitio causarum paulo ante in suasionis locis distributa est.[i] 111. [*p.* 240.] Quæ enim in consilio capiendo futuri temporis præcipiebantur, quamobrem aut utilitatem viderentur habitura, aut efficiendi facultatem, eadem, qui de facto argumentabitur, colligere debebit, quamobrem et utilia illi, quem arguet, fuisse, et ab eo effici potuisse demonstret.[j] Utilitatis conjectura[2] movetur, si illud, quod arguitur, aut spe bonorum,[b] aut malorum metu fecisse dicitur: quod fit acrius,[3] quo illa in utroque genere majora ponuntur. 112. Spectantur[4] etiam ad causam facti, motus animorum,[c] si ira recens, si odium vetus, si ulciscendi studium, si injuriæ dolor; si honoris,[d] si gloriæ, si imperii, si pecuniæ cupi-

[i] *Et de ipsa quidem divisione causarum, quæ aliquid efficiunt, diximus paulo superius, cum de suasionis locis disputaremus.*

[j] *Quæ enim in genere deliberativo præcepta tradebantur, ex quibus investigabatur, quid in futurum tempus utile foret, quid efficiendi vim haberet; eadem qui de præterito argumentabitur colliget, ex quibus demonstrabit, cur et illa, quæ facta dicet, ei quem accusabit, fuerint utilia, et cur ab eo effici potuerint.*

satione Erl. Guelf. Schutz. Orell. 'quod verum puto.' *Ernesti.*—2 *Utilitatis et conjectura* Venet. '*et* pro etiam hic sane desideratur: est enim hoc alterum præceptum.' *Ernesti.*—3 Lamb. *quod eo fit acrius.*—4 Ita codd. Venet. Mediol. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *spectant* quidam ap. Lamb. 'Ita rescripsi pro vulg. *spectantur,* quod etsi quodammodo explicari potest, aptius tamen est *spectant,* quod Ernestio quoque placebat.' *Schutz.* Ita quo-

NOTÆ

[b] *Aut spe bonorum*] Ea tractat egregie Tullius in Miloniana, qua probat insidias Miloni factas a Clodio: fuse ostendit quantam hic ex illius morte utilitatem fuerit percepturus, quod Clodii spem excitare poterat. Deinde quantum Clodio a Milone scelerum ultore verendum esset, si Milo consulatum, quem petebat, adipisceretur.

[c] *Motus animorum*] Tullius lib. II. de Invent. § 17. &c. impulsionem et ratiocinationem duplicem esse causam ait, quæ valeat in conjecturis. Impulsio est animi motus, quo ad agendum excitamur. Consule, quod in eum locum contulimus, luculentum exemplum. Ratiocinatio est considerata ratio aliquid faciendi, vel non faciendi.

[d] *Si honoris*] Nihil est tam iniquum, quod moliri non audeat ambitiosus et avarus. Quo pertinet illud Cæsaris ex Euripide, 'Nam si violandum est jus, regnandi gratia Violandum est, aliis rebus pietatem colas.' Et illud Virgilii, 'Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?'

ditas; si periculi timor,[e] si æs alienum,[f] si angustiæ rei familiaris; si audax, si levis, si crudelis, si impotens, si incautus, si insipiens, si amans,[5] si commota mente, si vinolentus, si cum spe[g] efficiendi, si cum opinione celandi; aut, si patefactum esset, depellendi criminis, vel perrumpendi periculi, vel in longinquum tempus differendi; aut si judicii pœna levior,[h] quam facti præmium; aut si facinoris voluptas major, quam damnationis dolor. 113. His fere rebus facti suspicio confirmatur, cum et voluntatis in reo causæ reperiuntur, et facultas. In voluntate autem utilitas ex adeptione alicujus [6] commodi, vitationeque alicujus incommodi quæritur, ut aut spes, aut metus impulisse videatur, aut alius [7] repentinus animi motus, qui etiam citius in fraudem, quam ratio utilitatis, impellit. Quamobrem sint hæc dicta de causis. 114. C. F. Teneo, et quæro, qui sint illi eventus, quos ex causis effici dixisti.[k] XXXIII. C. P. Consequentia quædam signa præteriti, et quasi impressa facti vestigia; quæ quidem vel maxime suspicionem movent, et quasi tacita sunt criminum testimonia, atque hoc quidem graviora, quod causæ communiter[i] videntur insimulare et arguere omnes posse, quorum modo interfuerit [1] aliquid: hæc proprie attingunt eos ipsos, qui arguun-

[k] *Scio quæ ad causas spectant, ex quibus conjectura peti potest: nunc quæro, quæ sint illa effecta, quæ ex causis oriri dixisti, et quæ ad conjecturam faciunt.*

que edidit Orell.—5 Codd. aliquot, etiam Guelf. et Venet. *si amens.* Mox, *si violentus* Venet. Omnib. Schutz.—6 Guelf. et Schutz. in ed. maj. omittunt *alicujus.*—7 Ita Nor. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *aut aliquis* Omnib. Kob. Schutz. Orell.

Cap. xxxiii. 1 Ita Lamb. Grut. Schutz. Orell. *quorum non interfuerit* Ald.

NOTÆ

[e] *Periculi timor*] Cum is, qui alteri nocere cogitat, timet ne, nisi fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo.

[f] *Æs alienum*] Ita Cœlium criminabantur adversarii, ingenti ære alieno contracto, aurum a Clodia mutuum sumsisse; tum, ne id reddere cogeretur, Clodiæ venenum parasse.

[g] *Cum spe*] Hæc pertinent ad ratiocinationem, et desumta sunt ex Aristotelis Rhet. I. 12. quo recenset eos, qui ad faciendam injuriam proclives sunt.

[h] *Pœna levior*] Sic et Aristoteles sentit Rhet. II. 24.

[i] *Causæ communiter*] Omnibus enim, ut notat Strebæus, proposita est peccandi causa, sed pauci sunt maleficii ac signorum vestigio notati.

tur,[l] ut telum, ut vestigium, ut cruor, ut deprehensum aliquid, quod ablatum ereptumve videatur, ut responsum inconstanter, ut hæsitatum, ut titubatum,[m] ut cum aliquo visus, ex quo suspicio oriatur, ut eo ipso in loco visus, in quo facinus,[n] [2] ut pallor, ut tremor ut scriptum, aut obsignatum, aut depositum quippiam.[o] Hæc enim et talia [3] sunt, quæ aut in re ipsa, aut etiam ante quam factum est,[j] aut postea, suspiciosum crimen efficiant.[p] 115. Quæ si non erunt, tamen causis ipsis, et efficiendi facultatibus niti oportebit, adjuncta illa disputatione communi,[q] [4] non fuisse illum tam amentem, ut indicia facti aut effugere aut occultare non posset; ut ita apertus esset,[5] ut locum crimini relinqueret.[r] Communis ille contra locus, audaciam temeritati,[s] non prudentiæ esse conjunctam. 116. Sequitur autem ille locus ad augendum, non esse expectan-

[l] *Causæ, ex quibus elicitur conjectura, videntur accusare posse omnes, quibus utile fuerit aliquod crimen: at signa et effecta proxime attingunt eos qui accusantur.*

[m] *Si inveniatur apud aliquem, id quod dicitur furto sublatum: si quis respondeat inconstanter, hæsitet, titubet.*

[n] *Commissum est.*

[o] *Si quis ex suo scripto, aut sigillo, aut traditis custodiæ, v. g. armis arguatur.*

[p] *Hæc enim signa sunt ejusmodi, ut suspicionem criminis afferant, vel ex iis quæ acciderunt in ipso crimine perpetrando, vel ex iis quæ antecessere, vel denique ex iis quæ consecuta sunt.*

[q] *Si desint effecta, quibus conjecturam stabiliamus, ad causas confugiendum erit, et adjungendus ille locus communis.*

[r] *Ut ita palam ac manifeste scelus perpetraret, ut nullo negotio posset deprehendi.*

[s] *Communis in contrarium locus esse poterit, si dicat orator, audaciam, &c.*

Junt. Manut.—2 Lamb. *in quo facinus factum fuerit.*—3 'Mihi hoc rectum videtur.' *Orell.* 'Erl. *Hæc enim et alia*, ut ipse olim correxeram: melius Vit. et edd. Venet. Mediol. *Hæc enim talia.*' Ernesti. *Hæc enim talia* recepit Schutz. Mox, *aut re ipsa* Grut. *in* exhibent codd. et edd. vett. Schutz. Orell.—4 'Erl. et Vit. addunt, *ut si, a rep. dici poterit, non alia ratione commodius effici potuisse, aut:* cui similia sunt cap. 35. init. Eadem sunt in ed. Venet. sed post *occultare non posset.* Ea delevit in exemplo meo corrector.' *Ernesti.*—5 'Fortasse, *aut ita ineptum, ut locum, &c.* Cf. § 119.' *Orell.*—

NOTÆ

j *Etiam ante quam factum est*] Si effecta, de quibus loquitur, sunt signa præteriti facinoris, ut mox aiebat, quomodo possunt facinus antegredi? Signa illa sunt pleraque præteriti criminis vestigia, ut cruor, pallor, titubatio, &c. nonnulla etiam sunt futuri indicia, ut armorum apparatus, &c.

dum, dum fateatur:[t] argumentis peccata convinci: et hic etiam exempla ponentur.[6] XXXIV. 117. Atque hæc quidem de argumentis. Sin autem erit etiam testium[k] facultas, primum genus erit ipsum laudandum, dicendumque, ne argumentis teneretur reus, ipsum sua cautione effecisse,[1] testes effugere non potuisse: deinde singuli laudentur: (quæ autem essent laudabilia, dictum est) deinde etiam argumento firmo,[2] (quia tamen sæpe falsum est, posse recte non credi,) viro bono et firmo, sine vitio judicis, non posse non credi. Atque etiam, si obscuri testes erunt, aut tenues, dicendum erit, non esse ex fortuna fidem ponderandam, aut eos esse cujusque locupletissimos testes,[u] qui id, de quo agatur, facillime scire possint. Sin quæstiones habitæ, aut postulatio ut habeantur, causam[3] adjuvabunt;[v] confirmandum genus primum quæstionum erit: dicendum de vi doloris, de opinione majorum, qui eam rem totam, nisi probassent, certe repudiassent; 118. de institutis Atheniensium,[w] Rhodiorum,[4] doctissimorum hominum, apud quos etiam (id quod acerbissimum est) liberi civesque torquentur; de nostrorum etiam prudentis-

[t] *Dum reus fateatur crimen.* [u] *Optimos rei cujusque testes.*
[v] *Si quæstiones habitæ fuerint, aut petitum fuerit ut haberentur, idque causæ prosit.* [w] *Dicendum erit.*



6 'Sic esse debet, non *ponuntur:* est enim præceptum. Sic etiam Vit. Erl. [Guelf.] Venet. Mediol. Junt.' *Ernesti.* *ponuntur* Grut.

CAP. XXXIV. 1 Ita Guelf. Vit. Erl. Venet. Schutz. Orell. *fecisse* Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. Mox, *singuli laudabuntur* Lamb.—2 'Hæsere editores in hoc epitheto. Itaque ed. Med. dat *infirmo;* sed hoc ordine, *infirmo etiam argumento.* Grutero placet *argumentando,* quod erat in Ms. Pal. Verum, quod subjicitur, non est argumentatio, sed argumentum modo. Suspicor e lectione Mediol. scripsisse Ciceronem, *deinde universe,* vel *universo:* ita respondebunt sibi, *singuli laudentur ... deinde univ. arg.* Sic rursus c. 35. *genus universum* et *singuli* occurrunt. Nisi vero illa lectio est correctio alterius, eaque (*firmo*) e sequentibus huc tracta est. Ceterum parentheses hujus loci non notatæ eum impeditum et obscurum fecere. Itaque eas suis signis indicavi.' *Ernesti.* 'Male sic interpunxit Ernesti, *argumento firmo; (quia tamen ... non credi:)*' Schutz. *argumento firmo, quia t. s. f. est, p. r. n. credi: viro, &c.* Orell. *deinde dicendum etiam argumento firmo* Lamb.—3 Voc. *causam* deest in Venet. Mox, *primum genus* Lamb. Paulo post, *qui rem totam* Erl. et Venet. probante Ernestio.—4 *Rhodiorumque* Lamb. Paulo post,

NOTÆ

[k] *Testium*] De testibus ac quæstionibus dictum in Topicis.

simorum hominum institutis, qui cum de servis in dominos quæri [x] noluissent, de incestu tamen et conjuratione,[l] quæ facta me consule est, quærendum putaverunt. Irridenda etiam [5] disputatio est, qua solent uti ad infirmandas quæstiones, et meditata puerilisque dicenda. Tum facienda fides, diligenter esse et sine cupiditate quæsitum; dictaque quæstionis [y] [6] argumentis et conjectura ponderanda. Atque hæc accusationis fere membra sunt. XXXV. 119. Defensionis autem primum infirmatio causarum; aut non fuisse,[m] aut non tantas,[z] aut non sibi soli,[a] aut commodius [1] potuisse idem consequi; [b] aut non iis se esse moribus, non ea vita; aut nullos animi motus, aut non tam impotentes [c] fuisse. Facultatum autem infirmatione utetur,[d] si aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit: aut alienum tempus, aut locum non idoneum, aut multos arbitros, quorum crederet nemini: aut non se tam ineptum,[2] ut id susciperet, quod occultare non posset, neque tam amentem, ut pœnas ac judicia contemneret. 120. Consequentia autem diluet, exponendo, non esse illa certa [n]

[x] *Tormentis adhibitis facinus inquiri.*
[y] *Quæ dicta sunt in quæstione.*
[z] *Defensionis autem hæc sunt membra: primo ut reus evertat causas, quibus dicebatur ad maleficium inductus, dicet non fuisse tantas illas causas.*
[a] *Non soli reo.* [b] *Alia ratione, quam scelere.* [c] *Effrænatos.*
[d] *Ostendet sibi facultatem criminis admittendi defuisse.*

in dominos de servis Guelf. ut pro S. Rosc. Amer. c. 41.—5 *Irridenda autem* Erl. Mox, *est* non habetur in Venet. Tum pro *uti*, Nor. et Venet. habent *niti*. Denique, pro *meditata*, Ernesti conj. *minuta*.—6 'Legendum opinor *in quæstione*.' Schutz.

Cap. XXXV. 1 Lamb. *aut se commodius*. Mox, *aut non his se esse moribus* Nor. *aut non his moribus* Ald. Junt. Crat. *aut non iis esse moribus* Manut. *aut non his esse moribus* Lamb.—2 Guelf. et Venet. *tam apertum*. Cf. § 115.—

NOTÆ

Conjuratione] Catilinaria, quam Cicero consul oppressit anno ætatis suæ 44. U. C. 691. ante Christum 63.

[m] *Aut non fuisse*] Harum omnium præceptionum exempla abunde suppeditabunt orationes Tullianæ.

[n] *Non esse illa certa*] Ita cum Erucius parricidii reum perageret Roscium, quod hic esset odiosus patri, idque probaret, quod Roscium parens in prædia rustica relegasset, hoc indicium sic elevat Cicero § 42. 'Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi usu venit in causa optima. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat; ego res tam

indicia facti, quæ etiam nullo admisso consequi possent: consistetque in singulis: et ea, aut eorum, quæ ipse facta esse dicit,[3] propria esse defendet potius, quam criminis:[e] aut si sibi cum accusatore [o] communia essent, pro periculo [4] potius, quam contra salutem valere debere:[f] testiumque et quæstionum genus universum, et quod poterit, in singulis, ex reprehensionis locis, de quibus ante dictum est, refellet. 121. Harum causarum principia suspiciosa, ad acerbitatem, ab accusatore ponentur;[g] denuntiabiturque insidiarum commune periculum, excitabunturque animi, ut attendant. [*p.* 241.] Ab reo autem, querela conflati criminis collectarumque suspicionum, et accusatoris insidiæ, et

[e] *Affirmabit ea signa ad aliquas alias res, quas contigisse dicet, potius referenda esse, quam ad crimen.*

[f] *Si quibus signis utitur accusator ad opprimendum reum, eadem potest ad se defendendum reus adhibere, hic dicet ea debere ad periculum avertendum potius valere, quam contra salutem suam.*

[g] *Plena sint suspicionum, quæ judices ad severitatem excitent.*

3 'Dedi *dicit* e cod. Erl. et ed. Venet. pro *dicet*: intelligendum est autem de defensore, sive reo. Quodsi hoc ad accusatorem pertinet, scribendum est *diceret*, propter sequentia.' *Ernesti.*—4 'Sensus postulat, ut legatur

NOTÆ

leves, qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum. Quid ais, Eruci? tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo, relegationis ac supplicii gratia, colenda ac tuenda tradiderat?' &c. Simile est illud quod sequitur § 52. 'Illa, opinor, tu quoque concedis levia esse, atque inepta. Convivia cum patre non inibat. Quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, non veniret,' &c.

[o] *Si sibi cum accusatore*] Ut ne a superiore causa discedamus; suspectum parricidii Roscium faciebat Erucius, quod rus a patre fuisset relegatus; contra Cicero ex rusticæ vitæ innocentia, Roscii mores ab omni flagitio probat esse alienos. Eadem arte Manlius a dictatore Cornelio accusatus, quod plebem largitionibus sibi devinciret, hoc ipsum sibi laudi ducit apud Livium lib. VI. 'Offendit te, A. Corneli, vosque P. C. circumfusa turba lateri meo. Quin eam deducitis a me singuli vestris beneficiis? intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci; ex eo quod affluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum. Sed quid ego vos de vestro impendatis hortor? Sortem aliquam ferte, de capite deducite quod usuris pernumeratum est: jam nihilo mea turba quam ullius conspectior erit. At enim quid ita solus civium curam ago? nihilo magis quod respondeam habeo, quam si quæras quid ita solus Capitolium arcemque servaverim. Et tum universis quam potui opem tuli, et nunc singulis feram.'

item commune periculum proferetur, animique ad misericordiam allicientur, et modice benevolentia judicum colligetur. Narratio autem accusatoris erit quasi membratim gesti negotii suspiciosa explicatio, sparsis omnibus argumentis, obscuratis defensionibus.[h] Defensori, aut præteritis, aut obscuratis suspicionum argumentis, rerum ipsarum eventus erunt casusque narrandi. 122. In confirmandis autem nostris argumentationibus, infirmandisque contrariis, sæpe erunt accusatori motus animorum incitandi, reo mitigandi. Atque hæc quidem utrique maxime in peroratione facienda:[5] alteri frequentatione[p] argumentorum, et coacervatione universa;[i] alteri,[j] si plane causam redarguendo explicarit, enumeratione, ut quidque diluerit, et miseratione ad extremum.

XXXVI. 123. C. F. Scire mihi jam videor, quemadmodum conjectura tractanda sit. Nunc de definitione audiamus. C. P. Communia dantur in isto genere accusatori defensorique præcepta.[q] Uter enim definiendo describendoque verbo magis ad sensum judicis opinionemque penetrarit, et uter ad communem verbi vim, et ad eam præceptionem, quam inchoatam habebunt in animis ii, qui audient, magis et propius accesserit, is vincat necesse est. 124. Non enim argumentando hoc genus tractatur, sed tanquam

[h] *Sit non periodice, sed membratim contexta, suspiciones moveat contra reum, jactis argumentationum seminibus, et obscuratis iis, quæ pro reo dici possent.*
[i] *Accusatori adhibenda est enumeratio, et coacervatio argumentorum.*
[j] *Reo.*



propulsando periculo.' Schütz.—5 ' Schütz. ex edd. vett. *hoc .... faciendum;* sed duplex memoratur h. l. opus oratorium.' *Orell.*

NOTÆ

[p] *Alteri frequentatione*] Consule perorationem ultimæ Verrinæ et Pisonianæ.

[q] *Communia .... præcepta*] Debet tum accusator, tum reus eam afferre definitionem, quæ communi sapientum consensu maxime recepta sit. Ut in causa qua quis privatam pecuniam de templo subripuit, si quæratur an id facinus sit sacrilegium; actor ita definiet: sacrilegium est subripere aliquid de sacro: reus autem contendet sacrilegium esse subripere aliquid sacri. Vide Quintil. VII. 3.

explicando excutiendoque verbo: ut, si in reo,[r] pecunia absoluto, rursusque revocato, prævaricationem[s] accusator esse definiat, omnem judicii corruptelam ab reo; defensor autem, non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo:[1] sit ergo hæc contentio prima verborum; in qua, etiamsi propius accedat ad consuetudinem mentemque sermonis defensoris definitio,[t] tamen accusator sententia legis nititur:[2] 125. negat enim probari oportere,[3] eos, qui leges scripserint, ratum habere judicium, si totum corruptum sit; si unus accusator corruptus sit, rescindere: nititur æquitate; ut illa quasi scribenda lex sic esset, quæque tamen complecteretur in judiciis corruptis, ea verbo uno prævaricationis comprehendisse dicitur:[k][4] 126. de-

[k] *Accusator dicit minime probabile esse, a legislatore legitimum haberi judicium, si totum corruptum sit; et irritum haberi, si unus accusator corruptus sit. Deinde ab æquitate sic argumentabitur: illam legem sic scribendam fuisse, quia sæpius solet accusator corrumpi; nihilominus uno prævaricationis verbo omnia comprehendi, quæ ad corruptelam judiciorum pertinent.*

CAP. XXXVI. 1 'Unus Oxon. e gloss. *corruptelam profectam ab reo.*' Orell. —2 Guelf. *nitetur*, probante Schutz. in ed. maj. 'Sed hic ubique habes præsentia *negat, testatur, repetit*, e libris quidem melioribus.' *Orell.* '*utetur* Erl. et Venet. bis: male. Certe futurum est alienum.' *Ernesti.*—3 '*Probari oportere* non satis commoda h. l. verba; quæ si abessent, nemo desideraret.' *Ernesti. probare oportere* Nor. Mox, *scripserunt* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *scripserint* Erl. Schutz. Orell.—4 'Locus corruptus. Sic, uti nos quoque dedimus, Junt. Crat. Camer. Manut. Grut. Sed Nor. *ratum habere audi-*

NOTÆ

[r] *Ut, si in reo*] Definitionis exemplum sit hujusmodi: Verres plurium scelerum accusatus, corruptis clam pecunia judicibus, e judiciorum laqueis effugit: ab acri accusatore revocatus in jus prævaricationis præterea arguitur. Quid Verres? definitione sic a se prævaricationis crimen amolietur. Ille solum prævaricationis est reus, qui accusatorem corrumpit: ego non corrupi accusatorem; non igitur sum prævaricationis reus. Contra sic instabit actor: Omnis judicii corruptela, quæ fit corruptis vel judicibus, vel accusatoribus, est prævaricatio: per Verrem facta est judicii corruptela, judicibus ipsis corruptis; Verres igitur prævaricationis reus est.

[s] *Prævaricationem*] Prævaricator, inquit Ulpianus, quasi varicator, qui diversam partem adjuvat, prodita causa sua. Varicare autem, est crura in diversas partes distendere. Aliud ἔτυμον affert inferius Cicero. Proprie is dicitur, qui cum accusandum susceperit reum, veras probationes dissimulat, falsas vero accusationes admittit.

[t] *Defensoris definitio*] Ad communem loquendi consuetudinem propius accedit, ut ex definitione mox allata patet.

fensor autem testabitur[5] consuetudinem sermonis, verbique vim ex contrario[u] reperiet,[6] quasi ex vero accusatore, cui contrarium est nomen prævaricatoris; ex consequentibus, quod ea litera[v] de accusatore solet dari judici; ex nomine ipso, quod significat eum, qui in contrariis causis, quasi varie[7] esse positus videatur. Sed huic tamen ipsi confugiendum est ad æquitatis locos, ad rerum judicatarum auctoritatem, ad finem aliquem periculi:[w][8] communeque sit hoc præceptum, ut, cum uterque definierit, quam maxime potuerit[9] ad communem sensum vimque verbi, tum similibus, exemplisque eorum, qui ita locuti sunt, suam definitionem sententiamque confirmet. 127. Atque accusatori[10] in hoc genere causarum locus ille communis, minime esse concedendum, ut is, qui de re confiteatur, verbi se interpretatione defendat: defensor autem et ea, quam proposui,

tum judicium si totum corruptum sit, si unus accusator corruptus sit, rescindere nititur æquitate. Utilitate quasi scribenda lex esset: qq. (i. e. *quamque* ut ait Schutz) *vim complecterentur in judiciis corruptis ea verbo uno prævaricationis comprehendisse dicitur.* Lambinus autem sic, partim e Ranconeti, partim e propria conjectura, *rescindere: nititur æquitate, et utilitate; quasi scribenda lex sic esset:* QUI JUDICIA ACCUSATOREMVE CORRUPERIT; *quamque vim* (δύναμιν, significationem, non violentiam, ut perperam accipit Schutz.) *complecterentur* (scil. Latini) *in* JUDICIIS CORRUPTIS, *eam verbo uno* PRÆVARICATIONIS *comprehendisse* (scil. legem) *dicit* (accusator:) ubi vides maximam partem lectionis Nor. optimo sensu conservari.' *Orell.*—5 'Sic scripsi pro vulgato *testatur;* nam sequitur *reperiet.*' Ernesti.—6 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *repetit* Nor. margo Crat. Orell. *repetet* unus Oxon. Mox, *prævaricationis* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *prævaricatoris* Erl. Lamb. Schutz. Orell. Deinde, *solet* est e conjectura Ernesti; *soleat* ceteri omnes. *quod P. litera, &c.* conj. Hotomann. et Schutz.—7 Gesner. conj. *vare;* recepit Schutz. 'Caret tamen auctoritate hoc vocab.' *Orell.*—8 'Schutz. conj. *ad r. i. auctoritatem affinem aliquam periculi,* prava sagacitate. Erl. omittit *aliquem;* male, etsi probet Ernesti.' *Orell.*—9 Lamb. et Schutz. *potuerit accommodate ad, &c.* 'Nihil opus hac conjectura.' *Orell.* Paulo post, *item locuti sunt* Ald. Junt. Manut. —10 *Atque accusatori sit* Lamb.

NOTÆ

[u] *Ex contrario*] Defensor contendet enim qui opponitur prævaricatori, appellari verum accusatorem; adeoque prævaricatorem esse tantum accusatorem falsum.

[v] *Ea litera*] Hoc est: Quando crimen prævaricationis intenditur, libellus accusatorius dari solet, non in judices, sed in accusatorem qui cum reo collusit. Græcis γράφειν est *accusare,* γραφή, *actio de publico crimine,* quam Cicero Latine vertit *literam,* ut recte conjicit Nannius.

[w] *Ad finem aliquem periculi*] Ostendat defensor imminere periculum, si vox prævaricationis ad alium, quam accusatorem, detorqueatur.

æquitate nitatur, et, ea cum secum faciat, non re, sed depravatione verbi[x] se urgeri queratur. Quo in genere percensere poterit plerosque inveniendi locos: nam et similibus[y] utetur, et contrariis, et consequentibus; quanquam uterque, tamen reus, nisi plane erit absurda causa, frequentius. 128. Amplificandi autem causa, quæ, aut cum digredientur a causa, dici solent, aut cum perorabunt, hæc vel ad odium, vel ad misericordiam, vel omnino ad animos judicum movendos ex iis, quæ sunt ante posita, sumentur, si modo rerum magnitudo,[z] hominumve aut invidia, aut dignitas postulabit.

XXXVII. 129. C. F. Habeo ista: nunc ea, quæ cum quale sit quippiam, disceptatur,[l] quæri ex utraque parte deceat, velim audire. C. P. Confitentur in isto genere, qui arguuntur, se id fecisse ipsum, in quo reprehendantur:[1] sed, quoniam jure se fecisse dicunt, juris[a] est omnis ratio nobis explicanda: quod dividitur in duas partes primas,

[l] *Quæ pertinent ad statum qualitatis.*



CAP. XXXVII. 1 Hanc Ernestii conjecturam recepit Schutz. in ed. maj.

NOTÆ

[x] *Depravatione verbi*] Sic Cicero pro Cæcina § 38. 'Isne apud vos causam obtinebit suam, qui ita defenderit? Ejeci ego te armatis hominibus, non dejeci; ut tantum facinus, non in æquitate defensionis, sed in una litera, latuisse videatur?'

[y] *Similibus*] Ut passim utitur Cicero in eadem oratione § 60. 'Quid dicemus? armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sunt. Quid igitur? si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris, jussusque sis quem hominibus armatis dejeceris, restituere: restituisse te dices? verba si valent: si causæ non ratione sed vocibus ponderantur: me auctore dicito: vinces profecto non fuisse armatos eos, qui saxa jacerent, quæ de terra ipsi tollerent: non esse arma cespites, neque glebas: non fuisse armatos eos, qui prætereuntes ramum defringerent arboris: arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint, eos inermes fuisse vinces.'

[z] *Si modo rerum magnitudo*] Cicero pro Cæcina, quia in tenui genere versabatur, non admodum graves adhibet amplificationes: contra in peroratione pro Rabirio, quod de perduellionis crimine ageretur, insignes animorum motus excitat.

[a] *Juris*] De jure et æquitate jam superioribus libris sæpius diximus.

naturam atque legem: et utriusque generis vis in divinum et humanum jus est distributa; quorum æquitatis est unum, alterum religionis. 130. Æquitatis autem vis est duplex: cujus altera directi,[2] et veri, et justi, et, ut dicitur, æqui et boni ratione defenditur;[m] altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet: quod in beneficio, gratia; in injuria, ultio nominatur.[3] Atque hæc communia sunt naturæ atque legis: sed propria legis et ea, quæ scripta sunt, et ea, quæ sine literis, aut gentium jure, aut majorum more, retinentur. Scriptorum autem privatum aliud est, publicum aliud: publicum, lex, senatusconsultum, fœdus; privatum, tabulæ, pactum[b] conventum, stipulatio. Quæ autem scripta non sunt, ea aut consuetudine, aut conventis[c] hominum, et quasi consensu obtinentur. Atque etiam hoc inprimis, ut nostros mores legesque tueamur, quodammodo naturali jure[4] præscriptum est. 131. Et quoniam breviter aperti fontes sunt[5] quasi quidam æquitatis, meditata nobis ad hoc causarum genus esse debebunt ea, quæ dicenda erunt in orationibus, de natura, de legibus, de more majorum, de propulsanda injuria, de ulciscenda, de omni parte juris. Si imprudenter,[d] aut necessitate, aut casu quippiam fecerit, quod non concederetur iis, qui sua sponte et voluntate fecissent; ad ejus facti deprecationem, ignoscendi petenda

[m] *Altera absoluta considerat quid verum sit et justum, sine ulla comparatione.*

reprehenduntur alii et scripti et editi.—2 'Scribendum aut *recti*, quod alibi vero et justo additur, aut *directe:* nam alterum genus, quod sequitur, non est directum et ex ipsa notione æquitatis sumtum.' *Ernesti. directa* Schutz. e cod. Guelf. *directo* Orell. ex ingenio: *directi* Ald. Junt. Crat. Lamb. Manut. Grut.—3 Ita Venet. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *piratio nominatur* Nor. *punitio nominatur* Erl. Guelf. et Orell.—4 Venet. *naturæ jure.*—5 Ita edd. vett. Venett. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *aperti sunt fontes* Guelf. Schutz. Orell.

NOTÆ

[b] *Pactum*] Pactum proprie ex parte stipulantium; conventum, cum quæ pepigerunt promissa sunt, de hisque est conventum: aliquando eadem utriusque notio.

[c] *Conventis*] Non scriptis scilicet: quæ enim conventa scripta sunt, ad jus scriptum, juxta superiorem divisionem, referenda sunt.

[d] *Si imprudenter*] Hæc revocari debent ad concessionem, de qua eleganter disserit Cornificius lib. II. ad Heren. § 23. &c.

venia est; quæ sumetur ex plerisque locis æquitatis. Expositum est, ut potui brevissime, de omni controversiarum genere; nisi præterea tu quid requiris.

XXXVIII. 132. [p. 242.] C. F. Illud equidem, quod jam unum restare video, quale sit, cum disceptatio versatur[1] in scriptis.[e] C. P. Recte intelligis: eo enim exposito, munus promissi[2] omne confecero. Sunt igitur ambigui duobus adversariis præcepta communia.[n] Uterque enim hanc[3] significationem, qua utetur[4] ipse, dignam scriptoris prudentia esse defendet; uterque id, quod adversarius ex ambigue scripto intelligendum esse dicet, aut absurdum, aut inutile, aut iniquum, aut turpe esse defendet, aut etiam discrepare cum ceteris[5] scriptis, vel aliorum, vel maxime, si poterit, ejusdem; quamque defendet ipse, eam rem et sententiam quemvis prudentem, et justum hominem, si integrum daretur,[6] scripturum fuisse, sed planius: 133. eamque sententiam, quam significari posse dicet, nihil habere aut captionis, aut vitii; contrarium autem si probarit, fore, ut multa vitia, stulta, iniqua, contraria consequantur. Cum autem aliud scriptor sensisse videtur, et[7] aliud scripsisse; qui scripto nitetur, eum, re exposita, recitatione uti oportebit;[o] deinde instare adversario, iterare, renovare, interrogare, num aut scriptum neget, aut contra factum inficietur. Post, judicem ad vim scripti vocet. 134. Hac confirmatione usus, amplificet rem lege laudanda, audaciamque confutet ejus, qui cum palam contra fecerit, idque fateatur, adsit tamen, factumque defendat. Deinde infirmet defen-

[n] *Duobus adversariis qui de scripto ambiguo disceptant.*
[o] *Postquam rem exposuerit, debebit legere scriptum.*

CAP. XXXVIII. 1 Codd. aliquot ap. Orell. et ed. Venet. *versetur.*—2 Erl. *exposito, quod promisi.*—3 *Uterque enim eam* Lamb.—4 Ita Venet. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Schutz. *qua nitetur* Orell. ex codd. Lambini.—5 Lamb. *discrepare a ceteris,* improbante Orell. Paulo post, *posse dicit* Erl. et Venet.—6 Lamb. conj. *si daretur,* vel, *si integrum esset.*—7 Conjunctio *et*

NOTÆ

[e] *Versatur in scriptis*] De statu scripti et voluntatis eleganter auctor ad Heren. disserit lib. II. § 13. et seq.

sionem, cum adversarius aliud voluisse, aliud sensisse[8] scriptorem, aliud scripsisse dicat: non esse ferendum, a quoquam potius latoris sensum, quam a lege, explicari. Cur ita scripserit, si ita non senserit? Cur, cum ea, quæ plane scripta sint, neglexerit,[9] quæ nusquam scripta sint, proferat? Cur prudentissimos in scribendo viros, summæ stultitiæ putet esse damnandos? Quid impedierit scriptorem, quo minus exciperet illud, quod adversarius, tanquam si exceptum esset, ita dicit[10] se secutum?[p] 135. Utetur exemplis iis, quibus idem scriptor; aut, si id non poterit, quibus alii, quod excipiendum putarint, exceperint. Quærenda etiam ratio est, si qua poterit inveniri, quare non sit exceptum: aut iniqua lex, aut inutilis futura dicetur, aut alia causa[f] obtemperandi,[11] alia abrogandi: dissentire adversarii vocem atque legis. Deinde amplificandi causa, de conservandis legibus, de periculo rerum publicarum atque privatarum, cum aliis locis, tum in perorando maxime, graviter erit vehementerque dicendum. XXXIX. 136. Ille autem, qui se sententia legis voluntateque defendet, in consilio atque in mente scriptoris, non in verbis ac literis vim legis positam esse defendet: quodque nihil exceperit in lege, laudabit, ne diverticula[g] peccatis darentur,[q] atque ut

[p] *Quid impedierit quominus legislator addiderit illam exceptionem, quam adversarius dicit se fuisse secutum, quasi fuisset addita?*
[q] *Ne inde peccandi occasio sumeretur.*

suspecta est Orellio; quare uncis inclusit.—8 ‘Alterutrum *aliud voluisse*, vel *aliud sensisse* e gloss. natum potest videri, quocirca Schutz. expunxit *aliud sensisse*. Mihi aliquando suspectius erat *aliud voluisse*. Lambinus non male scripsit *aliud voluisse et sensisse*. Satis tamen defenditur codd. lectio seqq. § 136. ‘sententia legis voluntateque.’’ *Orell.*—9 ‘Sic scribendum, non *neglexit*, et sic habent codd. nostri, edd. Venet. Mediol. Junt.’ *Ernesti*. *neglexit* Grut. Statim, *nunquam* Ald. Junt. Crat. Lamb. Manut. Grut. *nusquam* Erl. Venet. Schutz. Orell.—10 Ernesti conj. *dicat*.—11 ‘Hæsit in hoc v. Lamb. perperam conjiciens *temperandi*.’ Orell.

NOTÆ

[f] *Alia causa*] Sensus est: Esset quidem causa obtemperandi, siquidem id verba ipsa legis præscribunt: non esset autem causa obtemperandi, siquidem exceptione sua ne obtemperetur prohibet, qui contra legis scriptum agit.

[g] *Ne diverticula*] Exceptio in lege sæpe daret occasionem peccandi. Exempli gratia, sanciatur hæc lex absoluta, ‘Qui pulsaverit aliquem, injuriarum teneatur;’ metu pœnæ

ex facto cujusque judex legis mentem interpretaretur. Deinde erit utendum exemplis, in quibus omnis æquitas perturbetur,[1] si verbis legum, ac non sententiis pareatur. 137. Deinde genus ejusmodi calliditatis et calumniæ retrahatur[2] in odium judicis,[r] cum quadam invidiosa querela. Et si incidet imprudentiæ causa, quæ non ad delictum, sed ad casum necessitatemve pertineat, (quod genus paulo ante attigimus) erit iisdem æquitatis sententiis contra acerbitatem verborum deprecandum.[s] Sin scripta inter se dissentient;[h] tanta series artis est,[t] et sic inter se sunt pleraque connexa et apta, ut, quæ paulo ante præcepta dedimus ambigui, quæque proxime sententiæ et scripti, eadem ad hoc genus causæ tertium transferantur.[3] 138. Nam quibus locis in ambiguo defendimus eam significationem, quæ nos adjuvat, eisdem in contrariis legibus nostra lex defendenda est. Deinde est efficiendum, ut alterius scripti sententiam, alterius verba defendamus. Ita quæ modo de scripto sententiaque præcepta sunt, eadem huc omnia transferemus.

XL. 139. Expositæ sunt tibi omnes oratoriæ partitiones, quæ quidem e media illa nostra Academia[i] floruerunt:[u][4]

[r] *Ostendat orator argutias eorum qui scripto nituntur, odium concitare in judices.*
[s] *Precabitur ut ne severe ex ipsis legis vocibus, sed ex ipsa æquitate judicent.*
[t] *Tanta est connexio institutionum oratoriarum.*
[u] *Quæ ex dialectica, de qua disserunt Platonici, lumen acceperunt.*



CAP. XXXIX. 1 'Sic pro *perturbaretur* dedimus e codd. Erl. Vit. edd. Venet. Mediol. Junt. Nam alias post scribendum *pareretur*. Etiam sine libris hoc vidi, et edidissem.' *Ernesti.* *perturbaretur* Grut. *perturbetur* etiam Ald. Manut. Lamb.—2 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *retrahetur* Lamb. Schutz. Orell.—3 'Venet. *referantur*. Post eadem in fine *transferimus;* corrector fecit *transferamus*. In eadem additur, *Superiorum epilogatio,* nempe e margine codicis.' *Ernesti.*
CAP. XL. 4 Lamb. *fluxerunt*. 'Aut *effloruerunt* scribendum, aut *florue-*

NOTÆ

coërcebuntur omnes. At addatur exceptio, 'injuriarum teneatur, nisi leviter percusserit, nisi lacessitus percusserit,' illa exceptione si expressa fuerit, fovebitur impunitas scelerum: illa pessimi quique se tuebuntur, dicentque se non percussisse nisi leviter aut nisi lacessitos. Legislator igitur æquitati judicis commisit ut id videret, an injuriarum ille teneatur, qui non nisi leviter aut lacessitus percusserit.

[h] *Scripta inter se dissentient*] De statu contrariarum legum consulatur lib. II. ad Heren. § 15.

[i] *Academia*] De qua lib. I. de Orat.

neque sine ea aut inveniri, aut intelligi, aut tractari possunt: nam et partiri ipsum, et definire, et ambigui partitiones [2] dividere, et argumentorum locos nosse, et argumentationem ipsam concludere, et videre, quæ sumenda in argumentando sint, quidque ex iis, quæ sumta sunt, efficiatur, et vera a falsis, verisimilia ab incredibilibus dijudicare, et distinguere, aut male sumta,[3] aut male conclusa reprehendere, et eadem vel anguste disserere, ut dialectici qui appellantur, vel, ut oratorem decet, late exprimere; [4] illius exercitationis et subtiliter disputandi,[j] et copiose dicendi [artis][5] est. 140. De bonis vero rebus et malis, æquis, iniquis, utilibus, inutilibus, honestis, turpibus, quam potest habere orator, sine illis maximarum rerum artibus,[v] facultatem, aut copiam? Quare hæc tibi sint, mi Cicero, quæ exposui, quasi indicia fontium illorum:[w] ad quos si nobis eisdem ducibus aliisve perveneris, tum et hæc ipsa melius, et multo majora alia cognosces. C. F. Ego vero, ac magno quidem studio,[x] mi pater: multisque ex tuis præclarissimis muneribus nullum majus expecto.[y]

[v] *Sine philosophia morali.* [w] *Philosophicorum.*
[x] *Velim ad illas artes philosophicas pervenire.*
[y] *Quam si mihi aditum ad philosophiam aperias.*

runt sic intelligendum; sed illud melius puto.' *Ernesti.* *effloruerunt* de Bruti conjectura receperunt Schutz. et Orell.—2 Schutz. de conjectura, *et ambigui partes.*—3 Ita Grut. *et aut male sumta* codd. et edd. vett. Venet. Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Schutz. Orell.—4 Guelf. unus Oxon. et Schutz. in ed. maj. *expromere.*—5 '*Artis* spurium puto: nam *copiose dicendi* ita ad exercitationem refertur, ut *subtiliter disserendi,* quia per *et* conjunguntur.' *Ernesti.* Voc. *artis* delevit Schutz.

NOTÆ

§ 9. et 43.

[j] *Subtiliter disputandi*] Dialecticæ enim est dividere, definire, et argumentari, sed suo, id est, subtili modo.

M. TULLII CICERONIS *

DE OPTIMO GENERE ORATORUM.

ARGUMENTUM.

Hæc est præfatio, quam Cicero conversis a se e Græco in Latinum sermonem orationibus Æschinis in Ctesiphontem et Demosthenis pro Ctesiphonte præmisit. Quo consilio id fecerit, cum ex ipsa hac scriptione intelligi potest, tum ex Quintiliano XII. 10. scilicet ut horum reprehensiones dilueret, qui ipsius dicendi genus nimis redundans et Asianum atque vitiosum esse dicebant. Ostendit ergo, plerosque quid sit Attice dicere nescire, atque optimum dicendi genus esse Atticum, h. e. quod tenuia firmiter, mediocria mediocriter, summa graviter tractet.

I. 1. [p. 243.] ORATORUM genera esse[a] dicuntur, tanquam poëtarum: id secus est: nam alterum[b] est multiplex.[1] Poëmatis enim tragici,[a] comici, epici,[b] melici[c] etiam

[a] *Diversa.* [b] *Poëtarum genus.*

NOTÆ

* *M. Tullii Ciceronis*] Ciceroni tribuitur hic liber a Charisio de Instit. Grammat. lib. II. et jam tum ætate sua eidem inscriptum fuisse testatur Asconius Pedianus in argumento orationis pro Milone.

[a] *Tragici*] De poëmate tragico et comico vide lib. I. ad Heren. § 13.

[b] *Epici*] Epicum carmen ab ἔπος, *verbum*, nomen habet, quod totum poëtæ narratione contineatur. Ex Aristotele hæc ejus definitio colligitur. Imitatio est actionis unius illustris, completæ, certæ magnitudinis, quæ narratione et versu hexametro viros principes cum admiratione et delectatione ad heroicas virtutes allicit.

[c] *Melici*] Idem est melicum quod lyricum poëma: ducta vox a μέλος, *cantus.*

ac dithyrambici,[d] quod magis[e] est tractatum a Latinis, suum quodvis est diversum a reliquis.[2] Itaque et in tragœdia[f] comicum vitiosum est, et in comœdia turpe[c] tragicum; et in ceteris suus est cuique sonus,[3] et quædam intelligentibus nota vox.[d] 2. Oratorum autem si quis ita numerat[4] plura genera, ut alios grandes, aut graves, aut copiosos, alios tenues, aut subtiles, aut breves, alios eis interjectos, et tanquam medios putet; de hominibus dicet aliquid, de re parum.[e 5] In re enim, quod optimum sit, quæritur: in homine dicitur, quod est. Itaque licet dicere et Ennium, summum epicum poëtam, si cui ita videtur; et Pacuvium tragicum; et Cæcilium fortasse[g] comicum. 3. Oratorem genere non divido:[f h] perfectum enim quæro. Unum est

[c] *Dedecet.* [d] *Sua est certa dictionis forma, quam norunt periti.*

[e] *Dicet aliquid de hominibus, quorum aliis alius est dicendi character; pauca dicet de ipsa eloquentia, cujus idea perfectissima quæritur.*

[f] *Oratorem in plura genera non divido.*

Cap. I. 1 Lamb. *nam alterum est simplex, alterum multiplex.*—2 Ita codd. edd. vett. Junt. Crat. Manut. Grut. *cujusvis est div. &c.* Ald. Post v. *reliquis* Gar. addit *genus.* Schutzius de Ernestii conjectura delevit *quod magis est tractatum a Latinis.* Turneb. Adv. I. 4. ex uno cod. corrigit *quo magis, &c.* Nor. habet *quo magis est tractatum a Latinis suum, quo cujusque est diversum a reliquis;* Lamb. ex Amæsæi conjectura, *quod minus est tractatum, &c.* Ursin. suspicabatur, *dithyrambici etiam, ac iambici, quod magis est tractatum, &c.* Muretus conj. *quod magis tractatum a Græcis, quam a Latinis.* 'In Nor. lectione hæc fere sententia videtur latere: Quo quodque magis est tractatum a Latinis, eo suum cujusque genus magis est diversum a reliquis, eo magis enitet generum diversitas.' *Orell.*—3 Ita Vit. Schutz. Orell. *suus est cujusque certus sonus* Venet. Nor. Ald. Junt. Lamb. Manut. Grut.—4 Ernesti conj. *numeret.* Actutum, Vit. et Schutz. delent *plura,* quod placet Ernestio.—5 Vit. *de re*

NOTÆ

[d] *Dithyrambici*] Consule notas in lib. III. de Orat. § 185.

[e] *Quod magis*] Mirum, cum dithyrambici carminis genus dicatur maxime tractatum a Latinis, ejus monumenta omnia vel injuria temporum, vel veterum incuria periisse. Nisi cui forte magis arrideat interpretatio Turnebi Advers. I. 4. qui *quod magis est tractatum a Latinis,* non ad dithyrambicum, sed universim ad poëmatum genus referendum putat.

[f] *In tragœdia*] Recte præcipit Horatius in Arte: 'Versibus exponi tragicis res comica non vult: Indignatur item privatis ac prope socco Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ. Singula quæque locum teneant sortita decenter . . . Interdum tamen et vocem comœdia tollit, Iratusque Chremes tumido delitigat ore; Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.'

[g] *Cæcilium fortasse*] Multi primas inter comicos tribuere Cæcilio, ut jam annotavimus lib. II. de Orat. § 40.

[h] *Genere non divido*] Oratoris mu-

autem genus perfecti, a quo qui absunt, non genere differunt, ut ab Attio[6] [i] Terentius;[g] sed in eodem non sunt pares. Optimus est enim orator, qui dicendo animos audientium et docet, et delectat, et permovet. Docere, debitum est; delectare, honorarium; permovere, necessarium. 4. Hæc ut alius melius,[h] quam alius, concedendum est: verum id fit non genere,[i] sed gradu. Optimum quidem unum est; et proximum, quod ei[j] simillimum: ex quo perspicuum est, quod optimo dissimillimum sit, id esse deterrimum. II. Nam quoniam eloquentia constat ex verbis et sententiis,[j] perficiendum est, ut pure et emendate[k] loquentes, (quod est Latine)[k] verborum præterea, et propriorum, et translatorum elegantiam[1] persequamur: in propriis, ut aptissima eligamus; in translatis, ut similitudinem secuti, verecunde[l] utamur alienis. 5. Sententiarum autem totidem genera sunt, quot diximus esse laudum:[m] [2] sunt enim docendi, acutæ, delectandi, quasi argutæ, commovendi, graves.[n] Sed et verborum est structura[o] quædam, duas res efficiens, numerum, et lenitatem:[3] et sen-

[g] *Ut Attius genere differt a Terentio; Attius enim poëta tragicus, Terentius comicus est.*
[h] *Præstet.* [i] *Diversa eloquentiæ specie.* [j] *Optimo.*
[k] *Loqui.* [l] *Nec audacius nec frequentius.*
[m] *Quot sunt genera dicendi cum dignitate.*
[n] *Ad docendum adhibentur subtiles sententiæ, ad delectandum concinnæ et urbanæ, ad movendum graves.*
[o] *Collocutio.*

parum ipsa.—6 Venet. Ald. Junt. Lamb. Grut. *ut ab Accio.*

Cap. II. 1 Ita edd. omnes; sed vet. cod. ap. Oudendorp. *et tralatarum elegantiam.* Idem codex mox, *in tralatis.*—2 Lamb. in ed. 1566. ex amici conjectura, *esse gradus oratorum.* Ipse postea improbavit.—3 Unus Oxon. Lamb. Schutz. Orell. *et lævitatem.* Mox *probandam* suspectum erat Lambino.

NOTÆ

nus est docere, delectare, permovere; quo si quis non fungatur, inter oratores non numerabitur. Ut autem id alius alio melius præstet, non genere ipso, sed gradu distabit a ceteris. Poëtæ differunt genere; qui enim in arte dramatica excellet, si minime sit epopœiæ peritus, is ab epicorum poëtarum genere exclusus locum inter comicos tenebit.

[i] *Attio*] Vide lib. III. de Orat. § 27.

[j] *Verbis et sententiis*] De quibus copiose et eleganter præcipit lib. III. de Orat.

[k] *Pure et emendate*] Pure loquitur qui sine peregrinis et barbaris vocabulis, emendate qui sine solœcismo loquitur.

tentiæ suam compositionem[p] habent, et ad probandam rem accommodatum ordinem: sed earum omnium rerum, ut ædificiorum,[4] memoria est quasi fundamentum, lumen actio. 6. Ea igitur omnia in quo summa,[5] erit orator peritissimus;[q] in quo media, mediocris; in quo minima, deterrimus. Et appellabuntur omnes oratores, ut pictores appellantur etiam mali:[r] nec generibus inter sese, sed facultatibus different.[s] Itaque nemo est orator, qui se Demosthenis similem esse nolit: at Menander,[1] Homeri noluit:[t] genus enim erat aliud.[u] Id non est in oratoribus: aut si est,[6] ut alius gravitatem sequens, subtilitatem fugiat; contra, alius acutiorem se, quam ornatiorem, velit;[7] etiamsi est in genere tolerabili, certe non est in optimo; siquidem, quod omnes laudes habet,[v] id est optimum.

III. 7. Hæc dixi brevius equidem, quam res petebat: sed ad id, quod agimus, non fuit dicendum pluribus. Unum enim cum sit genus, id quale sit, quærimus. Est autem tale, quale floruit Athenis:[w] ex quo Atticorum oratorum ipsa vis ignota est, nota gloria.[x] Nam alterum multi

p *Dispositionem.*

q *In quo perfectissima fuerint.* r *Qui non bene pingunt.*

s *Nec specie differunt, siquidem artem eandem profitentur, sed facultate et industria qua alius alium superat.*

t *Esse similis.*

u *Nam genus poëseos comicum Menander, epicum Homerus attigit.*

v *Quod est ex omni parte perfectum.*

w *Est simile Attico dicendi generi.*

x *In quo genere præcellenti pauci noverunt in quo consistat vis oratorum Atticorum, multi norunt quanta gloria floreant.*



Conjunctio *et* deest in Ald.—4 Hæc, *ut ædificiorum,* delenda censebant Lamb. et Nagel.—5 Ita Venet. Ald. Junt. Crat. Mannt. Grut. *omnia in quo erunt summa* unus Oxon. Lamb. Orell. *in quo omnia erunt summa* Nor. *omnia in quo summa erunt* Schutz. haud monito lectore. Mox, *is erit orator perfectissimus* Schutz. ex emend. Ruhnkenii ad Rutil. Lup. p. 200. *erit orator perfectissimus* Lamb. in ed. 1566. et Orell. *is* conj. etiam Ernesti. *peritissimus orator* Vit. Venet. Mediol. Nor. *erit orator præstantissimus* Lamb. in marg. ed. 1584. 'An *orator* gloss.?' *Orell.*—6 Unus Oxon. et Lamb. *aut etiamsi est.*—7 Unus Oxon. et Nor. *malit;* Lamb. *esse velit.*

NOTÆ

1 *Menander*] Poëta comicus Atheniensis, comœdias amplius centum, et epistolas aliquot scripsit; quæ omnia, exceptis quibusdam fragmentis, desiderantur. Natus est Olympiadis 109. anno 3. ante Christum 342. Obiit, Eusebio teste, Olymp. 121. anno 4. ante Christum 293.

viderunt, vitiosi nihil apud eos: alterum pauci, laudabilia esse multa. Est enim vitiosum in sententia, si quid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum est: in verbis, si inquinatum, si abjectum, si non aptum, si durum, si longe petitum. 8. Hæc vitaverunt fere omnes, qui aut Attici numerantur, aut dicunt Attice: sed quatenus valuerunt,[1] sani duntaxat et sicci habeantur, sed ita, ut palæstrice[m] spatiari in xysto iis liceat,[2] non ab Olympiis[n] coronam petant:[y] qui quamvis careant[3] omni vitio, non sunt contenti quasi bona valetudine, sed vires,[o] lacertos, sanguinem quærunt, quandam etiam suavitatem coloris: eos imitemur, si possumus;[z] sin minus, illos potius, qui incorrupta sanitate sunt, (quod est proprium Atticorum) quam eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit. 9. Quod cum faciemus, (si modo id ipsum assequemur: est enim permagnum) imitemur, si poterimus, Lysiam, et ejus quidem tenuitatem potissimum:

[y] *Sed quatenus ab illis orationis vitiis abfuerunt, similes habeantur iis, qui, sano cum sint corpore, possunt ad modicam exercitationem deambulare in porticu, in qua solent hyberno tempore exerceri athletæ: sed non sunt tam robustis viribus, ut in ludis Olympicis decertare cum athletis possint.*

[z] *Eos imitari debet orator, qui cum omni vitio corporis careant, &c.*

CAP. III. 1 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. Schutz. *sed quatenus voluerunt* Manut. *sed qui hactenus valuerunt* volebat, non tamen edidit, Lamb. *sed qui eatenus valuerunt* e codd. Gulielm. Lallem. et Orell. Mox, *sani et sicci duntaxat* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *sani duntaxat et sicci* Venet. Mediol. Schutz. et Orell. Dein, *sed* omittit Lamb.—2 Ita Grut. Schutz. Orell. *ut eis palæstrice sp. in xysto liceat* Lamb. *ut palæstrice sp. in xysto ut liceat* Ald. Junt. Crat. Manut. *ut palæstritæ sp. in xysto ut liceat* Nor. *palæstritæ* conj. etiam Paschal.—3 Ald. Junt. Lamb. Grut. *qui cum careant;* Venet. et Nor. *qui quomodo et quamvis careant;* unde Ernesti *qui quamvis careant*, improbante Orell. qui sic legit et interpungit, *petant. Qui, cum careant ....*

NOTÆ

[m] *Sed ita, ut palæstrice*] Ea metaphora Cicero monet eos quos ad magnificum et sublime dicendi genus non finxit natura, debere non in gravioribus, sed levioribus causis tractandis versari.

[n] *Olympiis*] De ludis Olympicis breviter diximus lib. IV. ad Heren. § 3.

[o] *Sed vires, &c.*] Qua translatione hortatur oratorem Tullius, non modo ad vitanda orationis vitia, sed præterea ad comparandum orationis robur, validas argumentationes, copiam denique et venustatem. Quod assequi si non liceat, eligatur potius sana ac pressa Atticorum dictio, quam vitiosa Asiaticorum redundantia.

est enim multis in locis grandior: sed quia et privatas ille plerasque, et eas ipsas aliis, et parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse jejunior,[a] quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverit.[b] [9] IV. Quod qui ita faciet, ut, si cupiat uberior esse, non possit, habeatur sane orator, sed de minoribus: magno autem oratori etiam illo modo[c] sæpe dicendum est in tali genere causarum. 10. Ita fit, ut Demosthenes certe possit submisse dicere:[p] elate Lysias fortasse non possit. Sed si[1] eodem modo putant, exercitu in foro et in omnibus templis, quæ circum forum sunt, collocato, dici pro Milone[q] decuisse,[2] ut si de re privata ad unum judicem diceremus; vim eloquentiæ sua facultate, non rei natura, metiuntur. 11. Quare quoniam nonnullorum sermo jam increbuit,[3] partim seipsos Attice dicere,[d] partim neminem nostrum dicere;[e] alteros negligamus:[f] satis enim his res ipsa respondet,[g] cum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur: nam si arriderentur,[4] esset id ipsum Atticorum.[h] [p. 244.] Sed qui dici a nobis Attico more nolunt, ipsi autem, se non oratores esse, profitentur;[5] si teretes[i] aures habent, intelligensque judicium, tanquam ad picturam probandam, ad-

[a] *Siccior.* [b] *Expolivit.* [c] *Tenui.*
[d] *Quod jejune et exiliter dicunt.* [e] *Quod uberius dicamus.*
[f] *Contemnamus eos, qui Atticorum nomen immerito usurpant.*
[g] *Res ipsa convincit eos minime dicere Attice.*
[h] *Si communi plausu exciperentur, hoc esset signum eos Attice loqui.*
[i] *Eruditas.*

coloris, eos, &c.—9 Manut. *limaverat;* Schutz. suspicabatur *limavit.*

Cap. IV. 1 'Videtur scribendum *Si qui,* aut *Qui.*' Ernesti. 'Sed ubivis h. l. subjectum est, 'falsi illi Attici nostrates.'' *Orell.*—2 Lamb. conj. *debuisse;* Nor. habet *potuisse.*—3 Ita edd. vett. et Orell. *increbruit* Lamb. et Schutz.—4 Ita Lamb. Schutz. Orell. *arrideantur* Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. *adhibeantur* Nor.—5 Ernesti conj. *se non oratores profitentur,* omisso

NOTÆ

[p] *Submisse dicere*] Et vero in oratione contra Leptinem adhibuit exile dicendi genus.

[q] *Pro Milone*] Qui in judicium vocatus quod Clodium interfecisset, frustra a Cicerone defensus est anno U. C. 700. ante Christum 54. Tullius Clodianorum acclamatione, et armatis in foro militibus a Pompeio positis territus, non ea, qua solebat, dixit constantia: orationem autem illam quam quotidie admiramur, scripsit, cum fuisset Milo Massiliam in exilium pulsus, uti tradit Asconius.

hibentur[6] etiam inscii faciendi cum aliqua solertia judicandi:[j] 12. sin autem intelligentiam ponunt in audiendi fastidio, neque eos quidquam excelsum magnificumque delectat;[k] dicant, se subtile quiddam et politum velle, grave ornatumque contemnere: id vero desinant dicere, qui subtiliter dicant,[7] eos solos Attice dicere, id est, quasi sicce[l r] et integre, at ample, et ornate, et copiose, cum eadem integritate, Atticorum est: quid? dubium[8] est, utrum orationem[s] nostram tolerabilem tantum, an etiam admirabilem esse cupiamus? non enim jam quærimus, quid sit Attice, sed quid sit optime dicere. 13. Ex quo intelligitur, quoniam Græcorum oratorum præstantissimi sunt ii, qui fuerunt Athenis; eorum autem princeps facile Demosthenes; hunc si quis imitetur, eum et Attice dicturum, et optime: ut, quoniam Attici nobis propositi sunt ad imitandum, bene dicere, id sit Attice dicere.

[j] *Judicent ipsi an Attico more dicamus, quemadmodum aliquando adhibentur ad judicium de tabellis ferendum, qui tabellas pingere nesciunt, modo valeant ingenio.*

[k] *Quod si putant ideo se intelligentes esse, quod in audiendo gravi et sublimi orationis genere fastidium præ se ferant.*

[l] *Id est, quasi dicerent eos solos loqui Attice, qui sicce et jejune loquerentur, reliquis orationis vitiis evitatis.*

esse, vel *se non oratores esse confiterentur*.—6 ‘Schutz. de Ernestii conjectura *adhibeantur*; sed cum h. l. grata quadam negligentia imago ipsa cum re misceatur, ἀνακόλουθον hoc indicativi longe rectius sese habet.’ *Orell.*—7 Ita Vit. Schutz. Orell. *dicunt* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. Mox, *quasi sicce et integre. At ample, et ornate, &c.* Schutz. et Orell. *quasi sicce, et integre, et ample, &c.* unus Oxon. Nor. Ald. Junt. *quasi sicce. At integre, et ample, &c.* Grut. *quasi sicce et integre. At si ample, &c.* Lamb. ‘*Quasi sicce et integre, at ample, et ornate*] Ita arbitror locum esse bene constitutum, qui in libris valde vitiatus est. Transpositæ fuere particulæ *et* et *at*.’ Ernesti.—8 Lamb. *cui dubium.*

NOTÆ

[r] *Quasi sicce*] Esse aliquam hoc loco labem diversæ lectiones ostendunt. Legit Lambinus, *Eos solos Attice dicere, id est, quasi sicce et integre. At si ample, et ornate, et copiose, cum eadem integritate, Atticorum est; quid dubium est.*

[s] *Utrum orationem*] Sensus est: Si oratio omnibus suis partibus æquabiliter fluens et integra, videtur ipsis Atticorum propria, et revera tolerabilis est; certe cum ad orationis integritatem accesserit amplitudo, ornatus, et copia, non modo tolerabilis erit, sed etiam admirabilis. Jam vero quis sanæ mentis orationem admirabilem tolerabili non prætulerit?

v. Sed cum in eo magnus error esset, quale esset id dicendi genus;[m] putavi mihi suscipiendum laborem, utilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. 14. Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Æschinis Demosthenisque: nec converti, ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem, et earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis;[n] in quibus non verbum pro verbo[1] necesse habui reddere, sed genus omnium verborum vimque servavi: non enim ea me annumerare[t] lectori putavi oportere, sed tanquam appendere. 15. Hic labor meus hoc assequetur, ut nostri homines, quid ab illis exigant, qui se Atticos volunt,[2] et ad quam eos quasi formulam dicendi revocent, intelligant. Sed exorietur[3] Thucydides:[o] ejus enim quidam eloquentiam admirantur. Id quidem recte: sed nihil ad eum oratorem, quem quærimus.[p] Aliud est enim explicare res gestas narrando, aliud argumentando criminari, crimenve dissolvere:[q] aliud narratione tenere auditorem, aliud concitare. 16. At loquitur pulchre. Num melius, quam Plato?[u] necesse tamen est oratori, quem quærimus, controversias explicare forenses dicendi genere apto ad docendum, ad delectandum, ad permovendum. vi. Quare si quis erit, qui Thucydidio[4] genere causas in foro

[m] *Atticum.*
[n] *Servatis iisdem sententiis et earum figuris, adhibitis verbis Latinis.*
[o] *Sed objicietur mihi dictionis genus, quod usurpavit Thucydides.*
[p] *Nihil confert ad oratorem qui in causis civilibus exerceri debet.*
[q] *Accusare aut defendere.*

Cap. v. 1 Lamb. *non verbum verbo.*—2 Lamb. *qui se esse Atticos volunt.*—3 Ita Ald. Junt. Crat. Lamb. Grut. *Sed exoritur* Nor. Manut. 'Vere et ex Ciceronis usu.' *Orell.*

Cap. vi. 4 *Thucydidis* Mediol. Mox, *se dicturum profiteatur* Nor. *dictu-*

NOTÆ

[t] *Annumerare*] Ducta a vendentibus translatio; quorum alii rerum quas distrahunt numerum, alii pondus attendunt. Qui verbum verbo reddit interpres, singulas voces quasi numerat: appendit qui sententias sententiis exprimit, nec verbis singillatim vertendis scrupulosius adhæret.

[u] *Plato*] 'Quis enim uberior in dicendo Platone? Jovem aiunt philosophi, si Græce loquatur, sic loqui.' Tullius in Bruto, § 121.

dicturum se esse profiteatur, is abhorreat etiam a suspicione ejus, quæ versatur in re civili et forensi:[r] qui Thucydidem laudavit,[2] suæ nostram ascribat sententiam.[s] 17. Quin ipsum Isocratem, quem divinus auctor Plato, suum fere æqualem, admirabiliter in Phædro laudari fecit a Socrate, quemque omnes docti summum oratorem esse dixerunt, tamen hunc in[3] numero non repono: non enim in acie versatur, et ferro;[4] quasi rudibus ejus eludit oratio.[t] A me autem (ut cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobilissimum inducitur. Æschines,[5] tanquam Æserninus, ut ait Lucilius,

'non spurcus[v] homo, sed doctus et acer,
Cum Pacidiano[6] hic componitur, optimu' longe
Post homines natos.'[u] [7]

[r] *Si quis in foro causas peroret eo stylo, quo Thucydides in historia utitur, is alienissimus erit a dicendi genere, quod in re forensi ac civili adhibendum est.*

[s] *Qui laudaverit Thucydidem, ejus sententiæ facile subscribimus.*

[t] *Non enim tanquam in acie ac vero certamine graviores causas tractavit, sed in levioribus causis, velut in umbratili pugna sese exercuit.*

[u] *A me autem, ut cum facultate dicendi gladiatoriam artem conferam, duo oratores quasi gladiatores nobilissimi inducuntur. Æschines, tanquam Æserninus gladiator, 'non spurcus homo, sed doctus et acer,' ut ait Lucilius, cum Demosthene confertur, tanquam cum Pacidiano longe optimo gladiatore.*

---

rum esse profiteatur, omisso pronomine *se*, Ald. Junt. Manut. Tum, *is abhorrebit* Nor. Schutz. Orell. Deinde, *etiam sumtione ejus, quæ versatur* Nor. *a sumtione et suspicione ejus* Mediol. *quod versatur* Schutz. de conjectura Ernestii. 'Sed sic intelligendum: Is remotus erit vel a levi cognitione ejus causæ, quæ,' &c. *Orell.*—2 Lambino tribuit *laudabit*, hoc probans, Grut. Recepit Schutz. Mox, *ascribat suæ nostram sententiam* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut. *suæ nostram ascribat sententiam* Mediol. Schutz. Orell.—3 Lamb. *hoc in;* Grut. *hunc hoc in.* Actutum, *numerum* unus Oxon. Cf. de Invent. I. § 39.—4 Schutz. in ed. min. *versatur ferro;* in ed. vero maj. de Purgoldi conjectura, *versatur cum ferro.* Mox, *sed quasi* Nor. Manut. Orell. Tum, *ludit oratio* Schutz.—5 *Æschines enim cum Demosthene* Schutz. non probante Orellio.—6 Ita Ald. Junt. Crat. Manut. Grut. Schutz. *Pacideiano* Nonius ed. Merceri v. 'Spurcum,' Wolfius Tusc. IV. 21. et Orell. *Placideiano* Lamb. Douza, Lallem. ex Horat. II. Sat. 7. 97.—7 Schutz. e Nonio, *natos, gladiator qui fuit unus.* 'Locus sanus est sine his, etsi dubitabat etiam Ernesti.'

NOTÆ

[v] *Non spurcus*] Spurcum sævum et sanguinarium interpretatur Nonius Marcellus § 425. qui hunc ipsum e Lucilii Sat. lib. IV. locum subjicit: 'Æserninus fuit Flaccorum munere quidam Samnis, spurcus homo, vita illa dignus locoque: Cum Pacidiano componitur, optimus multo, Post homines natos, gladiator qui fuit unus.' Æserninus porro est ex Samnitum oppido Æsernia; cui jam, Leandro teste, nomen est *Sergna*.

Nihil enim illo oratore[v] arbitror cogitari posse divinius. 18. Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur: unum hoc:[w] 'Verum melius Græci:' a quo quæratur, ecquid possint ipsi melius Latine: alterum: 'Quid istas potius legam, quam Græcas?' Iidem Andriam et Synephebos,[x] nec minus Terentium et Cæcilium, quam Menandrum legunt: nec Andromacham,[y] aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant: sed tamen Ennium et Pacuvium et Accium potius, quam Euripidem et Sophoclem legunt.[8] Quod igitur est eorum in orationibus e Græco conversis fastidium, nullum cum sit in versibus?

VII. Sed aggrediamur jam, quod suscepimus, si prius exposuerimus, quæ causa[w] in judicium deducta sit. 19. Cum esset[z] lex Athenis, ne quis populi scitum faceret,[x] ut quisquam corona donaretur in magistratu prius, quam ra-

[v] *Demosthene.* [w] *Controversia.* [x] *Decretum ferret.*

Orell.—8 Totum hunc locum Lambinus ordinavit hoc modo: *quam Græcas? Nec Andromacham .... recipiant. Sed tamen .... legunt. Iidem Andriam .... legunt. Quod igitur, &c.* Ernesti conj. *At iidem Andriam;* et *rejiciunt* pro *recipiant;* Mediol. habet *recipiunt.* Lambinum secuti sunt Schutz. et Orell.

NOTÆ

[w] *Unum hoc*] Sensus est: Duo contra nos potissimum objiciunt; primo melius scripsisse Græcos. Sed ex illis quæro, num melius Latine scribere possint, quam nos scribimus. Deinde opponunt satius esse Græcas orationes legere, quam in Latinum sermonem conversas. Quibus respondeo, eos, cum fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inviti legant, posse etiam Latine redditis orationibus delectari.

[x] *Andriam et Synephebos*] Menandri Græcas comœdias, quorum prior a Terentio, posterior a Cæcilio in Latinam linguam conversa est.

[y] *Nec Andromacham*] Quasi dicat: Esto sane, tragœdias Andromacham, aut Antiopam, aut Epigonos dicant se respuere e Græco conversas. Cur igitur Ennium, Pacuvium, et Accium, Latinos poëtas, potius, quam Euripidem, et Sophoclem legunt? Porro Andromache, uxor Hectoris, tragœdia est Euripidis, quæ etiamnum extat. Antiopa, conjux Lyci, regis Thebanorum, adversis, ac deinde secundis casibus celebris, tragœdiæ dedit argumentum. Ἐπίγονοι, veteris fabulæ titulus, plura potest significare. Est enim ἐπίγονος, *privignus*, vel etiam *ex secundis nuptiis natus*: ἐπίγονοι dicuntur præterea *posteri.*

[z] *Cum esset*] Celebris illa, quam inscripsit Demosthenes περὶ στεφάνου, *de corona*, oratio, incœpta est Charonda archonte, uti tradit in Demosthene Plutarchus, sive Olymp. 110. anno 3. ante Christum 338.

tiones[y] retulisset; et altera lex, eos, qui a populo donarentur, in concione donari debere; quia in senatu[a] Demosthenes curator[1] muris reficiendis[b] fuit, eosque refecit pecunia sua; de hoc igitur Ctesiphon[c] scitum fecit, nullis ab ipso rationibus relatis, ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro, populo convocato, (qui locus non est concionis legitimæ) atque ita prædicaretur: 'Eum donari virtutis ergo benevolentiæque, quam erga populum Atheniensem haberet.' 20. Hunc igitur Ctesiphontem in judicium adduxit Æschines, quod contra leges scripsisset, ut et rationibus non relatis corona donaretur, et ut in theatro, et quod de virtute ejus et benevolentia falsa scripsisset; quoniam Demosthenes nec vir bonus esset, nec bene meritus de civitate. Causa ipsa abhorret illa quidem a formula consuetudinis nostræ; sed est magna. Habet enim et legum interpretationem satis acutam in utramque partem, et meritorum in rempublicam contentionem sane gravem. 21. Itaque causa Æschini,[z 2] quoniam ipse a Demosthene esset capitis accusatus, quod legationem ementitus[d] esset, ut ulciscendi inimici causa, nomine Ctesiphontis, judicium fieret de factis famaque Demosthenis.[a]

[y] *Rei administratæ.* [z] *Causa fuit accusandi Ctesiphontem.*
[a] *Ut ad ultionem de inimico sumendam, specie accusationis in Ctesiphontem instituendæ, in mores et facta Demosthenis judicium exerceretur.*

CAP. VII. 1 Ita Nor. Ald. Junt. Manut. Lamb. Grut. 'Cum hæc lectio aperte sit vitiosa, Lambinus proposuit, *debere: quia in tribu sua Demosthenes curator:* hocque recepissem cum Lallem. et Schutz. nisi dubium mihi remaneret, an ἐν τῷ βουλευτηρίῳ Cicero converterit *in senatu*, nec potius *in curia*, vel *in senaculo*.' Orell.—2 *Causa autem fuit accusandi Ctesiphontis Æschini*

NOTÆ

[a] *In senatu*] Lambini lectio, *in sua tribu*, eo probabilior est, quod ipsius Ulpiani, qui in Demosthenem commentarios edidit, auctoritate confirmetur.

[b] *Muris reficiendis*] Cum Philippus, Alexandri Magni pater, hostis Athenis immineret, jam victis Thebanis, quibuscum belli societatem inierant Athenienses

[c] *Ctesiphon*] Unus ex magistratibus, qui urbem administrabant.

[d] *Legationem ementitus*] Hoc est argumentum orationis περὶ τῆς παραπρεσβείας, *de falsa legatione*, qua Demosthenes Æschinem accusat, quod ad Philippum de pace legatus, turpes et inutiles pacis conditiones admiserit, et ad senatum falsa retulerit.

Non enim tam multa dixit de rationibus non relatis, quam de eo, quod civis improbus, ut optimus, laudatus esset. 22. [*p.* 245.] Hanc mulctam[e] Æschines a Ctesiphonte petiit[b] quadriennio ante Philippi[f] Macedonis mortem; sed judicium factum est aliquot annis[g] post, Alexandro jam Asiam tenente: ad quod judicium concursus dicitur e tota Græcia factus esse. Quid enim aut tam visendum, aut audiendum fuit,[3] quam summorum oratorum in gravissima causa,[h] accurata et inimicitiis incensa contentio? 23. Quorum ego orationes si, ut spero, ita expressero, virtutibus utens illorum omnibus, id est, sententiis, et earum figuris, et rerum ordine, verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro; (quæ si e Græcis omnia conversa non erunt, tamen ut generis ejusdem sint elaboravimus[4]) erit regula, ad quam eorum dirigantur orationes, qui Attice volent[5] dicere. Sed de nobis satis. Aliquando enim Æschinem ipsum Latine dicentem audiamus.

[b] *Egit Æschines, ut mulcta Ctesiphonti irrogaretur.*

Lamb.—3 Lamb. *aut tam audiendum fuit.*—4 Codd. aliquot, et ed. Mediol. *elaborabimus*, probante Gulielmio.—5 Ita Vit. Schutz. Orell. *volunt* Ald. Junt. Crat. Manut. Lamb. Grut.

NOTÆ

[e] *Mulctam*] Notat Viperanus eam fuisse quinquaginta talentorum; quæ summa ad monetam nostratem redacta libras Gallicas conficit 52,500. vel, juxta aliorum calculum 90,000. aut etiam 120,000.

[f] *Philippi*] Qui, communibus Græcorum suffragiis belli dux contra Persas electus, in ipsa ludorum celebritate a Pausania, corporis sui stipatore, confossus, obiit Olympiade 111. anno 1. ante Christum 336. Diodorus, Justinus, &c.

[g] *Aliquot annis*] Decennio post, Aristophonte archonte, ut narrat Plutarchus in Demosthene.

[h] *Gravissima causa*] Cujus hic exitus fuit. Suffragiis destitutus Æschines voluntario sese mulctavit exilio, ac Rhodum secessit; ubi cum Demosthenis orationem admirantibus amicis legisset, Quid, inquit, si audissetis?

NOTÆ VARIORUM

IN

MARCI TULLII CICERONIS

LIBROS RHETORICOS.

IN LIBROS AD HERENNIUM,

EX EDITIONE PETRI BURMANNI SECUNDI,
LUGD. BAT. 1761. 8vo.

IN RELIQUOS,

EX EDITIONE JOS. OLIVETI,
PARIS. 1740. 4to.

NOTÆ VARIORUM

IN

LIBROS RHETORICOS CICERONIS.

AD HERENNIUM.

LIBER I.

Rhetoricorum ad Herennium lib. I.] Hæc est inscriptio hujus libri in edd. Victorii, Car. Stephani, P. Manutii, et aliorum antiquiorum. Accedit meus Ms. nisi quod is addat, *M. Tulli Ciceronis Rhetoricorum liber primus ad Cajum Herennium incipit feliciter:* quamvis Ciceroni olim viri doctissimi jure hos libros ad Herennium abjudicarint, et verosimiliter adsignarint eos Cornificio. *Grævius.* *Rhetoricorum*] Ed. Omnib. a. 1476. *Rhetoricorum novorum.* Oudendorp.

Cap. I. § 1 *Etsi negotiis familiaribus impediti*] Petrus Pithœus in margine Lamb. ed. notat: 'Vel procemium indicat non esse Ciceronis opus.' *Grævius.*

Vix satis otium suppeditare possumus] Sic in omnibus quidem libris Mss. reperi, atque iccirco nihil mutavi: sed vox *otium* videtur mihi ab aliquo adjecta, et ita legendum, *vix satis studio supped. poss.* ut *suppeditare* accipiamus absolute, pro ἐπαρκεῖν, id est sufficere; quod nostro sermone diceremus, *à peine pouvons nous fournir à l'éstude.* Italico, *à fatica potiamo bastare al studio.* Cum simus toti fere occupati negotiis familiaribus, vix ulla nostri pars superest, quæ in studio versari possit. *Lambinus.* Pal. quartus, notæ optimæ liber, non agnoscit illud *studio;* aberatque item a membranis Francisci Fabricii, quibus usus fuit Gulielmius noster: qui præterea adscripserat heic ad oram libri sui variantes lectiones excerptas ex cod. Gemblacensi, Erphurdiensi, Bruilerensi, denique e chartaceo Suffridi Petreii. Ego autem usus sum Palatinæ Bibliothecæ exemplaribus sex, quorum secundus, quartus, ac sextus erant antiquiores ceteris. *Gruterus.*

Cognoscere artem rhetoricam] Deletis vocibus *artem rhetoricam,* sic legendum putabam, *non sine causa velle cognoscere intelligebamus:* ut subintelligatur, vel repetatur ἀπὸ κοινοῦ, 'rationem dicendi;' quod antecedit. In

nonnullis codd. non est vox *artem*. Lamb. *Cognoscere artem rhetoricam*] Nullus e sex Pall. admisit voculam *artem;* ideoque videtur expungenda: quamvis pro ea contra Lambinum pugnet Gulielmius. *Gruterus.* Quam juste tueri mediam vocem nonnulli potuerint, videant; certe etiam in tribus nostris exemplaribus non adest. Porro quanquam bis, nempe lib. III. in princip. et in fine totius scripti hujus sic loquatur, occurrit tamen l. II. c. 27. 'Veluti qui rhetoricam vituperant propter alicujus oratoris vituperandam vitam.' Et fine lib. III. 'De quinta parte rhetoricæ deinceps dicemus:' ubi substantivum æque videmus negligi. Utique et Velleius ita 'comicam novam' dixit, et Ausonius 'sophisticam.' Sed tamen videndum, quum in Mss. legatur, *cognoscere rhetoricam intelligebamus,* an non illud *m* venerit ex duplicata temere prima syllaba verbi sequentis, et auctor dederit *rhetorica.* Nam quum Asconius in Divinationem et orationem de Prætura Urbana citet lib. I. Rhetoricorum, et ea propter, quæ citat, tam in libro I. de Inventione, quam ad Herennium exstent; ut fatendum quidem est ab Mario Victorino illa vocari Rhetorica; ita sciendum quoque est, hos ad Herennium libros in Mss. non minus appellari Rhetorica, quem titulum sic in Ms. conceptum vidi, *M. Tullii Ciceronis ad Cajum Herennium Rhetoricorum liber explicit;* et testatur idem de duobus P. Lambecius in libro II. Comment. Biblioth. Cæsareæ, quidquid alii negent. *Jac. Gronovius. Artem* non agnoscit Ms. Trajectinus, in quo titulus est huic libro *Rhetorica nova. Velle cognoscere rhetoricam*] Lamb. Grut. et recentiores edd. *Velle cognoscere artem rhetoricam.* Sane Pithœus quoque notavit in Ms. se legisse, *M. Tullii Ciceronis novæ Rhetoricæ lib.* I. *incipit:* at in V. C. Theod. Bezæ Vezelii scriptum fuisse, *M. Tullii Ciceronis ad Herennium artis rhetoricæ lib.* I. *incipit.* In meo codice est, *M. Tullii Ciceronis Rhetoricorum liber primus ad Cajum Herennium incipit feliciter.* Sed in hoc loco *cognoscere artem rhetoricam,* nec in Pithœi, nec in meo quoque codice legitur *artem,* nec in Mediolanensi 1478. sed nec in P. Victorii Juntina editione Veneta 1537. nec in Caroli, nec Rob. Stephani, et omnibus antiquioribus edd. Cur ergo in recentibus toleratur? *Grævius. Rhetoricam*] Vocem *artem* male a recentioribus edd. fuisse intrusam testantur Mss. omnes et edd. vett. licet ita vulgo legas quoque apud Priscian. l. III. p. 611. *artis rhetoricæ.* Sed et ibi istas voces esse spurias clamant cetera Prisciani loca, semper modo citantis e lib. I. II. III. &c. *ad Herenn.* Non alienus sum a J. Gronovii sententia, qui ex inscriptione, quam aliquot codd. et edd. primæ produnt, *Rhetoricorum,* divinavit legendum *Rhetorica.* Oud.

Si recta intelligentia, et definita moderatione animi gubernetur] Hoc est, si prudenter et modeste utamur eloquentia; si illa non abutamur ad seditiones concitandas, quales sunt tribunitiæ conciones, et ad imbuendos homines pravis opinionibus, qualis fuit eloquentia sophistarum et illorum philosophorum, qui disserebant nullam esse justitiam, nullam divinam providentiam. Hi sunt qui non intelligentes seu recta intelligentia gubernant eloquentiam, quam propterea tantopere improbat Plato in Gorgia, et aliis in locis. *Græv.*

Arrogantiæ causa] Vocem *inanis,* quæ fuerat alieno loco posita, et suo mota, (nam debet poni infra quinto abhinc versu, et conjungi cum voce *gloria,*) ego hinc sustuli, et in suum locum restitui. *Lamb. Inanis arrogantiæ causæ*] Pall. omnes et Gulielmiani hoc loco retinent illud *inanis,* quod Lambinus adjungit infra voci *gloria.* Apparet quidem eo commotum, quod ore vulgi teratur, *inanis*

gloria, non item *arrogantia inanis*. Quomodo tamen locutum hunc scriptorem quid vetat credere? Certe non repugnat aut Latinitatis ratio, aut sententiæ. Miseram vero optimorum scriptorum sortem, si hoc modo illis præscribere, et pro captu nostro quidvis immutare nobis licebit. Hæc Gulielmii schedæ. *Grut.* *Inanis arrogantiæ* etiam retinet Ms. Traj. *Burmann.* *Arrogantiæ caussa*] Lambinus sublatam vocem *inanis* e verbo *arrogantiæ*, tamquam alieno loco, paullo infra *gloriæ* adjungit: et sane epitheton est multo magis gloriæ aptum, quam arrogantiæ. Excusis quidem cum manuscriptis convenit: e quibus, ne quem hoc fugiat, aliquot principio carent: a distributione temporis, quo quis uti principio possit; nimirum, 'tria sunt tempora quibus principio uti non possumus,' initium facientes. *Brutus.*

Ea conquisierunt] Sic edidi secutus vetustissimos libros, in quibus ita legebatur, non *conquisiverunt*. Etiam cap. 10. *quæsiisse* vel *quæsisse* habent libri vetusti, et priores editi, ubi Gruterus retulit *quæsivisse:* frustra, et ideo recorrexi. Sic IV. 3. 'nescierunt.' *Gronov.* Al. *ea conquisiverunt.* Quamvis mei codices cum vulgatis *conquisiverunt* scribant, assentior tamen Jac. Gronovio ex suis libris reponenti *conquisierunt.* Græv.

Quæ nihil attinebant] Sic legendum, non *quæ nihil ad rem attinebant*, aut, ut habent alii libri vulg. *ad propositum attinebant:* ita enim usitate loquuntur boni scriptores, 'quæ nihil attinent,' sine adjectione. M. Tull. Acad. Quæst. 'Nihil attinet de assensione omnia loqui.' Idem Off. lib. v. 'Neque enim naturæ attinet repugnare.' Idem Accus. lib. v. 'Quid enim attinuit te jubere, in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret?' Horat. Od. I. 19. 'Nec versis animosum equis Parthum dicere, nec quæ nihil attinent.' *Lamb.* Ejecimus binas dictiones *ad rem*, quæ in nullo comparebant Palatinorum, nam primus earum loco habebat *ad propositum.* Grut. Sic et Ms. Traj. *Burm.* *Quæ nihil ad propositum attinebant*] Lambinus, ut videtur, ex ingenio, loco emendato, duo hinc verba sustulit, *ad propositum;* cujus conjecturam, Aldi et Victorii editio, tum e tribus Gryphii Mss. libris unus, qui integer est, confirmat; in quo ea verba absunt. *Brut.*

CAP. II. § 2 *Demonstrativum est*] Imperite dixerunt Latini *demonstrativum*, quod Græci ἐπιδεικτικόν: cum 'ostentativum' potius debuerint dicere; ut docet Quintil. III. 4. *Lamb.*

Quod positum in controversia habet] Erf. *Quod positum est in contr. et habet.* Duisb. *quod positum in contr. in se habet.* Græv.

§ 3 *Et dispositionis*] Copulationem *et* ex cod. vetere restitutam, quis non videt esse necessariam? *Lamb.*

Firma animi rerum et verborum et dispositionis perceptio] Non ita omnes scripti: sed in bene multis posterior copulativa non exstat, quomodo etiam veteres editi, qui mihi quidem hic videntur castiores, quum non consistat dispositio in aliis quam in rebus vel verbis, et memoria præbeat animo firmam perceptionem dispositionis rerum et verborum. *Gronov.* Copula, quæ est in omnibus meis, est necessaria: nam licet res et verba memoria simus complexi, si tamen dispositionem non teneamus, confundemus et perturbabimus omnia. *Græv.* Posterior copula deest etiam Ms. Traj. *Burm.*

Impellimur cum diligenti ratione] Gembl. et Bruil. item Pal. 4. *dicendi:* forte fuit *diligendi ratione*, pro *delegendi.* Veteribus enim *dilectus*, quod nobis hodie *delectum:* diligendi ergo ratio, esset delectus, quo non aliud magis in imitatione necessarium: quippe quem eloquentiæ magistrum Cicero sæpe dixit. Gulielmius. *Grut.*

Quoniam igitur demonstratum est, &c.] Tota hæc clausula est ab inter-

pretibus; aut potius, liber iste in epitomen redactus est ab aliquo: quid enim absurdius hac recapitulatione, cum tribus punctis sua omnia vix signarit, nedum demonstrarit? Sic et infra ubi est, 'Nunc quoniam una,' &c. nihil odiosius est tali insinuatione, hoc in breviculo, idemque postea millies occurrit, non sine incredibili lectorum fastidio, meo certe; quem pudet pigetque tam multas bonas horas consumpsisse in tam turbido lacu. Sed quid faciamus? quia Tullio cohæret, tale quid ei dudum videbatur, et vero in libris posterioribus dignus est ferre nomen Tullium. *Idem.*

Nunc, quemadmodum possint ad inventionis rationem oratoris officia] Sic hunc locum restitui ex eo, qui sequitur eadem pag. *nunc quoniam una cum oratoris off. q. r. c. f. e. p. s. ut de o. p. l. et eas ad inventionis rationem accommodaremus, &c.* Nam libri veteres nihil me adjuverunt, præterquam, quod mihi mendi suspicionem commoverunt, sic enim habent nonnulli, *possit oratio ad rationem oratoris officii, &c.* alii, *possit orator ad orationem ipsius officia accommodare, &c.* Lamb.

Quemadmodum ad orationem possint] Ita ed. Victorii, neque aliter Pall. aliquot. Ceteri *rationem*, nisi quod primus, *ad inventionem possint;* secundus, *quemadmodum oratio ad rationem oratoris officii, &c.* Lambinus conjecturam suam nobis objecit, *quemadmodum ad inventionis rationem possint, &c.* Nihil mutari placet: quippe ad orationem ipsam oratoris officia accommodantur, cum traditur inveniendi via, quæ eloquentiæ mater est. Gulielmius. *Gruterus. Ad orationem possint oratoris officia accommodari*] Al. *Ad rationem possint orat. officia acc.* Duisb. *possit oratio ad rationem orat. officii acc.* Lamb. ed. *Ad inventionis rationem possint orat. officia acc.* Græv.

Cap. III. § 4 *In sex partes orationis consumitur, in exordium*] Sic placuit edere, quum et quondam ita Victorius, et in tribus meis reperiam. *Gron.* Nec aliter Ms. Traj. *Burm. In sex partes orationis consumitur, in exordium*] Sic Pith. ac Erfurt. nec non Mediol. Cratand. Victorii et Hervag. edd. quod et Jac. Gronovius probavit. Sed præterea in Erfurt. et Cauchii Mss. non legitur *orationis*, et commode posset abesse. Al. edd. *in sex partes orationis consumitur, exordium.* Græv.

Animus auditoris aut judicis constituitur, vel apparatur ad audiendum] Monet Gulielmius exstare in Coloniensi *et apparatur:* quomodo et tres Pall. posteriores; itaque habet illud *vel*, tanquam insigne glossematis; ut scilicet *vel apparatur* adjectum fuerit ab librario parum Latino. *Grut.* Verissime conjecit Gulielmius, idque firmat optimæ notæ codex Duisburgensis, a quo abest etiam *aut judicis*, quod et ipsum supervacuum est. Itaque hunc fidum ducem hic sumus secuti. Erf. *Auditoris vel judicis.* Græv.

Quid conveniat, quid in controversia sit] Hanc lectionem servant Pall. vetustiores, nam quo quodque exemplar est recentius, hoc pluribus interpolatum est quisquiliis exscriptorum, unde sec. *quid nobis conveniat, quid, &c.* at primus adhuc amplius, *quid nobis ex adversariis conveniat, quid, &c.* Qualia cum forte repperisset in Gallicanis membranis Lambinus, obtrusit lectori, *quid nobis cum adversario conveniat, quid, &c.* Non inepte; si alterius ore auctor quisque loqui debebat, non suo. *Gruter.*

Sumus dicturi] Libri Mss. tres habent *sumus acturi.* Ego tamen nihil muto. *Lambin.* Gulielmio placebat *acturi;* inventum in duobus suis, et tribus Lambini. Est quidem 'agere' verbum forense, hincque 'actores causarum:' sed cum parum intersit, et nihil varient Pall. retineo lectionem receptam. *Grut.* Gulielmio assentitur Erfurt. Pith. Duisb. quos hic sequor. 'Agere de re aliqua,' sive

in foro, sive in senatu, sive in schola, est dicere, disserere de aliqua re. Vulgg. *quibus de rebus simus dicturi.* Græv.

Artificiosus terminus orationis] Pall. tres priores, ex Italia ad nos delati, adjiciunt *totius orationis:* quæ dictio otiosa videri non posset, nisi abesset totidem Pall. in Germania forte descriptis; quorum quartus plane est scriptura antiqua, ut et sextus, qui ultimus præscriptum habet nomen Johannis Palatini, ducis Bavariæ ac Simerensis; qui fuit pater Frederici II. Electoris. *Grut.*

Producti sumus] Legendum fortasse est, *provecti sumus.* Verumtamen nihil muto, præsertim veteribus codicibus vulgatam scripturam confirmantibus, *producti sumus:* quod æquale est Græco verbo προήχθημεν. *Lamb.*

Cap. iv. § 6 *Quæ ἔφοδος nominatur*] Maluit Gulielmius ἔπῳδος; ut Latinis expressere literis duo Mss. ejus, et Pal. omnes. Tralatio tunc ducta esset ab incantationibus morbos pellentibus; quarum meminit Suidas: tanquam heic quoque rhetores magico quasi artificio aversos hominum animos ad se allicerent, sed longius petitum videtur. *Grut.* *Quæ ἔφοδος nominatur*] Ἔφοδος est inductio, cum occulta quadam ratione in exordio inducitur auditor ad audiendum et accurate attendendum. *Græv.* *Epodos* in Ms. Traj. *Burm.*

Sin turpe genus causæ erit] Ut si pro ebrietate; aut pro podagra dicatur. *Græv.*

Nisi quid nacti fuerimus] Ita quidem, quod scio, Gothofredus et Gruterus, quum ante illos legant edd. *nacti erimus,* quod probant nostri tres: et particula ista æque frequenter, vel sæpius etiam sic construitur ab hoc scriptore. Mox quoque iidem 'benevolentiam capere.' *Gronovius.* Utrumque in Ms. Traj. *Burmannus.* *Nisi quid nacti fuerimus*] Mss. quidam et edd. vett. *nisi quid nacti erimus:* sed *fuerimus* est in Duisb. et Erfurtano Ms. et ed. Vict. *Græv.*

§ 7 *Nos de rebus magnis*] Ut Virg. 'Majus opus moveo.' *Capidurus.*

Religionem, aut ad pietatem: etsi, &c.] Verba illa, quæ erant in libris vulgg. *nos esse dicturos,* sustulimus, ut supervacanea. Petenda enim sunt ἀπὸ κοινοῦ superiora, 'verba facturos.' Adde quod non reperiuntur in tribus libris Mss. *Lamb.* *Ad Deorum immortalium religionem: et, si, &c.*] Secutus sum Victorium et Manutium, Pall. et quinque, item Fabr. nam retro vulgati verbosius, *religionem, aut ad pietatem, et si, &c.* Male, nam quod cui in mentem veniat, *pietatem* heic intelligi de iis officiis, quæ conferuntur in parentes, cognatos, liberos, &c. id vero minus nihilo est: ea attentionem non excitabit, sed magis benivolentiam, itaque ibi mox ponitur. *Grut.* Edd. *ad Deorum immortalium religionem, aut ad pietatem nos esse dicturos.* Erf. *aut Deorum immortalium religionem, et si.* Merito Lamb. et Grut. deleverunt hæc verba *aut ad pietatem:* nam nec in Erfurt. nec in Pith. nec Duisb. Mss. leguntur. *Græv.*

Ad Deorum immortalium religionem] Ut cum ipse Cicero dicit, 'Judicio Deorum immortalium, testimonio senatus, consensu Italiæ, confessione inimicorum, beneficio divino, immortalique vestro maxime lætor Quirites.' *Capidur.*

Et si rogabimus ut attente audiant] Pulcherrime Virgil. Georg. iv. 'Hanc etiam, Mæcenas, aspice partem. Admiranda tibi levium spectacula rerum, Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis Mores, et studia, et populos, et prælia dicam.' *Capidur.*

Et si numero exponemus res, de quibus dicturi] Plerique Mss. *quibus de rebus dicturi;* ut videatur id admittendum, sed prius expuncta syllaba *res.* Grut. Cur illam exigat, non bene intelligo, quum Mss. nihil varietate sua definiant, et in uno plenissi-

me legam *exponemus res quibus de rebus.* Id non minus nunc pati queo, quam initio cap. 2. ' de his rebus posse dicere, quæ res ad usum civilem constitutæ sunt;' et centies tum in hac, tum reliqua horum scriptorum parte, et cap. 10. *Gronov.* quem et vid. ad lib. IV. cap. 8. *Burm.* *Si numero exponemus res, de quibus dicturi*] Quidam Mss. *si numero exponemus res de quibus rebus dicturi.* Alii aliter, *si numero exponemus res, de quibus dicturi.* Meus Ms. et edd. quædam, *si numero exponemus res, quibus de rebus dicturi.* Duisb. *si numero exponemus res, de quibus rebus dicturi:* quod Jac. Gronovius merito tuetur. Exemplum hujus rei est apud Ciceronem pro Cluent. ' Animadverti, judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes, quarum altera inniti,' et quæ sequuntur. *Græv.*

Cap. v. § 8 *Benevolentiam contrahemus*] Quidam putant legendum *conrademus,* aut *corrademus:* ego nihil muto. *Lamb.* Cum tradat Lambinus, quosdam arbitrari legendum *corrademus;* prodideritque Bechichemus in libro suo Ms. inveniri *comparemus;* suspicetur quis non de nihilo, duo illa *benivolentiam contrahemus* esse a largitione scribarum; certe subintelligi posse, nemo negaverit. *Grut.* Ms. *a nostra persona benevolentiam comparemus.* Græv.

Aut in remp. quales fuerimus] Quod nostra intersit, et necessitate commotos ad hanc rem accessisse dicamus. Vide exordium Ciceronis orat. pro Rabirio. *Capidur.*

Aut in eos ipsos, qui audiunt, vel omnes, vel aliquos, referemus] Sic restitui, libros aliquot veteres secutus. Longe profecto melius, quam quo modo habent vulgati, *aut in eos ipsos, qui audiunt, aliquid referemus, d.* Lamb. Recepi lectionem Lambinianam libris aliquot veteribus nixam, ut quidem ipse adfirmat: nam nostri subscribunt vulgato, *qui audiunt aliquid referemus,* neque ullam suorum varietatem prodidit Gulielmius. *Grut.* Erf. *aut in eos, qui audiunt, aliquid referemus:* Lamb. et Grut. edd. *aut in eos ipsos, qui audiunt, vel omnes, vel aliquos referemus.* Mei quoque omnes, præcipue illi optimi Erfurtensis, Duisburgensis, et Pithœi, illa verba, quæ inseruit Lambinus, nescio quibus ex Mss. quos non nominat, et retinuit Gruterus, ignorant. Si in Ms. leguntur, potuerunt in id irrepsisse ex magistri interpretatione versibus interposita, aut margini allita. Nolui ego invitis libris, quos alii omnes præter Lambinum evolverunt, retinere, quamvis ea non displiceant mihi. *Græv.*

Dummodo hæc omnia ad eam ipsam rem, de qua agitur, sint accommodata] Quale illud pro L. Flacco: ' Cum in maximis periculis hujus urbis atque imperii, gravissimo atque acerbissimo reip. casu, socio atque adjutore consiliorum periculorumque meorum L. Flacco, cædem a nobis, conjugibus, liberis nostris, vastitatem a templis, delubris, urbe, Italia depellebam, sperabam potius, judices, honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem.' *Capidur.*

Si nostra incommoda proferemus] Quibus per commiserationem benevolentia captatur. Interdum id facimus a persona alterius, quem defendimus. Vide exordium pro P. Sulla. *Capidur.*

Si vim, si potentiam, factionem] Quale est exordium in orat. pro P. Quintio. *Capidur.*

Hospitium, sodalitatem, &c.] Arbitratur Gulielmius corrigendum *hospitia, sodalitates;* neque enim odiosum, habere hospitem, aut sodalem. Multitudo in invidia fuit. *Grut.*

Quam veritate eos confidere] Sic Pal. 2. 4. 6. item Bruil. dictumque vetuste ac venuste videbatur Gulielmio. *Grut.* *Quam veritate confidere*] Plerique Mss. et edd. *quam veritati con-*

fidere. Duisb. *quam veritate confidere:* sed Pith. Cauch. meus, cum editis *veritati.* In Erfurtano hæc omnia *et his adjumentis*, usque ad *adversariorum proferemus*, non habentur. *Græv.*

Luxuriam eorum] Sic in nullo vetere inveni, sed simpliciter *luxuriam adversariorum*, ut est in olim editis. *Gronov.* et ita Ms. Traj. *Burm.* *Si luxuriam eorum proferemus*] Quale est illud in Vatinium principium. *Capidur.* Sic quidam Mss. In meo et edd. priscis est, *si luxuriam adversariorum proferemus*, quod in suis quoque Gronovius legit. *Græv.*

Si res eorum fortiter, sapienter] Quale est illud Darii apud Curtium v. 6. 'Si me cum ignavis,' &c. et Ciceronis exordium in Orat. post reditum in Senatum. *Capidur.*

Si quæ de his existimatio, quæ judicii expectatio] Quale Apuleii principium est in Apologia. *Idem.*

Si nostram causam laudando extollemus] Quale est quarti hujus libri totum exordium. *Idem.* *Laudando extollemus*] Equidem verba 'extollere' et 'deprimere' aliquoties opposita occurrunt apud Ciceronem, etiam apud Livium, ut patet ex citatis ab patre ad lib. xxx. c. 36. Hic tamen in Mss. mihi occurrit *laudando tollemus.* Gronov.

Quibus principio uti] His verbis adscripserat Pithœus, 'Hinc orditur V. C. Claud. Puteani vetustiss. exemplar.' De insinuatione et tribus temporibus principii. *Græv.*

Cap. vi. § 9 *Aut hominem, non rem*] Non sunt in Puteani Ms. *Idem.*

Non rem spectare oportere] Indicat Gulielmius restare in Bruil. *exspectare;* quod et mihi repertum in Pal. 1. 2. 4. 6. et sic sæpe expressum in bonis auctoribus: de quo nos integro capite in libellis Suspicionum. *Gruter.* In Pithœano non leguntur hæc verba, *aut hominem non rem.* Addit Pithœus, 'et glossa est manu recenti reposita.' *Græv.*

Aut de aliqua re dicturos] Hactenus impressi interjectum habebant, *re eorum dicturos:* perperam: sane contra Mss. nostros, et vero de persona, aut de re dicimus. *Grut.* Vulgg. *aut de aliqua re eorum dicturos:* sed *eorum* abest cum ab aliis Mss. tum Putean. Duisb. Erfurt. in quo *aut aliqua re dicturos.* Græv.

§ 10 *Si persuasus auditor fuerit, id est, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit*] Quis concoquat hanc explicandi rationem, ut quum in glossa sit singulare, in expositione ponatur plurali numero? Certe non sic facit alibi. Etiam Mss. hic fraudem agnoscunt, in quorum uno non apparet vox *auditoribus.* In duobus hic ordo est *fidem fecerit auditoribus*, et eorum tamen unus *auctoribus.* Mox iidem duo *putarint*, quomodo etiam nonnulli editi antiquiores, alii vero *putaverint;* quod non video cur sit mutatum. *Gronov.* In Puteani et Erfurt. codd. legitur, *si persuasus auditor, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit:* quam lectionem probat Pithœus, addens *fuerit, id est* est glossa. Non tamen recedendum puto a vulgatis, aut omnia ista delenda, *id est, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit*, ut sit interpretatio horum verborum, *si persuasus auditor fuerit.* Græv.

Ergo si fidem factam] Propter aliquot verba interposita, iterat ea, quæ ante dicta sunt, sed aliis verbis: quod est scriptoribus perquam usitatum. *Si persuasus* (inquit) *auditor fuerit, id est, &c.* deinde sequitur interpositio: qua absoluta, subjicitur ejusdem rei iteratio aliis verbis, *ergo si fidem, &c.* Lamb.

Ab aliqua re, quæ risum movere possit, exordiemur] In optimo Erfurtensi non est *exordiemur*, et potest abesse sine ullo detrimento, et ἀπὸ κοινοῦ repeti. Sic paullo post pro *a fabula verosimili*, Erfurt. *Fabula verosimili* sine *a.* Quod hic non magis desi-

deres, ac in sequentibus vocibus. *Græv.*

Imitatione] Imitatio nihil est aliud quam orationis, vocis atque oris alterius repræsentatio verecunda atque venusta; nam histrionica est impudens et nimia. Antonius præcipit ea furtim utendum esse, quamobrem in verbo sive voce vitandum est quicquid est scurrile; in imitatione oris, quicquid est mimicum. *Toxita.*

Depravatione] Vocis vultusque deformatione. Hanc Antonius ab oratore non tractandam putat. *Idem.*

Inversione] Sententiæ in contrariam partem inclinatione. Hujus exemplum est in l. II. de Oratore, cap. 65. de L. Helvio Lamia, deformi, cujus orationem auditurus Crassus, 'Audiamus, inquit, pulchellum. Respondit Helvius, Natura mihi non formam, sed ingenium dedit. Audiamus igitur hominem disertum, inquit. Erat autem infacundus et balbus.' *Idem.*

Ambiguo] Ambiguum est, cum nescitur in quam partem accipi debeat. Ut cuidam adulatori Africano coronam sæpe imponenti, cum eam subinde hic rejiceret; Noli, inquit Crassus, caput enim magnum est. Referri enim magnitudo non solum ad capitis crassitiem potest, sed et ad sapientiam, qua volebat regnum occupare. *Toxita.* *Ambiguo*] In Gryph. B, C, *abicia;* in C *abjecta* legitur: ut verisimile sit, corruptam vocem, et depravatam ex vera *abjecta*, quæ non male adjungi verbo *suspicione* potest. Si quam enim in suspicionem adversariorum oratione sint judices vocati; ut principium ab ea abjecta, et refutata instituatur. *Brut.*

Suspicione] Ut si dicas, quot hic doli lateant, vos nescitis. *Toxita.*

Stultitia] Cum adversarios videri stultos, quod minus prudenter quæ dixerint excogitarint, videri nolumus. *Capidur.*

Exsuperatione] Cum quæ ipsi fecerint mala nostra antecedant, aut quæ dixerunt longe exsuperent quæ facta sunt, ac per hoc falsa esse deprehendantur. *Capidur.* Exsuperatio est alicujus rei parvæ ridicula amplificatio, αὔξησις ὑπερβολική. *Toxita.* Sic quoque G. Vossius exponit l. IV. Instit. Orat. notatque ab auctore horum librorum alibi, et ab ipso Cicerone l. III. de Orat. dici 'superlationem:' a Fabio vero lib. VIII. 'superjectionem,' quæ Græcis dicatur ὑπερβολή. Sed G. Trapezuntius Rhetor. lib. I. ait: Ab exsuperatione fit exordium, cum accusantes dicimus majoris criminis accusare potuisse; ut si quem furti accuses, eum etiam sacrilegii accusare potuisse. Defensor exsuperatione utetur, si dicere poterit, se non solum nullam hujus rei criminationem timuisse, sed laudem etiam sperasse hoc pacto: Quidam trajecto exercitu naves comburi jussit; vicit, rediit, causam dicit quod naves combussisset. Cujus simile est pro L. Flacco Ciceronis exordium. Inferius in lib. IV. clarius exponit: 'Significatio est, quæ plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione. Ea fit per exsuperationem, ambiguum, &c. Per exsuperationem, cum plus dictum est quam patitur veritas, augendæ suspicionis causa, sic: Hic de tanto patrimonio tam cito testam, qua sibi petat ignem, non reliquit.' In Erfurt. perperam legitur *separatione* pro *exsuperatione.* Græv.

Collatione, abjectione, adjectione literarum] Secutus sum ed. Rob. Stephani, confirmatam ab interprete Pal. 1. nisi quod idem quoque explicet præterea vulgatum illum *collocatione:* adeo ut forsan et hoc reponi heic possit. Lambinus hæc etiam habet, sed interponit ter voculam *aut*, quæ in nullo Ms. Posset etiam legi *collectione* cum Bruil. ac Fabr. *Grut.* *Collatione, &c.*] Collatio est cum conferimus nostra cum adversariis.

De collatione vide Voss. Instit. Orat. v. 10. § 1. Varie hic locus legitur tam in editionibus, quam in Mss. In Mediol. legitur, *collatione, abjectione, mutatione litterarum.* Ascensii, Cratandri, Hervag. et multæ aliæ lectionem, quam Gruter. secutus est, exprimunt. Sed Victorii, *collocatione, litterarum mutatione:* Lamb. ed. *collatione, adjectione aut abjectione litterarum, aut commutatione:* Erfurt. *collectione, litterarum mutatione:* Pithœi, *collocatione, litterarum mutatione:* meus codex, *collectione, abjectione, litterarum mutatione:* Duisb. *collatione aut litterarum mutatione.* Hanc veram duco hujus loci scripturam esse, illa vero *abjectione, adjectione* esse glossam magistri, qui interpretatus sit *mutatione litterarum* per illa *abjectione, adjectione.* In nullo sane codice, quos evolvi, *adjectione* legitur. In aliis tam edd. quam Mss. *adjectione* alio loco ponitur: ut in Argentoratensi, *inversione, abjectione, ambiguo, suspicione, &c.* In Putean. *inversione, abjectione, ambiguo, adjectione, suspitione.* In Erfurt. plane non legitur. Sic enim totus locus ibi se habet: *inversione, suspicione, irrisione, stultitia, separatione, collectione, litterarum mutatione.* Ista litterarum mutatio aliter dicitur παρονομασία, de qua vide Vossii Instit. Orat. v. 5. § 1. Eo etiam pertinet παρήχησις, de qua idem eodem cap. § 3. *Græv.*

Exspectatione] Cum fingimus auditorem exspectare rem magnam, quam dicturi sumus. *Longol.*

Aut ab alicujus interpellatione, aut arrisione, &c.] Ita exemplaria nostra omnia. Lambinus *irrisione* maluit; oblitus turpiter, id verbum paullo ante positum hac ipsa in re. *Grut.* Hic quoque satis magna varietas. Nonnullæ edd. *ab alicujus interpretatione, aut arrisione.* In Erfurtensi totus locus sic legitur: *historia, versu, aliter ac parati fuerimus, nos esse dicturos ab alicujus interpellatione aut arrisione, nos non eodem modo, ut ceteri solent, verba facturos:* non male; nam in sequentibus non additur *nos non eodem modo, &c.* et *quid alii soleant, &c.* non additur *aut* ac *si promiserimus.* In Duisb. hæc tantum discrepant a vulgatis: *irrisione* ibi scribitur pro *arrisione; si promiserimus,* deleta copula *et*, quæ in edd. extat; *ut ceteri solent,* æque ac Erfurt. et *quod alii soleant,* pro *quid alii soleant.* Interpellatio est, cum alterius sermone interrumpitur oratio, aut fingitur interrumpi. *Græv.*

Ab arrisione] Affabili allocutione ad aliquem cum jucundo risu, unde recreari potest animus defessus. *Longol.*

Cap. vii. § 11 *Apertis rationibus, quibus præscripsimus*] Est ab antiquitus cusis et Pall. nostris aliorumque. Vulgata, *quas præscripsimus.* Genus dicendi e Græcia est, inquit Gulielmius, qui item monuit abesse Fabr. *apertis,* ac probat. *Grut.* Approbant Erfurt. Putean. nisi quod meus, et Duisb. addunt *his, ap. his rat., quibus præscripsimus,* quod recepi. Al. *ap. rat., quibus præscripsimus.* Erfurt. *ap. rat., quibus perscripsimus.* Edd. *ap. rat., quas præscripsimus.* Græv.

In dicendo pervenire] Sic restitui conjectura ductus. Nam perspicue germana, et recta scriptura fuerat a scriptoribus librariis depravata, cum ex *dicendo per, dicendo opere* fecissent. *Lamb.* Sic Lamb. ex conjectura: in aliis edd. et Mss. Putean. Erfurt. meo, et in omnibus, quos ego consului, codd. est, *in dicendi opere pervenire.* Al. *in dicendi opere venire.* At *in dicendo pervenire* est mera Lambini conjectura, quam ego recipere non sum ausus, quamvis eam receperint præter Lambinum Manutius et Gruterus. *Græv.*

Verum hæ tres utilitates] Erfurt. *verum hæ res util.* Mihi persuasum est *utilitates* esse interpretationem

magistri, quæ in contextum irrepsit, quam si deleveris, et legeris ex Erfurtensi, *verum hæ res, etsi in tota oratione sint comparandæ;* omnia erunt planiora et lenius fluent. *Idem.*

Quo leviter commutato adversarius poterit uti ex contrario] Pith. *quo adv. ex contr. leviter commutato potest uti:* Erfurt. *quod adv. ex contr. poterit uti:* meus Ms. cum nonnullis edd. *quo adv. ex contr. potest uti:* Mss. quidam, *quo leviter commutato adv. poterit uti ex contr., quod commutabile dicitur.* Idem.

Aut nimis longum] Dicant causam, qui sic mutarunt. Nos in omnibus legimus, *aut nimium longum;* quod mihi non ingratius accidit, quam 'nimium quantum,' aut in I. Verr. 'nimium diligentem.' Magna autem hujus loci in Mss. mutatio, et licet in ipso contextu non habeant omnes, tamen in margine agnoscunt hic argui exordia, vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra præcepta. Itaque quum probabiliter aliæ appellationes huc invectæ sint, certe non minus probabiliter augebitur, *ex contrario poterit uti, quod commutabile dicitur;* et in fine, *auditorem, quod contra præcepta et inefficax appellatur.* Utique idem tenor per omnia servandus fuit, nec apparet hæc esse sciolorum. *Gronov.* Erfurt. Putean. Duisb. meus, *nimium longum* præ se ferunt; quod in suis quoque Gronovius invenit, probavitque, quia dicatur, ut 'nimium quantum:' sed Duisburg. recte quoque prius *est* non agnoscit. *Grævius. Aut nimium longum* cod. Traj. *Burm.*

Quod separatum vocatur: in quo etiam translatum includitur] Cum hæc verba in meis Mss. non exstent, absint autem æque in Aldi, et in Victorii editione; equidem in eam suspicionem venio, ut ea tamquam redundantia inducenda censeam. Sapiunt certe nescio quo pacto seduli hominis explicationem, ne satis Ciceronis sententia intelligeretur, verentis. Illud sane omittendum non est, a Lambino in his verbis, quæ mox sequuntur, negationem addi, ut non proprie cohæreat cum narratione: quod ille qua ratione adductus fecerit, docet. *Brut.*

Ut non proprie cohæreat] Quis non videt, negationem hic desiderari in libris vulgatis, in quibus legitur *ut proprie cohæreat, &c.* separatum enim est id, quod non cohæret. *Lamb.* Revocavi veterem scripturam a Lambino fœde ejectam, immissa voce negativa *non,* quæ in nullis visa mihi membranis, scriptorisque sententiæ prorsus est contraria; admissis quidem distinctionibus nostris, quas ipsa propugnat ratio. *Grut.*

Cap. viii. § 12 *Quod trahimus ad utilitatem nostram, vincendi causa*] Sæpe non narramus ita, ut gesta res est, et non malitiæ, sed victoriæ caussa. Ut pro Milone Cicero fecit non solum in descriptione itineris, sed etiam in verbis a Milone de Clodii morte dictis, quæ a Clodio dicta esse ait. Talis etiam magna ex parte est Sinonis apud Maronem narratio. *Toxita.*

Quod intercurrit nonnunquam fidei, criminationis, aut transitionis] Sic reposui ex Puteani codice, deletis voculis *aut,* quæ in vulgatis habentur, *quod int. nonn. aut fid. aut crim.* primum *aut* nec Erfurtensis agnoscit, in quo legitur, *quod int. nonn. fid., aut crim.* Narrationis autem hoc genus Trapezuntio vocatur digressorium. *Græv. Fidei*] Ad fidem faciendam, quale in Verrem illud, 'Nonne ita, ut omnibus nobis tacentibus ipsæ te tuæ tabulæ condemnare possent? Cedo, quæso, codicem, circumfer, ostende. Videresne totum hoc nomen deletum esse in litura?' et quæ sequuntur. Plures tales narrationes in iisdem Verrinis habes. *Capidur.*

Laudationis] Ut in Verr. illud, 'Et-

enim ut simul Pub. Africani humanitatem cognoscatis, oppidum Himeram Carthaginienses quondam ceperant, quod fuerat in primis Siciliæ clarum et ornatum,' et quæ sequuntur. In illis Verrinis sunt omnis generis narrationum exempla plura et elegantissima. *Toxita.*

§ 13 *Ut hæ, quæ tragœdiis traditæ sunt*] Sic sane et plures Mss. nisi quod in plerisque opinor *tragœdis*, quod ipse video in duobus. Sed in tertio erat *ut hee sunt que tragœdis*, quæ superscribendo aucta sunt usque *in tragœdiis sunt traditæ.* Plane persuadeor esse hic aliquid inconcinnum; immo fere illud *traditæ* ortum ex superscripto *tragicæ*, quæ erat expositio τῶν *suetæ tragœdiis:* forsan enim ex lectione antiqua Ms. quam posui, patebit auctorem scripsisse *ut hæ suetæ tragœdis.* Gronov. *Ut hæ sunt, quæ tragœdis traditæ sunt*] Vulgg. *ut hæ, quæ tragœdiis trad. sunt.* Al. edd. *ut hæ quæ in tragœdiis trad. sunt.* Erf. et Putean. *ut hæ sunt, quæ tragœdiis trad. sunt.* In meo Ms. est, *ut hæ, quæ a tragœdis trad. sunt.* Recepi *tragœdis* ex hoc et aliis Mss. Dicitur ut illud Taciti Annal. I. 1. ' Claris scriptoribus memorata sunt.' *Græv.* Ms. Traj. etiam legit, *quæ a tragœdis traditæ sunt.* Burm.

Argumentum est ficta res] Sic accipitur apud Suet. Calig. c. 57. ' Parabatur et in nocte spectaculum, quo argumenta inferorum per Ægyptios et Æthiopes explicantur.' Et in Ner. c. 12. ' Inter pyrricharum argumenta taurus Pasiphaën ligneo juvencæ simulacro abditam iniit.' *Græv.*

Quod in personis positum est] Hæc narratio vocatur ἐπιδεικτικὴ ἢ πλαστικὴ περὶ τῶν προσώπων, quæ personarum habet fictionem. Hoc genere comprehenditur, quidquid est apud poëtas de personis, quas vel veræ sunt et notæ, vel fictæ. Veræ sunt, quæ aliquando fuerunt, quibus cum oratio ficta attribuitur, ἠθοποιΐα dicitur, ut cum Cicero loquens de rep. introducitur. Cum vero ab inferis quasi excitatur persona nota, vocatur εἰδωλοποιΐα. Personæ fictæ sunt vel rerum inanimatarum, aut ratione carentium, quibus sensus deest, quæ προσωποποιΐα appellatur. Exempla sunt apud Ciceronem in Verrinis Siciliæ loquentis; pro Plancio reipublicæ; apud poëtas, famæ, invidiæ, &c. *Toxita.*

Animorum dissimilitudinem] In comparatione scilicet personarum, &c. *Idem.*

Gravitatem, lenitatem] Hæc non videtur inter hos animorum impetus habere locum, et quum senilem hic ac juvenilem habitum innuat, malo cum alio Ms. *levitatem*, quod non dubito in pluribus exstare libris. Nam, quod sequitur *errorem* (dicat enim Gruterus, ubi legerit *errores*) plane expuli, quum nuspiam firmetur. *Gronovius.* *Gravitatem, levitatem, spem*] Vulgg. *gravitatem, lenitatem, spem.* Recte *levitatem:* et sic etiam Puteani codex. *Græv.* Ita et Ms. Traj. et nonnullæ edd. *Burm.*

Dissimulationem, misericordiam] Interserunt recentiores *errores.* Sed non comparet in ullo Pall. aut ed. vet. *Grut.* ut nec in Ms. Traj. *Burm.* Vulgg. *dissim., errorem, misericordiam. Errorem* recte expunxit Gruterus, nec ea vox in Erf. Putean. Duisb. nec meo legitur cod. *Græv.* Nec in Ms. Traj. *Burm.*

Verum hæc in exercendo transigentur] Sic habent libri Mss. Hæc autem referenda sunt ad id quod supra dixit: tertium genus esse narrationis a causa civili remotum, in quo tamen exerceri conveniat, &c. *Lamb.*

CAP. IX. § 14 *Ab ultimo initio repetere*] Habuerim vocabulum *initio* pro glossatoris emblemate. *Gruter.* Male. Is ab ultimo initio repetit rem, cum incipit narrare de iis rebus, quæ longe antecedunt hoc tempus, quo id contigit, de quo narrare cœ-

perunt; et ad rem nihil pertinent, ut si quis de nobilitate Romana velit narrationem instituere, et incipiat narrare de adventu Æneæ in Italiam. *Græv.*

Athenis Megaram vesp. advenit Simo, &c.] Versus sunt iambei tres; quod animadversum indicavit Auratus primum Memmio, deinde mihi. *Insidiatur* autem legendum, non, ut in libris vulgg. *insidias fecit.* Præterea pro *in loco,* malim legi *inlico,* seu *illico.* Lambinus. *Athenis Megaram*] Mss. omnes et ed. omnib. habent *Megarum,* etiam in seq. versu, nisi quod illic in Voss. 1. sit *Megarim,* pro *Megaridem,* ut est apud Cic. in Verr. IV. 25. De *Megara* sing. num. vide me ad Suet. Tib. 4. *Oud.*

Insidias fecit virgini] Lambinus, *insidiatur virgini,* contra Pall. et Gulielm. neque versus labat: absorbetur enim prima syllaba a fine antecedentis; sed et idem editor mutat illud *in loco* præter auctoritatem membranarum; notatque *e vestigio, statim, &c.* Gruter. Optime Gruterus tuetur membranarum scripturam. Contra Lambini edd. ex conjectura, *vim illico attulit. In loco* est commodo loco, seu suo aut opportuno tempore, ut sæpissime apud comicos. *Græv.*

§ 15 *Perturbate*] Ne confundamus ordinem temporum. *Idem.*

Contorte] Si confundamus rerum ordinem, quod fit rerum, quæ conjungi debebant, transpositione, et non necessariorum interpositione. *Idem.*

Ne quid nove dicamus] Erfurt. *Ne quid novi dicamus,* quod verius puto. Nova hic sunt inusitata, quæ in talibus causis numquam acciderunt, aut solent accidere, ut suspectam reddant narrationem. *Nove* hic exponit Mich. Toxita, et qui eum sequitur, aut describit, Aldus Manutius, de novis verbis, et *contorte* de hyperbatis intelligit. Sed non hic loquitur de dotibus dictionis, seu elocutionis, sed de rebus quæ narrandæ sunt. *Idem.*

Ne quam in aliam rem transeamus] Ne omissis rebus ad præsens negotium pertinentibus non narranda atque aliena narremus, sive ut digressiones fugiamus. *Idem.*

Nam quo brevior, eo dilucidior] Erfurt. *Nam quo brev., diluc. et cogn. fac. erit oratio.* Verum tamen est illud Horatii, 'Brevis esse laboro, Obscurus fio.' Itaque illam brevitatem intelligit, in qua nihil omittitur quod ad rem pertinet, sed omnia quæ non ad eam spectant, et ad nostrum non faciunt, quod tum urgemus, institutum, prætereuntur, cum non dicimus omnia quæ dici possunt. Egregie Horatius: 'Ordinis hæc virtus est et venus, aut ego fallor, Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici Pleraque differat, et præsens in tempus omittat.' *Idem.*

§ 16 *Verisimilis narratio erit*] Erf. *Verisim. narr. fiet.* Idem.

Ut mos, ut opinio, ut natura postulat] Mos scilicet religionis, id est, universorum, qui est observandus. Nam omnia fere majorum institutis judicantur, ut ait C. Nepos in proœmio. Sed tamen ibidem addit illos esse 'expertes literarum,' hoc est indoctos, idiotas, 'qui nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt.' Opinio vel est omnium, vel majoris partis, vel meliorum. Ut si in terris, superstitionibus antiquis etiam nunc in tanta Euangelii et bonarum artium luce, obnoxiis, quisquam velit tueri opinionem a Gallis, Belgis, et aliis cultioribus gentibus merito probatam, sagas et veneficas, quales putantur et habentur vulgo, nullas esse, sed esse miserarum anicularum aut meras præstigias, nugas, ac aniles ineptias, ac superstitiones, aut malevolorum criminationes mendacissimas, ut non flammis, sed vacerris sint coërcendæ, is ludat operam. Natura, si id quod dicimus nec a nostra natura, nec ab illius de quo dicimus, nec eorum pro

quibus, vel contra quos agimus, alienum sit. Non enim consentaneum est, ut de pudicitia agat leno, de castitate meretrix. Nam, 'quis tulerit Gracchos de seditione querentes?' *Idem.*

Ne referri possit] Sic restitui, approbata Memmii et Aurati conjectura. *Referri* autem dictum accipio pro respondendo objici, et, ut vulgus loquitur, replicari. Cujus significationis cum exempla multa sint, unum mihi nunc occurrit: Acad. Quæst. lib. IV. in extr. 'Sic ego nunc tibi refero, artem sine scientia esse non posse:' et Orat. pro Cæcina: 'Hic est mucro defensionis tuæ: in eum ipsum causa tua incurrat necesse est. Ego enim tibi refero, Si non sim ex eo loco dejectus,' &c. *Lamb.* *Ne refelli possit, &c.*] Aptum huic loco verbum, itaque acumen laudandum Aurati ac Memmii, conjectantium *referri*, sed non id etiam inferendum in contextum cum Lambinianis, repugnante omni supellectile librorum nostrorum calamo exaratorum. *Grut.* Vid. Gifan. Observ. L. L. in 'Refellere.' *Burm.*

Caute confligendum est] Nihil muto, tametsi quidam libri Mss. habeant *confingendum est. Confligendum* autem interpretor, concertandum, contendendum, pugnandum: ut sit translatio. Præterea libri vulgati nonnulli habent *confligendum erit.* Lamb. Mss. quidam, *caute confingendum est.* Al. *caute confligendum erit.* Græv.

Nisi quia de insinuationibus nova excogitavimus, quod eas soli, &c.] Hæc est vett. edd. scriptura, firmaturque a Pall. deinde cusi. *Insinuatione,* item *eam,* Gulielmius emendaverat: *nisi quæ de insinuatione nova excog., eam soli nos, &c.* Grut. *Quæ de insinuationibus nova excogitavimus*] Erf. *nisi quia de insinuationibus nove excog.* Duisb. *nisi quæ de insinuatione nova excog.* Lamb. ed. *nisi quia de insinuatione nova quædam excog.* Græv.

Soli, præter ceteros] Scripti vetustiores, *solis nos præter:* sed et illa *præter ceteros* valde suspecta habeo. Vide notas patris ad Senecæ Hippol. vs. 874. *Gronov.* *Quod eas soli præter ceteros*] Put. *quod eam solum nos præter cet.* Duisb. *quod eam soli præter cet.* Sed melius Erf. *quod ea soli præter cet.* scilicet quæ nova excogitavimus. *Græv.* *Eam nos soli præter cet.* cod. Traj. *Burm.*

CAP. X. § 17 *Causarum divisio*] Hermogenes προκατασκευὴν vocat, id est, aditum ac vestibulum confirmationis τῆς κατασκευῆς. Duplicem illi locum tribuit, aliquando enim ait illam post procœmia poni, ut in oratione Demosthenis legationis male obitæ; aliquando post narrationem, ut in oratione contra Aristocratem. Vide de partitione, et quando illa utendum, quando sit omittenda, Quintil. Instit. IV. 5. *Toxita.*

Eam plus quam trium partium numero esse non oportet] Erf. *ea plus quam tr. part. num., non oportet:* Duisb. et quidam alii, *eam plus quam tr. part. num. contineri non oportet:* Pal. *ea plus quam tr. part. uti non oportet:* Crat. ed. *ea plus quam tr. part. num. constare non oportere.* Græv. *Eam plus quam trium partium numero esse non oportet*] Sic Pal. 1. ac 2. at 3. et 5. *num. contineri non oportet.* 4. *ea plus quam tr. part. uti non oportet.* Ex quibus liquet, quantum sibi indulserit scribarum licentia. *Gruter.* Cum Pal. 3. et 5. facit cod. Traj. *Burm.* *Eam plus quam trium partium numero esse*] Hoc reprehendit Quintilianus, et non vult hoc numero quasi lege partitionem alligandam esse, cum caussa plures desiderare possit partes. Ideo Trapezuntius quatuor posuit. *Toxita.*

Cum res, de quibus dicturi sumus] Ita etiam plerique Pall. non ut prius editi, *cum res quibus de rebus dicturi.* Pudet quidem annotare tam pusilla, sed facio fidei meæ causa, sæpius ta-

men meliorem deinde faciam hunc auctorem, nec indicabo; tantum velim sciat lector, nihil nos abire a lectione recepta, nisi inducti aut auctoritate exemplarium pluteariorum, vel scriptorum, vel olim excusorum. *Grut.* Firmat sane Gruterianam lectionem Putean. et Duisb. codex. Edd. quædam, *cum res, quibus de rebus dict. sumus.* Græv. Cum his edd. facit tamen Ms. Traject. Vide supr. ad cap. 4. *Burm.*

Cap. xi. § 18 *Constitutionem causæ*] Hoc est, statum causæ, seu controversiæ. *Græv.*

Noster doctor Hermagoras] Sic habet liber Ms. unus, et alter. Hermagoram autem sæpe commemorat Marc. Tull. in lib. de Invent. et Quintil. lib. i. et ii. De Hermete autem nullum verbum, quod sciam. *Lambin. Hermagoras* emendat Lambinus, quod ita hic idem scriptor (ut ipse putavit) nominetur a Cicerone in libris de Invent. et Quintil. lib. i. et ii. In veteribus autem libris modo *Hermestes*, modo *Hermes* nominatur. Ego veram lectionem puto *Hermes:* nam *Hermestes* errore librarii factum est, qui conjunxit *Hermes* nomen cum dictione *tres*, quæ statim sequitur. *F. Ursinus. Noster doctor Hermetes*] Haud aliter Victorius, et alludunt Pall. in quibus fere *Hermestes*, aut *Hermes;* nisi quod 4. ac 6. totum nomen omittant, quemadmodum et Bruil. et Fabr. Lambinus reposuit *Hermagoras,* secutus Huberti Longolii fidem. Gulielmius mallet nihil adesse, quam nomen falsum, utique cum et Nicolaus Angelius testatus fuerit, de suis in Italia omnibus, nihil comparere ibidem, præter *noster doctor tres.* Grut. Angelii hujus fidem confirmat præclarus ille Medicæus, et alter satis vetustus; sed in hoc superscriptum ab nova manu, '*Ermestes* vel *Ermetes.*' Gronov. Ms. Traj. *Hermetes* a m. pr. *Hermes* a m. sec. *Burm. Noster doctor Hermes tres putavit esse*] Mss. et edd. *noster doctor Hermestes tres putavit esse:* Lamb. ed. *noster doctor Hermagoras tres putavit esse.* In Duisb. est *noster doctor Hermestes,* ut edd. antiquiores. Sed Putean. *noster doctor Hermes.* At Erf. ut et Rob. Steph. cum præclaro Medicæo, quem laudat Jac. Gronovius, *noster doctor tres putavit esse.* Sed, ne nimis a vulgatis recederem, *Hermes,* quicumque fuerit, recepi. Nec enim apud Græcos et Latinos *Hermetes* nomen est viri. Hermetionis quidem fit mentio in una alterave inscriptione apud Gratianopolitanos inventa, ut in hac, quam Chifletius vidit:

D. M.
CASSIAE
PAVLI. HYLAE
AN. XVII.
P. CASSIVS
HERMETIO
FILIAE
PIISSIMAE.

Sic et Hermesii meminit inscriptio inedita, in qua commemoratur C. HIRTIVS C. L. HERMESIVS AVG. N. Sed nusquam ullus *Hermetes* legitur. At *Hermes* est nomen notissimum, ab antiquissimis temporibus cognitum, et quod sexcenties in inscriptionibus occurrit. *Græv.*

Prima deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione] Deprecatio est quod alii vocant 'depulsionem,' Græci ἀντίστασιν, ἀπόφασιν. Insimulationem vero, alii 'intentionem,' Græci ἔνστασιν, καὶ ἀπόφασιν. Ex his duabus status nascitur, ut, ἔνστασις est 'Occidisti Ajacem,' ἀντίστασις, 'Non occidi.' Στάσις et quæstio est, an occiderit. 'Occidit Clodium Milo. Inique occidit: Non inique occidit, sed jure.' Status est, 'an jure occiderit.' *Toxita.* Recte *deprecationem* interpretantur 'depulsionem.' Est enim 'deprecari' sæpissime propulsare, depellere, amoliri. Cic. l. iv. in Verr. 'Is non modo hoc non perfecit, ut

virgarum vim deprecaretur.' Sic alibi 'deprecari periculum.' *Græv.*

§ 19 *Cum in scripto, aut ex scripto aliquid controversiæ nascitur*] Erf. *cum scripto, aut scripto aliquid controv. nascitur:* Duisb. *cum in scripto aliquid, &c.* Edd. *cum in scripto, aut ex scriptis. Aut ex scripto* procul dubio ex margine irrepsit, cum quis magister interpretatus esset 'in scripto.' Ex Duisb. rescribendum, *cum in scripto aliquid controv. nascitur.* Et sic legendum esse declarant sequentia, cum tradit quid sit *scriptum:* quamvis ex aliis præstet legere *ex scripto.* Idem.

Et in scapham descenderunt] Sic restitui, secutus libri Ms. longe optimi auctoritatem: quam ratio adjuvat. Nam qui navi relicta in scapham se conferunt, non *conscendunt*, sed *descendunt.* Lamb. *Scapham conscenderunt*] Est in Pall. 4. et 6. quorum brevitas mihi placuit, præ aliorum, *et in scapham conscenderunt.* Lambinus reposuit, ex optimis, ut loquitur, membranis, *descenderunt.* Ex quo putabat Gulielm. faciendum *escenderunt.* Gruter. Ex his tamen patet, in Mss. esse terminationem præteriti, ut est etiam in nostris Mss. atque ideo secuti eam sumus. *Gronov.* et sic in Ms. Traj. *Burm. Et scapham conscenderunt*] Erf. *in scapham conscenderunt:* Lamb. *et in scapham descenderunt:* al. *scapham conscenderant.* Græv.

§ 20 *In demortui locum nominavit*] Abjeci duas voces insestrices loci non sui, *locum qui petat nominavit*, auctoritate Pall. 1. 2. 4. 6. et Bruilerensis, tanto quidem magis quod esset in Pal. 3. *qui petebat.* Grut. Put. cum vulgg. *in dem. locum qui petat nominavit:* Duisb. *in dem., qui metas, locum nominavit:* Erf. *vir quidam damnatus de pecuniis repetundis in dem. locum nominat.* Græv.

Cap. xii. *Quum scriptum duas aut plures sententias significat*] Erf. *quum res unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat:* vulgg. *quum scriptum duas aut plures res significat.* Sed melius meus codex, *quum res in unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat:* quæ est vera hujus loci scriptura, quam alii codices perverterunt. *In unam sententiam*, ut 'in eam sententiam' in lib. de Off. 'Plura in eam sententiam ab iisdem contra verecundiam disputantur.' Alia hujus locutionis exempla non pauca suppeditant. *Græv.*

Legavit, hoc modo] Pal. 4. non habet illud *hoc modo*, et non videtur esse auctoris. Abesse potest profecto salva sententia; utpote cum neque agnoverit Bruil. aut Fabr. *Grut.* Abest sane etiam a Ms. Duisb. et ed. Wechel. *Græv.*

Pondo vasorum argenteorum dato] Put. *pondo vasorum dato.* Idem.

Magnifice petit mulier. Tullius se, quæ ipse volet, in XXX. pondo, &c.] Sic omnino Pall. plerique et Gulielmiani. Prius editi, *magn. illa petit. Tull. se quæ velit ipse XXX. pondo, &c.* Grut. Vulgg. *magn. illa petit:* Lamb. ed. *magn. petit illa.* Erf. *celata magn. petit.* Græv.

In triginta pondo ei debere] Sic sane et Puteani, Duisb. et meus: sed Erf. cum plerisque vulgatis omittit *in;* quæ particula non est omittenda. Sic enim veteres loquebantur. Plin. xxxiii. 11. 'Delphino quinis millibus sestertium in libras emto.' Ibid. 'Constat eundem sex millibus sestertium in singulas libras vasa emta habuisse:' et lib. x. c. 22. 'Pretium plumæ eorum in libras denarii quini.' Quæ loca Gronovio debentur, qui illa lib. i. de Pec. Vet. cap. 10. adtulit. *Græv.*

§ 21 *De semissibus et trientibus*] Intelligitur lex Appulia, frumentaria, quam L. Appulius Saturninus tulit, de frumento gratis dando populo ex ærario; abrogata lege Sempronia, de modio tritici vendendo populo semisse et triente, seu dextante assis, tribus circiter deutis Batavicis. Nam assis sunt

quatuor deutæ, seu semistuferus. *Idem.*

Sitellam detulit] Sic habent nonnulli libri Mss. quibuscum congruunt quidam vulgati. Alii habent *deferre:* alii vulgati habent *cistellam detulit.* Lamb. *Cistellam detulit*] Sic vulgati omnes et Pall. ad unum. Lambinus ex suis maluit *sitellam.* Grut. Erf. et Lamb. ed. *sitellam detulit:* sed Put. Duisb. meus, *cistellam.* Cistellæ hæ sive cistæ alibi 'situlæ' dicuntur, et 'urnæ,' in quam conjiciebantur sortes centuriarum, ut cujus sors prima exisset, ea esset prærogativa. Meminit earum Sisennius Hist. IV. apud Nonium in 'Cistæ:' 'Quæ erant legum ferendarum gratia paratæ defecerant.' Vide Manut. de Legibus cap. 36. et Anton. Augustin. de Legibus XIV. *Græv.* *Cistellam* Ms. Traj. *Burm.*

Ponteis disturbat, cistas dejicit] Libri Mss. quidam habent *gradus pontis disturbat, cistellas dejicit:* quam scripturam ceterum probo; tantum ex *cistellas, sitellas* facio. *Lambinus.* Haud secus Pall. nostri, nisi quod 2. *gradus pontis disturbat, cistam deicit:* quod ipsum pro interpretamento habuerim, aliter quam placitum Lambino. *Grut.* Put. et Lamb. ed. *gradus pontis disturbat:* sed ceteri vulgatis subscribunt. *Græv.* *Cistas dejicit*] Ms. *cistam dejicit:* al. *cistellas dejicit.* Idem. *Dejecit* cod. Traj. *Burm.*

§ 22 *Ex translatione*] Translatio μετάστασις et μετάληψις dicitur. Alii statum τῆς παραγραφῆς, id est, præscriptionis, vocant. Hic auctor eum sub legitimo statu complectitur, quoniam, ut Fortunatianus ait, nulla translatio, sive præscriptio, sine lege potest esse. *Toxita.* Vide de translatione Vossii Instit. Orat. II. 10. *Græv.*

Ea utimur, hoc modo] Pal. 4. et Bruil. *utimur ut hoc modo.* Quis non videt *hoc modo* delendum, retento *ut?* Grut. Pravum arbitrium. Nam patet illud *ut* exstitisse ex postrema syllaba verbi præcedentis, ubi scriptum fuit olim *utim,* ubi linea tenuiore adscripta, et mox fere evanescente, ut videbatur aliis, hi adscripserunt *ur,* alii quibus vestigia lineæ apparebant, inde fecerunt *ut.* Unde patet voces *hoc modo,* quæ in omnibus scriptis exstant, retineri debere; syllabam vero *ut* esse lusum calami describentium. *Gronov.* Erf. *utimur ut hoc modo:* Duisb. *utimur hoc modo:* edd. Vict. et aliæ, *ea utimur, ut hoc modo:* sed Gronovius censet *ut* delendum esse. *Græv.*

Hæc partitio legitimæ constitutionis] Raro hæc pars legitimæ constitutionis venit in judicium. *Idem.*

Prætoriæ exceptiones sunt] Put. et edd. nonnullæ *exceptiones fiunt.* Quæ sit exceptio vide Ulpian. l. 2. D. de Exceptionibus. *Idem.*

CAP. XIII. § 23 *Similitudinem quandam aucupatur*] *Similitudine quadam aucupatur* scriptum est in duobus Gryph. B C; quæ, ni fallor, germana lectio est; aucupatur enim non similitudinem, sed caussæ adjumentum, ex similitudine. Posse autem desiderari verbi adjunctum, exempla scriptorum, atque usus Latini sermonis docet: quæ quamquam ita sint; nostro tamen instituto, sententia nostra indicata, vulgatam lectionem retinuimus. *Brut.*

Si furiosus exsistit] Hic locus ex Tusc. Quæst. sic videtur esse restituendus, *si furiosus esse incipit, &c.* sic enim ibi scriptum est: 'Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulæ. Itaque non est scriptum, 'si insanus,' sed 'si furiosus esse incipit.'' Sed Adrianus Turnebus hanc lectionem tuetur, et ait hæc verba, *esse incipit,* esse interpretationem verbi *exsistit;* cum tamen in lib. II. de Invent. sub extremum legatur, *si furiosus est.* Lamb. Meus codex, *si furiosus existet:* Erf. et Put. *Lex, si fu-*

riosus existat. Sic statim: 'Et lex, qui parentem necasse:' et, 'Et lex, si paterfamilias.' *Græv.*

Agnatum gentiliumque] Casus gignendi antiquus, pro *agnatorum*, neque aliter Pal. 4. 6. Fabr. ut etiam mox omnes libri habent; et convenit XII. tabularum formulis. *Grut.* Sic Erfurt. et Duisb. cum Pall. sed vulgg. *agnatorum gentiliumque.* Græv.

Et obligatus corio] Ex libris Mss. alii habent, *et obligatus culleo:* alii, *et obligatus corio lupino.* Ego *culleo* legendum puto. *Lamb.* *Is obvolutus et obligatus corio, devehatur*] Sic Mss. nostri omnes, nisi quod Liliensis, *os obvolutus.* Stephanus pater publicavit *culeo*, quod et retinuit Manutius, ut et *dejiciatur in profl.* quomodo item Victoriana, quod ad ultimum attinet. *Grut.* Potius de formula legis movisset controversiam. Nam quum et præcedens et sequens concipiatur per *esto*, cur hæc non creditur scripta per *devehitor?* Sed hic latet aliquid singulare, quod aperiunt duo Mss. exhibentes *ut is obv. et obl. corio devehatur*, quod frequens in legibus et Sctis. *Gronov.* et ita etiam cod. Traj. *Burm.* *Is obvolutus et obligatus*] Mss. tres, *ut is obvol. et obl.* Ms. *os obvolutus corio:* edd. quædam, *obligatus culleo:* al. *obligatus corio lupino;* ut est etiam in Puteani cod. et sic duo Mss. Jac. Gronovii. Præterea Duisb. *Lex est, qui parentem necasse*, et nonnullæ edd. *dejiciatur in fluvium.* Put. *dejicitor in fluvium.* Græv.

Paterfamilias uti super familia, &c.] Simeo Bosius Lemouix, vir doctissimus et acutissimus, putat hanc legem XII. tab. in libris omnibus esse mendosam, et sic emendandam: *Paterfamilias uti suæ rei, familiæ, tutelæ, pecuniæve suæ legassit, ita jus esto.* Lamb.

Folliculi lupino os obvolutum est, et soleæ] Erf. *folli lupinos, et soleæ:* Put. *folliculo lupino os volutum, et soleæ:* al. Ms. *folli cum lupino os obvolutum est, et soleæ.* Græv. *Soleæ ligneæ pedibus inductæ sunt*] Quidam libri Mss. habent *indutæ;* nonnulli *inditæ:* ego *pedibus indutæ*, vel *in pedes indutæ*, magis probarim. *Lamb.* Bruil. *ferreæ in pedibus*, quod *in* restat etiam in Pal. 1. 4. 6. *Grut.* Erf. *ligneæ in pedibus inductæ:* Ms. *ferreæ in pedibus inductæ.* Pessime Lambinus: nam *induci* proprie dicuntur, quæ pedibus induuntur. Sueton. Aug. 92. 'Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextro induceretur.' Socci sunt pedum tegumenta. Hinc et *induci* dicuntur quamvis manibus inderentur. Sueton. Claud. 8. 'solebant et manibus stertentis socci indui.' Et sic alii. *Græv.*

De illo supplicium paullo post sumitur] Voces medias in Mss. non observavi. *Gronov.* In Erf. etiam, et nonnullis aliis Mss. hæ voces *paullo post* non leguntur, ut nec videntur in duobus Mss. quos Jac. Gronovius inspexit. *Græv.* ut nec in Ms. Traj. *Burm.*

Cap. XIV. § 24 *Absoluta*] Græcis ἀντιληπτική. Est autem ἀντίληψις simplex facti defensio, recte aut jure factum esse, quæ adversariorum criminationi obducitur. *Toxita.*

Compellavit in scena] Debetur Bechichemo: scripti enim nostri omnes, *in cænaculo;* placuitque Gulielmio, firmabatque illo Plauti Amphitr. 'In superiore qui habito cænaculo:' ut scilicet alludatur ad ista theatri cænacula: pro Bechichemo tamen militat infra locus lib. II. c. 13. m. quamquam et ibidem Pal. 3. *in cænaculo* disertim præ se ferat. *Grut.* Erf. et multi alii, *compell. in cenaculo ejus Accius:* Put. *compell. in scenaculo in eo Accius:* Duisb. *nominavit in scena, cum eo Accius.* Græv.

Hic nihil aliud defendit, nisi licere] Etsi id solum et unum defendat, nihilominus potest multa alia adsumere causam suam juvantia et animum accusatoris iniquum ac fœdum et cri-

minationi pœnum ostendentia: ut adeo hæc verba in exemplo non sint paria præmissæ declarationi. Ea autem recte se habebunt, si commutatis verbis legas *nihil aliud, nisi defendit,* quomodo dedisse auctorem opinor; et constat hanc locutionem sæpe quasi imperfectam ab scribis repletam. Vide paterna ad Livium IV. 26. et Quintil. Decl. IV. Itaque idem sentio in verbis, quæ habentur IV. 30. 'Hæ autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum perculerunt.' Honesta oratio abigit illud *fecerunt.* Gronov. Duisb. *hic mimus nihil aliud defendit:* J. Gronovius conjicit scriptum fuisse, *nihil aliud, nisi defendit, licere.* Græv.

Assumtiva] Ἀντιθετικὴ ἢ προσληπτικὴ a Græcis dicitur, cum per se defensio est infirma, quoniam jus aliquo modo violatum concedimus, sed ab aliquo foris adjuncto argumento defendimus, quod vel similis, vel majoris, boni compensationem habet. Est enim ἀντίθεσις τῆς ποιότητος ἀντικατάλλαξις. *Toxita.* Vide de statu assumtivo Vossium in Instit. Orat. I. 9. § 7. *Græv.*

Sed assumta extraria re comprobatur] Sic fere omnes libri nostri; nisi quod quidam *ex contraria:* et ita infra de hac ipsa constitutione, 'sine ulla assumptione extrariæ defensionis:' ubi Lambinus non debuit inculcare *extraneæ,* neque aliter ed. Steph. *Grut.* Multæ edd. *sed assumta ex extranea re comprobatur.* Comprobatur *extraria re* ab Erf. et Put. nisi quod in hoc *re* quoque non legatur, et Duisb. cod. Meus codex Ms. et nonnulli alii, *sed assumta ex contraria re comprobatur.* Puteani scriptura verissima est: *re* ortum ex ultimis syllabis *ria* præcedentis vocis: *extraria* nimirum *defensione,* ut inferius, 'sine ulla assumtione extrariæ defensionis.' *Græv. Ex contraria* Ms. Traj. *Burm.*

Tribunos plebis de amissione exercitus] Bello nempe Cimbrico, de quo Eutropius. *Græv.*

Cum et peccasse se, et consulto fecisse reus confitetur] Liber unus Ms. habet, *consulto peccasse.* Lamb. Voculam *reus* reduxi suasu Pall. trium et primarum edd. Solus Pal. 1. habet alio positu, *et consulto fecisse et se peccasse reus confitetur.* Gruterus. Put. et edd. nonnullæ, *cum pecc., et cons. fec. conf.* Erf. *cum pecc. se, et cons. fec. se conf.* meus codex Ms. *cum et pecc. et cons. reus fec. conf.* Ms. Lamb. *cum pecc., et cons. pecc. conf.* Græv.

Cujus multa recte facta constant] Hoc est, in medio sunt, et nota omnibus. Eam vim verbi *constare* non vidit Lambinus, cum hoc mutavit, rescribendo *facta esse constat:* etiam contra vett. edd. in quibus tamen *facta esse constant,* aliter atque Pall. et Bruil. *Gruter.* Cum Grutero faciunt Put. et Duisb. sed cum Lambino meus codex: at Erf. non inepte, *cujus multa recte facta exstant:* quamvis *constant* non repudiem. Ab Erf. non longe recedit ed. Crat. in qua est, *cujus multa recte facta existant.* Græv.

Et in consilium, &c.] Vulgo *concilium,* contra libros, et sententia nulla. Consilia consulum intelligit aliorumque magistratuum, cum quibus agnoscebant delicta interdum domi ex senatusconsulto, de quo in Bruto, ubi deprecationi locum ait esse posse. Exemplum illustre est in Lælio Marc. Tullii cap. 13. initio. *Gulielmius.* Grut. Nihil locus ille in Lælio, ubi agitur de consilio dando libere amicis, ad hoc argumentum, de quo hic Cornificius loquitur, facit, nec intelligitur consilium consulum aut magistratuum urbanorum, sed consilium militare imperatorum, quod conflabatur ex legatis, tribunis, primique loci ducibus: de quo sæpe Livius aliique. Sueton. Tib. 18. 'Cum animadverteret, Varianam cladem temeritate et negligentia ducis acci-

disse, nihil non de consilii sententia egit, semper alias sui arbitrii.' In illo consilio puniebantur militaria crimina. *Græv.*

CAP. XV. § 25 *Vel in rem quampiam conferimus*] Verbum ultimum est a glossatore, subintelligiturque 'transferimus.' Sane nulla hujus vola vel vestigium exstat in Pal. 2. ideoque omnino expunxissem, nisi fuisset in aliis Mss. vel ejus loco *inferimus.* Grut. In Pal. 2. *vel in rem quampiam. In hominem* reclamant etiam omnes nostri: itaque vocem istam retinemus. *Græv.*

Et id jussu consulum defendat] Sic Pall. et olim impressi, nisi quod Pal. 1. non habeat voculam *id.* Pal. 3. vero ejus loco *se:* posterius editi, *et id jussu consulum se fecisse defendat,* ex supervacuo. *Grut.* Edd. multæ, *et id jussu consulum se fecisse defendat.* Græv.

Ex comparatione criminis causa constat] Dubito de voce *criminis,* an sit legitima: neque enim agnoscunt aut vetuste editi, aut Pall. quatuor priores aut Fabricianus codex. Invexit primum Victorius. *Grut.* Vict. Grut. aliæ edd. *ex comp. ne crim. causa constat.* Delevi sane *criminis,* auctoritate quoque Put. Erf. et mei cod. quin nec in Mediol. nec Cratandri, nec aliis vetustioribus edd. hæc vox exstat. *Græv.* Nec in Ms. Traject. *Burm.*

C. Popilius] Sic esse legendum indicavit Adr. Turnebus Advers. XIII. 13. *Lamb.* *C. Popillius* est in veteribus libris. Mihi quidem propter historiæ ignorationem etsi incertum sit, utro modo legi debeat, labor tamen ut *Popillium* scribendum putem. *F. Ursinus.* Vulgg. *C. Pompilius a Gallis:* Erf. *consul Popilius cum a Gallis.* Græv.

Exercitum eduxit, impedimenta reliquit] Quadriga horum verborum nata mihi videtur a glossa marginali. Plus quam superfluam, res ipsa clamat: aut si retinenda, tunc certe expungenda venient illa, *satius esse duxit impedimenta quam exercitum.* Gruter. Sane videtur posse offendere quodam genere hæc tam inexspectata repetitio. Sed vide an hæc offensio non veniat ab omissa particula, quam Ms. optimus ita restituens suppeditat, *ita discessit* (n. ex collocutione, non obsidione) *ut si impedimenta relinqueret, exercitum educeret.* Hæc fuit illi proposita conditio: de qua deliberans 'satius esse duxit amittere impedimenta, quam exercitum.' Quum id decrevisset, facto exsecutus est, et 'exercitum eduxit, impedimenta reliquit.' Sic apparet et ipsam facti seriem exprimi per narrationem, et nihil omnino superesse, et particulam *si* commode a me restitutam. *Gronov.* In Erf. non est *exercitum.* Putean. *cum exerc. eduxit.* In præcedentibus Gronovius legit ex Ms. *ita discessit, ut si imped. relinqueret, exerc. educeret:* sed nostri omnes repugnant. At in Erf. *quam exercitum: eduxit, imped. reliquis.* Græv.

CAP. XVI. *Satis videor ostendisse*] Vox prior in nullo Ms. a me conspecta est, certo indicio esse suppositam et huc quoque petitam ex similibus interpositionibus, et præcipue lib. II. c. 18. *Gronov.* Edd. *sint, satis vid. ostend.* Cum autem nec hanc vocem *satis* optimi codices Puteani et Erfurt. agnoscant, cur eam retineam, nullam video causam esse. *Græv.*

Nunc quo modo eas, &c.] Legendum esse voce divisa, non unita, ut vulgo circumfertur, ostendit id quod illi respondet, *qua via.* Grut. Edd. *nunc quomodo eas.* Græv.

Ab ambobus] Ab oratore scilicet accusatoris et rei, et ab ipso judice. *Toxita.*

§ 26 *Constitutione igitur reperta*] Vide lib. I. de Invent. ubi aliter et uberius hæc tractat. Principio status est investigandus, qui ex intentione accusatoris ac depulsione rei

nascitur. Statu reperto, quærenda ratio est, id est τὸ αἴτιον, quæ causam facit, et defensionem continet; sine qua ne parva quidem dubitatio potest remorari damnationem; si videlicet de facto constet, nec tamen ulla facti adferatur ratio. In ratione firmamentum est quærendum, quod Græci συνέχον καὶ αἰτίαν vocant. Ex infirmatione igitur et confirmatione rationis judicatio nascitur, quæ est judicii quæstio. Græci κρινόμενον appellant. Reperta judicatione ad eam tanquam scopum propositum orator argumenta omnia accommodabit. *Toxita.* Vide G. Vossii Instit. Orat. I. 6. § 6. *Græv.*

Quærenda est ratio. Ratio est, quæ causam facit] Erf. et Put. *quær. ratio est, quæ causam facit.* Equidem non video cur *ratio est* repetatur. Nec male Erf. statim, *Orestes confitetur se occid.* Put. *Orestes cum confitetur se occid.* Vulgg. *cum confiteatur se occid. matrem.* Idem.

Perverterit defensionem] Pall. tres *pervertit*, ut et lectio vulgata. Bruil. et Pal. 3. 4. 6. *perverterit*; quod Gulielmio non displicuisse videtur, ideoque admisimus. *Grut.* Vulgg. *pervertit. Perverterit* tuetur Erfurtensis et Duisb. Lambini editio, *pervertet*, invitis libris. *Græv.*

Ne parva quidem] Sic legendum, non, ut vulgo, *nec parva quidem.* Nam vel sic loquuntur Latini, 'ne parva quidem dubitatio;' vel sic, 'nec parva dubitatio,' &c. *Lamb.* Al. *nec parva quidem.* Græv.

Firmamentum quærendum est; id est, quod continet, &c.] Melius Pal. 1. et Bruil. item Liliensis collegii liber, *firmamentum quærendum est id quod, &c.* Grut. Mss. quidam, *firm. quær. est id, quod.* Omnes nostri libri stant pro vulgata. *Græv.*

Sed non abs te tamen] Prima vocula videtur addita a mala manu: sane non exstat in Pal. 1. 4. 6. ejusque loco habet 3. 5. *At non abs te*, sine dictione *tamen*, quæ quoque non est in antiquioribus edd. aut Pal. 4. aut 6. *Grut.* Sic et Erf. nisi quod corrupte pro *at* in illo *ut* scribitur. Al. Mss. *at non abs te occidi.* Græv. *Tamen* etiam abest a Ms. Traj. *Burm.*

Omnem rationem totius orationis] Sequutus antiquiores discessi ab Gruteriana, quam nimis fideliter retinuerunt aliæ proximæ, et in his ipsa Londinensis, inepte edens *orationem:* et bene idem observavit Basileensis. Quæ mox omnes consentiunt in id, ut exhibeant *ea nec ratio*, omissa vocula *in*, quæ in Mss. palam exstat, et sensui necessaria est. Lib. III. c. 2. *Gronov.* Exstat etiam in Ms. Traj. *Burm.*

CAP. XVII. § 27 *In ea nec ratio quæritur*] Al. edd. *in ea enim nec ratio quær.* In Grut. et aliis omnibus eam secutis edd. vitio librariorum *in* omissum fuit. Duisb. *nam in ea nec ratio quær.* Sed in præcedentibus vitio typographi editum fuit *omnem orationem*, pro *omnem rationem.* Græv.

Sed si quo hæc tardius quam studes] Est a plerisque Pall. item Fabr. et Bruil. aliæ edd. *sed si quidem hæc tardius.* Grut. Erf. quoque et Duisb. *si quo* asserunt, ut et Lamb. ed. Verum in Erf. amissum quoque est *sed*, et totus locus sic scribitur, *si quo tardius hæc, quæ studes, absolventur:* rectius mea sententia. *Hæc, quæ studes*, sunt hæc, quibus nunc incumbis, in quibus nunc versaris. Cic. orat. post Red. 'cum vero litteras studere incipit.' Sed exempla passim obvia. Vulgatum *quam studes*, pro quam cupis, desideras, Latinæ aures respuunt. *Græv.* Ms. Traj. a manu pr. ita ut in contextu ed. Gronov. habetur, sed emendatum manu sec. *hoc* pro *hæc*, et *absolvetur* pro *absolventur.* Burm.

Exæquabimus industria] Sic omnes quidem habent libri, præter unum et alterum, in quibus scriptum est *exsequemur:* sed legendum puto *exsarcie-*

mus, id est, reparabimus. Utitur hoc verbo et Q. Tullius, 'aliis te id rebus exsarturum esse persuadeas.' Et Terent. Heautont. 'nisi eos, qui opere rustico faciundo facile sumtum exsarciant suum.' *Lamb.* Ms. *exequemur industria:* Erf. *exequemur industriæ.* Græv.

AD HERENNIUM.

LIBER II.

Cap. I. § 1 *Et in quibus officiis elaborare, &c.*] Sic restitui, deleta voce *artis*, quæ fuerat inepte inculcata ab iis, qui scriptum reperissent in quibusdam libris *elaborare are*, cum tres postremæ literæ hujus verbi a librario aliud agente essent iteratæ. Ex *are* enim factum est modo *arte*, modo *aperte*, nunc *artis*, nunc *partibus*, atque ita hic locus depravatus est. Officia autem oratoris intellige, inventionem, dispositionem, elocutionem, &c. *Lamb.* Delet *artis* Lambinus. Ego non ausim, neque variant libri veteres; nisi quod in duobus audio reperiri *partibus artis*, quod etiam ipsum non displicet: alterum tamen restat in Pal. 6. *Gruter.* Puteani codex vulgatam retinet, sed Erf. *partibus* inserit; *in quibus partibus off. artis elab.* Lamb. ed. *in quibus off. elab.* Forte scripsit auctor horum Rhetoricorum, *in quibus partibus officii artis elab. conv.* Græv.

Verum quia neque de omnibus rebus, &c.] Sic Pall. et vett. edd. nisi quod Pal. 1. non adsit *rebus*, quam vocem nec requiram. Vulgati hodie, *verum quod neque, &c.* Gruter. Sic Pall. et meus cod. omissa voce *rebus:* sed Erf. Put. cum plerisque edd. *verum quod neque de omnibus.* Græv. *De omnibus rebus, &c.*] Erf. *de rebus omn. simul dici pot., et de max. rebus pr. scrib. fuit:* Put. *de omn. simul dici pot., et de max. rebus pr. scrib. fuit.* Idem.

§ 2 *De sex partibus, &c.*] Enumeratio isthæc, tam prolixa, valde ineptit: nam certe paucula admodum de his supra dixit; et næ miserabili erant memoria, quibus tam cito illa exciderant. *Grut.* Quidquid id sit, auctor non ignoravit suum Herennium, cujus animum ne defatigatio introëat, vereri se etiam alibi (lib. I. cap. ult.) testatur. Præter hæc in vetustis video esse *incipiemus*, quod ab recentibus manibus interpolatum est, ut fieret *incepimus*. In uno reperi *instituimus*, quod sane præferrem. Nec sic tamen evitatur nausea enumerationis hujus; præsertim quid est illud *primum?* Et cur ineptissime iterat mentionem libri primi? Ego suspicor τὸ *primum* natum esse pro *tum*, ubi primam literam aliquis aspiciens pro nota numeri sic mutavit. Sic certe fit decentior series, et stilus mollior. Reliqua vide an non sic mecum constitues, *De sex partibus orationis tum* (nempe post oratoris officia) *scribere instituimus. In primo loquuti sumus de exordio.* Quod aliquis non intelligens, male per vocem *libro* supplendum putavit. *Gron.* *Ubi de sex part. orat. pr. scr. incepimus*] Edd. Grut. et al. *De sex part. orat. pr. scr. incipiemus:* Lamb. ed. et Put. cod. *De sex part. orat. pr. scr. instituimus:* Duisb. *De sex part. orat. scr. incepimus:* meus Ms. *De sex part. orat. pr. scr. incepimus.* Tota hæc περικοπὴ in Erfurtensi sic scribitur: *Ea quoque nobis erit hoc libro prop. abs. Parvæ partes ejus duæ in vol. transfe-*

rentur, ubi de sex part. orat. pr. scr. incipiemus. Hanc lectionem valde probo, nisi quod numerus voluminis sit omissus vitio librariorum. Scriptum fuerat, *parvæ partes ejus duæ in III. volumen transferentur.* Duæ parvæ partes sunt quæ pertinent ad inventionem in genere deliberativo et demonstrativo. *III. volumen* est *tertium volumen.* Illud *III.* absorpsit præcedens *in. Incipiemus* est etiam in meo codice. Alius Ms. teste Gronovio, *scribere instituimus,* sed Duisb. abest *primum.* Græv.

Cap. ii. *Quæ ratio*] Hoc est, qui locus status. Loci statuum sunt τὰ μέσα, λόγοι, καὶ πίστεις: Hermogenes κεφάλαια appellat, hic auctor 'rationes.' *Toxita.* Gerh. Vossius Institut. Orat. l. i. vocavit 'capita,' cum Sopatro, ea nimirum, quæ continent propriam argumentationem et confirmationem ejusdem propositionis ab aliis diversam. *Græv.*

Quas Græci ἐπιχειρήματα appellant] De epichiremate et variis ejus generibus vide Quintil. Instit. v. 10. In verbis præcedentibus Erf. *et item quas argumentationes,* pro vulgato *et item quales argumentationes.* Mox in seqq. *sequi et quales vitari,* idem codex copulam omittit: sed Pith. *sequi, quasque vitare oporteret.* Idem.

Qui locus erat extremus de sex partibus] Id verum, sed etiam *erat proximus,* hoc est, post præcedentes quinque absolutas solus restans ex illis sex. Sic enim deprehendo legi in omnibus nostris, unde non dubito etiam in aliis sic exstare; idque præferendum vel ideo quod vix modo antecessit τὸ *extremum.* Videntur neglexisse, qui id explicare nequierunt. *Gronov.* Erf. et al. Ms. *qui locus erat proximus. Extremus,* propter ejusdem vocis, quæ modo præcesserat, ingratam repetitionem, rejicit Gronov. Verum nescio an *proximus* recte ponatur, cum enumerantur quinque partes in fine periodi, nulla alia parte sequente. Malui igitur ex Pithœano recipere *postremus.* Græv.

Et nimirum conjecturalem, quæ prima et difficillima est] Liber unus Ms. habet *quæ prima quæque difficillima est.* Lamb. Pal. 1. *conjecturalem earum quæ est diff.* omissis ceteris; nam Pal. 2. *conject. ea quæ diff. est:* Bruil. *nimirum quæque diff. est:* quod et in Pal. 4. præterquam quod is *quæ,* non *quæque,* omisso prorsus illo *conjecturalem.* Vett. edd. *conject. quæ prima quæque diff. est.* Gruter. Ad Pal. 2. fere accedunt nostri, exhibentes *conjecturalem eam quæ diff.* Hinc facile vidi venisse ab auctore, *Et nimirum conjecturalem (eaque diff. est) potiss. cons.* Gronov. Erf. *et nimirum quam quæ diff. est:* Duisb. *et nimirum conjecturalem eam, quæ prima et quæ diff. est, potiss. cons.* Quomodo in aliis libris hic locus legatur vide in notis. Gronovius, cum et in suis legerit *conjecturalem ea quæ diff. est,* censuit scripsisse auctorem horum Rhetoricorum, *conjecturalem, (eaque diff. est,) potiss. cons.* Græv. In Ms. Traj. *conject. quæ prima quæque diff. est* ut in vett. edd. *Burm.*

Cap. iii. § 5 *In quo primo considerabit*] Mss. omnes constanter *primum,* quod et fuit quondam in edd. nec scio cur mutatum. Sed et ista *in quo* nullibi reperio, et plane credo insiticiam esse velut connectendi formulam, quæ toties quoque nuper obsidebat Livium. *Gronov.* Ed. Grut. *in quo primo cons.* al. *in quo primum cons.* Quæ Gronovius asseruit, fundantur nostrorum quoque librorum optimorum Erf. et Cauch. auctoritate, quibus subscribo. *Græv. Primum* etiam in Ms. Traj. *Burm.*

Demonstrare quem pecuniæ causa, &c.] Hæc verba restituimus ex cod. quæ in vulgatis libris desiderabantur. Sententia autem hujus loci nunc aperta est: Si non poterit, inquit, demonstrare, eum, quem pecuniæ causa arguat maleficium admisisse, avarum esse; demonstret esse corruptorem, &c. *Lamb. Si non poterit*

avarum demonstrare, demonstret, &c.] Lamb. edidit, *demonstrare, quem pecuniæ causa dicat maleficium fecisse, demonstret.* Ex codice, inquit, manuscripto, sed tale nihil invenit Gulielmius in suis, nec ego in Pall. aut vetustissimis edd. et vero, si quo reperiuntur in libro, fuere adjecta a glossatore. *Grut.* Lamb. ed. *si non poterit avarum demonstrare, demonstret corruptorem. Si non poterit avarum demonstrare, quem pecuniæ causa dicat maleficium fecisse, demonstret corruptorem.* Græv. Neque hæc inveniuntur in cod. Traj. *Burm.*

Corruptorem vel perfidiosum] Corruptores, e Cicerone noti. Perfidiosi, qui per fidem decipiunt eos, quicum contraxerunt, ut in re privata, qui socios fallunt; in publica, qui depeculantur ærarium. Plautus Cistell. 'Perfidiosus est amor? ergo in me peculatum facit.' Divinatione, 'Si ille apud te postea cœnavit, utrum te perfidiosum an prævaricatorem existimari mavis?' Vide necesse esse alterutrum, eadem significatione, qua heic. Ea re non audit membranas suas Gulielmius, in quibus invenit *perfidum:* quod etiam in Pall. reperi; sed Pal. 1. tamen expressit alterum. *Grut.*

Sin vehementer vitæ hominis turpitudine impedietur] Cum in uno cod. Ms. reperissem ita scriptum, *sin veh. vita hominis turp.* ego *vitæ* reposui; quæ scriptura perspicue recta est. *Lamb.* Cum Lambinus invenisset in uno Ms. *vita hominis,* fecit inde *vitæ hominis;* at enim testor, talem vocem non exstare in Gulielmianis, in Pall. in exoletis edd. Gulielmius tamen videbatur pronior fuisse in illud *vita,* atque infit: Probo veteris libri scripturam, quam Lambinus frustra mutavit. Vita impeditur turpitudine et infamia, quæ vitiis et flagitiis cooperta est. *Impedire* enim interdum est 'polluere,' et, ut Nonius interpretatur, 'sordidare' ac 'probrum inducere:' sic scribo in Nonio; non *ducere.* Plautus Amphitr. 'Imo hunc ego, Thebani cives, qui domi uxorem meam Impudicitia impedivit:' quem versum laudat idem ille grammaticus, scena 'Quis tam vasto;' quæ est una ex scenis, quas vere docti ac religiosi homines nondum Plauto inferre audent; cum et vetustissimi scriptores consensu tribuant optimo poëtæ, et ipse lepor γνησίους clamet. Hactenus Gulielmius. *Gruter.* Immo *impedietur* scilicet defensor, nec potest ad aliud referri, non magis quam τὸ *dabit operam,* et omnia in futuro quæ præcedunt, ex quorum oppositione patet nimis doctum hic esse Gulielmium. Cap. 8. 'ut ne parvula quidem titubatione aut offensione impediremur.' *Gronov.* Ms. *Sin veh. vita hom. turp. imped.* Lamb. ed. *Sin veh. vitæ hom. turp. imped.* Sed verius Gronovius observavit, *impedietur* referri ad τὸ *defensor,* æque ac *operam dabit.* Græv.

Cap. iv. § 6 *Bono fuisse*] Sic legendum, et ita habent duo libri Mss. non, ut habet editio Rob. Steph. et Colin. et aliæ nonnullæ, *bonum fuisse.* Tum Cassius ille judex severissimus identidem in causis quærere solebat, cui bono fuisset, ut testatur pluribus locis M. Tullius. Denique sic loquitur infra haud multis post versibus. *Lamb.* Duisb. et alii Mss. ac multæ vett. edd. *nisi reo bonum fuisse.* Sed merito rejecit Lambinus, cui adstipulantur Erf. Cauch. et alii Mss. *Græv.*

Eum effugisse alias rationes] Quidquid veterum librorum præsto est, in eis exhiberi video, *eum fugisse,* quod certe est hujus auctoris: sic enim c. 16. 'Qui se propter vinum fugisse rationem dicet.' ii. 25. 'sed me tum hæc ratio fugit.' Et notum est Horatii. Sed etiam infra observabis ut plurimum dici 'fugere laborem,' (quod et initio totius operis) 'concursiones vocalium,' 'istam rem,' 'impe-

tus fortunæ,' 'continuationem verborum,' non *effugere*. Gron. *Aut eum fugisse illas rationes*] Mss. et edd. *aut eum effugisse alias rationes :* Lamb. ed. *aut eum fugisse alias rationes*. Recepi *fugisse*, quod et ante fecerat Lambinus, auctoritate nostrorum codicum Erf. et Cauch. quod et ex suis Gronovius probavit: sed et ex præstantissimo Erf. recepi *illas rationes*, nemine, qui humanior sit, repugnante. *Græv.*

Aut aliis quoque bono fuisse] Demonstrabit defensor ἐνστάσει, majori bono fuisse aut aliis, aut ipsis adversariis, quam reo, ut pro Roscio fecit Cicero: apud quos Sexti Roscii prædia sunt, ad eos etiam cædes pertinet: apud Chrysogonum et T. Capitonem Roscium prædia sunt, ergo illi Roscium occiderunt. Vide Cic. exordium et confirmationem, ubi hæc pulcherrime tractat. *Toxita.*

Id quod ipse insimuletur] Hoc argumento utitur etiam Cicero in orat. pro S. Roscio, quem ostendit Cicero fuisse rusticum, raro fuisse Romæ, ut occidendi patris non modo causas, sed et facultatem non habuerit, quæ omnia habuerint adversarii. *Toxita.* Nihil muto, quamvis liber unus Ms. habeat *quo de insim.* quod et in quibusdam vulgatis reperi. Ego enim subintelligo 'fecisse.' *Lambin.* Sic restituere non dubitavi ex consensu nostrorum trium codicum et necessitate sententiæ, remisso ad auctorem, quicumque ille est, (neque enim decernere queo,) simplici *simuletur*. Utique enim non hic agitur de simulatione. *Gronov.* Restitui *insimuletur* ex Duisb. et aliis nostris codd. ut ex suis Gronovius restituendum censuit. *Græv.* Al. *id quo de insimuletur:* al. *id, quod ipse simuletur. Insimuletur* etiam in cod. Traj. *Burm.*

Signum est] Intelligimus hoc in loco non τὸ σημεῖον, ἀλλὰ περίστασιν, hoc est, ea quæ cum negotio conjuncta sunt. *M. Toxita.* Vulgo vocant scholastici circumstantias. *Grævius.*

§ 7 *Semper desertus, an tum, &c.*] Inserui verbum *desertus*, suadentibus cunctis ad unum manuscriptis et edd. vett. primum removit puto Victorius: qui cum non diffiteatur destitutum se exemplaribus manuscriptis circa omnes libros, qui oratorem instituunt; plus credi æquum non est ipsius auctoritati quam omnium librorum: enim et mihi liberet refingere scriptorem istum habitu decentiore, centum aliquot voces ei detrahere possem, prorsus supervacuas. Exempli causa; illa verba quæ proxime sequuntur, *fuerit in eo loco solitudo*, omnia ad unum deleverim, nullius sententiæ malo. *Grut.* P. Vict. et al. ed. *semper, an tum.* Græv. *Desertus* etiam in Ms. Traj. *Burm.*

Num, qui est passus, perspectus] *Qui est passus*, pro, qui est infestatus, aut occisus, mihi semper suspectum fuit, quia alienum est a prisci Latii sermone, et petitum ex Christianorum libris. Hanc suspicionem meam confirmarunt veteres libri, qui a vulgatis dissentiunt. Erf. et Cauch. *num quid est pactus;* nisi quod hic *est* non agnoscat. Meus codex, *num quid est passus.* Quomodo Herennius scripserit nondum potui assequi: aliter scripsisse, quam quod in vulgatis exstat, nemo infitiabitur: incertis conjecturis nolo illudere lectoribus. Id inveniendum relinquo aut melioribus codd. aut acutioribus ingeniis. *Græv.*

Qua hora: noctu, an interdiu, &c.] Lambinus concinnius quidem hæc omnia edidit, sed an verius, dubites. Gulielmii certe Mss. conveniunt cum nostris, quorum quidam mirabiliter exorbitant. Pal. profecto 3. oggerit nobis, *qua hora nocte an die, an inter noctem et diem, et qua die, et quota parte noctis, et quota hora.* Verum variantes lectiones curiose enotare, non est meæ ætatis, sed adolescentiæ laboriosæ; quam tamen hodie potius

ad omnia alia trahas; adeo post ærumnabiles labores nullum sibi sciunt sperandum præmium, nisi forte verborum; ... pibus viris heic supra Euclionem sordidis. *Grut.* Sane et videntur et non videntur hæc ab Mss. nostris firmari; adeo in quibusdam mutant. Cæterum si id retineatur, non video, quin absurde iterentur, *qua hora* et *qua noctis hora:* in quibus nulla differentia. Primo igitur Mss. nostri omnes *qua die.* Tum *quota hora noctis* in duobus, quod utrumque amplector; nam sic in singulis est certum ac proprium discrimen, ac dignum, quod in tali re advertatur. *Gronov.*

Et cur ejusmodi temporibus] Elegans emendatio, quam eruit quidem e Fabriciano Gulielmius. Sed ego nunc etiam firmo auctoritate Pal. 1. et 3. neque abludit Pal. 2. 4. 6. nisi quod ii, *et cum ejusmodi.* Vulgo est, *et cujusmodi temporibus,* nulla bona sententia: non tantum indicandum tempus facinoris; sed et addenda ratio, quare eo potissimum tempore scelus admissum sit. *Gruter.* Mss. quidam, *et cum ejusmodi temp.* edd. ante Grut. *et cujusmodi temp.* Erf. etiam *et cur ejusmodi temp.* Græyius. Firmatur etiam a Ms. Traj. *et cur ejusmodi temp.* Burm.

Satisne longum fuerit ad eam rem transigendam, et potueritne scire] Longe rectius et concisius, resectis laciniis, quas adsuerunt inepti, Erf. et Cauch. *Satisne longum fuerit ad eam rem, scieritne satis ad id perficiendum spatii.* In meo quoque est *scieritne.* Græv.

Idoneane fuerit ad rem adoriendam] Libri recentioris editionis voce auctiores, *idonea ne satis fuerit;* quæ nuspiam comparet in olim vulgatis, aut adeo Mss. nostris. *Gruter.* Edd. multæ ante Grut. *idoneane satis fuerit.* Adstipulantur Gruterianis et nostri omnes Erf. Cauch. Pith. Duisb. *Græv.* et cod. Traj. *Burm.*

Spes perficiendi quæ fuerit] Ut in duobus nostris, sic non dubito quin in pluribus legatur *perficiendi hæc quæ:* unde patet auctorem dedisse *ecquæ.* Gronov. Erf. et al. Mss. duo, *spes perficiendi hæc quæ fuerit exspectabitur.* Græv. Gronovianis Mss. adstipulatur cod. Traj. *Burm.*

Scientia, apparatio, videbitur fuisse] Adjeci duas voces, *videbitur fuisse;* non testimonio duorum librorum Mss. verum integra cohorte: eas enim agnoscunt sex membranæ, quas consuluit Gulielmius, sex Pall. et edd. pr. neque otiosas esse videbit, qui vim hujus suspicionis attente perspiciet: imo supervacuum potius fuerit illud alterum quod sequitur, *demonstrabitur fuisse,* quam istud nostrum. *Gruter.* Edd. Lamb. et aliæ, *apparatio, ex altera parte.* In Erf. non legitur *ex.* Græv. *Videbitur fuisse* etiam agnoscit Ms. Traj. *Burm.*

Quare scire potuerit utrum] Et hæc quoque sunt a triplici librorum nostrorum fide: pro quibus mediæ ætatis edd. *per quas res scire potuerimus, utrum:* Lambinus vero, *propter quas res scire potuerit utrum, &c.* quæ licentia! *Gruter.* Si modo mens Gruteri recte expressa est. Nam quum sane ita legatur in Medicæo et alio, *quare scire,* tum in alio est, *per quam rescire;* unde colligeretur illud *qua* variis modis expositum ita degeneravisse, et antiquitus fuisse, *qua rescire potuerit.* Gronov. Erf. *qua re scire potuerit:* sed Pith. *qua de re scire poterimus:* edd. *per quas res scire potuerimus:* ed. Lamb. *propter quas res scire potuerit utrum.* Græv. Cum Erfurtensi facit Ms. Traj. *Burm.*

Ex consciis, arbitris, adjutoribus] Si hæc scriptura recta est; per *arbitros* testeis significari dicemus, seu spectatores: ut cum ita loquimur, 'locus ab arbitris liber, ac remotus:' sed Memmius et Auratus legendum putant *administris:* ego nihil muto; non quod eorum conjecturam improbem,

sed quod hanc scripturam existimem esse probabilem. Adde quod *administri* et *adjutores* idem propemodum videntur sonare, nisi quod *administri* minus sunt, quam *adjutores.* Itaque infra, ubi vulgo legebatur, *de adjutoribus, de adjumentis,* nos ita restituimus, *de adjutoribus, de administris.* Lamb.

Cap. v. § 8 *De administris*] Sic restituimus conjectura ducti: nam vox *adjumentis* ad hunc locum quadrare non potest, antecedente voce *quem.* Lamb.

De adjutoribus, de adjumentis] Adjutores sunt quibus anima; adjumenta quæ ea carent; instrumenta scilicet armaque rebus expediundis idonea. Lambinus substituerat *de administris,* sed nullo præeunte Ms. ut ipsemet fatetur: quæ petulantia! *Gruter.* Miror Lambinum, qui utique noverat de Invent. ii. 7. ‘Facultas, si ratio, adjutores, adjumenta, et cetera, quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur:’ et postea, ‘Nam sæpe si pecuniæ, adjumenta, si adjutores desint, facultas fuisse faciendi non videtur.’ Offendor magis in præcedentibus, *argumentum est per quod res coarguitur certioribus argumentis,* ubi definitionem interpretatur per id ipsum quod definit, quod nec fit ullibi in hoc scripto, nec sine vitio fieri creditur, nec utique tam inops vocum hic auctor credi potest. Vide an non scripserit *certioribus inventis.* Ut de Partitionibus, ‘Argumentum est probabile inventum.’ De Invent. l. i. ‘Ideo quod et inventum aliquam in rem probabile aut necessarium argumentatio vocatur.’ Et similiter alibi. *Gronov.*

Num quid in eo loco præter cons. fecerit] Quidam liber Ms. habet, *num quo in loco præter cons. fuerit, aut etiam al. temp.* et præterea nonnulli vulgati: quam scripturam non improbo. *Lamb.* *Num quo in loco præter cons. fuerit, aut alieno tempore* Victorii ed. Ea priores, *numquid in loco præter cons. fecerit, &c.* quomodo et quidam e Gulielm. et Pal. nam ceteri exhibent, *numquid* [illegible] *præter cons. fecerit, &c.* aut *fuerit,* vel *fecerit.* Grut. Erf. et Lamb. ed. *num quid in loco præter cons. fecerit:* Duisb. *Num quo loco præter cons. fuerit.* Græv. In Ms. Traj. etiam *num quid in loco præter cons. fecerit.* Burm.

Aut vestigium repertum fuerit] Hæc est primarum edd. lectio, et convenit cum plerisque Mss. Sequentes suffecerunt, *aut si vestigium repertum,* sine illo *fuerint.* Victorius edidit, *aut si vestigium rei fuerit,* omisso illo *repertum.* Ex quibus omnibus suam concinnavit Lambinus. *Grut.* *Vestigium repertum* legitur in quibusdam; sed plane non satisfacit argumentationi; Vestigia adulteri reperiri possunt in lecto; sed ea non utique denotant ab Tarquinio ea venire. Itaque non opinor τὸ *rei* abesse hinc posse, scilicet secundus casus ἀπὸ τοῦ *reus.* Id non observantes alii videntur fecisse, ut vera lectio hic fluctuaret, et pro *repertum* correxerint *rei fuerit.* Lego, *aut vest. rei certum, si cruor.* Etiam vetustissimus *deprehensus.* Gronov. Edd. quædam, *aut si vest. repertum, aut:* Victor. ed. *aut si vest. rei fuerit, aut:* Lamb. ed. *aut si vest. rei repertum fuerit, aut:* Crat. ed. *aut si vest. rei fuerit repertum:* Erf. *aut si vest. repertum, si cruor:* Pith. *aut si vest. rei reperitur, aut.* Gronovius conjicit legendum esse, *aut vest. rei certum. Rei* a *reus:* sed quia in omnibus Mss. est *repertum,* aut, ut in Pithœanis excerptis, *reperitur,* id retinui, sed *rei* ex ed. Victorii et modo laudatis excerptis, ac Cratandri ed. reposui. *Græv.* In Ms. Traj. *aut vest. repertum fuerit.* Burm.

Si cruor in vestimentis] Et ista est antiquissimæ ed. scriptura, firmata pluribus Mss. Sequentes præposuerunt *aut,* quod quidem retinuit Lam-

binus, sed rejecit *si*. Pal. 1. loco vocis *cruor*, habet *nota*, quod non arbitror de nihilo. *Gruter.* Al. *aut si cruor in vestimentis, aut si.* Græv. Gruteri Mss. consentit cod. Traj. *Burm.*

Consecutio] Consecutio est τῶν ἑπομένων, &c. *Toxita.*

Nocentes aut innocentes] Vulgg. *nocentis et innocentis.* Sic Duisb. quamvis in eodem sensu ἀρχαϊκῶς *nocentis* ponitur, ut *omnis homines*. Pith. scribit etiam rectius *nocentis aut innocentis*. Græv.

Expalluisse] Quidam cod. Ms. habet *expavisse*, pro *expalluisse:* sed fortasse utrumque verbum ab auctore horum librorum positum est, deinde a librario alterum per imprudentiam omissum. *Lamb. Erubuisse, expalluisse* omnino omnes nostri; ut frustra sit Lambinus, qui heic adhuc paratus videtur admittere *expavisse :* nam sane indicium pavoris pallor. *Gruter.* Ita etiam cod. Traj. *Burm.*

Confidentissime resistens] Liber unus Ms. habet *consistens:* quæ scriptura non est fortasse rejicienda: ut 'consistentem' intelligamus constantem, vel non perterritum, neque labefactatum, neque perculsum, conscientia peccati. *Lamb.* Erf. *conf. resisteret, responderet :* al. Ms. *conf. consistens responderet.* Optime Cauch. *conf. resisteret et resp.* Al. *conf. consisteret et resp.* Græv.

Non innocentiæ sunt] Erf. et edd. pleræque ante Grut. *non innocentiæ sint*, ut paullo ante. Sic etiam Erf. *Idem.*

CAP. VI. § 9 *Quibus nisi accusator, et ii, quibus, &c.*] Sic Lamb. et Grut. edd. Sed omnes ante Lamb. *quibus nisi acc. nemo potest uti, et ii, quibus nisi def.* Erf. *quibus nisi acc. nemo potest uti, et hi quibus nisi def. non potest uti:* Duisb. *quibus nisi acc., et ii, quibus nisi def. non potest uti, nemo potest uti.* Idem.

Peccati atrocitatem] Ἁμαρτήματος δεινότητα. *Lamb.*

Aut cupide dicere, et argumentari] Janus Wouverius annotavit, malle se *putide dicere:* a quo dissentio: qui enim cupide contra aliquem fert testimonium, eo ipso sibi infringit auctoritatem. Inde illa cautio Quintiliani Instit. Orat. v. 7. 'Si habet testem cupidum lædendi; cavere debet hoc ipsum, ne cupiditas ejus appareat,' &c. *Grut.* Recte Gruterus: sed vim vocis *cupide* non recte intellexit: est enim *cupidus* Latinis nimis partibus addictus, ut verum videre ac dicere nequeat. Sic 'cupide damnare' apud Suet. Jul. ubi vide quæ notavi. *Græv.*

Et ad improbationem et approbationem] Non sunt concordes libri vett. Alii *et ad impr. et ad argumentationem :* Medicæus cum alio, *et ad improb. et ad interrogationem.* In quo etsi tamen adhæream vulgatis, id tamen constat præpositionem *ad* iterandam esse. Nihil minusquam id ipsum ab editoribus observatum; nibil tamen constantius ab auctore servatum docent Mss. codices. Utique et paulo ante habuimus 'in causam et in vitam.' Sic cap. 2. habent iidem, 'ad confirmationem et ad confutationem.' Sic tam III. 15. 'nunc ad thesaurum atque ad omnium partium rhetoricæ custodem,' quam III. 13. 'et ad confirmandum et ad confutandum accommodati' in vetustis exemplaribus inveni. Hinc etiam colligens prave edi IV. 21. 'cum ad idem verbum et idem nomen acceditur;' et de repetitione præpositionis suspicans, video in nullo scripto codice illud posterius *idem* exstare, ut deleri debeat. De aliis præpositionibus idem postea intelligemus. Mox tres Mss. *tormentis et cruciatu.* Deinde edidi consensu Mss. qui penes me sunt, et edd. omnium, *quibus omnis conjectura;* existimans errorem esse, qui ex Gruteriana propagatur *omnibus:* quod et Leidensis et Londinensis et Basileensis sunt

imperite amplexæ. *Gronov.* Erf. et alii *ad improbationem et ad interrogationem:* al. *ad improbationem, et ad argumentationem.* Vulgg. *ad improbationem et approbationem.* Medicæus, notante Gronovio, ut Erf., *et ad interrogationem:* quod non repudiem. *Græv.* Mss. Gronovii consentit cod. Traj. *Burm.*

Cap. vii. § 10 *Certis in rebus interponi quæstiones*] Non omnibus quæstionibus, sed quibusdam habenda est fides, &c. M. Toxita, p. 109. *Græv.*

Cum quæ vere dicerentur sciri] Sic et edd. primæ, a quibus tamen recedunt membranæ vett. in iis enim partim *servari*, quod Victorio placitum et Manutio, partim *probari*, partim *seu.* Gruter. Erf. et al. *cumque vere dic. sevire:* Pith. *cum quæ vere dic. servari:* Manut. *cum quæ vere dic. probari:* al. *cum quæ vere dic. seu.* Græv.

Refelli possent, &c.] Quidam liber Ms. habet, *refelli non possent.* Ego nihil muto, adductis iis quæ proxime sequuntur; certum est enim quo quid in loco positum sit, aut non positum sit: et quædam ita certa sunt, ut ea, quæ oculis cernuntur, aut quæ simili sensu percipiuntur. Si quis igitur in tormento contra hæc dicat, refelli possit. *Lamb.*

Si quid esset simile quod videri, aut aliquo simili signo percipi posset] Vulgg. *et si quid esset simile veri videri:* Lamb. ed. *et si quid esset simile ei videri:* al. *et si q.* Ex Pith. et Duisb. hunc locum sic rescribendum putabam, *si quid esset simile veri, quod videri, aut aliquo signo percipi posset.* Sed postea, ubi locum hunc rectius expendi, nihil refingendum esse vidi. Si quid ait tortus testatus sit, videndum, quo in loco, id, de quo testatur factum sit, et quo in loco ipse, ex quo quæritur, tum fuerit, ut hinc a defensore posset elici, an non simile quid ibi visum fuerit, non vero id, de hoc hic agitur et quæritur. *Græv.* *Aut aliquo simili signo percipi possit*] Ego malim legi, *simili sensu:* supra enim proxime dixit *videri*, quod est visu percipi. Visus autem, seu adspectus, sensus est, non signum. *Lamb.* Male Lambinus. Inter signa referuntur, quæ sensu aliquo percipiuntur, ut vidimus in capite 5. *Græv.*

Recentior sit in dolore] Nihil muto, quamvis duo libri Mss. et nonnulli alii vulgati habeant *reticentior sit in dolore;* sic enim loquuntur Latini, 'recens in labore.' *In dolore*, id est, ἀκαταπόνητος. *Lamb.* Sic nostri scripti, et antiquitus impressi, probatque Gulielmius; sed tamen non omnino displicet mihi aliorum *reticentior.* Grut. Al. edd. *alius alio recentior.* Libri sane nostri etiam omnes *recentior.* Sententia tamen requirit *retinentior*, aut quid simile. *Græv.*

§ 11 *Eo modo exponi quo re vera sint gesta*] Sic Pall. meliores, sine repetitione vocis *modo*, quæ extat in retro editis. *Grut.* Grut. ed. *hoc enim eo modo exponi, quo revera sunt gesta:* pro *hæc* Duisb. *hoc*, et pro *sint gesta*, vulgg. *sunt gesta.* Poterat sane illa vocula abesse: sed in omnibus nostris membranis, iisque optimæ fidei, non abest: hinc non sustinui eam cum Grutero delere. Nec enim hæc repetitio huic aliisque auctoribus infrequens. *Græv.*

Indignum esse facinus] Vox *facinus* videtur esse supervacanea. Abest certe ab uno cod. Ms. *Lamb.* Miror cum Lambino displicuerit vox *facinus.* Mihi heic admodum videtur venusta, exstatque adeo in omnibus Mss. nostris. *Grut.* Lamb. ed. et unus Ms. *indignum esse, sine.* Assentirem hic Lambino, nisi omnes nostri codices refragarentur. *Græv.*

Suspicionem firmamenti satis habere] Verbum *firmamenti* non est in Pal. 1. dispiciant otiosiores: nam mihi sane isto in æstu fere allubescit.

Gruter. Pal. 1. *Unamquamque susp. satis habere:* Duisb. *unam quique susp.* Græv.

Cap. viii. § 12 *Si negabimus temere famam nasci solere*] Lambinianum illud *ita temere* etiam reperi in Pal. 1. sed tanti tamen non erat, ut ideo contra ceteros omnes libros reciperem in contextum. *Grut.* Lamb. ed. *ita temere famam nasci.* Nam non de nihilo nascitur historia. Præclare de fama Hesiod. in Ἔργοις vs. 760. et seq. ille apud Senec. in declam. 'Sacra populi est lingua.' *Græv.*

Quod quivis homo possit, &c.] Erf. et Cauch. *quod quivis unus homo possit:* quod non est spernendum. Dicitur ut 'unus quisque,' 'unus aliquis,' et 'unum quidquid' apud Plautum Trinum. 'Si unum quidquid singillatim et placide percunctabere.' Rarius tamen 'unus' postponitur. *Idem.*

Legitimæ constitutionis] Νομικῆς στάσεως κεφάλαια, id est legitimi status capita, sive loci, qui ex scripto nascitur. *Toxita.*

Cap. ix. § 13 *Cum scripto dissidere*] Duisb. *a scripto dissidere.* Sic vero scribendum esse, verba quæ sequuntur ostendunt. Si a scripto dicemus, nimirum dissidere voluntatem scriptoris. *Græv.*

His locis utemur secundum narrationem] Bruilerensis et Fabricianus non agnoscunt illud *secundum narrationem.* Exstat tamen in Pall. et edd. primis. *Gruter.* Exstant etiam hæ voces in Erf. Pith. et Duisb. sed non in Cauchiano, nec in ed. Cratandri, sed eas ostentant antiquiores edd. Mediol. Ascensiana. *Græv.*

Adscribere, num non potuerit præscribi] Ita scripsit e Mss. suis sex Gulielmius. Vulgo corrupti sunt omnes libri: et certe variant valde Pall. nam præfert Pal. 1. *adscribere, numquid potuerit præscribere:* 2. *adscribere, aut numquid non potuerit perscribere:* 3. *adscribere aut num non potuerit præscribi:* 4. *asscribi, aut num potuerit perscribi:* 5. *adscribere, aut non potuerit perscribere:* quod et in Pal. 6. nisi quod ultima ei vox *perscribi.* Edd. pr. *perscribere, an non potuerit perscribi:* sequentes, *scribere, ut non potuerit perscribere.* Lamb. *scribere cur non potuerit perscribere.* Grut. Saltem tamen nihil hic de præscribendo: et quum non nisi ex duobus Mss. illud compositum proferatur, æquius erit ex aliis retinere *perscribi,* quippe de quo agi docent præcedentia. Sed etiam duæ instandi causæ videntur in his proferri, ex quibus unam conflat tam Gruteriana hæc sive Gulielmiana mutatio, quam priorum edd. lectio. Nam Mss. vel habent, *adscribere? aut num quid non potuerit perscribi,* vel *aut num non potuerit perscribere.* Obesse dicitur respectu periculi, quod voluntatem coërcuerit, alterum facultatis. *Gronov.* Aliæ edd. *si id voluisset scribere:* Duisb. *aut non potuerit præscribi:* Erf. cum quibusdam edd. *ut non potuerit præscribi:* Pith. et Lamb. ed. *cur non potuerit præscribere.* Vide notam Gruteri. Sed *perscribi,* quod in aliis exstat, probo cum Gronovio. *Græv.* In cod. Traj. *perscribere, aut non potuerit perscribi.* Burm.

Contra id, quod legibus sancitum] Sic quidem et alii ex scriptis. Ceterum Medicæus, *contra quam legibus sancitum.* Et quæso an non summo jure sic variavit compositionem? iv. 3. 'Contraque faciunt, quam polliceri videntur.' Similiter in cap. 21. observo non consentire Mss. libros, quum in uno sit, *si quos præterea quam quos ille collegerit potuisse,* in Medicæo autem *si quos vel ea præter quam ille dixerit, potuisse;* quam ego veram scripturam opinor, modo contemnas ista *vel ea,* quæ ex varia lectione irrepserunt. Etiam cap. 26. non solum Ms. Medicæus, sed et duo alii habent *et contra atque ante dixerit, dicere,* ut habuit quoque Victorius; nec scio cur aut mutarit Lambinus, aut hunc

secutus sit Gruterus. *Gronov.* Medic. *contra quam legibus sancitum:* Erf. et Pith. *contra quod legibus scm. est.* Græv.

Cap. x. § 14 *Scriptorem voluisse quam rectissime fieri nemo dubitet*] Res est, quæ meretur inspectos plures codices antiquos: nam nostri tres in postremo tantum habent *nemo dicet* vel *docet.* Hinc immensum blanditur, quod colligo ex uno, *scriptorem noluisse quam rect. fieri nemo dicet.* Gronov. Erf. *quæ habuisse scriptorem quam rect. fieri, nemo dicet:* Pith. *quæ omnia noluisse scriptorem quam rect. fieri, nemo dubitet:* Duisb. *quæ omnia scriptorem voluisse quam rect. fieri, nemo dicet.* Ed. Cratandri, ut Gronovius conjecit, *quæ omnia scriptorem noluisse quam rect. fieri nemo dicet.* Et sic se in suo codice reperisse Cauchium argumento est; quod in margine Cratandri ed. nulla inveniatur varietas scripturæ, quæ accurate ab illo, sicubi discrepat codex ab illa ed. annotatur. *Nemo dicet* est in meis et Gronovii libris. In Erf. et Duisb. etiam est *dicet.* In Pith. fuit *noluisse.* Subscribo Cratandro, non nolente Gronovio. *Græv.*

Contra scriptum judicatorum enumeratio. Deinde] Sic fere Mss. nostri aliarumque item edd. principes, excludentes nimirum vocem *utemur,* quæ in retro impressis, hac forma, *enumeratione utemur.* Membranæ tamen omnes non consentiunt in alteram vocem: nam quædam habent *enumerationem,* quædam *enumeratione,* quod et in edd. primis. *Grut. Utemur* nec in Erf. nec in Cratandri exstat editione, sed tamen in utroque libro legitur *enumeratione.* Pithœus notavit in vet. cod. legi *enumeratione,* in aliis *enumerationem.* Duisb. *enumeratio fiat:* quod mihi non displicet. *Græv.* Ms. Traj. *enumerationem faciemus.* Burm.

Legum et stipulationum breviter excerptarum] Cum ex veteribus codd. alii habeant *compositarum,* alii *expositarum,* alii *exscriptarum,* alii, ut vulgati, *exceptarum,* ego *exscriptarum* excudendum curavi: licet tamen ex illo *exceptarum,* quod meo judicio mendosum est, facere *excerptarum.* Lamb. Liquido in Gemblacensi, Coloniensi, Fabriciano fuit *excerptarum,* ut Lambinus conjecit: et haud dubio sic legi debet, cum ei adstipulentur Pall. 4. et 6. alludun tque Pall. alii et olim editi, in quibus *exceptarum.* Vulgo erat *exscriptarum.* Grut. Erf. *legum stipulationem breviter scriptarum:* Pith. *legum ac stipulationum breviter exceptarum:* al. *legum et stipulationum breviter exscriptarum.* Græv. *Exceptarum* Ms. Traj. *Burm.*

Voluntas et expositio] Ineptissima menda, quæ tamdiu sensum hujus loci obumbravit. Nam delenda erat copula, quum vox *expositio* referri debeat ad τὰ *legum et stipulationum breviter excerptarum.* Et hæc restitutio probat id, quod in superiori membro tentavit Gruterus; quippe uno et pari tenore procedens illic dicit 'exemplorum enumeratio,' hic 'legum et stipulationum expositio.' Quæso quid commune habent voluntas et expositio? Non dubito, quin boni Mss. quoque copulam istam aversaturi sint, si modo attente fuerint inspecti. *Gronov.* Quamvis renitantur omnes nostri codices, verissime tamen et sagacissime Gronovius delendam copulam esse vidit, quam diu ante tamen in ed. sua expunxit Lambinus; quem cur hic non sequamur, cum res ipsa clamet non aliter scribendum esse, si auctori sua debeat constare sententia, caussa nulla est. In præcedentibus verbis delevi *utemur* fide multorum codicum, et *enumeratio* scripsi ex aliis libris. *Græv.*

Scriptum recitet] Liber unus Ms. habet *scriptum retinet:* quam scripturam si quis probet, legendum erit infra *interpretatur,* ut sentiunt Memmius et Auratus. Ego vulgatam lec-

tionem mihi mutandam non putavi. *Lambinus.*

§ 15 *Num qua abrogatio*] Sic legendum, etiam invitis libris omnibus, ut et infra septimo abhinc versu, *quod ea lex sanciat, cui legi obrogatum, vel derogatum sit.* Quid intersit autem inter 'obrogare legi,' 'abrogare legem,' 'derogare legi,' sciunt qui summis digitis litteras Latinas attigerunt. *Lamb.* Erf. *An abr. an der. sit:* Pith. *num qua abr. der. sit:* vulgg. *num quæ abr. aut der. sit:* Lamb. *num quæ abr. aut der. fiat.* Nihil neque moveo. Quam varia sit veterum librorum scriptura cognosces ex variant. Illam tamen, quæ in Duisburgensi bono libro occurrit, hic quoque commemorandam duxi: *an vel obrogatio, derogatio legis alicujus intercesserit, sit.* Græv.

Cap. xi. § 16 *Si ambiguum est scriptum, ut puta quod*] Reposuit istud Gulielmius ex Bruilerensi, Tosano, et Gemblacensi, nec abit ed. Stephani; imo sic quoque vetustissima, nisi quod voce amplius, *Si ambiguum esse scriptum putabitur, ut puta quod:* quomodo Pal. 3. deinceps: *Si ambiguum esse scriptum putabitur, quod,* ut est in Pal. 1. ac 2. 5. nam 4. et 6. favent emendationi nostræ. *Grut.* Pal. 3. et Steph. ed. *Si ambiguum esse scriptum putabitur, ut puta quod:* al. Mss. et edd. *Si ambiguum esse scriptum putabitur, quod.* Mei codices stant pro vulgata, *si ambiguum scriptum esse putabitur, quod in duas partes,* nisi quod in Duisb. sit, *Si ambiguum est scriptum putabitur, quod.* Sed Cratandri editio jam dum anno 28. superioris seculi hanc lectionem præ se fert, quam Gruterus putabat se primum recepisse. *Græv.* Cum Pal. 3. facit cod. Traj. *Burm.*

Cognitionem amphiboliarum] Cum reperissem in omnibus fere libris Mss. scriptum *amphibologiarum,* et infra *amphibologias,* ego et hic *amphiboliarum,* et illic *amphibolias,* reposui: quo modo et in nonnullis libris vulgatis impressum est: ita enim appellant dialectici et rhetores Græci ἀμφιβολίαν, non ἀμφιλογίαν, multo minus ἀμφιβολογίαν. Quamquam *amphilogiam* non improbo, vocem Græcis usitatam: quo modo ediderunt Colin. et Rob. Steph. *Lamb.* *Cognitionem amphiboliarum* Erf. Cauch. et Lamb. ed. Ceteri cum vulgg. *cognitionem amphibologiarum.* Græv.

Quæ a dialecticis] Stoicos significat, qui artem dialecticam diligentissime persecuti sunt, ut admonet Adr. Turneb. Advers. xv. 11. quosque etiam M. Tullius 'dialecticos' appellat lib. ii. de Divin. ibi, 'Hoc vos dialectici non facitis,' &c. *Lamb.*

Non modo nullo adjumento] Ms. Medicæus perspicue *ullo,* quod nativi in lingua Latina leporis genus quum et in hoc et alio quocunque scriptore mutarint et corruperint recentiores librarii, ex hoc et similibus documentis arbitrium faciendum est de ejus membranæ dignitate. *Gron.* Medic. Ms. notante et probante Gronovio, *non modo ullo adjumento esse:* Erf. *arbitramur nullo adjumento esse:* Lamb. ed. *non modo nullo adjumento esse.* In eadem sententia est Dionys. Halicarnass. de compositione verborum: Ἃς δὲ Χρύσιππος καταλέλοιπε συντάξεις διττὰς ἐπιγραφὴν ἐχούσας περὶ τῆς συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μέρων, οὐ ῥητορικὴν θεωρίαν ἐχούσας, ἀλλὰ διαλεκτικήν· ὡς ἴσασιν οἱ τὰς βίβλους ἀνεγνωκότες ὑπὲρ ἀξιωμάτων συντάξεως, ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν, καὶ δυνατῶν καὶ ἀδυνάτων, ἐνδεχομένων τε καὶ μεταπιπτόντων, καὶ ἀμφιβόλων καὶ ἄλλων τινῶν τοιουτοτρόπων, οὐδεμίαν οὔτε χρείαν οὔτ' ὠφελίαν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις συμβαλλομένων, οὐδενα ἡδονὴν ἢ κάλλος ἑρμηνείας, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι τὴν σύνθεσιν· *Illi vero duo libelli a Chrysippo relicti, qui de collocatione partium inscribuntur, non rhetoricam, sed dialecticam considerationem habent, quod et illi sciunt, qui illius libros legunt, de compositione*

enunciationum, verarumque et falsarum, possibilium et impossibilium, contingentium et migrantium, ambiguarum et aliarum hujusmodi, quæ nullum commodum, nullum usum civilibus sermonibus, nullamque voluptatem aut pulchritudinem elocutioni conferunt, ad quæ præcipue collocatio collimare debet. Græv. In Ms. Traject. τὸ *nullo* seu *ullo* non conspicitur. *Burm.*

Ex altera parte in sententiam nullam] Sic nunc edendum curavi: nam vulgati libri habent, *ex alt. parte sent. nullam, &c.* plane mendose. Hoc enim sentit horum librorum auctor, dialecticos illos omneis amphibolias consectari usque ad fastidium, etiam eas, quæ vix sunt amphiboliæ, et quæ ex altera parte nullam sententiam probabilem habent. Nam *interpretari* hic passive accipiendum. *Lamb.* Lambinus interseruit, *parte in sentent.* contra omnes libros scriptos editosque. *Grut.*

In præsenti autem] Sic restitui secutus lib. Ms. atque ita loquuntur Græci, ἐν τῷ παρόντι: ubi subintelligunt χρόνῳ. *In præsentia* tamen licet etiam Latine dicere. *Lamb.* *In præsentiarum hoc interdicere non alienum* vett. edd. Sic fere Pal. et Gulielmiani: *interdicere* positum pro 'interfari,' 'interloqui:' invenit id etiam in uno suorum Lambinus. Steph. *In præsentia hæc interserere non al.* quomodo et Lamb. nisi quod ea, detracta litera, *In præsenti:* ex Ms. tamen, uti indicat: sed quo? sed cujus? *Grut.* Mei omnes habent etiam *In præsentiarum,* præterquam is, quem consuluit Pithœus, in quo scribitur *In præsenti,* ut et in Mediol. antiquissima, et Lamb. edd. at in Cratandri, Ascens. Juntæ, Stephanorum, Manut. Bruti, scribitur *In præsentia:* et hanc veriorem esse scripturam mihi persuasum est. Scio contendere viros doctos de hac locutione *In præsentiarum,* probandane sit necne: qui probant, eam tueri auctoritate tot librorum veterum, in quibus variis in scriptoribus sic legitur, adfirmant: sed in plerisque locis, ut et in hoc, deprehendes varietatem scripturæ. Vide, ut alios omittam, Vossium de Vitiis Sermonis I. 25. et IV. 33. Mihi sane certior et probabilior videtur illorum sententia, qui *In præsentiarum* damnant. Quis *præsentiæ* dixit in numero multitudinis pro præsenti tempore? Novi 'præsentiæ Deorum' pro apparitionibus in Cic. de Nat. Deor. II. 66. sed nihil ad Dionysum. Nil dicam de constructione *In præsentiarum* valde ἀνωμάλῳ, sive per hellenismum sive per ellipsin explicetur. Credo autem a vulgato Latino sacrarum literarum interprete profectum esse hoc loquendi genus, sive id ille hauserit ex corruptis libris, sive ex vitiosa illius seculi loquendi consuetudine: ex illo autem a monachis, qui libros descripserunt, derivatum esse in alios scriptores. *Græv.* Cum Pal. et Gulielm. facit etiam cod. Traj. *Burm.*

Hæc interserere] Secutus sum libros vulgatos, nam tres Mss. habent *intercedere,* unus *interdicere,* quod posterius videtur non esse rejiciendum: ut *interdicere* positum intelligamus pro interea, seu inter illa, quæ sunt nostri instituti operis dicere atque interponere. Quid si legamus *interjicere?* Lamb. *Hæc interdicere* Pith. Duisb. et al. Mss. et edd. Erf. *hoc intercedere.* Edd. plurimæ ante Grut. *hæc interserere:* Crat. ed. *hæc interim dicere:* et sic videtur in venisse in suo codice Cauchius, qui in Cratandri ed. margine nullam hic notavit sui codicis diversitatem, quam ubique diligenter annotavit. Si ex bonæ fidei libro profecta est hæc lectio, non equidem eam contemserim. *Græv.*

Garrulam disciplinam] Hæc in Stoicos. *Lamb.*

Cap. XII. § 17 *Quæ sunt ea? quæ capiunt*] Interrogationis nota est a Lambino, hæretque in Pal. 4. Primæ edd. *hæc sunt ea quæ capiunt,* sicque Pal. 1. nec improbem. *Grut.* *Quæ*

sunt ea? quæ capiunt suffragia populi, et magistratus consilium Cratand. Lamb. Grut. edd. Aliæ vero, *quæ sunt ea, quæ capiunt suffragia populi, et magistratus consilia:* Erfurt. *quæ sunt ea, quæ capio suffragia magistratus.* Hunc locum ubi accuratius perpendi, in eam descendi opinionem, verba ista *ea quæ capiunt* esse ex margine aut nescio quo casu immissa in hunc, quem nunc tenent, locum. Quid enim est capere suffragia populi et magistratus consilia? Cistæ capiunt suffragia populi, cum in illas conjiciuntur; consilia magistratus capiunt templa, et curiæ, in quibus senatus habetur. Sed quid ista ad hunc locum, quamvis dicantur pontes disturbati fuisse, per quos ad suffragia ferenda erat eundum? Itaque legendum censeo, *qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat, quæ sunt suffragia populi et magistratus consilia.* Græv.

§ 18 *Possessionem, aut persecutionem*] Sic restituendum arbitrabatur Æmarus Ranconetus; cui assentior: nam vulgati libri mendosi sunt, qui habent *exsecutionem.* Lamb. Sic Pal. 4. et 6. Vulgata, *actionem aut executionem.* Steph. *act. aut persecutionem,* quod arripuit Lambinus, et præmisit *aut possessionem* e conjectura Ranconeti. Quæ licentia! in nullo certe Pall. comparet vocum illud par. *Grut.* Vulgg. *ejus rei actionem per petitionem, aut persecutionem habeat:* Erf. *num ejus rei actionem, petitionem, aut persecutionem habeat:* Duisb. *num ejus rei actionem, petitionem, aut executionem possessionem habeat:* Pith. *num ejus rei actionem, aut possessionem, aut persecutionem habeat.* Τὸ *per* in nullo nostrorum exstat. Recte Erfurtensis. *Græv.*

Aut judicante] Sic restituit Æmarus Ranconetus: nam libri vulg. habent *aut agente.* Lamb.

Num alio quærente aut agente] Lambinus iterum edidit ex auctoritate ejusdem Ranconeti *quærente aut judicante;* nimis licenter; sane contra omnes Gulielmii Palatinosque Mss. editosque: imo in Pal. 2. non habetur quidem illud *aut agente,* nisi a manu aliena ac recenti; in Pal. 4. ac 6. item Fabriciano, ne a tali quidem. Sed et supra, ubi est *quem non oporteat,* trigam eam verborum spernunt a se Pall. 4. 6. Bruil. fereque est, ut recte. *Gruter.* Al. *num alio quærente. Hæc legibus:* Pith. *num alio quærente, vel agente, vel indicante. Hæc legibus:* Lamb. ed. *num alio quærente aut judicante. Hæc legibus.* Ista verba *aut agente* neque in Erfurt. nec Cauchiano, neque in aliquot Palatinis legas. *Græv.*

Cap. xiii. § 19 *Quod argentario obtuleris expensum*] Pal. 2. ac Bruilerensis, *tuleris expensum,* nihilo pejus, si non melius. *Grut.* Ne in ullo quidem trium nostrorum aliter legitur, quam simplex *tuleris.* Quod quum sit verissimum, ausus fui compositum *obtuleris* amovere. *Gronov.* Quidam Mss. et edd. *argentario obtuleris expensum.* Vere Gronovius ex suis legit, *argentario tuleris expensum;* quod adstruit quoque Erfurtensis et Cauchianus. Vulgati *obtuleris expensum.* Græv.

Cum herede mandati ageretur] Sacrosanctum erat mandati officium, ideoque is infamis erat, qui mandatum susceptum non summa fide atque diligentia persequebatur atque conficiebat. Quamobrem mandati judicium constitutum est, in quo dubium erat, si is qui mandatum susceptum non fecisset, mortuus esset, possetne cum herede mandati agi. Itaque M. Drusus judicium reddidit, id est contra illum judicavit, S. vero Julius non reddidit. *M. Toxites. Mandati judicium* esse judicium depositi censet Aldus Manutius. Sed *mandatum* simpliciter pro depositum accipi non puto. *Mandare aliquid fidei alicujus* pro deponere aliquid apud aliquem recte dicitur: sed non simpli-

citer *mandare alicui aliquid*. *Commendare* in hac notione legitur. Quid sit *mandati judicium* ipse docet Cicero optime pro Roscio Amerino cap. 38. 'Quod cum herede mandati ageretur,' est quod daret judicium mandati in heredem, quod pateretur heredem mandati nomine in jus vocari, fieri judicium de mandato in eum, qui heres illius erat, cui aliquid mandatum fuerat. *Reddere judicium* est, quod Cicero alibi non semel dixit, 'dare judicium' in aliquem. *Græv.*

§ 20 *Numerum cum numero judiciorum proferemus*] Sic omnes Mss. et vett. edd. Lambinus edidit *conferemus*; forte melius, si niteretur fide membranarum aliquarum: nunc cum eæ taceant, præsumptio est ab ingenio ejus provenisse. *Gruter.* Lamb. ed. *num. cum num. conferemus.* In marg. Cratand. ed. *num. cum num. efferemus.* Sed omnes Mss. *proferemus.* Græv.

Et cui morbus causa est] Legendum fortasse est, *et cui morbi causa est*: sic enim loquebantur veteres, et ita M. Tullius in Philipp. I. 'Nec erit justior P. C. in senatum non veniendi, morbi causa, quam mortis.' *Lamb.* Retinuit XII. tabularum formulam, 'Cui morbus ævitasve causa escit.' Quare frustra inclinat Lambinus in *morbi causa est*, contra omnes edd. et maximam partem calamo exaratorum codicum. *Grut.* Erf. *ut major annis LX. et cum moribus causa est*: Pith. *ut major annis LX. et etiam ille, cui morbus causa est.* In Lamb. ed. non legitur *ut*. Græv.

Rem ubi pagunt, orato, ni pagunt, in comitio] Sic Lamb. ex certissima conj. Bosii; itaque heic locum suum dedi; tanto quidem magis, quod nibili donei esset sensus in prius editis. *Rem ubi pagunt oratione pagunt. In comitio, &c.* sic posterius cusi, nam primitus, *rem ubi pangunt orationem pangunt in comitio, &c.* quomodo etiam est in Pall. tribus prioribus: nam 4. *rem ubi paciscuntur in comitio, &c.* quomodo et 6. Fabricianus velificatur veritati, in quo *oratio ni.* Grut. Al. *rem ubi pagunt, oratione pagunt, in comitio*: Erfurt. *rem ubi paciscuntur, in comitio*: Pith. *rem ubi pangunt orationem coram judice in comitio*: Duisb. *rem ubi pangunt oratione, in comitio*: al. Ms. *rem ubi paciscuntur in loco illo comitio aut in foro aut ante meridiem causam conicto.* Græv. Vid. Priscian. l. x. p. 894. ed. Putsch. Quintil. I. 6. pag. 73. Turneb. Adv. XIX. 15. et notas doctor. ad Gell. XVII. 2. *Burm.* *Ante meridiem causam conicito*] Sic habent omnes fere libri Mss. Vulgati *conjicito*: apud Gellium autem l. XVII. c. 2. legitur *conscito*. Revardus Brugensis legendum censet *gnoscito*, seu *cnoscito*, pro *cognoscito*, ut referatur ad judicem: mendose autem typographus impressit *condicunto* in priore editione. Quod autem attinet ad superiora verba, quæ ego sic excudenda curavi, *rem ubi pagunt, orato: ni pagunt, in comitio, &c.* cum libri omnes vulgati habeant, *Rem ubi pagunt, oratione pagunt: in com. &c.* hæc est Sim. Bosii conjectura. Et vero hæc emendatio ita certa est, ut probatione, aut confirmatione non egeat. Sententia autem hæc est: Quo in loco, et apud quem judicem convenit inter litigatores, ut causa agatur, in eo loco *orato*, id est agito. *Ni pagunt*, id est, si nullum pactum intercessit, in loco usitato causam conjicito. *Orare* autem dixisse veteres pro agere testatur Festus. *Lamb.* Mss. *causam conicito.* Quid sit *causam conjicere* non intellexit Aldus, cum exponit 'offerre causam,' cum sit breviter sive summatim in primo judicii initio causam judici exponere, ut Duarenus et alii JCti docti ostenderunt. Apud Gellium vero in optima ed. J. Fr. Gronovii legitur *coniciunto*, non ut in corruptis invenit edd. Lambinus, *cognoscito*. Græv.

Ex conventu, quæ juri] Divinat Gulielmius *ex convento*, indicatque Fabricianum habere *quæ ex jure:* at Pall. 1. ac 2. *de jure:* 3. *jure*, quomodo et edd. primæ: 4. *qui jura:* 5. et 6. *quæ jure.* Grut. Duisb. *ex conventu, quæ de jure:* Pith. *ex conventu, quæ jure:* ut Gulielmius conjecit, sic reperi scriptum in Erf. *ex convento, quæ jure;* quod vulgato merito prætuli. *Græv. Quæ jure* etiam in Ms. Traj. *Burm.*

CAP. XIV. § 21 *An aliorum fuerit statuendi potestas*] Duo optimi sic repetunt *fuerit utilius statuendi.* Gronov. Erf. Cauch. et alii Mss. ut et Crat. ed. *an aliorum fuerit utilius statuendi potestas:* quod Gronov. etiam in duobus Mss. legit. *Græv.* Cum Mss. Gronovii facit cod. Traj. *Burm.*

Deinde quæretur, &c. veniretur. Ab defensore contra refelletur, &c. de qua ante dictum est] Hæc quoque longe aliter in Erf. ac Cauch. constituuntur: *de aliqua prob. causa ab def. contra refell. argum. conj., de qua ante dictum est. Deinde quæretur, pot. vitari, ne in eum locum veniretur:* quod omnino editis anteferendum est. Nam ostendit, quomodo accusatoris suspicio ex conjectura paullo ante allata retundatur a defensore, dum denique subjicit, quod ad hæc non proprie pertinet, *deinde quæretur, potueritne vitari, &c.* In quibusdam assentit Erfurtensi Pithœanus. Nam initio hujus periodi quoque hæc verba collocat, 'de aliqua probabili causa deinde quæretur.' Inferius vero, in his *aliqua probabili causa, de qua ante dictum est,* non legitur *aliqua probabili causa.* In reliquis consentit cum vulgatis. *Græv.*

§ 22 *Cum statuendi non habuerit potestatem*] Cauchius suspicabatur legend. esse *cum statuendi hab. pot.* quia putabat non posse accusari, qui inutile præposuerit utili, si statuendi non habuerit potestatem. Sed alia sententia est hujus scriptoris, nimirum locum communem hic accusatorem habere, quo invehatur in reum, quod inutile utili præposuerit, cum penes illum non fuerit statuere, quid inutile aut utile, aut sit utilius: quod ex præcedentibus etiam liquet. *Idem.*

CAP. XV. *An æque magnum sit*] Prima vocula in nullo apparet scripto: et vel abest plane, vel habetur *si æque:* quod probabiliter ab auctore videtur venisse, ut sæpe notarunt jam docti τὸ *si* pro *an* vitiatum fuisse, et ex ultimis literis verbi substantivi *est* hoc loco potuit esse absorptum. An vero ab postremis literis vocis *æque* credimus elisas literas similes, ut fuerit *æquene magnum?* Videant, quibus copia est consulendi plura scripta exemplaria. Mox etiam nostri tres *suscepisse dicatur,* non *se fateatur,* quod fecerunt posteriores, c. m priores omittant pronomen. *Gronov. An* in Erf. et al. Mss. non habetur; in reliquis meis legitur. Sed in Crat. ed. et Cauch. *si æque magnum sit:* ut et in quibusdam Gronovius reperit. *Græv.* Τὸ *an* et *sic* non habet Ms. Traj. *Burm.*

CAP. XVI. § 23 *De his primum partibus ostendendum est, &c.*] Periodus hæc magistelli alicujus additamentum videri queat; sed non est. Auctor talibus emblematis delectatur. *Grut.*

Considerandum est utrum per culpam . . . num culpam] Solet hic auctor τὸ *an* subnectere præcedenti vocabulo *utrum.* Habeo autem codices duos, in quibus legitur *considerandum est, num p.* Gronov. Vulgg. edd. *utrum per culpam ventum sit.* Sequor ego optimos codices Erf. Pith. Cauch. in quibus est, *primum considerandum est, num culpa ventum sit. Num* etiam est in ed. Crat. *Græv.*

Conveniatne eam satis idoneam causam putari] Ita Pall. tres priores et 5. Fabricianus; neque secus edd. primæ. Illud *causam* primum abjecerat Victorius, resumpseratque Lambinus: non comparet tamen in Pall.

4. aut 6. *Grut.* Sed hic locus varie interpolatus exhibetur in scriptis, quorum unus *satis ignoscendi idon. causam.* At vetustissimus Med. tantum *conveniatne satis idon. putari*, quod in hac varietate prætulerim. *Gronov.* Medic. Erf. Pith. Cauch. edd. Lamb. Cratand. *conveniatne satis idon. putari:* al. *conveniat ne eam satis idon. putari.* Græv.

§ 24 *Aut iracundiam fugisse rationem*] Eleganter et prisce dictum. Sic Catull. de Vari Scorto: 'Fugit me ratio: meus sodalis Cinna est Caius,' &c. et Plautus Amphitr. 'Sciebam equidem nullum esse nobis, nisi me, Servom Sosiam. Fugit te ratio.' Sic iterum Cornificius, sive quis alius, infra lib. II. 'sed me tum hæc ratio fugit.' *Lamb.*

Sed culpa contaminabit] Ita certa et recta est hujus loci restitutio, ut sine codicum veterum auctoritate probanda videatur; et tamen eam confirmant quatuor libri veteres: repetendum est autem *se*, ἀπὸ κοινοῦ. Vulgata tamen *contaminabitur* ferri potest. *Lamb.* Addunt Pall. tres et Fabricianus *personam*, quomodo tamen nulli editi, in quibus ab ultima usque origine *contaminabitur.* Alterum illud substituit ex Mss. suis Lambinus, restatque in Pal. 4. et 5. *Grut.* Vulgg. ut et Mss. Erf. et Cauch. *sed culpa contaminabitur:* edd. vett. *sed culpa contaminabit personam.* Græv. *Personam* addit etiam Ms. Traject. *Burm.*

Cum factum esse constet imprudenter] Addidi ex Fabriciano *imprudenter*, quæ vox excidisse videtur, neque est præter rem. Sic Gulielm. *Grut.* Fabr. Ms. et Grut. ed. *factum esse constet imprudenter:* Duisb. *factum constet imprudenter.* Caussa idonea non est, cur ex uno codice, ceteris invitis omnibus præter Duisb. quem Fr. Fabricii fuisse non levis est conjectura, adjiciatur *imprudenter:* nam sine ullius sententiæ detrimento abest illa vox, imo nihil plane adjumenti affert. Hoc enim ait auctor, accusatori videndum, num si constet rem factam esse, et a reo adferatur, rem factam esse imprudenter, num satis præsidii is habeat in ista imprudentia. *Græv.*

Ea fraudi esse non oportere] Male sic quidem editio Rob. Stephani ac Lambini: sed tamen Pall. nostri omnes, *in iis fraudem esse non oportere:* quod non improbem ob ed. Victorii, in qua item visitur. *Gruter.* Erf. *in ea fraude esse non oportere:* Duisb. et vulgg. *in eis*, vel *iis*, *fraudem esse non oportere.* Sed Cratandri editio stat pro vulgata. In præcedentibus, *et quæ consulto facta non sint*, non agnoscunt copulam optimi libri Erf. et Pith. *Græv.* *In iis fraudem esse non oportere* cod. Traj. *Burm.*

CAP. XVII. § 26 *Enumeratione omnium peccatorum*] Multum est hic de omnibus peccatis agi jubere. Sed scilicet omnia possunt intelligi, ad quæ facinus commissum referri potest. Verum fateor in nullo ex tribus a me istam vocem fuisse conspectam. *Gronov.* Vulgg. *enum. omnium pecc.* Gronovius in nullo suorum codicum ait exstare *omnium.* Gronovianis accedunt omnes mei, ut et Cratandri ed. quibus merito subscribo. *Græv.* Et sic Ms. Traj. *Burm.*

Et edisseretur, num consulto, &c.] Sic omnes libri scripti. *Edisserere*, argumentatione disquirere. *Disseretur* item exstat in edd. primis; nam seqq. *et quæretur.* Grut. Erf. *et quæretur num consulte. Et edisseretur num consulte* ex libris scriptis Gruterus. Sic et omnes mei, nisi quod Erf. corrupte *edisceretur.* Græv. Et *edisseretur* etiam cod. Traj. *Burm.*

CAP. XIX. § 28 *Caussam ostendemus Ulyssi fuisse, &c.*] Erf. et Cauch. *Expositio. Causam ostend. Ulixi* (corrupte *Ulixe*) *fuisse, quare interf. Aj. Ratio.* '*Inim. enim acerr. de medio tollere vol., a quo sibi non immerito sum-*

mum peric. met. *Rationis confirmatio. Videbat illo incolumi se incolumem non futurum.* Hæc varietas digna est, quæ observetur, sive ista verba, quæ in editis non leguntur, profecta sint ab ipso hujus libri auctore, sive a magistro, qui in tyronum gratiam ea margini adscripserit, unde in contextum irrepserint; facem sane junioribus præferunt, ad hæc rectius intelligenda. *Græv.* *Caussam ostendemus U. fuisse*] Ad marginem Voss. 1. eadem manu legitur *propositio, ratio, rationis confirmatio;* unde patet unde in Mss. hæc verba manarint, nam et in Voss. 3. ante τὰ *inimicum enim* legitur *ratio,* et ante *videbat illo* legitur *rationis confirmatio.* In duobus aliis spatium istis vacuum erat relictum. Sic deinceps ad voces *omnes enim, &c.* in marg. Voss. 1. 3. legitur *Exornatio,* et ad voces *si ergo pollicitus sum, &c.* in marg. Voss. 1. *complexio:* unde defluxit in textum Voss. 3. *caussas* Leid. 4. *fuisse* deest Voss. 3. *Oud.*

A quo sibi non injuria summum periculum metuebat] Ergo fatetur accusator Ulyssis, justum fuisse hujus odium, quum ita se Ajax gesserit, ut non injuria tale quid metueret. Quod sane non est aliud, quam totam accusationem corrumpere. An volunt Ulyssem metuisse non injuria, quod nosset ab se irritatum Ajacem esse? Id vero dicit prorsus in sequentibus. Quidquid sit, miror in vetustissimo Medicæo legi *non injuriam, sed summum.* In alio quum sit vulgata lectio, tamen τὸ *sed* ibi superadscriptum; quod ut sine sensu, sic ex veteris codicis collatione vel necessitate sententiæ id factum videtur. Certe non discedens ab sententia præstantissimi Ms. opinor ejecto supplemento, quod passim inculcarunt, legendum *a quo sibi non injuriam, summum peric. met.* Non leve aliquod malum, ut est injuria, quinimmo vitæ ipsius discrimen. Sic cap. 22. fin. 'Non enim reprehensione, ut aliæ complures, sed sua sponte vitiosa est,' ut recte Gruterus interpolatum vehementer istum locum sanavit, ut plene habet unus ex nostris. *Gronov.*

Mors indigna Palamedis testimonium dat] Vox ultima non influit suaviter in aureis, estque in Pal. 1. *testimonium præbet.* Forsan utraque est a librariis. *Gruter.* Ms. Pal. *testimonium præbet:* Cauch. *mors indigna Palamedi testimonium dat;* nimirum *Palamedi* pro *Palamedis,* ut 'Neocli filius' apud C. Nep. et 'Themistocli' pro 'Themistoclis' apud Tullium in Epist. ad Att. ubi alia notavimus. *Græv.*

§ 29 *Ira excitatum homo timidus*] Ms. Med. *exsuscitatum, si homo timidus.* Certe id ipsum verbum aliquoties in his libris occurrit. *Gronov.* Gronovius in Ms. Medic. legi *exsuscitatum* notavit, quod et ego inveni in Erf. et Cauch. Pith. vero *execitatum,* sicut in Cratandr. editur *exuscitatum,* sed *si* in nullo meorum legitur. *Græv.* *Inimicum incolumem*] Malim sic legi, *ira excitatum, inimicum, homo timidus, ... insid. incolumem esse nol.* Lamb. Recte vidit Lambinus hæc parum ordine collocata, medicinam non vidit, quam arbitror immutatione duarum vocum rite adhiberi, si legas, *invidiosus inimicus.* Respondent enim illis supra positis, *injuria lacessitum, ira excitatum.* Sunt enim invidiosi, qui injuria grassati adversus jus et æquum videntur. Si quis tamen mavult *insidiosus,* liceto, dum hoc maneat, scribendum esse *inimicus.* Sic Gulielmius. *Gruter.* Quin mihi videtur *inimicum* esse glossam a magistro inculcatam, ideoque delendam. *Græv.*

Cupide ad inimici perniciem profectum] Convenit hoc cum eo verbo quod in προτάσει est, *vadere.* Malim tamen *provectum:* provehitur enim animus ira aut cupiditate, non proficiscitur. *Gruter.* Itane? Quid ergo est, quod ait illa apud Ovid. 'Ibimus in pœnas, et qua vocat ira, sequemur?' Similiaque infinita. Cic. Inv.

II. 7. 'qua cogitatione et spe ad maleficium profectus sit.' *Gronov.* Lamb. ed. *ad inim. pern. esse prof.* Gruterus *provectum :* sed *profectum* tuetur Gronovius exemplo Ciceronis de Inv. II. 7. *Græv.*

§ 30 *Si ergo pollicitus sum*] Ut in superioribus Erf. et Cauch. præmittunt vocem *Complexio. Intelligamus. Complexio. Si ergo poll. sum.* Græv.

Tum enim complexione] Particula secunda haud dubie inculcata est ad leniendam connexionem periodi hujus cum præcedente. Certe non est in Ms. Medic. In altero est *sed tum compl.* ut pateat quemque pro lubitu adjecisse. *Gronov.* Al. *tum enim complexione. Enim* non est in Erf. nec in Medic. ut Gronovius observavit. *Græv.*

Si res brevior est, ut facile] Vulgg. *si res brevis est, ut facile :* Cratand. ed. *si res brevis est, quæ facile.* Duo præstantissimi codices Erf. et Cauch. *si res brevior est;* nisi quod ab Erf. absit *est.* Græv.

Cap. xx. § 31 *Non indiget reprehensione*] In uno clare lego *reprehensionis;* quod sane statuerem auctoris esse; adeo libens et frequens secundo isto casu utitur. Sic IV. 8. 'non egetis mei;' et cap. 17. 'rationis nullius indiget:' et c. 34. 'non indiget mitigationis.' *Gronov.* Duisb. *indiget reprehensione,* sine neganti particula *non.* Gronov. in Medic. legit *non indiget reprehensionis,* et probat, quia auctor frequenter utatur secundo casu, ut IV. 8. et 17. *Græv.*

Si exempla subjecero, int. dil. pot.] Tres libri Mss. habent, *nisi exempla subj. dil. int. non poteris.* Lamb. Sic et optimi tres mei, Erf. Cauch. et Duisb. Cur tantum consensum spernamus? *Græv.*

§ 33 *Nihil refert, raro id fieri*] Sic reperi in uno libro Ms. Tres alii cum vulgatis congruentes habent *nihil differt,* fortasse non male, et exemplo Græcorum, οὐδὲν διαφέρει. *Lamb.* Non possum, quin et hic tecum communicem non absurdam Erf. codicis scripturam: *Nihil affertur raro id fieri, dummodo aliquando fieri, aut posse modo fieri intelligatur.* Locus sane non est integer. Quomodo enim non differt *raro aliquid fieri* et *aliquando id fieri?* Hoc differt *raro fieri* et *nunquam fieri.* Forte Cicero scripsit, *Nihil affertur: differt raro id fieri, &c. Nihil adfertur* est, argumentatio est nihili, vitiosa. Nam differt raro id fieri, subaudi, quam numquam, dummodo aliquando, &c. *Græv.*

Cap. xxi. *Illo loco nunquam sunt visi*] Nostri omnes *in illo loco.* Gronov. Pith. *illo loco* (sic et vulgati) *nunquam visi sunt:* Cauch. *in illo loco visi sunt:* Erf. Cauch. Pith. Crat. ed. *in illo loco;* quod et in suis Gronovius vidit. *Græv.* Et sic Ms. Traj. *Burm.*

§ 34 *Quid religio*] *Irreligio* habent aliquot Mss. et vulgati codices: sed altera lectio, quæ reperitur item in nonnullis et Mss. et vulgatis, *religio,* non est prorsus rejicienda; dummodo *religionis* nomine, stultam et falsam religionem, et inanem Deorum metum, quam superstitionem appellant, intelligamus. Terent. Andr. 'Nova nunc religio in te istæc incessit.' Lucret. lib. I. 'Tantum relligio potuit suadere malorum.' Nam Epicurus non tollebat preces et vota; et Deum, ut præstantem naturam, veneratione dignum esse existimabat; sed religione tamen, id est, ut ille interpretabatur, inani Deorum timore animos hominum liberos ac vacuos esse oportere dicebat. *Lamb.* Pal. 2. *irreligio;* item Fabricianus, editioque princeps, inclinatque in hanc lectionem Gulielmius: at cum et in pluribus Mss. inveniatur alterum, ei adquieverim, est enim verbum ambiguum *religio.* Grut. Erf. *quid inreligio:* Pith. et ed. Cratand. *quid irreligio.* Græv.

Cap. xxii. *Stultitia est mater, quæ*] Quatuor libri Mss. habent *stultitia*

est mater, atque materies, quæ, &c. Ego nihil muto, verumtamen judicet lector eruditus. Ego vocem *materies* notham et suppositam esse arbitror. *Lamb.* Pith. tres Lambini, et margo Cratand. *stultitia est mater atque materies.* Græv.

Quæ præ ceteris parit immensas cupiditates] Sic restitui ex Erf. Cauch. et edd. Crat. et Lamb. Vulgatæ deleverunt *præ ceteris*, immerito. Duisb. *immensæ cupiditates.* Idem.

Cæsa cecidisset abiegna, &c.] Sic habent tres libri Mss. et ita iidem versus leguntur lib. III. de Nat. Deor. neque quemquam movere debet vox *trabes:* nam *trabes* dicebant veteres numero singulari in recto casu. Jam vero hi versus ex Ennii Medea sunt, ex Euripidis Medea non ita ut verbum verbo sit redditum, expressi: Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος, κ. τ. λ. Μηδὲ ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε, κ. τ. λ. *Lamb.* Erf. *Cæsæ cecidisset abiegna ad terram trabes:* Pith. *Cæsæ cecidisset abiegnæ ad terram trabes:* Duisb. *Cæsæ excidissent abiegnæ ad terram trabes.* Vulg. *Cæsæ cecidissent abiegnæ ad terram trabes.* Græv.

Argo, qua vecti Argivi delecti viri Petebant illam pellem inauratam arietis] Erf. Cauch. et Pith. *Argo qua* (in Erf. *qui*) *Argivi* (Pith. *Argivis*) *in eadem lecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis.* Forte scribend. *Argo qua Argivi mille delecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis. Mille viri,* hoc est multi viri, ut 'sexcenti viri' Tusc. Q. I. 20. Corrupte quoque legitur, *Argo, quia Argivi in ea delecti viri Vecti, petebant, &c.* Idem. *Petebant villo pellem inaurato*] Sic reposui, Æmari Ranconeti approbata conjectura. *Lamb.* Erf. et Pith. *Petebant pellem inauratam arietis :* ed. Crat. *Petebant illam pellem auratam arietis :* Lamb. ed. *Petebant villo pellem inaurato arietis.* Græv.

Quod esset satis curasset poëta] Arridet animo meo scriptura Palatina, *quod satis esset curarent poëtæ:* ita enim codex numero 1. 4. 6. *Gruter.* Tres Pall. *quod satis esset curarent poëtæ.* Sic et Erf. cui obsequor. *Græv.*

Medea. Ergo] Ita expressi, secutus Pall. sex, qui heic quidem habebant *animo ægro, amore sævo saucia,* non etiam superius: at ibi proprie babere locum, non etiam heic, nemo non videt, ideoque etiam non habet Victoriana. *Gruter.* Erf. *Medea homo ægro amore saucia:* Duisb. *Medea ægro amore saucia :* Vulgg. *Medea animo ægra, amore sævo saucia.* Non omittenda fuerunt, *amore saucia.* Rectissime hic locus scribitur in Pithœanis excerptis, *Utinam ne hera errans mea, domo efferret pedem Medea amore saucia.* Nam non addendum fuisse *animo ægra,* quod pleræque præ se ferunt edd. ante Grut. ex præcedentibus patet. Id enim, quod addiderit hæc, reprehendit in Ennio, et dicit dicendum tantum fuisse *Medea amore saucia ;* idque suffecisse, quia amor non possit esse sine ægritudine. Male igitur hæc verba *amore saucia* ex recentioribus edd. fuerunt expuncta. *Græv.*

Non enim reprehensione, sicut aliæ complures, &c.] Editi posteriores *reprehensione eget, sicut, &c.* sed verbum illud *eget* non babemus in edd. primis, in Pall. aut Bruilerensi ; estque magistelli alicujus. *Gruterus.* Edd. multæ, *non enim reprehensione eget.* Grut. Nec nostri codices *eget* agnoscunt, nec ed. Crat. *Græv.* Nec Ms. Traj. *Burm.*

Sed sua sponte vitiosa est] Vocula *sed* non extat in Pal. 1. neque requisiverim. *Gruter.* Non delet Duisb. sed melius collocat hanc particulam, meo quidem judicio : sic enim ille, *sed sicut aliæ compl. sua sponte vitiosa est.* Græv. Vid. Gronov. supra ad cap. 19. *Burm.*

CAP. XXIII. § 35 *Immœne est fa-*

cinus] Cum hi versus sint in Trinummo Plauti: apud Plautum autem in exemplaribus antiquis scriptum esse sciam, *Immœne est facinus*, quod valet 'immune:' nam veteres dicebant 'mœnus' pro 'munus,' et 'mœri' pro 'muri,' et 'pœnio' pro 'punio,' &c. idque notavimus in commentariis nostris Lucretianis cum alibi, tum ad illum locum, 'belli fera mœnera,' initio lib. I. cum præterea doceat Pompeius Festus, *immunis* aliquando poni pro improbo, testemque citet hunc locum Plauti; ego, repudiata vulgata lectione, antiquam et rectam reposui, *Immune*, seu quis malet, *Immœne est facinus:* neque tamen me fugit, vulgatam ferri posse, ut *immane* positum esse intelligamus pro magno, quemadmodum apud Horat. Od. I. 27. 'Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat.' Idem Sat. II. 4. 'Immane est vitium dare millia terna macello,' &c. Sed quid attinet incerta et probabilia pro certis et veris consectari? *Lamb.* Grut. et aliæ edd. *Immane est facinus:* Lamb. ed. *Immœne est facinus.* Lamb. In emendatis edd. Plauti legitur sane *Immune*, aut *Immœne:* et sic hic legendum esse jam olim ad hunc Plauti locum monuerat magnus Camerarius. *Grævius.* *Immœne est facinus*] *Immune facinus*, certissimis adductus rationibus, edidit Lambinus, quibus cum accedat Festi auctoritas, nulla mihi caussa visa est, cur ab illius sententia discederem; itaque *Immune facinus* curavi edendum. Certe jam pridem Plauti locum ita Joachimus Camerarius emendaverat; qui, cum in vet. exemplaribus *Immœne* prisco more scriptum inveniretur, pro *Immune*, factum esse ait, ut a deceptis sententiæ affinitate et litterarum, in *Immane* depravaretur. *Brut.*

Concastigabo pro commerita noxia] Libri veteres *pro commissa*, non recte; et aliter in Plauto ipso: adde quod verbum *commerendi* habitat in re mala et flagitio. *Gruterus.* Multæ edd. *Non castigabo pro commerita noxia:* al. *Castigabo pro commerita noxa:* al. *Non castigabo pro commerita noxia:* Erf. *Concastigabo pro commissa noxia.* *Commissa* est etiam in Pith. et margine Crat. *Grævius.* *Pro commissa* Ms. Traj. *Burmannus.* *Non castigabo*] *Concastigabo*, discedens a lectione vulgata, lego, ex certa ratione, et auctoritate veterum exemplarium, in his, duorum Gryphii B C; in quibus etiam *commissa noxia*, pro *commerita*, legitur. Neque est prætereundum, a Lambino, quo sententiam expleat, quæ male ita imperfecta relinquebatur, alterum versum ex Trinummo adjectum, probabili in primis conjectura, cum ita locus usurpatus esset, incuria, atque oscitantia librarii mancum fuisse descriptum. Is autem versus est, *Invitus ni id me invitet ut faciam, fides:* qui optime totam Plauti sententiam concludit. *Brut.*

§ 36 *Instare globoso prædicant volubilem*] Male et contra libros, qui rescribunt *volubuli:* nam alterum illud epitheton fortunæ proprium. Interim mirandum est Mss. omnes habere *Saxique instar globosi esse volubilem:* ita sane melioris notæ, hoc est originis Germanæ libri: quippe Italiæ quidam aut *prædicant* interjiciunt, aut *dicunt.* Gruter. Erf. et Cauch. *Saxoque instare in globos posse dicant volubili.* Ad *posse* adscribitur varia lectio in Cauch. *esse;* et pro *saxoque*, *saxeque.* Pith. *Saxi quoque instat globosi esse volubilem prædicant:* Cratandri margo, *Saxique instar globosi prædicant volubilem:* al. *Saxeoque instare globo prædicant volubili.* In libris melioris notæ omitti *prædicant* testatur Gruterus. Cur ergo retinetur? *Græv.* Cod. Traj. consentit Mss. Gruteri, nisi quod *prædicant* servat. *Volubili* etiam Demster. ad Rosin. II. 16. p. 163. *Burm.*

Ob eam rem esse iterant] *Memorant* legendnm putat Auratns, quasi vulgatam lectionem *iterant* refellat ratio et lex bornm versuum. Ego nihil muto: sunt enim trochaici. *Iterant* autem, id est, iterum atque iterum dicunt. *Lamb.* Pith. *ob eam rem dicunt.* Græv.

Miseriam esse ullam, sed, t. &c.] Sic editi a Victorio, nisi quod habeat priore versu *fortunam;* quod modo item est in omnibus membranis nostris; quarum antiquiores plane præferunt, *Ullam esse miseritatem aut humanitatem, sed, &c.* quæ lectio sane contemnenda minime videtur: imo amplectenda venit: nam quid nobis cum versibus? alius quis ipsos constituat. Manutius edidit, *Materiam esse ullam, sed, &c.* vulgata vetus præfert, *fortunam negent Ullam esse, sed tem.* Gruter. Vulgg. *Miseriam esse ullam, sed, &c.* Magna etiam est in nostris libris varietas. Erf. *Ullam miseram esse, temeritate esse autumant id magis:* Pith. *Ullam esse miseriam atque humanitatem, sed, &c.* Cauch. *Ullam esse miseritatem, sed, &c.* Ego non dubito, quin *miseriam, miseritatem, miseram,* perperam hic sint a sciolis intrusa. Quid enim hic faciat *misera* fortuna? Imo Pacuvius dixit esse philosophos quosdam, qui negant esse quandam Deam, quæ Fortuna dicitur vulgo. Idem dixit quod Juvenal. Sat. x. 'Nullum numen habet, si sit prudentia; nos te, Nos facimus, Fortuna, Deam, cœloque locamus.' Fortuna, non es Dea, ut homines putant, nec ullam habes divinam potestatem in homines, qui sapiunt. Vulgus te Deam fecit. *Miseram* quoque non agnoscit Lambinus et Petrus Scriverius in Collectaneis veterum tragicorum. *Græv.*

Naufragio res contigit nempe: ergo haud fortuna obtigit] Pal. 4. *factus est mendicus modo. Naufragos nempe res ista contigit: ergo id non forte neque fortuna obtigit:* et vero Pal. 6. habet item inter lineas, *medicus modo Naufragus, &c.* at Pal. 5. *Naufragio nempe res ista contingit: ergo id fluctu non forte aut fortuna obtigit.* Gulielmius e varietate suorum istud eruebat, *Naufragio contigit: ergo id non forte aut fortuna obtigit:* ut det *contingere* temeritati, fortunæ *obtingere.* Gruter. Pal. 4. *Naufragos nempe res ista contigit: ergo id non forte neque fortuna obtigit:* Pal. 5. *Naufragio nempe res ista contingit: ergo id fluctu, non forte aut fortuna obtigit:* Cauch. *Naufragio nempe res ista contigit, ergo id non fructu forte aut fortuna obtigit:* Pith. *Nempe res ista contigit ergo re fluctu, nonforte aut fortuna obtigit.* In Collectaneis veterum tragicorum Scriverii, *Naufragio hæc res contigit, &c.* Erf. *Naufragio nempe rem ergo id fructu forte aut fortuna obtigit.* Quos centones assutos esse huic loco existimo, et legend. *Naufragio res nempe, haut ergo fortuna obtigit.* Vulgatam tamen retinui, nisi quod aliter interpunxerim. *Græv.* Cod. Traj. *Modo naufragio nempe res ista contigit: ergo id non forte nec fortuna obtigit.* Burm.

Cap. xxiv. § 38 *Si probus est, bene locavi*] Adverbium *bene* in nullo Ms. reperi; et puto absurdam esse accessionem. Innuit enim sic locasse et hac conditione, si probus foret, ubi locum non babet ea particula. Itaque unus simpliciter habet, *si probus est, locavi.* Sed Medicæus cum altero *si probus est, collocavi;* quod præferendum puto. *Gronov.* Vulgg. *si probus est, bene collocavi:* Cauch. Erf. ac Medic. notante Gronov. *si probus est collocavi:* Pith. *si probus est te collocavi:* omnium optime. In sequentibus, *autem* non est in Erfurt. et Cauch. et id recte. Hi vero versus petiti sunt ex Ennii Cresphonte: quam fabulam laudat Nonius in 'Nitidant' et 'Sortiunt.' *Græv.* Cum Mediceo facit Traj. *Burm.*

Cap. xxv. § 39 *Ab iracundia inductus peccavit*] Optime Erfurten. et Cauch. *ab irac. deductus pecc.* Qui

immutarunt, nescierunt *deduci* nonnunquam poni, pro auferri, abduci, seu, ut barbare nunc loquuntur, seduci. Cic. ad Fam. XIV. 4. 'Nos Brundisii apud M. Lenium Flaccum dies XIII. fuimus, virum optimum; qui periculum fortunarum et capitis sui præ mea salute neglexit: neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitii et amicitiæ jus officiumque præstaret.' In Tusc. Q. l. II. 'Cum a Zenone didicisset fortissimus esse, a dolore deductus est.' Sed exempla hujus notionis alibi attulimus plura. *Græv.*

Impune maxima peccata dilabentur] Locus satis incertus, quem sic posteriores constituerunt, quum priores habuissent *impune in maxima.* Hos præpositionem quidem illam omisisse satis credo ex auctoritate codicum veterum. Sed nosse oportet in illis, quum omittitur præpositio, etiam legi *diluuntur,* ut vidi in uno, vel *diluentur*, ut est in Med. quum in tertio diserte sit, *impune in max. pecc. dilabentur ;* quod ego mutandum non opiner, quum tales instar fluvii fundentis se in varia divortia, discessuros dicat in varii generis sed maxima vitia, habentes parata patrocinia. *Gronov.* Erf. Cauch. et nonnulli alii Mss. ut et ed. Med. *impune max. pecc. diluentur:* al. *impune max. pecc. diluuntur:* editi nonnulli, ut Rob. Steph. et Francofurt. *impune in max. pecc. dilabentur.* Sed Victor. et Car. Stephani aliæque vulgatam tuentur. *Græv.* Vulgata est etiam in Ms. Traj. nisi quod *dilabuntur* pro *dilabentur* in eo legatur. *Burm.*

§ 40 *Cum te expetebant omnes*] Hæc sunt ex Thyeste Ennii; suntque Atrei verba ad Thyesten. *Lamb.*

Sola ut restituam paro] Quæ est illa *sola?* Pith. exc. *summo periculo solis ut restituam paro:* Erf. *summo periculo solus ut restituam comparo.* Si non obstaret metri ratio, hanc lectionem aliis longe præferrem. *Comparo* sc. quæ ad restituendum te requiruntur. Sic sæpe simpliciter 'comparo' ponitur. Cic. pro Milone: 'Paulisper dum se uxor, ut fit, comparat:' ubi nonnulli codd. *paulisper dum uxor, ut fit, comparat.* Idem pro Plancio: 'Habere cœpit subito (sc. comitia), præter opinionem omnium, ut ne si cogitasset quidem quispiam largiri, daret spatium comparandi.' *Græv.*

CAP. XXVI. § 42 *Aperte fatur dictio*] *Dictio,* id est oraculum. Sic est autem legendum; itaque habent omnes libri et Mss. et vulgati. Nam quod in priore editione *Pythius* operæ excuderunt, hinc natum est. Ego e regione vocis *dictio*, cujusdam amici mei conjecturam annotaram, qui putabat legendum *Pythius:* quod cum postea rejecissem, neque funditus delevissem, operæ hoc incertum pro illo certo impresserunt. Præterea hoc admonendus est lector, (quod Errico Memmio viro ornatiss. et clariss. nuper in mentem venit) *Apertæ* hoc loco cum diphthongo scribendum esse in postrema syllaba, et majuscula litera in prima, ut per *Apertam* Apollinem intelligamus, non *aperte*, quasi sit adverbium. Sic enim Festus: 'Apellinem antiqui dicebant pro Apolline. Aperta item Apollo dicebatur, quia patente cortina responsa ab eo dabantur.' Itaque *Apertæ dictio,* id est, Apollinis oraculum, vel hoc totum, *Apertæ dictio*, periphrasticῶs, id est, Apollo vaticinans, qualia sunt illa, 'sententia dia Catonis,' apud Horat. et 'Democriti quod sancta viri sententia ponit,' apud Lucret. *Lamb.* Ingeniose quidem Memmius *Apertæ,* id est Apollinis: sed quia in nullis libris ita legi video, recipere dubitavi. *Gruter.* Edd. Lamb. *Apertæ fatur dictio.* Græv.

Esse mea, me æquum est frui] Sic, quantum scio, primus dedit Gruterus, ante quem legebatur *nam me:* quod quum non testetur ex Mss.

se fecisse, colligo metri causa id illi placuisse. Sed quum in versu hoc queant supponi tot elisiones, tot syllabarum contractiones, ut fere captari studiose videantur ab auctore, omnino æquissimum reor ab ipsis scriptis non discedere; in quorum tribus apud me video *esse mea: me enim æquum est frui.* Gronov. Locus in mendo cubat in omnibus edd. Pulcherrime restituitur ex præstantissimo illo Erf. in quo sic scribitur, *Quem ego me profiteor esse.* Non profitebatur arma sua esse, de quibus disceptabatur, sed profitebatur, se talem esse, qualis fuerit, qui gessisset arma, ideoque ex responso Apollinis sibi ea deberi. Pro sequentibus, *me æquum est frui,* Duisb. *me æquum est enim frui:* al. *nam me æquum est frui.* Sed nec *nam* nec *enim* habetur in Erf. intrusum est, quia in præcedentibus *me* degenerarat in *mea.* Totus versus sic scribendus esse videtur, *Quem ego profiteor esse me. Me, me æquum est frui: Fraternis armis.* Græv.

Fraternis armis] Auratus legendum censet *Paternis armis,* quia ibi loquatur Neoptolemus Achillis filius, armaque paterna poscat, et sua esse dicat. *Lambin.* Non variant nostri, ideoque admittere non ausus sum Aurati conjecturam *Paternis:* potuit enim illa heic petere Ajax Telamonius, Achilli patruelis. *Gruter.*

Quare accusem hunc, nequeo exputando evolvere] Ego ex Pacuvii hæc esse puto in armorum judicio: hujus autem versus restitutio debetur partim Aurato, partim libris Mss. Nam quod ita reposuerim, *Quare accusem hunc,* in eo Aurato assensus sum, rejecta vulgata scriptura, *Qua causa, &c.* Quod autem *exputando,* pro *exponendo,* excudendum curavi, trium codicum Mss. auctoritatem secutus sum; quibuscum et nonnulli vulgati congruunt. Mihi tamen non displicet cujusdam doctissimi viri conjectura, cui potius ita legendum videtur, *Quare hunc accusem, nequeo putando evolvere.* Lamb. Sic quoque Lambinus et inde Gruterus, quum priores editi simul et Mss. *qua causa;* id quod detrectaverunt retinere, quia tunc syllaba una videretur superfutura, inani sane prætextu, quum et illud *Qua* potuerit fuisse finis versus præcedentis, ut hic versus ab *causa* incipiat, vel magna possit esse elisio in verbo *nequeo.* Sed hic rursum turbæ, quum id verbum in nullo sic exstet Msto, et tota hæc copia consentit in *tum id* vel *tamen id* contracte ita scriptum *tñ id.* Unde ego non dubito, quin scripserit poëta, *timeo exputando evolvere,* quod usurpaverit pro nolo ac detrecto, ut apud Livium occurrit verbum 'metuo,' de quo pater in notis ad l. XXXII. c. 31. *Gronov.*

Quid eum accusem, qui id parvi auditu existimet] Melius Erf. *quid eum accuses:* sicut et statim eodem modo post in eodem codice scribitur, *quid parvi auditum existimet:* leg. *qui id parvi auditum existimet:* qui id auditum existimet parvi. Nam *auditu* unde pendeat non video. *Græv.*

Cap. XXVII. *Quid quod postea ait*] Rectius hic quoque Erf. *postea quid ait?* nec invenuste margo Crat. *Quid postea? quid ait?* Hujus scripturæ vestigia sunt in Duisb. *Quid quod postea quid ait?* Græv.

§ 43 *Et in hujusmodi deprehensione ostendemus*] Hæc omnia absunt ab Erf. et Cauchiano, et poterunt abesse, credoque a magistro quodam esse inculcata. Nam si quis orator hæc in adversarii oratione deprehendat, sine ullo monitu et præcepto hoc ostendet: in sequentibus *eos* in Duisburg. non habetur. *Idem.*

§ 44 *Si sit usque in eo occupatus*] Ita libri nostri antiquiores, sine illo *adeo;* quod recte abjecit Lambinus, sed perperam alia illa sua inculcavit, non requirente sententia, aut juvantibus libris. *Gruter.* Edd. multæ, *si sit usque adeo in eo occupatus.* Erf.

non agnoscit *adeo*. Græv. *Usque adeo in eo*] Fortasse legend. *usque in eo*, deleta particula *adeo*. Proximo versu autem, inf. *quod multi faciunt* habent libri veteres duo; pro quo vulg. *ut multi faciunt*. Lamb.

Cap. xxviii. § 45 *In altera re, curet enumerare*] Quid est *curet enumerare?* per quem orator curat enumerare? an non ipse enumerat? Erf. *in altera se vera curet enumerare:* Cauch. *in alteram re vera cur&* *enumeret:* Crat. ed. *in altera re vitet vel curet enumerare*. Puncta subjecta notant vocem esse delendam. Auctor scripsit, *in altera re vera, curet et enumeret*. Curet commoda vera, de iis cogitet, ac enumeret. *Græv.*

In altera re incommoda sint velut depressa prætereat] Hæc *velut depressa* mihi dudum fuerunt suspecta. Erf. *in altera incommoda sint et quam velint depr. prætereat*. Puto veram scripturam fuisse, *in altera re incomm. sint, et quæ velint depr. præterea*. *Depressa* hic est suppressa. *Idem.*

Albensibus an Venusinis] *Vejentanis* restitui, cum in libris fere omnibus legatur *Vegentinis*, plane mendose. Jam paullo post, ubi vulgo legitur *populo Ro. profuerunt*, libri Mss. habent *populo Ro. præsidio fuerunt*. Lambin. Pal. 1. *Vesetinis: 2. Vecetinis an Penensibus, quod, &c.* 4. *Venussinis an Pennensibus, quod, &c.* uti et videtur fuisse a m. pr. in Pal. 6. Pal. 5. enim *Vejentinis an Pennensibus:* et vero *Pennenses* hos agnoscit Bruilerianum quoque exemplar, et videtur postliminio inserendum hisce nostris libris: nam ponuntur iidem a Plinio sub regione iv. Italiæ: sed ibidem scribitur *Pinnenses*. Gruter. Exemplum hoc satis obscurum videtur illustrari ex Diodori lib. xxxvii. inter Peiresciana: Ὅτι οἱ Πιννῆται δειναῖς συνείχοντο συμφοραῖς, ἀμετάπιστον δὲ ἔχοντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν, ἠναγκάζοντο κατεξανίστασθαι τῶν περὶ τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ περιορᾷν τὰ τέκνα στερισκόμενα τοῦ ζῆν ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν γεγεννηκότων. Ceterum quod in sequentibus dicitur, videtur corruptum, nec placuit Latinis *reipublicæ et populo Romano*, sed *reipublicæ populi Romani*, quod ortum fuit ex compendio notarum in scribendo. *Gronov.* Erf. *Albensibus an Vestinis pennensibus:* Cauch. *Albensibus an vestinis an Penninensibus:* Pith. *Albinis an Numantanis an pennensibus:* Duisb. *Albensibus an Vegientinis:* meus *Albensibus an Vegentinis*. In margine al. *Venusinis*. *Pennensibus* ergo in tribus, iisque optimis, Erfurt. Cauch. Pithœi. Videntur iidem esse quos Diod. Sic. lib. xxxvi. in Peirescianis Excerptis p. 398. *Pinnetas* vocat, quem locum Gronovius ad hunc illustrandum produxit. Dein Erfurtensis, ut legendum conjecerat Gronov. omissa copula scribit, *quod reipub. pop. Rom. profuerint*, ut et cod. Cauchii, in quo *quod reip. pop. R. profuerint*. Edd. et Mss. multi *quod reip. et populo Romano profuerunt*. Græv. *In* pro *et* est in Ms. Traj. *Burm. An Venusinis*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. ed. Omnib. *an Vegentinis:* 4. *Vegientinis*. Voss. 3. *Venusanis*. Sed addit ille *an peanensibus:* 2. *an penensibus*. Vid. Comm. *Oud. An Venusinis*] *An Vejentibus* Ald. Victor. *an Vestinis, Petinensibus* Gryph. B. *an Vestinis Pennensibus* Gryph. C; pessime omnium. Nonnulli habent excusi *Vegentinis: Vejentanis* Lambinus emendat. Plin. quidem iii. 12. *Vestinorum* alios *Angulanos*, alios *Pinnenses*, alios *Peltvinates*, facit, atque in quarta regione Italiæ constituit, in qua pariter *Albenses* ad Fucinum lacum recenset. Ita quantum ad hunc locum pertineat, videtur id ob eam caussam dictum, quod cum inter duodecim colonias, quæ bello Punico secundo militiam detrectaverant, *Alba*, unde æque et *Albani* et *Albenses* dicuntur, enumeretur, in his *Vestinorum* nulla mentio fit. Quorum tamen, ut fatear,

quod meritum adeo insigne in rempub. fuerit, ut Albensibus de populo Romano male meritis opponi debuerint, neque scio, neque divinare facile cuiquam puto. Cum autem ea vis hujus præceptionis sit; ut cum controversia sit instituta, utri major honos sit habendus, ne honestandi alterius caussa de altero, etiam cum facultas sit idipsum agendi, quidquam dicere cum contumelia necesse habeamus; locus videtur postulare, ut in horum alteris sit, quod minus recte commemorari possit: quibus objici quidquam, cujus rei præsertim sit memoria oblitterata, immane, ac barbarum est. *Brut.*

Qui dicat alteris habendum] Sic scriptum reperi in uno cod. Ms. Sed, ut ingenue fatear, videbatur alia manu adscriptum. Omnino potest abesse *habendum*, et facile subintelligi, et repeti ἀπὸ κοινοῦ. Lambin. *Et is qui dicat ab alteris alteros lædat* legitur in Ms. cum in aliis desit particula *ab*, omissa, ut videtur, a librariis. *F. Ursinus.* Mss. et edd. pleræque, *et is, qui dicit alteris alteros lædat:* Lamb. ed. *is qui dicat alteris habendum.* Ego fide Erf. Cauch. et Duisb. delevi copulam *et*, quæ hic plane insulsa, et vocem *alteris*, et pro *dicit* rescripsi *dicat*, et sic plane etiam Cratandri ed. *qui dicat alteros lædat.* Quid est *dicere alteris?* Græv.

Vocabulo ejus rei] Duas ultimas voces in nullo vetusto inveni. *Gronov.* In Erf. etiam non habentur duæ ultimæ voces, quas nec in suis Gron. reperit, sed in ceteris meis extant. *Græv.* Vide Gron. inf. ad l. III. c. 13. *Burm.*

Cap. xxix. § 46 *Ex judicatis et ceteris rebus*] Hanc lectionem in nullo cod. observavi, sed quum varie verba ista et digerantur et exhibeantur, omnes tamen pro primo vocabulo retinent *et*, quod nec in edd. aliis mutatum est, quam Gruteri. Porro unus mox *iis generibus*, quod sane perplacet. *Gronov.*

Quæ non ut quidque primum] Mss. tres *quæ non quod quidque pr.* Gronov. Erf. Cauch. et quos Gronovius consuluit, *quod quidque:* sed in Cratand. ed. legitur, *quæ non quicque quod primum:* ubi Cauchius in margine, cum in cod. suo reperisset *quidque*, conjicit scribendum esse, ut ex aliis postea rescripserunt Lambinus et Gruterus. *Græv.* Ms. Traj. *quæ non quod cumque pr.* Burm. Erf. Cauch. et Crat. ed. *quod quidque primum dictum est complectitur.* Equidem non improbo: nam *primum* subauditur commode. *Græv.*

Cap. xxx. § 47 *Ordine, quicquid erit dictum, referamus*] Erf. et Cauch. *ord. quicq. erit referemus:* Duisb. *ord. quo quicq. erit dictum, referemus:* ed. Wechel. *ord. ut, quicq. erit dictum, referamus:* Lamb. ed. *ord. quicq. erit dictum referimus.* Itaque sic rescripsi optimorum codicum auctoritate. In vulgatis est *referamus.* Addit Duisb. *quo et ordine quo quicquid erit dictum, referemus.* Sententia hanc voculam requirit. Quæ et restituenda est ex eodem codice paullo post, *Ordine breviter exponendæ sunt res, quo tractatæ erunt in confirmatione.* Edd. *quæ tractatæ erunt;* perperam. Sed pro *quicquid* censeo scribendum *quidque*, ut in paullo præcedentibus verbis, *Complexio vitiosa est, quæ non ut quidque primum dictum est, primum complectitur.* Idem.

Facta enim et dedita opera] Plerique Mss. et edd. *ficta enim et dedita opera.* Quæso te quid hic *ficta oratio?* Num falsa et fictitia? Nam qui exponunt *ficta* domi excogitata, nugantur. Optime et verissime Duisb. *Facta enim et dedita opera comparata oratio videbitur esse.* Qui non intellexerunt quid sit *facta oratio*, id interpolarunt. *Facere orationem* est magno studio et cura illam elaborare et expolire; Cic. Orat. 'Omitto Isocratem discipulosque ejus Ephorum et Naucratem, quanquam orationis faciendæ peritissimi.' Gellius XVIII. 22. 'Id quoque

habitum est in oratione facienda elegantiæ genus:' in exornanda oratione. Male politissimus Rutgersius Var. Lect. IV. 19. τὸ *facienda* delendum censet, tanquam glossema. Sed clarissime Cic. in Bruto, 'Sed ut intellectum est, quantam vim haberet accurata et facta quodam modo oratio.' Sic et Quintil. 'Nam illa quæ curam fatentur facta et composita etiam videri volunt:' ubi itidem corrupte *ficta* legitur, quod jam olim incomparabilis Scheelius observavit. Πεποιημένη λέξις eodem modo apud Longinum et alios Græcos scriptores. Transfertur etiam ad homines, qui subornati et præparati ad aliquid efficiendum veniunt. Cic. ad Att. II. 24. 'Et qui illuc factus institutusque venisset, primum Cæpionem de oratione sua sustulit.' *Græv.*

Aut artificii significandi, aut ingenii vend., aut memoriæ ostentandæ] Sic Lambinus, unde excepit Gruterus, quum ante non exhiberetur prius *aut*, secundum vero alii retinerent, alii pro eo *ingeniique*, ut est in Victoriana. Pro tertio alii *vel mem.* alii *et mem.* Sed pace illorum, qui tam lepide hanc particulam digesserunt, nullus ita nostrorum codicum. Certe prius *aut* legitur nullibi, ut plane isto non egeamus: pro secundo est vel *ingeniique vend.* vel *ingenii vend.* Tertii loco habent omnes tres *memoriæ ostendendæ.* Unde videtur manus auctoris fuisse, *artif. signif. ingeniive vend. et memoriæ ostendendæ caussa.* Nam hoc satis est, nec frequentativum requiritur, ut patebit ex l. III. c. 1. *Gronov.* Grut. et Lamb. edd. *aut artif. signif., aut ingenii vend., aut memoriæ ostentandæ:* aliæ edd. *artif. signif., aut ingenii venditandi, vel memoriæ ostentandæ:* Erf. et alii Mss. *artificiis significandi, ingenii vend., memoriæ ostendendæ caussa.* Cauch. cum Crat. ed. *artificii significandi, ingeniique venditandi, et memoriæ ostentandæ caussa:* quibus adstipularer, nisi Pith. et Duisb. retinerent ultimas duas disjungentes particulas. Gronovius, cum in suis etiam varietatem istam deprehendisset, scribendum censebat, *artificii significandi, ingeniive vend., et memoriæ ostendendæ caussa.* Græv. In Ms. Traj. tribus his locis deest vocula *aut.* Burm.

Amplificatio est res, quæ per locum communem] Nec Erfurt. nec Cauch. nec Cratand. ed. τὸ *res* agnoscunt, et debet sane abesse, ut nemo diffitebitur, qui hujus scriptoris ingenium non ignorat. Paullo ante, *enumeratio, per quam colligimus.* Hic poterant itidem intrudere *res.* Græv.

§ 48 *Aliter judicatum*] Id est, secus, quod valet 'male judicatum.' In uno libro quidem Ms. legitur *non recte jud.*, pro *aliter jud.* Lamb.

§ 49 *Ex consilio factum*] Sic legendum est, non ut vulgo, *ex consulto.* Licet etiam legere *consulto*, detracta præpositione. *Lamb.* Sic Pall. omnes. Lambinus supposuit *ex consilio.* Non video quare. *Ex consulto*, ut 'de industria.' *Grut.* Grut. et al. edd. *ex consulto factum:* Lamb. ed. *ex consilio factum. Ex consulto* posset quidem ferri, quia præpositio, quæ communius omittitur, necessario subauditur: *consulto* enim est 'ex consulto consilio.' Sed tamen antiquissimi codices aliud suadent. Erf. et Cauch. *cum ostendimus et consulto factum, et dicimus:* sed rectius Pithœi excerpta, *cum ostendemus esse consulto factum et dicemus:* quod recepi sine ullo scrupulo; sed et ex Erf. *ostendimus* et *dicimus.* Græv.

Quod genus injuriæ mulierum aut earum] Erf. Cauch. et Duisb. *quod genus injuriarum aut earum:* Pith. et Crat. ed. *quod genus injuria mulierum.* Novi propter injuriam mulieribus illatam, et pudicitiam earum violatam, bella esse orta, et eversa regna et dominationes. Exempla quis ignorat, qui vel Tarquinios et decemviros Romanos, aut bella Lacedæmoniorum

et Messeniorum novit? Probabilior tamen est Erf. Duisb. et Cauch. codicum scriptura, *quod genus injuriarum, aut earum.* Quod est, cujus generis sunt injuriæ, aut tales res, propter quas bella suscipiuntur. *Idem.*

Propter intemperantem superbiam] Legendum forte est *intemperatam,* id est immoderatam, seu indomitam: vel dic intemperantem, id est impotentem. *Lamb. Imperantem* admisi fide Pal. 4. neque aliter Bruil. Prius cusi *intemperantem.* Supra etiam reposui *sacrum legere* ex Pal. 2. ac Fabr. alludebatque Pal. 5. in quo *sacram legem:* sed et præterea rescribendum *stuprare ingenuum,* e Pal. 4. et nescio quo Gulielmiano. Mox scripsi *solitudine,* pro *solicitudine,* volentibus Pal. 1. 2. 5. *Gruter.* Erf. *inperantem:* Pith. *intemperatam:* Grut. ed. *imperantem.* Ita scribitur sane et in Erf. Sed quid est *imperans superbia?* Hic sane caussa nulla est, cur recedamus a vulgata *intemperantem,* quod legitur in Duisb. Cauch. et meo, ut conjecerat Lambinus. Reposui igitur quod in omnibus edd. ante Gruterianam divulgatis legebatur; *intemperantes* enim sunt qui libidinis caussa stuprant mulieres; *superbi,* qui ingenuas. Nam qui injuriam alteri tantum infert, illum nihili facit superbia inflatus. *Græv.*

Cap. xxxi. § 50 *Commovebitur auditoris animus*] Libri Mss. habent *auditor, si, &c.* Lamb. Unde in tribus nostris *comm. auditoribus?* Gronov. Erf. et plures alii Mss. *comm. auditoribus:* Gronov. in suis legit *comm. auditoribus.* Equidem cum in Erf. Pith. et Crat. ed. sit etiam *auditoribus;* cur id repudiem, non video. Annon Latine dicitur 'commovere auditori misericordiam?' *Græv.* et ita in Ms. Traj. *Burm.*

Perceptione] In Gryph. B C *præceptione,* ut sensus sit, lætabere te nobis id præcepisse: qua in re dum tibi gessimus morem, consuluisse rectissimo tuo studio visi sumus: sed tamen nihil muto; neque enim hanc vocem hac notione quemquam usurpasse video. *Brut.*

AD HERENNIUM.

LIBER III.

Cap. i. § 1 *Nos proficisci ad instituta pergemus*] Vox *proficisci* salva sententia anferri poterat. *Gruterus.* Frustra; quum habeant omnes scripti. Quoties enim apud Ciceronem et Livium 'perrexit ire?' quod utique idem est. In Arateis, 'ore fero Capricornus vadere pergit.' *Gronov.* Pith. *ad instituta pergamus.* Negat Gronovius, quem vide. *Græv.* Habetur etiam in Ms. Traj. *Burm.*

Cap. ii. § 2 *Carthago tollenda*] Apage illud Lambini commentum *delenda:* quid enim venustius opponi potest, quam hæc verba *tollere, relinquere?* et dixit Cicero non semel, 'urbem tollere.' *Grut.* Lamb. ed. *Karthago delenda.* Græv.

Omnis ratio ad ipsam rem] Erf. Cauch. et Crat. ed. *omnis oratio:* omnino recte. Mox melius Cauch. et Crat. ed. *in his ipsa erit caussa adau-*

genda, omisso *ea*, quod commode omittitur. *Idem.*

Extranea caussa conficiet] Erf. *extranea conf.* Lamb. ed. *extranea caussa efficiet delib.* Idem.

In his ea ipsa caussa erit adaugenda, aut deprimenda] Erf. *in his ex ipsa caussa erunt adaugendam aut deprimendam:* Cauch. *in his ipsa erit caussa aut adaugenda, aut deprimenda.* Grævius. *In his ea ipsa causa, &c.*] *In his ex ipsa caussa, erunt ad augendam, aut deprimendam orationem eorum ... ut omnis eodem totius orationis ratio conferatur.* Ita scriptum est in Gryph. B C, multo aliter quam legitur in vulgatis; utrum rectius, docti viderint: nobis non mala lectio videtur, si cum vulg. conferatur. *Omnem deliberationem* Lamb. legit, quo loco *orationem* alii. Equidem, ut ingenue fatear, etiam in veteri lectione, quam sequor, aliquid desidero: aut enim pro verbo *erunt*, legendum est *erit*, ut intelligatur 'ratio,' aut aliquid addendum, quod Ciceronis sententiam expleat post verbum *erunt*, ut *parata adjumenta*, aut *loci deprompti*, aut quippiam hujusmodi: sed ita etiam longe illam sentio vulgatæ anteferendam. *Brut.*

§ 3 *Omnem rationem eorum*] Erf. *omnem memorationem eorum:* Cauch. *orationem eorum:* Pith. Ms. et Crat. ed. *omnes orationes eorum.* Legendum cum Victorio, *omnem orationem eorum.* In Erf. ex his duabus vocibus ortum est *memorationem.* Sic in præcedente nota itidem correctum est ex membranis optimis *omnis oratio.* Græv.

Utrumque sumemus conjunctim] Scripti omnes *conjuncte*, ut de Invent. I. 7. 'At mihi quidem videtur conjuncte agendum de materia ac partibus.' *Gronov.*

Vis decernitur] Sic Pall. et Bruil. Maluit Lambinus *discernitur;* quam bene, ipse viderit. Vulgo erat *secernitur.* Gruter. Ed. Grut. *vis decernitur:* al. *vis secernitur.* Nonnulli ex conjectura, *vis cernitur.* In Victorii est *secernitur.* In Erf. tamen et Cauch. nec non Cratand. Mediol. Ascens. Car. et Rob. Steph. aliisque vetustioribus omnibus edd. est *vis discernitur.* Nec video caussam, cur id non locum obtineat. *Vis discernitur* scilicet a dolo, per exercitus, classes, si ab exercitibus et classibus nobis vis infertur, nostraque diripiuntur et vastantur. *Græv.*

Evocationes] Pleræque vetustiores edd. et Mss. *revocationes:* Victor. ed. *avocationes.* Num homines evocare est vis? Sane evocati milites apud Romanos non vi cogebantur ad nomen dandum militiæ, sed precibus et promissis invitabantur. Aldus Manucius F. explicat *evocationes*, imminutiones hostium, cum evocantur ab hostibus quidam, ut eorum vis infringatur. Quis unquam ita locutus est? sed ipsum vide; qui et sequentia explicat pessime. Sane corrupta non bene possunt explicari. Nec quid ad vim pertineant *revocationes*, ut alii legunt, intelligo. Qui ab exilio revocantur; in illos beneficium confertur. Nec *avocationes*, ut nonnulli malunt, hic possunt ferri. Avocantur, quæ animum a curis et sollicitudinibus abducunt res jucundæ aut studia. Catalecton Virgilii ex emend. J. Fr. Gronovii, 'Oblectat hortus, avocat, pascit, tenet, Animoque mœsto demit angores graves.' Cogitabam *abactiones hominum*, cum vi homines instar pecorum abiguntur e suis finibus. *Idem.*

In pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentione, et ceteris rebus, de quibus] Sic Erf. et Cauch. Mss. Edd. multæ, *in pecuniam, pollicitationem, dissimulationem, maturationem, mentitionem et ceteras res, de quibus:* sed prius habent omnes libri vetusti, quos consului, et edd. antiquiores, vetustissima Italica, et Mediol. Victor. Cratand. Hervag. Sed edd. Ascens. Caroli et Roberti Steph. et Lambini, legunt *maturatione, mentitione.* Apta

esset vox *mentitio* huic loco pro mendacio, si usquam alibi extaret, sed nunc invitis codicibus nihil muto, quamvis non intelligam, quid hic sit *mentione*, nec quod præcedit *maturatione*, nisi dicas *maturatione* esse simulatione maturationis ad decipiendum. Sed hoc est vaticinari. Lambinus ait se malle pro *mentiones* legi *mansiones:* quod itidem non capio. *Græv.* *Mentione*] *Mentitione*, probata Lamb. emendatione, edimus. Quid enim sibi hoc loco vult *mentione?* Si quis autem est, qui novitate verbi moveatur, is intelligat, qua ratione 'appetitio' a verbo 'appeto,' 'molitio' a verbo 'molior,' deducta vox sit, eadem ratione a verbo *mentior*, *mentitio* deduci licuisse. *Brut.*

Perpessio] Liber unus Ms. habet *perpensio.* Lambin. Ed. pr. et Ms. unus Lambini, *laboris cum utilitate perpensio:* quod reciperem, nisi fortitudinis munus esset actio. Perpensio vero laboris cum utilitatis ratione, hoc est consideratio et comparatio laboris cum utilitate, quæ laborem sequetur, est prudentiæ. Retineo igitur vulgatam, quamvis loquendi genus mirum mihi videatur esse, *perpeti laborem cum utilitatis ratione*, pro perpeti laborem et pericula, habita ratione utilitatis, hoc est, ut laborem illum suscipiam propter utilitatem, quæ inde in patriam derivabitur. *Græv.*

Cap. III. § 4 *Vitare alterum cohortabimur*] Cauch. Duisb. et edd. quædam, *vitare alterum cohortemur.* Mallem cum prima Mediol. Ascens. Cratandri, et Hervag. ed. *vitari alterum cohortabimur.* Princeps id in *vitare* mutavit Victorius, a quo stant Mss. *Græv.*

Aut si quam ad rem cohortabimur aliquem] Sic opinor correxerunt ex fine lib. III. *pluribus verbis ad eam te hortari*, vel ex Medicæo *adhortari.* Victorius *qua in re*, ut est quoque in nonnullis scriptis, et quidem melioribus, ut in ipso Medicæo. Sed non viderunt venustatem loquendi hoc loco, aut plene commentati sunt. Nam iidem meliores scripti *si qua in re.* Quod quum non dubitem fuisse in multis et optimis apud Gruterum aliosque, mireris profecto, cur id non admiserit, præsertim si videas, qualem se gesserit ad Tacit. Annal. XI. 3. ubi addes paterna, in quibus hoc ipsum Ciceronianum esse demonstratur. *Gronov.* Grut. et multæ aliæ edd. *aut si quam ad rem.* In Erf. Pith. Cauch. Cratand. etiam antiquissima ed. Italica 1478. legitur *si qua in re*, quod male deturbatum reposui, et sic quoque Gronovius reponendum censuit, jussitque patris sui notas consuli ad Tacit. Ann. XI. 3. Sic olim ad Justinum ostendi ex Mss. legendum *bellum hortari*, pro ad bellum. *Græv.* *Qua in re* etiam Ms. Traj. *Burm.*

Disciplinabilem] Videtur exprimere voluisse vocem Græcam *διδακτὸν*, seu potius *μαθητόν.* Sed quidam liber Ms. habet *disciplinalem.* Ego nihil muto, tametsi utrumque usurpatum esse a Latinis probabile sit: quod genus 'penetralis' et 'penetrabilis;' 'genitalis' et 'genitabilis;' 'innumeralis' et 'innumerabilis;' 'manalis' et 'manabilis.' Adde, quod quidam annotarunt, 'naturalis' et 'naturabilis.' *Lamb.* Omnes edd. ante meam, et multi Mss. *aliquam disciplinabilem scientiam.* Pro *poterimus* Lamb. ed. *possimus.* Hoc vocabulum *disciplinabilis* non est a manu et mente auctoris horum Rhetoricorum, sed a manu barbari librarii. Manus genuina parentis horum librorum nobis servata est ab optimo Erfurtensi, in quo scribitur, *aliquam disciplinam aut scientiam:* Cauch. *aliquam disciplinam scientiam;* sed a manu 2da *disciplinabilem:* nam a posterioribus super *nam* adscriptum erat *bilem*, ex libro minus emendato. Vereor etiam ne *aut scientiam* sit glossema, et interpretatio vocis *disciplinam.* Erfurtensem expressi. In

seqnentibus quoque his verbis *et quo modo, aut qua quidque ratione fieri oporteat, ostendemus;* idem Erfurtensis non habet *et* ac *ostendemus.* Copula *et* non etiam legitur in ed. prima, Mediol. Ascens. Cratand. Hervag. Illam primus apposuit ed. suæ Victorius, quam seqnentes omnes sunt imitatæ. Sed utramqne vocem *et* ac *ostendemus,* si cum Erfurtensi deleveris, videbis optime constare sententiam. Edd. et plerique Mss. *et quomodo aut qua quidque ratione fieri oporteat ostendemus.* In Duisb. pro *quidque* est *quodque.* Græv.

Aut præsentem, aut auditam memoriam] Optime Pithœi cod. *aut præsentis aut auditæ memoriam.* Hanc scripturam etiam ostendit margo Cratandri ed. Nam quid sit 'auditam memoriam habere,' non ego intelligo. *Idem.*

In concione aut in concilio] Sic jam et Victorius et Lambinus et Gruterus. Quid autem est 'concio,' nisi concilium populi? ut ita non videantur hic dici diversa, quod innuit particula. Atqui priores editi et distincte etiam scripti nostri omnes *consilio,* quod revocandum puto, et satis de his vocibus dictum. Utique apud prætorem et ad consilium judicum pertinet sæpe, ut ostendatur aliquid justum esse. *Gronov.* Erf. et Cauch. *consilio,* quod etiam ex suis probat Gronovius. Non tantum autem consilium est prætorum, sed etiam senatus, qui sæpe dicitur 'consilium,' requirit, ut quid justum sit ostendatur. *Græv.* *Consilio* etiam Ms. Traj. *Burm.*

Simus comparati] Sic elegantissime nostri tres codices; quomodo quum exhibeat quoque Victorius, non putavi ulterius eam lectionem hinc exulare debere, quum pervile sit illud istorum *parati.* Sic 'quod quasi ad inspiciendum delectationis caussa comparatum est,' in Oratore: et de Nat. D. l. III. 'ego me ad respondendum compararim.' *Gronov.*

§ 5 *Si quoad cuique satis, &c.*] Vulgo, *Si denique quid cuique satis, &c.* sed nos venustum loquendi genus reposuimus, repertum in Pal. 3. 5. 6. item Fabr. et Coloniensi. Plautus Menæchm. 'Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.' *Gruter.* Vulgg. edd. *si denique quod cuique satis sit:* ed. prima et Mediol. *si quod cuique satis sit:* Erf. Pith. Cauch. Duisb. *si quoad cuique satis sit.* Græv. Sic etiam in Ms. Traj. *Burm.*

§ 6 *Non hujusmodi dicatur esse*] Pal. 3. 4. 5. *dicantur,* quod ferri item queat. Lambinus scripsit *dicetur;* ut et mox *ostendetur;* sed contra omnes libros nostros. *Gruter.* Erf. *aut res non ejusmodi dicatur:* Pith. *aut non hujusmodi res dicatur esse:* Lamb. ed. *aut res non hujusmodi dicetur esse.* Græv. Ms. Traj. *verum ut dicatur res non hujusmodi esse.* Burm.

Cap. IV. § 7 *Præsentem et sequentem*] Scripti tres *consequentem.* Gronov. *Consequentem* Erf. Cauch. et edd. prima Cratandri, Rob. Steph. et Lambini, nec non Mss. Gronoviani. Vulgati *sequentem commemorationem.* Græv. Ita et Ms. Traj. videtur spernendum quod præcedit *conficit,* sequatur autem *commemorationem.* Burm.

Cum igitur erit demonstrandum] Ita Pal. 4. et 6. præter Tosanum, Gembl. et Colon. vere: nam eo ipso quod laudibile demonstramus, rectum et honestum esse ostendimus: prius cusi, *demonstratum.* Gruter. Vulgg. *demonstratum rectum, laudabile:* Grut. ed. *demonstrandum rectum, laudabile.* Confirmat Erfurtensis, ex quo præterea adjeci τὸ *esse.* Græv.

Laudabile esse demonstrabimus aut ab idoneis hominibus . . . . aut ab aliquibus sociis, aut omnibus civibus] Diverso modo hic locus scribitur. Et quum verum sit idoneos homines, ut hic describit ordinem quendam honestum, considerari posse diversos ab sociis aliquibus, et omnibus civi-

bus, &c. sic quoque dici potest socios et cives esse ipsos idoneos homines. Quorum prius quum videatur sequi Lambinus, cujus est vulgata hodie lectio; sic nescio an consideraverit quoque auctor, quum illud secundum *ab* nec in Mss. nostris ullis, nec in edd. ante illum, quem dixi, reperiatur, ut inde colligam ab eo additam, tum hoc quo dixi respectu, tum forsan ex consideratione, de qua egimus supra lib. I. init. Eam ideo resecandam puto; sed etiam totum locum veritati facilitatique suæ sic restituendum: *Laud. esse demonstr., ut ab idon. hom., . . . aut aliquibus sociis,* (scilicet *illa res placeat,* dicuntur enim hæc per dativum, ut et sequentia) *aut omnibus civibus, &c.* Si placuit Grutero ista præpositio, rectius eam iteravisset mox, *exordiri licebit vel a princ. vel ab insin. vel ab iisdem rat.* Sic enim ter illa repetitur in optimis Mss. et quibusdam editis, unde ipse prohibuit quoque. Fraudi fuit *τὸ ut* sic geminatum, in quo sæpe auctores sibi placuerunt. *Gronov.* Gronovius ex vestigiis veterum codd. cum et edd. legit, *laud. esse demonstr., ut ab idon. hom., . . . aut aliquibus sociis,* (sc. placeat illa res) *aut omnibus civibus.* Equidem alterum *ab* nec in nostris Mss. habetur, quod tamen vulgati præ se ferunt. Præterea Duisburgensis diversam plane ab aliis libris scripturam nobis ostendit: *Laud. esse demonstrabitur hoc modo, aut id idoneis hominibus,* quod annotandum duxi. *Græv.*

§ 8 *Rei dilucidandæ caussa*] Unus liber Ms. habet, *rei dilucide magnificandæ caussa:* alius, *rei dilucidandæ, magnificandæ;* plane mendose. Hinc quidam legend. putant *dilucide manifestandæ.* Lamb. Erf. ac Cauch. et al. Ms. *rei dilucide magnificandi caussa.* In Cauch. additur interpretatio voci *magnificandi,* superscripta *manifestandæ.* Al. Ms. *rei dilucidandæ magnificandæ.* Græv.

Cap. vi. § 10 *Gloriæ, civitates*] Quidam liber Ms. habet *gloriæ, sodalitates.* Ego nihil muto: nam *civitatis* nomen sic accipio, ut intelligam beneficium aut malignitatem esse fortunæ, hujus aut illius civitatis esse: verbi gratia, esse Parisiensem, aut Sagiensem. *Lamb. Civitas* omnes, item Bruil. et Fabr. recte: nemo enim duarum civitatum esse potest jure naturæ; et de datione civitatis Romanæ loqui apparet. Vulgata, *civitates.* Gruter.

Dignitas] *Dignitas* hoc loco, id est pulcritudo virilis. Sic Cicero pro Cœlio: 'Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti ætati ac dignitati non possit, quam velit petulanter, etiam si sine ulla suspicione, at non sine argumento maledicere?' Cornelius Nepos in Dione: 'Multa alia ab natura habuit bona: in his ingenium docile, come, aptum ad res optimas, magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendat.' Iterum Cicero de Off. lib. I. 'Cum autem pulcritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas; venustatem, muliebrem ducere debemus; dignitatem, virilem.' *Lambin.*

§ 11 *In hujusmodi igitur caussa principium sumetur*] Erf. *in hujusm. caussa princ. sumitur:* Pith. *in hujusm. causis princ. sumetur;* quod placet. *Igitur* potest abesse sine ullo detrimento. Paullo post idem Pith. *aut a re ipsa:* vulgati *aut ab re.* Duisb. *in hujusm. igitur causa princ. sumatur.* Græv.

A nostra si laudabimus, dicemus, &c.] Illud *dicemus* non adest in Pall. plerisque Gulielmianis; poteratque abesse sine sententiæ incommodo. *Gruter.* Erf. Cauch. et alii Mss. *si laudab., aut officio facere:* Pith. *si laudab., aut officio facere ostendemus.* Abest *dicemus* etiam ab omnibus nostris Mss. et abesse debet. Toties hanc, et hujus generis voces inculcatas esse in auctores pluribus exemplis docuerunt

viri docti, in primis ὁ πάνυ Gronovius ad Livium non uno loco. *Græv.*

Aut quod rectum sic ex aliorum, &c.] Videor mihi optimam scripturam secutus esse: libet tamen annotare aliam longe diversam, quæ reperitur in duobus Mss. *debeant velle, quod rectum sit: aut ex al. laude, aut per comp. ostendere, qualis, &c.* Lambin. Pall. omnes rejiciunt hanc positionem, habentque *velle quod rectum sit; aut ex al.* neque aliter Suffridi codd. item Bruil. ac Fabr. *Gruter.* Adstipulantur etiam Erf. Pith. Cauch. quibus et ego subscribo. Pith. addit *quod rectum sit in eo.* Vulgg. *velle, aut quod rectum sit ex al. laude.* Græv.

Qualis noster animus sit] Cauch. et Erf. et meus *qualis ipsius animus sit:* ed. Cratand. *qualis ipsius vel noster animus sit:* ut inde constet alterutrum esse glossema. Sed vulgata est verior. Nam ut laudibus vini arguitur vinosus Homerus, sic laudibus virtutum, cum quis sponte sua illas laudandas suscipit, declarat animum suum virtutes amare, et ideo se illas celebrare, velleque ut iisdem sit præditus, et alii ad eas appetendas incendantur. Et hanc scripturam esse genuinam ostendit mox contrarium in vituperatione: 'aut quod placeat ostendi, quid nobis displiceat ex aliorum vituperatione.' *Græv.*

Vereri nos dicemus, &c.] Sic legendum, etiam reclamantibus libris omnibus; nam qui ita loquitur, 'vereor ne possim,' significat se nolle posse: qui ita 'vereor ut possim,' seu 'ne non possim,' significat se velle posse. Sed plura hac de re in commentariis Horat. ad illum locum Sat. I. 3. 'Nam ut ferula cædas meritum majora subire Verbera, non vereor.' *Lamb.* Pal. 3. 4. 6. Bruil. non agnoscunt illud *dicemus;* quo carere possumus: omnes ii tamen ceterique præter secundum, exhibebant *consequi non possimus,* quod Latine dici posse hac significatione, strenue negat Lambinus. *Gruter.* Etiam hic facit cum iis, quos Gruterus vidit, Erfurtensis. Contentionem hanc inter Gruterum et Lambinum dirimit Pithœanus, in quo recte scribitur, *consequi non possimus:* quod utique probandum. *Græv.*

Omnes homines illius virtutes prædicare oportere] Erf. et Cauch. hic quoque præstant ceteris, in quibus optime scribitur *homines illius virtutis prædicari oportere:* homines tantæ virtutis prædicandos esse. In Cauch. tamen ordo perversus est, in quo *hominis illius virtutes prædicari oportere.* Idem.

Ut paullo ante exempli caussa] Olim hic edebatur, *paullo ante supra exempli:* expulerunt tertiam vocem. Nostri tamen codices *paulo supra.* Gronov. Erf. et ed. pr. *ut paullo supra exempli causa:* al. edd. *ut paullo ante supra exempli causa:* Gronovii libri *ut paullo supra exempli causa.* Græv.

§ 12 *Quoniam non apud ignotos*] Quidam liber habet *non apud ignaros:* ego autem nihil muto; nam vocem *ignaros* interpretationem esse vocis *ignotos* arbitror. Marc. Tullius quidem ipse quoque sic usurpavit epist. ad L. Lucceium lib. v. 'Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant.' Ignotis, id est, ignaris, seu ignorantibus. Infra quoque ubi legitur *ignoti,* in eodem illo libro legitur *ignari.* Lamb. Lectio vehementer debilis. Nam ut forsan ita sit in quibusdam Mss. ita in aliis est *ignaros.* Verum in aliis, quos inter est Medicæus, legitur *nihil novi, nihil apud ignotos,* ut habet etiam Victoriana. Deinde scripti nostri omnes *apud quos laudemus, atque ille,* non *quo ille,* quod post Victorii Stephanicam induxerunt. Et quæso qua causa impulsi? Nonne habes lib. III. c. 15. 'Similibus ceteris rebus, atque in contentione?' Pro Domo cap. 20. 'Hoc ipsum quod nunc agis, unum et idem videtur esse, atque id quod de me ipso nominatim tulisti.' Contra est de

Invent. I. 8. ' alio nomine appellari, atque adversarii dicunt.' Et supra II. 26. ' in aliam partem, ac dictum sit.' *Gronov.* Erf. Cauch. Med. ut et prima et Cratandri ed. approbant *nihil novi*, et id verum est, ut iidem statim *atque ille*, quod non contemnendum esse, exemplis Tullianis Gronovius probavit. Al. *dicemus, quoniam non apud ignaros laudemus.* Græv.

In eodem virtutis studio] Legend. fortasse est, *in eodem virtutis stadio;* quemadmodum et in Bruto, ubi de Hortensio loquitur; quo loco legitur, ' me multos annos in studio ejusdem laudis exercuit,' legendum putant viri docti, *in stadio, &c.* et lib. I. de Orat. ad Qu. Fratr. ' sed iis, qui ingrediuntur in stadium :' ubi vulgo legitur, *ad studium.* Lamb.

Ille qui laudatur fuerit aut sit] Est a Pal. 2. et Suffridi nostri libris, quod attinet ad *laudatur:* nam Pall. ceteri omnes inculcant illud *aut sit*, hactenus libris publicatis ignoratum. *Grut.* Edd. *quo ille, qui laudatur, fuerit, sperare.* Græv.

Nos sperare illius vitam vehementer improbaturos] Sive ista sit vera lectio, sive ita habeant Mss. sciendum est hos fere tales esse, ut ab nullo eorum absit vocula *eos;* et aut legere, omisso verbo *eos, illius vitam veh. impr.* aut *sperare nos illius vitam vehementer eos impr.* quorum prius est et in Medicæo. *Gronov.* Erf. *eos illius vitam veh. improb.:* al. *eos sperare illius vitam veh. impr.* Lamb. ed. *sperare nos illius, vitam veh. impr.* Græv.

Cap. VII. § 13 *Principio tractato ab aliqua harum quas antea, &c.*] Ita Lambinus, neque aliter Bruil. aut Pal. 2. quippe ceteri spernunt adhuc a se illud *ab.* Vulgo erat, *Princ. tractato tum ab re, tum ab aliqua harum.* Verum jam deinceps parcius iudicabo discrepantias scripturarum : crescunt enim magis ac magis; tanquam si reverentiam sensim omnem removissent librarii, satis est eas annotasse ad libri mei marginem: alias ne intra xx. quidem annos huic operi finis imponeretur: nam, ut exhibeam specimen, ubi hodie habemus, *Educatio, in laude: bene et honeste in bonis disciplinis per omnem pueritiam educatum esse: in vituperatione, e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda, &c.* primum ed. Victorii rejicit illud *educatum esse.* Pal. 1. 2. abjiciunt solum *esse:* at inde exhibent, *In vitup. inde se retraxisse aperte. At corporis commoda a natura, &c.* Pal. 3. præfert, *educ. fuisse. In vitup. e contra inde se retraxisse commodissimum. A corporis commodis a natura. Si sit, &c.* Pal. 4. item Fabrician. et Bruil. præferunt, *Educatio bene in laude, quod honeste in bonis disciplinis totius pueritiæ fuerit. In vituperatione inde se retraxisse aperte ad corporis commoda. A natura si sit, &c.* neque multo aliter Pal. 5. ac 6. sed aliter tamen, ne videlicet ejusdem viderentur exemplaris secuti dictaturam. *Gruter.* Ex hac tamen varietate fuit officii eligere; quod cum ratione videtur ad auctoris manum pertinere, et ab vetustissimis approbatur libris Mss. In quibus dubium vix potest esse, quin præferri debeat illud codicum Fabriciani et Bruil. quibus antiquissimus ille Medicæus accedit. ' In bonis disciplinis totius pueritiæ esse ' dixit, ut antea posuit ' in eodem virtutis studio esse.' Certe non hic solum ista *e contrario* amovenda videntur, sed etiam in cap. 8. ubi Mss. tres omnes legunt *si vituperabimus*, aut *vituperemus, aliud injuste, aliud ignave, &c.* etsi mutent vitiorum ordinem. *Gronov.* Erf. *Princ. tractato ab aliqua harum, quas ante commem., ratione:* vulgati, *Princ. tractato tum ab re, tum ab aliqua harum, quas ante commem., rationum.* Sic et Pith. nisi quod in ultimis verba sint *memoravimus rerum.* Duisb. et al. Mss. ac Cratand. ed. *Princ. tractato aliqua harum, quas ante commem., &c.*

Margo ed. Cratandri, *Principio, quum a re, tum aliqua harum, quas ante commem. rationum sumpto.* Græv.]

Primo exponemus] Nuspiam est vox illa *primo.* Gronov. Abest vox *primo* ab Erf. Cauch. et meo, nec non Mediceo, teste Gronovio, et ed. prima. Nec video cur hic requiratur. Illam vocem intruserunt quidam scioli, propter sequens *deinde.* Retinet tamen eam Pith. in quo *Exponemus primo quas res:* et Duisb. Sed melioribus adstipulor. *Græv.*

Tractata sint] Gryphii Mss. habent *tracta sint:* quæ vox idem hoc loco videtur valere, quod, ducta sint, manarint; qua virtute, industria, ingenio sint parta. Lectio vulgata *tractata* habet, quam retinuimus. *Brut.*

Genus in laude, quibus] Pithœanus cod. *si genus erit in laude, quibus majoribus:* quod restituissem, nisi et in sequentibus sic concise loqui scriptorem hunc pateret. Sic post, 'Educatio in laude, bene et honeste,' quamvis et ibi Pith. scribat, *educatio est in laude quam bene et honeste.* Græv.

Aut excellentiorem] Sic restituimus, libros duos Mss. secuti, cum vulgati haberent *excelsiorem.* Lamb. Nostri omnes libri *excelsiorem.* Sola Cratandri ed. præ se fert *excellentiorem,* ut Lamb. *Græv.*

Dedecori majoribus fuisse] *Dedecorem* in duobus Gryph. Mss. habetur. 'Dedecorum' quidem 'suis majoribus' dixit Tacit. Annal. l. III. ut aut hoc loco *dedecorum,* aut apud Tacit. *dedecorem,* videatur legend. *Dedecori* nos tamen, ut est in vulgatis, edidimus. *Brut.*

In bonis disciplinis tempore totius pueritiæ fuerit] Hunc locum, etsi videatur maxime sanus esse, in mendo cubare varietas scripturæ ostendit. Meus codex et ed. pr. *in bonis disc. educatus tota pueritia fuerit.* Duo præstantissimi codices Erf. et Cauch. *in bonis disc. totius pueritiæ fuerit:* Grut. et aliæ edd. pleræque, *in bonis disc. per omnem pueritiam educatum esse.* Sed optime Pithœanus, *in bonis disc. tempore totius pueritiæ fuerit.* Hanc esse manum auctoris, certum habeo. Cum non intellexissent locutionem *in bonis disciplinis esse,* addiderunt *educatum esse,* vel *educatus.* Quod tamen in multis etiam editis omittitur, ut in Victoriana, Francofurtensi Wecheliana, in Coloniensi Materni Cholini 1562. in qua legitur, *in bonis disc. per omnem pueritiam, in vitup.* Sic etiam margo Ascensianæ pro varia lectione appositam habuit hanc scripturam. Dein cum excidisset *tempore,* quod servavit Pith. *totius pueritiæ,* aut refinxerunt *in tota pueritia,* ut meus Ms. et ed. prima, aut, quod vulgatæ edd. circumferunt *per omnem pueritiam.* Restitui autem sic hunc locum auctoritate præstantissimorum codicum, *educatio in laude, quam bene et honeste in bonis disc. tempore totius pueritiæ fuerit. Quam bene* ex Ms. Pith. pro quo prima et Cratand. ed. *quod bene.* Jam *esse in hac re, totum esse in studiis* eleganter dici, quis tam hospes est in his litteris, qui ignoret? Sequentia quoque, quæ sic vulgantur in plerisque edd. *in vitup. e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda,* interpolata esse clamant veteres libri. Erf. *in vitup. inde trahi oportet ad corporis commoda:* Pith. *e contra in se retraxisse aperte. At corporis a natura:* Cauch. *in vitup. inde trahere oportet. At corporis commoda a natura:* Duisb. *in vitup. inde se retraxisse a parte, ad corporis commoda:* meus codex et ed. pr. *in vitup. contra: inde se retraxisse aperte. A corporis commodis:* Grut. et vulgatæ edd. *in vitup. e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda. A natura in laude, si sit dignitas.* Existimo recisis centonibus, quos assuerunt imperiti, auctorem scripsisse, *in vitup., inde se retraxisse aperte. A corporis commodis. A natura.* Non intellexerunt, quid sit *inde se retraxisse,* hoc est a bonis disciplinis tempore pueri-

tiæ abhorruisse, noluisse illis operam dare. Sic 'retrahi a rep.' dixit Cic. in Orat. pro Sext. Terentius prologo Phorm. 'Postquam poëta vetus poëtam non potest retrahere ab studio.' *A corporis commodis*, sc. laudantur. Sic statim quod in edd. est *a natura in laude, si sit dignitas atque forma.* In Mss. ut Erf. Cauch. Pith. Duisb. et in Crat. ed. *in laude* non leguntur, ut totus locus sic repurgandus esse a tot pannis, quibus obsitus fuit, mihi videatur: *Educatio in laude, quam bene et honeste in bonis disc. tempore totius pueritiæ fuerit. In vitup., inde se retraxisse aperte. A corporis commodis. A natura, si sit dignitas.* Græv.

§ 14 *Si valetudo perpetua; diligentia et temp. cupid.*] Est a Pal. 4. et 6. neque aliter Becichemii codd. quam quod ii præterea *si valetudo est perp.* inepte huc usque impressi: *si valetudo, ex perpetua dilig. &c.* nam *perpetua valetudo* eadem est cum *constante,* cui opponitur *varia.* Gruter. Sic est; *constanti* opponitur *varius.* Sed ut inde probaturus sit 'valetudinem perpetuam' ita dici apud Latinos, vereor ut probet. Capite quidem 5. occurrit 'incolumitas perpetua,' ut et IV. 42. Sed inde valetudinem perpetuam de bona (ut vocat de Invent. I. 50.) dici vix sequetur, præsertim si vel ex ipso Cicerone ad Att. XII. 13. audiamus 'perpetuum morbum jurabo,' ex formula propria et sempiterna jurisconsultorum, vel ex inscriptione apud Sponium adhibeamus ea verba, 'Qui trans mare erunt, vel qui perpetua valetudine detinentur.' Itaque ut recte ab Grutero τὸ *ex* deletum reor, ita nihil video caussæ, cur non retineamus *valetudo, perpetua diligentia.* Ipsa valetudo se satis probat non fuisse variam. *Gronov. Si val. perp., dilig. et temp. cupid.*] Edd. multæ, *si val. ex perp. dilig. et temp. cupid.* sed invitis Mss. Grut. ed. *si val. perp., dilig. et temp. cup.* ed. prim. *si valitudo p., d. e. t. c.* Recte Gronovius ostendit *valetudinem perpetuam* dici de iis, qui perpetuo adversa conflictantur valetudine. Itaque distinguendum, *si val., perp. dil. et temp. cupid.* Nimirum comparatam esse. *Græv.*

Male his usum] Edd. *His male usum:* Erf. et Cauch. *de his usum dicemus.* Cauchius conjiciebat forte scriptum fuisse *his deusum dicemus*, pro communiore *abusum.* Nonnullæ enim voces in his Rhetoricis leguntur, quæ alibi non reperias. Sic paullo ante 'industriis,' pro industria. *Idem.*

Quæ casu et natura] Sic habent omnes libri Mss. quos quidem viderim, et plerique vulgati. Quidam tamen reposuerunt *casu et fortuna,* plane temere et mendose. Ita autem et Servius Sulpicius in epist. ad M. Tullium lib. IV. hæc duo conjungit, 'casum' et 'naturam.' Sic enim ille: 'Etsi scio non jucundissimum nuntium me vobis allaturum, tamen quoniam casus et natura in nobis dominatur,' &c. *Lamb.*

Omnia ipsius culpa et intemperantia non fuisse] Pall. veriores ignorant negativam. Pal. 2. vero habet *et intemp. accidisse.* Ut videatur rescribendum *afuisse*, hoc est *abfuisse.* Gruter. Eadem plane, quæ disputat Gruterus, in nostris deprehendimus, a quorum duobus exulat τὸ *non.* Sed cur ideo faciendum *abfuisse?* Nonne peregregie id ipsum declaratur ab verbo *fuisse?* a quo non istud substantivum pro perisse, evanuisse, usurpatur? Et quoties ab Cicerone? quod hic quidem videtur perelegans et peropportunum. Mox præclarus ille Medicæus cum alio *deinde vertemur.* Gronov. Pall. Erf. Cauch. et alii Mss. *ipsius culpa et intemp. fuisse:* sed Pith. et Duisb. stant pro vulgatis. *Non* respuit quoque cum Cauch. et Erf. ed. pr. sed Pith. et Duisb. tuetur istam particulam. At Gronovius delendam censet, et poni *fuisse* pro periisse, evanuisse, quod non rejicio. Mox ex Erf. et Medic. scripsimus *vertemur:* quomodo quis *revertatur* ad res, de quibus nihil antea dixerat?

Edd. vulgg. *deinde revertemur ad.* Græv.

Cap. viii. § 15 *Sin vituperemus, e contr. aliud injuste*] In lib. vulg. et nonnullis Mss. ita legitur, *sin vituperabimus, e contrario.* Hoc tantum. Deinde, *Perspicuum, &c.* atque hanc esse puto rectam scripturam: alteram autem fuisse ad oram libri adscriptam, quam olim secuti sumus tamen, tum quia plana et probabilis est, tum quia a me reperta est in exemplis Caroli Stephani, et in uno libro item Ms. Alii vulgati autem sic habent, *sin vituperemus, e contr., aliud injuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse dicamus:* quam nunc secuti sumus. *Lamb.* Erf. *si vituperamus:* edd. *sin vituperemus:* Mss. Pith. et Duisb. *sin vituperabimus.* Græv. Vid. Gronov. supra ad cap. 7. *Burm.*

Propterea quod sæpe ne incidunt quidem, sæpe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariæ dictu] Habentur ista quidem omnia in Pall. quatuor numero. Sed Pal. 4. et 6. solum habent, *propt. quod sæpe se indicant, ut non sint necessaria dictu:* quomodo item fuit in Bruil. et vero malim præ vulgatis. *Gruterus.* Gruteri et al. edd. *propt. quod sæpe non incidunt quidem, sæpe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariæ dictu:* Pith. *propt. quod sæpe non incidunt quidem, sæpe ita leviter et tenuiter incidunt, ut non sint necessaria dictu:* Duisb. *propt. quod sæpe non incidunt quidem, sæpe ita tenuiter incidunt, vel se indicant, ut non sint necessariæ dictu.* Cum Pal. 4. et 6. consentiunt Erfurtensis et Cauchianus, (nisi quod in Erf. *se* desideretur) ut de vera horum librorum lectione non sit dubitandum, cum vulgata valde sit frigida. *Sæpe se indicant,* est sæpe se produnt ipsæ. Terent. Heaut. iii. 3. 23. 'Actum est, hic prius se indicavit, quam ego argentum effero.' Cic. iv. Verr. 'Magna vis est conscientiæ, quam qui negligent, cum me violare velint, se ipsi indicabunt.' *Græv.*

Conclusionibus brevibus utemur enumeratione ad exitum caussæ; in ipsa caussa crebras, &c.] Non miror in his silentium Gruteri; id enim ante indicavit. Miror unde hæc lectio velut unica auctori sine ambiguitate attribuatur ab omnibus. Quam vero intelligit enumerationem? Ea voce ubi utitur, solet addere cujus generis rerum. Quomodo autem in conclusione ipsa causa potest dici? quum hæc agatur vere ante conclusionem. Immo totum est absurdum, et ideo præcipue sollicitor altera lectione, *Concl. brev. utemur; nostri causa crebras et breves amplif. interponere oportebit per locos comm.* Illud *nostri causa* præbet Medicæus cum altero, quorum postremus agnoscit istud *breviter*, quod mihi videtur habere venerem. *Gron.* Merito improbat vulgatam Gronovius. Medicæo et alteri, quem vidit amicus noster, plane adstipulatur Erfurtensis, in quibus legitur, *Concl. brevibus utemur, nostri causa crebras, &c.* Itaque religioni mihi non fuit illa fatua et absurda verba, *enumeratione ad exitum causæ,* quæ obsident editiones, et multos scriptos, inducere. *Nostri causa,* ut argumentum laudis aut vituperationis sit uberius et floridius. *Græv.*

Negligentius considerandum est] Vox penultima alia est in Pall. nam in 1. visitur, *commandandam:* in 2. *commodandum;* in 3. et 4. item Bruil. et Fabr. *commendandum;* in 5. *commemorandum;* in 6. *commendatum.* Gulielmius formabat *commentandum.* Gruter. Verum est *commendandum.* Aliquis commendat sibi genus studiorum, qui in eo diligens est et fervide se exercet; contra negligenter commendat, qui operæ pretium in eo non ponit, nec tanti facit, imo ut mox se exponit, in hoc genere causæ nihil industriæ consumendum putat. *Gronov.* Erf. Cauch. Duisb. et alii multi Mss. ac ed. pr. *negligentius commendandum:* alii aliter. Gronovio e-

tiam placet *commendandum*. Interpretatio tamen hujus vocis argutior mihi videtur, quam verior, aut certe a simplicitate et perspicuitate harum præceptionum alienior. Mihi probabilior videtur conjectura Guilielmii, quæ Cauchio etiam in mentem venit. *Græv.*

Nonnihil industriæ consummandum putamus] Ita erat in Bruil. in Pal. 1. et 6. cui ultimo superscriptum, 'id est, *conferendum*,' quod deinde irrepsit in contextum. Gulielmius malebat *consumendum*, uti erat in Fabr. firmatque Pal. 3. sed 'velle suum cuique est.' Vulgata *putavimus* potest quidem tolerari; dum norint lectores, auctorem de oratoriæ studiosis loqui, non de ipso se, ut hactenus perperam explicarunt. *Gruter.* Grut. ed. *consummandum putamus:* aliæ et Duisb. *conferendum putavimus:* Erf. *non nihil consumendum putemus.* Nihil verius Guilielmii emendatione, quæ ipsa est in Erf. (nisi quod in eo non legatur *industriæ*) et Cauch. sed et in Aldi Manutii ed. Miror hic hæsisse Gruterum, cum quid sit 'consummare non nihil industriæ' nemo intelligat. 'Consumere' vero 'non nihil industriæ in hoc vel illo studio' tritum est loquendi genus. Dein pro vulgato *putamus*, ex Erf. scripsi *putemus*. Est enim admonitio. *Græv.*

Absoluta a nobis difficillima] Non nulli Mss. et edd. *absoluta nobis diff.* ut illud Taciti Ann. I. 1. 'Claris scriptoribus commemorata sunt:' de qua locutione Casaub. ad Sueton. *Idem.*

Ad ceteras partes proficisci] Potest repleri subaudiendo *rhetoricæ*, quæ præcedit, sed omnes nostri Mss. *ad ceteras partes orationis proficisci.* Gronov. *Orationis* vidi in Erf. Cauch. ed. pr. et Crat. Quod etiam in suis reperit Jac. Gronovius. At in Duisb. legitur, *ad ceteras partes rhetoricæ.* In margine Cratandri, *ad ceteras partes rhetoricæ facultatis.* Utrumque et *orationis* et *rhetoricæ* ex margine irrepsit in quosdam codices. *Græv.*

Cap. IX. § 16 *Sed per singulas quoque argumentationis partes*] Est procul dubio plena vitii scriptura, ab Lambino inventa, ab Grutero retenta, quum Stephanica Victorii habeat cum aliis ultra editis, *sed per singulas quoque argumentationes:* quæ verissima est lectio. Argumentationis enim partes aut non sunt ullæ, aut locum hic non habent, sed ipsæ argumentationes distinguuntur ab oratione, quia sunt ejus partes: atque adeo ista lectio inde formata est, quod voci *argumentationes* nonnulli superscripserunt aut *partes* aut *partes earum*, scilicet orationum, vel caussarum. Idem judica de sequente Gruteri nota. *Gronov.* Grut. et Lamb. edd. *sed per singulas quoque argumentationis partes:* Erf. Cauch. ed. pr. Victor. et aliæ vetustiores, *sed singulas quoque argumentationes*, quod verum est. Quomodo possunt totæ caussæ per singulas argumentationes disponi? *Partes argumentationis* merito improbavit Jac. Gronovius. Pithœi tamen et Duisb. et Cratandri editio, ut nuperius editi, *per singulas quoque argumentationis partes:* male. *Græv.*

Id est, expositionem, rationem, &c.] Longe aliter Erf. *in dispositione rationis, confirmatione rationis, orationis conclusione.* Sed Cauchius et ceteri vulgatis adhærent, a quibus nec ego recedo. Vereor ne et hæc sint glossis inquinata, et scripsisse auctorem, *in secundo libro docuimus, in expositione, confirmatione, complexione rationis.* Nam *exornatio* non facit ad dispositionem argumentationis. *Idem.*

§ 17 *Una per orationes, altera per argumentationes*] Sic Pall. omnes præter 2. in quo *orationis, altera per argumentationis partes.* Suffridus noster ait fuisse in suis *orationem*, et hoc amplius eodem numero *argumentationem;* quod verius esse, ex superi-

oribus planum putabat Gulielmius. *Grut.*

Firmissimas argumentationes] Sic in lib. II. de Orat. 'Ergo ut in oratore, optimus quisque, sic et in oratione firmissimum quicque sit primum,' &c. et in Oratore perfecto, 'De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora.' *Lambin.*

Quorum nihil, nisi caussa postulet, fieri oportebit] Certe tamen, et hactenus ab judicio oratoris dependet, quod ipsius est considerare, ubi causa postulet, et potest interdum illi videri, etsi causa non postulet. Quid quod perspicue in sequentibus dicat sæpe necesse esse uti his commutationibus, ubi res ipsa, hoc est, prudentia oratoris, videntis jam nauseare animos judicum defatigatos, et aures obtusas, similiaque, exiget ab artificio legitimo artis abire? Hinc mihi arridet scriptura codicis Medicæi, *quorum nihil non, causa postulet, fieri oportebit.* Omnem enim conversionum istarum, quas nominavit, speciem licitam et decoram pronunciat, ubi orator judicabit eam qualemcunque ab causa postulari. Id genus loquendi animadvertis, docte lector, corruptum esse ab illis, qui ignorabant particulam *si* eleganter omitti solitam, et id genus loquendi sæpius ab antiquis adhibitum, quam nos scimus aut nobis imaginamur. Vide Observ. patris lib. IV. c. 20. *Gronov.*

CAP. XI. § 19 *Nos quidem unum de quinque rebus plurimum posse, non, &c.*] Secuti sumus auctoritatem Pal. 4. 6. et Bruil. nam recepta lectio, *nos quid unum, &c. plurimum prosit, non, &c.* Grut. Firmat optimam hanc scripturam Erfurtensis, Cauch. prima et Cratand. ed. Edd. multæ, *Nos quid unum de quinque rebus plurimum prosit:* al. *nos quidem unam eam de quinque rebus plurimum posse.* Græv. *Nos quidem unam de quinque rebus plur. posse non facile dixerimus: egr. magnam esse utilitatem in pron. audacter confirm.*] Ita legitur in Mss. Gryphii. Lamb. eamdem lectionem secutus, ante adverbium *egregie, nec,* negandi particulam apponit. Leoniceni editio cetera eodem modo, ut Lambini, unum præterea verbum habet, *sola,* inter duas voces *pronuntiatione* et *audacter;* quod quidem orationem totam planissimam efficit. Nobis quidem lectioni vulgatæ si vox hæc una addatur, recte sensus videtur constare. Qua tamen rejecta, Lambini et Leoniceni editionem, una modo voce *sola* adjecta, quæ deerat alteri, secuti sumus. *Brut.*

Nec egregie magnam] Videtur illa negativa adversari periodo subservienti, et vero Pal. 4. servat *et egregie,* ut videatur retrahenda adhuc litera a voce præcedenti, quo fieret *sed,* aut rescribendum *at.* Gruter. Immo nequaquam; et utique in consensu tot optimorum codicum se mancipare uni singulari, id vero perquam est suspectum. Quin tu in construendo, voculam *nec* separa in *et non,* hoc est, et egregie magnam esse utilitatem in pronunciatione non audacter confirmaverimus. Non audacter, sed scilicet juste et cum æquitate, non temere, quum sit egregie magna utilitas in ea. *Gronov.* Jac. Gronovius retinendum censet *nec,* ac dividendum in *et non,* ut sit, et non audacter confirmaverim, et quæ sequuntur. Ego vero puto hæc verba interpolata esse ab iisdem, qui priora interpolarant, cum non intelligerent, quid sibi hic velit *non facile dixerim,* nisi præcedat, *qui unum plurimum possit.* Hæc cum sic refinxissent, et talem informassent sententiam, non poterant ea cohærere cum sequentibus, nisi interposuissent *nec audacter confirmaverimus:* alii, cum viderent sequentia repugnare, adjecerunt *et.* Sed utrumque est insititium, et ignoratur ab Erf. et Cauch. quorum fide id delendum censemus, sententia rectissime se habente, quæ est, Non

ego quidem hoc ausim asserere, pronunciationem unam de quinque partibus plurimum valere; hoc audacter confirmaverim, magnam in ea utilitatem esse. Sic iste auctor et alii frequentissime, omisso *sed*, quod alii adderent. Nihil certius. Et sequentia istam scripturam asserunt planissime. *Græv.*

§ 20 *Exercitatio declamationis*] Pal. 2. 4. 6. *exerc. imitationis:* quod fere malim; imo omnino: nam *exercitatio declamationis* servit magis *mollitudini vocis*, quæ mox sequitur. *Gruter.* Quamvis *imitationis* etiam habeatur in Erf. et Cauch. non tamen video, quid aut quem imitari debeat, qui studet firmitati vocis. Ea quoque debetur naturæ; sed exercitatione conservatur et augetur. Ego mallem in sequentibus legi, *exercitatio imitationis:* sic sane est in margine Cratandri. Illa enim mollitudo vocis comparatur, si sæpe audiverimus oratorem disertum vocem ad diversos motus animorum, quos vult excitare, flectentem, quod post exercendo se quis imitatur: quamvis declamatione quoque eam juvari in sequentibus doceat. *Græv.*

In dicendo nostro commodo] Delevi *pro* auctoritate Erf. et Cauch. quamvis ab alia manu in hoc esset inter versus interlitum. Sic vero veteres loquebantur. Cic. ad Att. I. 9. 'quod commodo tuo facere poteris.' Vide notas meas ad lib. I. ad Fam. ep. 1. Vulgg. *in dicendo pro nostro comm.* Idem.

Et firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera, &c.] Hic locus, nisi fallor, in omnibus libris corruptus est. Nam magnitudinem vocis dixit supra partim natura comparari, partim cura conservari: firmitudinem autem partim natura comparari, partim exercitatione declamationis conservari. Quare sic legendum arbitror: *Quapropter de firmitudinis parte ea, quæ natura comparatur, nihil ad nos attinet,* seu potius, *nihil nos attinet, commonere.* Lamb.

Nihil ad nos attinet commonere] Sic sane etiam alibi loquitur Cicero. Sed hoc loco non intelligo, qui sic exhibere queant edd. omnes, quum nullum viderim codicem in quo exstabat particula *ad.* Et utique sic quoque loquitur Cicero, ut pro Quintio: 'Neque quenquam attinebat id recusare.' De Invent. I. 36. 'Quæ propositio in se quiddam continet perspicuum, eo quod constare inter omnes necesse est, hanc velle approbare et affirmare nihil attinet;' ut legi in Ms. *Gronov.* Vulgg. *nihil ad nos attinet commonere:* ut legendum censuit Lambinus, et Jac. Gronovius, qui in suis sic legi libris viderat, cum id et ego in Erf. Cauch. et ed. Cratand. reperissem, repudiato vulgato *nihil ad nos attinet,* sum amplexus. Sed in Erf. totus locus præterea sic scribitur: *quoniam altera natura paratur, altera cura comparatur, nihil nos attinet communis res.* In Pith. est etiam *paratur.* Grævius.

Cap. XII. § 21 *Arteriæ, si antequam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur*] Ms. Med. *anteq. vox bene permulsa est, acri labore:* alius, *læditur arteria si anteq. vox permulsa est bene, acri labore completur.* Gronov. Quidam libri vulgati, *nam læditur arteria, si anteq. leni voce permulsa sit, acri clamore compleatur:* Lamb. Erf. Cauch. et Medic. *nam læduntur arteriæ, si anteq. vox bene permulsa est, acri labore complentur:* al. Ms. *si antequam vox permulsa est bene, acri labore completur:* Cratand. ed. *si anteq. vox bene permulsa est, acri clamore compleantur.* Sed legendum fortasse est et hic et infra *læduntur arteria*, numero multitudinis in neutro, quemadmodum usurpavit Lucretius lib. IV. 'facitque Asperiora foras gradiens arteria clamor.' In Pithœi cod. est, *anteq. permulsa sunt, acri labore compleantur:* quæ non nihil faciunt stabiliendæ conjecturæ Lambi-

nianæ, ut et in præcedentibus verbis Duisburgensis, iu quo est *nam lædi arteria*. Sed a vulgatis non recedo. *Græv.*

Ut multo genere vocis effuso] Sic restitui, cum in libris omnibus legatur, *nullo genere vocis effuso*. Significat enim, eam vim esse commutationis vocis, ut, quamvis ea varie profundatur, incolumis tamen et integra conservetur. *Lamb.* Lambinus *multo*, perperam. Hoc ait, si neque contentione, neque sermone exhauriantur vires, in omni vocis genere integros nos fore, et ab uno ad alterum posse transire. Hæc Gulielmius. *Gruter.*

Et acutas vocis exclamationes vitare] Non extat *debemus* etiam in Cauch. Duisb. et Cratand. ed. Sed in Pith. Ms. et prima legitur ed. ut in Victoriana et aliis, meritoque probat J. Fr. Gronovius: quos et ego sequor. In Erf. est *exclam. vitare possimus*. Græv. *Excl. vitare*] Hoc modo erat in Pal. 4. 6. Bruil. nonnullisque Lambini, subintelligiturque superius ‘oportet.’ Vulgata addidit, *vitare debemus*. Grut. Id verbum quoque servatur ab omnibus nostris Mss. et quia video originem hujus varietatis, quæ profecto non est alia quam nota parenthеseos vel apposita vel omissa: apponunt autem edd. omnes, nisi quod ridicule dimidiatam servavit Gruterus. Puto conservandum id verbum, rejecta ista parenthesi, quum nulla sit in scriptis. Quid enim lenius procedere potest? *Et continuum clamorem remittere et ad sermonem transire oportet. Commutationes enim faciunt, ut nullo gen. v. eff. in omni voce integri simus. Et acutas vocis exclamationes vitare debemus. Ictus enim, &c.* Sunt singulæ prohibitiones diversæ cum diversa ratiocinatione. Mox notabiliter codex Medicæus, *Ictus enim fit et vulnus arteriæ.* Tum Ms. alter, *atque exattenuata*. Gron.

Ictus enim fit et vulnerantur arteriæ] Erf. Cauch. et teste Gronovio Medicæus, nec non Cratand. ac Ascens. edd. *Ictus enim fit et vulnus arteriæ.* Et sic melius scribitur. Sicut enim dicitur ictus, sic et vulnus fieri arteriæ. Sed quia *vulnus fieri rei* videbatur sciolis insolentius, immutarunt in *vulnerantur;* sed non attenderunt, quam non bene ista syntaxis cohæreat *ictus fit arteriæ, et vulnerantur arteriæ,* in numero multitudinis. Sed si optimis codicibus inhæreamus, omnia sine salebris ullis profluunt. In sequentibus verbis recepi ex Erf. *hac acuta atque attenuata.* In aliis *hac* absorptum est a sequentis vocis prima syllaba. Dein statim ex eodem libro rescripsi *qui splendor est vocis,* pro vulgato, *si quis splendor est vocis.* Græv.

Eadem attinent ad suavitatem pronuntiationis] *Et pronuntiationis suavitudini* habent libri veteres, et aliquot vulgg. et sic legendum censemus, quamvis olim secuti ed. Rob. Steph. *suavitati* edendum curaverimus. *Suavitudo* enim, vox Latina, a Plauto et aliis veteribus usurpata. *Lamb.* Bruil. et Pal. 4. *eadem etiam ostentatione fit.* Neque aliter 6. nisi quod is *item attinent.* Gruter. Duo Mss. *eadem etiam ostentatione fit:* Pal. 6. *item attinent ostentatione fit:* Crat. ed. *item attinent ad suavitatem.* Græv.

§ 22 *Utile est ad firm. sedata vox*] Sic reposui fide Cauch. et Erf. deleto *vocis*, quod adjecerunt magistri, cum ex sequentibus verbis id intelligendum esse quilibet videret. Sic paullo post iidem codices *acuta exclamatio vocem vulnerat:* vulgati *vocem et fauces vulnerat:* Pith. *ad firm. vocis sedata vox a principio.* Idem.

De firmitudine quæ visa sunt] Voces illas, *quæ visa sunt*, ut supervacaneas, et ab aliquo semidocto interjectas, sustuli. *Lamb.* Lambinus delet tres postremas dictiones; sed libris invitis, neque favente orationis contextu. *Grut.* Hæc verba, *quæ visa sunt*, de-

levit Lambin. *Græv.*

Cap. xiii. § 23 *Et ad confirmandum et confutandum accom.*] Sic edant licet et sileant omnes de suis Mss. ego in duobus invenio, *et ad confirm. et ad confut.* iterata præpositione; quam negari nequit esse auctoris ingenuam, quum et alibi in impressis fiat toties, et supra (ad lib. ii. c. 6.) jam monnerim, ubi contra Mss. omiserunt, ut hic quoque. Quare nunc detexamus illud dubium pluribus advocatis locis. Sic iv. 18. edunt *in sermonibus et conventu amicorum,* ubi ex ipso Medicæo annotatum habeo *et in conventu.* Sic supra cap. 10. edunt Victoriana Stephani, Lambiniana, Gruteriana, *in primis et postremis causæ partibus;* quum priores et simul scripti omnes *in primis et in postremis,* quod ideo revocavi. Sic iv. 44. legi in scripto, *per dedecus et per ignaviam,* ubi in editis una vice tantum patet. Ita hoc libro cap. 4. in scripto offendi, *divisione utemur in vim et in consilium.* Lib. ii. cap. 11. *in duas aut in plures:* cap. 28. *de nomine et de vocabulo.* Sic et de Invent. i. 15. Ms. optimus habet, *in principium et in insinuationem.* Ibidemque idem et cap. 33. *a vestra religione et a sapientia,* ut et notavit Gothofredus. Adeo ut etiam dubitem, an vere citaverit Gruterus ad lib. ii. de Invent. c. 30. ex antiquis, ut ipse ait, *et omnibus honestatis partibus et omnibus utilitatis partibus,* quod et in vulgata esse dicit; quum in vulgatis per typos ante eum omnibus sit, *ex omnibus partibus honestatis et omnib. util. partibus:* at in duobus meis scriptis diserte, *ex omnibus partibus honestatis et ex omnibus utilitatis partibus;* quod non ausim imminuere, et refingere ad placitum Gruteri, ut videtur, ex cap. 48. et sequentis fine; quum non minus licitum fuerit Ciceroni nunc ita abundare, quam lib. ii. de Invent. c. 32. 'potuisse vitari et hac ratione potuisse provideri;' ubi *potuisse* alterum delesse Lambinum notat Gothofredus; quo jure, dicat ipse. Adde ad ii. 6. Invent. ii. 33. *de scripto et de sententia* duo nostri codices. Cap. 34. *in senatu aut in consilio,* ubi sæpius iteratur ea præpositio. *Gronov.* Gruter. et al. *et confutandum:* Erfurt. *et ad confirmandum et ad confutandum:* quod et in Medicæo legit Jac. Gronovius, et probavit merito. *Græv.* Ita et Ms. Traject. Vid. infr. ad lib. ii. de Invent. c. 17. *Burm.*

Quæ aut ad iracundiam inducit] Ita quidem in nullo scripto legi, qui vel habent *aut iracundiam* vel *aut in iracundiam,* quomodo etiam Medicæus. Quod unice probandum. Supra enim dixit ii. 19. 'si multos induxit in peccatum veniæ spes.' de Invent. i. 2. 'eas in unamquamque rem inducens utilem.' *Gronov.* Duisb. *quæ aut in iracundiam inducit;* et sic Medicæus, auctore Gronovio, qui et hoc loquendi genus adstruit. Sed Pith. *quæ iracundiam inducit,* quod et in aliis libris se invenisse idem testatur. *Græv.*

Dignitas est oratio cum aliqua gravitate, &c.] Erf. *Dign. est oratio cum aliqua grav., quæ docet, quomodo quid fieri potuerit, an non potuerit. Narratio:* Duisb. *Dign. est oratio quæ docet remissa voce, quomodo quid fieri poterit, et non poterit. Dignitas est oratio cum aliqua gravitate et vocis remissione. Narratio.* Idem.

Demonstratio est quæ docet] Mss. omnes, *demonstratio est oratio quæ;* nec ulla causa est, cur ea vox hinc sit expulsa, ut item mox, 'Cohortatio est oratio, quæ.' *Gronov. Demonstratio est oratio, quæ demonstrat* in Mss. quos vidit Jac. Gronovius, et sic Cratand. ac Lamb. edd. Vulgo omittitur *oratio.* Græv.

Cap. xiv. § 24 *Inserere atque inculcare*] Secutus sum Jo. Aurati conjecturam, qui cum reperisset scriptum in uno et altero cod. Ms. *inserere*

atque insectare, sic restituendum conjecit. Malim tamen legi *atque insculpere*, si veteres codices magis adjuvarent. *Lamb.* *Intersecare* libri nostri, præterquam quod in quibusdam *insecare*, vel *intersetare*. Lambinus admisit conjecturam Jo. Aurati, *inculcare;* nimium quantum a veteri scriptura : Gulielmius maluit *injectare*. Qui serit, intervallis suis injectat in agrum semen; ita qui loquitur distinctione certa in animos sermonem. Etiam legi posset *interjectare*, argutius forsan et Latinius. *Gruter.* Erf. et nonnulli alii *inserere atque insecare:* alii, quos Gruterus vidit, *inserere atque intersetare*. Græv. *Inserere atque insecare*] Ex verbo *insecare*, corrupto, ut nemo non videt, Joannes Auratus, Lambino referente, efficit *inculcare:* quod, ut fatear, mihi probari potius, quam *intersecare*, quæ lectio vulgata est, non plane mihi tamen probatur. Equidem, si divinandum est, et discedere a vetere scriptura licet, *insculpere* malim; quæ amici mei pereruditi hominis emendatio est, sed amplius pronuntiandum puto. *Brut.*

At aliud otiose, retardabimus] Distinctio est a Gulielmio. *Strenue* est celeriter, industrie : contra *otiose*, secure, negligenter. Nec aliter Plautus aut Terentius. *Gruter.* Manut. et Stephanorum aliæque edd. *at aliud, otiose retard.* Græv.

§ 25 *Sine ulla suspicione animæ cachinnationis*] Mss. nostri ita scripti sunt, ut videri possit *nimiæ*, quemadmodum vulgatum hactenus, aut adeo *mimæ*, uti erat diserte in Fabriciano, et heic proprie quadrat. *Gruter.* Grut. ed. et quidam Mss. *susp. mimæ cach.* omnes nostri Mss. et edd. antiquiores cum vulgatis *nimiæ*, quod non mutandum. Auctori ad Herennium 'mimica' diceretur cachinnatio, non 'mima cachinnatio,' ut Cic. de Orat. l. II. 'ne aut scurrilis jocus sit aut mimicus.' Cachinnatione nimia in recitatione historiæ suæ refrigeratus est Claudius, ut auctor est Sueton. in ejus vita cap. 41. *Græv.*

Leniter oportebit] Ms. Med. *leviter:* etiam alii Mss. in hac subita repetitione semel mutant. Tum Mss. omnes *inciderint in narrationem*. Gronov. Mss. mei et aliorum *leviter*. Et superius Erf. *leviter tremebunda voce*, pro vulgato *leniter:* sed hic sequor optimum Erf. in quo scribitur *lenissime oportebit ab sermone serio*. Græv.

Vocem quoque adaugere] Sic ediderunt Lambinus et Gruterus ex quibusdam editis prioribus, quum Stephanica Victorii habeat *jungere*. In hac hæsitatione testor me in uno tantum scripto invenisse *augere* simplex, in uno *adjungere*, in Medicæo *jungere*. Quo nihil commodius huc adferri potuit, nec debuit mutari. Quid enim aliud id notat, quam ipsum continuare? Sufficit adauctum esse sonum vocis. Restat, ut sicut verba continuari debent, etiam vox ipsa duret ac continuetur. Vide quæ de hoc verbo pater Observ. II. 3. notavit. *Gronov.* *Vocem quoque adaugere oportebit*] Varie codices tam scripti, quam editi. In editis vetustioribus, prima Cratandri, Stephani, ut et in Mss. Pith. Cauch. et meo, est *vocem quoque jungere oport.* in Duisb. *vocem quoque adjungere oport.* in alio *vocem quoque conjungere:* Erf. *vocem quoque rugire:* alii aliter. Sed *jungere* scribendum esse assentior Jacobo Gronovio, qui id poni pro continuare ex parentis sui Observat. II. 3. ostendit. In præcedentibus Erf. *Verbis continuandam vocem*. Græv.

In distributione vocem ab imis faucibus exclamatione quam clarissima adhibere oportet] Sic edd. et Mss. fere omnes, sed Erf. *In distribut. autem omissis faucibus exclamationem quam clarissimam adhibere oportet:* quod verum puto. Quid enim est 'vocem adhibere exclamatione clarissima?'

Num idem quod 'voce uti?' non ita sane loquebantur veteris Romæ incolæ. Faucium præcipuum munus est in sedata et depressa voce, ut superius dixit: 'Sermo cum est in dignitate, plenis faucibus, quam sedatissima et depressissima voce uti conveniet.' Sed in exclamatione faucium usus nullus est, itaque dixit 'omissis faucibus.' A Duisb. abest *vocem.* Mox idem, *tantum inter singula intervalla,* pro vulgato *tantum in singula intervalla.* Sed *inter singula* est etiam in edd. antiquis, prima, Mediol. Ascens. Cratand. recte. Pith. *tantum per sing. interv.* Græv.

Cap. xv. § 26 *Moderatio quædam, quæ pronuntianti convenit, et probabiliora reddit ea, quæ pronuntiantur*] Erf. *moderatio quædam pronuntiant.* Rob. Steph. Colin. Veneta, Juntæ Victoriana, Francofurt. non legunt *pronuntianti convenit, et;* sed in iis legitur, *moderatio quædam, quæ probabiliora reddit ea, quæ pronunciantur.* Idem.

In vultu pudorem et acrimoniam esse] In duobus scriptis *inesse,* ut solet sæpe, et sic Lambinus. Et forsan quoque mutavit verbum simplex substantivum toties hic repetitum. Præterea Mss. omnes *conspiciendam,* et utique cap. 16. maluit dicere *habeat quiddam artificiosi,* ut recte ex Mss. optimis correxit Gruterus, quam *artificii,* ut priores editi; et notus in Ovidio 'conspiciendus eques.' *Gronov.* Duo Mss. et ed. Lamb. *pudorem et acrimoniam inesse.* Græv. Ita codex Traj. a m. sec. ut et mox a m. pr. *et conspiciendam.* Burm.

In gestu nec venustatem conspiciendam] Liber unus Ms. habet *conspiciendam.* Lamb. Erf. *in gestu et venust. conspiciendam:* edd. *in gestu nec venust. conspicuam:* sed *conspiciendam* et ego in meis quatuor, et Jac. Gronovius in suis reperit: extat etiam in margine Cratandri. Cur neglexerunt? Ovid. Fast. II. 'aurato conspicienda sinu,' quæ in se oculos hominum convertit. Sic 'conspici' in epistola Augusti apud Suet. in Claud. 4. 'Non displicet nobis, si est passurus se ab Silani filio, homine sibi affini admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit.' Et paullo post, 'Expositus in prima fronte spectaculorum conspicietur,' est, in oculos hominum incurret. Quod modo dixit 'acrimoniam' vultus, paullo post appellat 'acrem adspectum.' *Græv.*

Ne aut histriones] Liber unus Ms. habet *ut aut histriones, &c.* quæ scriptura non est rejicienda. Quin ea fortasse recta est, et germana auctoris: nimirum hac sententia, non oportere in gestu venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, adeo scilicet utramque conspicuam, ut aut histriones, &c. hujus autem, quam secuti sumus, lectionis hic sensus est, oportere in gestu nec venustatem, &c. ne aut histriones, &c. *Lamb.*

Quam proxime tum vultum admoveamus ad auditores] In Ms. post vocem *vultum,* additum est *tum manum;* ut integra lectio sit, *ut quam prox. tum vultum tum manum admov. ad aud.* F. Ursinus. Erf. *prox. tumultum admov.* edd. vett. *maxime tum vultum admov.* Græv.

§ 27 *Inambulatione*] Loca, in quibus olim oratores stabant, erant satis ampla et spatiosa, ut non numquam ambularent in iis, cum verba facerent. Hinc Cic. in Orat. 'rarum incessum neque ita longum esse' dicit oportere. Et Fabius lib. II. moderatam etiam inambulationem concedit. Cresollius Vacat. Autumnal. de Gestu Oratoris II. 12. § 3. ubi vide plura. *Idem.*

Pedis dextri rara supplausione] Sic etiam Pith. et ed. Grut. sed reliqui *supplosione.* Caussæ nihil est cur malimus obsoletum supponere usitato, ne incidamus in illam repre-

hensionem jocularem, qua castigatus est Mestrius Florus a Vespasiano, ut auctor est Suetonius in Vespas. c. 22. Quantum momenti situm sit in supplosione pedum decente, et suo quidem tempore, docet multis Cresollius Vacat. Autumnal. de Gestu Oratoris, II. 12. § 1. et 2. *Idem.*

Feminis plangore] Erf. *fœminis plangore:* vulgg. edd. *fœmineo plangore.* Fœmineum planctum et ejulatum decere umquam oratorem, nemo mihi persuaserit; semper enim vox effœminata non modo in oratoribus, sed etiam in scenicis improbatur. Vide Quintil. Instit. XI. 3. M. Antonius ap. Cic. in Epist. ad Att. miserabiliter quidem Julii Cæsaris cædem, sed non muliebriter deploravit. Solus igitur Erfurtensis veram lectionem nobis servavit, in quo scribitur *fœminis plangore.* Lege *feminis plangore,* hoc est, ictu feminis. Nam ut frontem sic et femur solebant plangere, seu ferire, in magna indignatione et dolore. Sic Tullius Tusc. Q. l. III. lugenti tribuit 'feminum et capitis percussionem.' Vide Cresoll. de Gestu Oratoris, II. 2. § 16. *Τοῦ femur* autem secundus, tertius et sextus casus est *feminis, femini, femine,* ut notant veteres grammatici. Marius Victorinus lib. I. 'Hoc femur, quamvis nominativo per litteram *r* dicamus, tamen genitivo feminis, dativo femini, ablativo femine scribite.' Fraudi huic loco fuit vocis *plangor* propria quidem, sed minus trita notio, pro ictu, percussione. Sic 'plangere pectus' dolentes crebro dicuntur a poëtis: et 'saxa fluctus plangere,' Lucret. lib. II. 'Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt.' 'Plangor' apud Catullum in Epithalamio Pelei et Thetidis: 'Quæ' (undæ) 'tarde primum clementi flamine pulsæ Procedunt, leni et resonant plangore cachinni:' ut recte hic locus est emendatus a Scaligero et Vossio. *Græv.*

Feminis plangore et capitis ictu] Mss. omnes et edd. pr. *femineo pl.* Sed vide Grævium. Cæs. B. G. VII. 73. 'feminis crassitudine.' Adde ad Suet. Titum c. 4. Corrigendus etiam e Mss. Solinus c. 12. 'Liberum femine natum,' pro 'fœmina' vel 'fœminæ.' *Et captivi luctu* Leid. 1. *Oud.* *Capitis ictu*] Solebant oratores olim in magna indignatione frontem ferire. Quare M. Tullius, ut accusatoris M. Callidii auctoritatem everteret, ex eo probat, fictam ejus totam orationem simulatamque fuisse, non veram et e justo legitimoque dolore natam, quod 'neque femur in dicendo, neque frontem percussisset.' Percutiebant autem frontem vel ad dolorem, vel ad admirationem, vel ad pudorem significandum. Cresoll. de Gestu Oratoris, II. 3. § 2. ubi vide plura. *Græv.*

Atque omnium partium] Vid. Gronov. supra ad lib. II. cap. 6. *Burm.*

CAP. XVI. § 28 *Artificiosam memoriam*] Tres libri Mss. habent *artifici memoriam;* unus *artificium memoriam:* unde suspicatus sum legend. *artificiosam memoriam.* Lambin. *Artificium memoriæ*] Ita iidem scripti, nec non Pal. 2. alii tamen *memoriam,* quod exhibet ed. Victorii. Lambinus invenit in suis *artifici memoriam,* quod antiqua ratione scribendi est *artificii:* nam ille cur exsculpat *artificiosam,* non video. *Gruter.* Victor. ed. *artificium memoriam.* Quidam Mss. *artifici memoriam.* In Erfurt. legimus *artificem memoriæ.* Græv.

Et simul cum cogitatione nata] Pal. 4. Bruil. Gembl. item margo Liliani et Tosani, *et sine multa concitatione:* sed non abeo a vulgata, quæ et ipsa commoda est. *Gruter.* Etiam præstans Medicæus habet *sine multa concitatione.* Hanc, quamquam vulgata etiam bona est, negligere est vel indecorum vel signum clarum desperantis adsequi manum scriptoris; qui si scripsisset *simul cum cogitatione,* utique voces eæ tam sunt liquidæ ac notæ, ut in iis variatio accidere vix

potuerit. Sed nempe quia secretiore loquutione fuerat usus, hinc illa varietas in *τῷ sine* et *simul*. Scribo *simul cogitatione*. Qui nesciebant usum talem *τοῦ simul*, addidere suis exemplaribus *τὸ cum*; quod quum alii conferentes sua cum vetustioribus, in his non invenirent, correxerunt *sine multa*. Gronov. Pith. *et similis cum cogitatione*: in Medicæo quoque esse *sine multa concitatione* testatur Gronovius; quod et in Erf. et Cauch. reperi. *Græv.*

§ 29 *Ut doctrina et præceptione*] Sic habent duo libri Mss. quam scripturam multo magis probo, quam vulgatam, *ingenio, doctrina, præceptione, natura nitescat*: nam ingenium et natura unum fere sunt. Præterea supra proxime doctrinam opposuit ingenio; et item infra deinceps. *Lamb.* *Ut ingenio, doctrina, præceptione, natura nitescat* omnes Mss. nostri. Sententia est; ut in omnibus artibus, ita et in hac memoriæ, nitescere doctrinam, si sortita sit ingenium docile, et naturam vel optimam magis exsplendescere, si præceptionum adhibita sit ratio. Non vidit hoc Lambinus, et locum audacter contaminavit, rescribendo, *ut doctrina et præceptione natura nitescat*: hoc enim nec terram, nec cœlum, ut dicitur. Ita Gulielmius. *Gruter.*

Nostra præceptione non indigerent] Vox secunda in nullo mihi apparuit Msto.; ac præterea in uno *nostro*, in duobus *nostri*, quæ verissima est auctoris manus. *Gronov.* Erf. *Et si illi freti ingenio nostro non indigerent*: al. *Quod si illi freti ingenio nostri non indigerent*: al *Quod si illi freti ingenio nostra præceptione non indigeant*: Pith. *Et si illi freti ingenio præceptione nostra non indigent*. Græv.

De artificiosa memoria] Vide de ejus vanitate, et quam nihil conferat ad solidam doctrinam, Joann. Ger. Vossium in lib. de Natura Rhetorices cap. 26. *Idem.*

Cap. xvii. § 30 *Quod dictatum est scribere*] Edidi *dictatum*, ejecto vulgari *dictum* e Pal. 2. 4. 6. item Colon. Gembl. Tosano, Lovaniensi. Notum enim *dictatores* fuisse, qui scribis suggererent quod exciperent; vel ex joco Cæsaris apud Suetonium, negantis Sullam scivisse literas, quod deposuisset dictaturam. *Grut.* Ed. et multi Mss. *quod dictatum est scribere*: sed in Erf. est, *quod dicatur eis scribere*. Hinc puto natum esse, *quod dictatum est*. A vulgato non discedo: non solum enim quod dictatur, sed et quod dicitur in senatu, concione, familiari sermone, possunt scribere. *Græv.*

Edere et proferre] Libri aliquot Mss. habent, *videre et proferre*: nos tamen secuti sumus vulgatos, qui habent *edere et proferre possimus*. Lamb. Apparet loco vocis primæ fuisse aliquid, librariis minus cognitum: nam vacuum relictum est in Pal. 2. Pal. 1. vero habet *dicere*; 5. *videre*: an fuit *educere?* Gruter. Haud dubium mihi, quin præferri debeat *videre* ab Lambinianis libris quoque confirmatum, cujus arcanam significationem vel ignoravere vel nunc ex memoria ejecerunt; ut notet vel petere et comparatum habere, ut alibi dixit 'videre talaria,' 'consilium,' de quo pater ad Livium xxi. 4. vel proponere sibi et in oculis habere, ut apud eundem Livium dixit lib. ii. c. 12. Scævola, 'ut sentias quam vile corpus sit iis, qui magnam gloriam vident.' *Gronov.* In Duisb. et non nullis aliis Mss. est etiam *videre et proferre*: quod probat Jac. Gronovius, putatque *videre* hic esse petere et comparatum habere. Erf. et Cauch. *edere* retinent, sed *et proferre* in iis non extat. Vulgata bene se habet. *Græv.*

Cap. xviii. *In quamlibet partem quoto quoque loco libebit*] Sic quidem satis concinne edunt, sed quod non firmatur ab Mss. nam istud *quoto* in nullo exstat scripto. Et postea qui-

dam *quoquo loco*. Sed delicatissimum mihi accidit et pro unice vero amplector, quod in uno offendi, *in quam libebit partem quoque loco libebit:* cui non dissimile est lib. IV. c. 5. 'Liceret enim eligerent.' *Gronov.* Mss. *in quamlibet partem quoque loco:* al. *in quamlibet partem quoque loco libebit.* In Cauch. et Duisb. ut et omnibus iis quos Jac. Gronovius inspexit, scribitur *ut in quamlibet partem quoquo loco libebit:* quod æque probari potest ac *quoque*. Sed optimi libri Erf. et Pithœi *quoto* retinent. *Græv.*

§ 31 *Et locos, quos assumserimus egregie commeditari oportebit*] Magis placebat Gulielmio, quod in suis invenerat Suffridus, *commoditerque notare:* et vero ita quoque erat in Pal. 4. 6. Coloniensi, sed sine enclitica. *Gruter.* Sic quoque sine copula erat in Medicæo: in alio ad marginem *memoriter et commode notare*, ut plane hinc pateat copulativam esse ab ludibrio librariorum. Sed etiam Mss. nostri omnes *quos sumpserimus;* et cur non id æque hic potuit placere, quam cap. seq. 'intercolumnia sumpserit?' Scribe et distingue *quos sumpserimus egregie, commoditer notare. Egregie* intelligit, ut et multi sint, et ex ordine collocati. *Gronov.* Erf. *locos, quos sumpseris, egregie oportebit:* Pith. *locos, quos assumseris, egregie commeditare oportebit:* edd. prima, Mediol. Cratand. et aliæ *et locos, quos sumserimus, egregie commoditerque notare oportebit.* In Ms. Cauch. et plurimis aliis *et locos, quos sumserimus, egregie commoditer notare oportebit;* quod et in suis reperit Jac. Gronovius, qui sic distinguendum censet, *et locos, quos sumserimus egregie, commoditer notare oportebit.* Sed quis bonorum, imo etiam deteriorum scriptorum, voce *commoditer* usus est? Cur non *commodum*, aut *commode?* nec melioris notæ est, quod in aliis legitur libris, *commeditari*, et quidem *commeditari locos.* Sane locus hic in mendo cubat. Posset *commoditer* vox nihili sine damno sententiæ abesse, et legi, *locos, quos sumserimus, egregie notari oportebit:* ut paullo post, 'quintum quemque placet notari.' *Græv.*

Ubi nihil illis utimur] Omnes quinque Mss. ed. pr. et Mediol. non agnoscunt *illis.* 'Ubi nihil utimur' est, ubi non utimur imaginibus. Sic statim Erf. et Pith. *quintum quemque placet notari,* ut *locum* ἀπὸ κοινοῦ sit repetendum. Sic Erf. inferius, *conturbabitur similitudine, ut ignoret:* in edd. est *similitudine locorum.* Idem.

Manum auream collocemus] Sic omnes quidem habent libri: sed Auratus arbitratur legend. *manum alteram:* a quo dissentio. Idcirco enim manum vult esse *auream* noster auctor, ut sit insignior. *Lamb.*

Cui prænomen sit Decimo] Sic legendum, et ita habent libri omnes et vulgati et Mss. Falluntur autem qui *Decio* legi volunt, nam primum *Decius* non est prænomen Romanum: deinde vox *Decimus* apta est ad notandum decimum locum: *Decius* non item. Postremo quid opus est hic quicquam innovare, cum *Decimus* sit prænomen Romanum, et in libris omnibus legatur *Decimo*, non *Decio?* Infra autem non longe admodum, ubi libri omnes, quos quidem viderim, habent *paullo plus, aut minus tricenum pedum,* Alfonsus Delbenius, Altæcombæ cœnobiarcha, Richardi Delbenii fil. amicus meus, naturali et artificiali memoria multum valens, existimat legendum, *paullo plus, aut minus trinum pedum.* Lamb.

Deinde facile erit similes notas] Mss. nostri tres interponunt vocem *facile erit deinceps similes.* Nec est cur abigatur, quum et diversum quid significet, et in Bruto sic occurrat, cap. 3. 'posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ.' *Gronov.* Edd. *deinde facile erit similes notas quinto quoque loco:* Erf. *deinde facile erit deinceps similes notas q. quoque loco:*

sic et tres alii libri, quos Jac. Gronovius consuluit, et probavit, nec non ed. Mediol. et Cratandri. *Deinceps* est in sequentibus. In vulgatis *deinceps* non conspicitur, quod expunctum fuit, quia non intelligebant vim vocis, quam falso credebant idem notare, quod *deinde*. Sed *deinceps* est ordine. Cic. de Leg. lib. III. 'deinde etiam deinceps posteris prodebatur:' et de Divin. l. II. 'Tum vero ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versuum litteris aliquid connectitur:' ex primis se ordine in singulis versibus sequentibus litteris. Idem ad Fam. II. 18. 'Tres fratres summo loco natos, promtos, non indisertos, te nolo habere iratos, jure præsertim, quos video deinceps tribunos plebis futuros per triennium.' *Græv.*

CAP. XIX. *Et magnitudine modica, et mediocreis locos, &c.*] Fabricianus, *id est mediocres:* adeo ut Gulielmius habeat *et mediocres* pro glossemate. Erat in Pal. 5. *ex magn. modica:* quod excutient quibus otium est, quo careo. *Gruter.* Pith. *ex magnitudine modica, et mediocres locos:* Cauch. *nam et magn. modica, et mediocres locos.* Scribe, *jam magn. modica, et mediocres locos. Jam* est connectendi sæpe particula, ut alibi notavi. *Græv.*

§ 32 *Ne aut obcæcentur*] Vitium ex Lambini, tum Gothofredi editione in Gruterianam translatum correxi restituenda media particula, quam habent edd. simul omnes et scripti. *Gronov.*

Mediocria esse placet] Insignis ille Medicæus *mediocria valent esse,* quod mutandum opinor in *volent,* ut solent eleganter id verbum de aliis rebus usurpare quam animatis: id quod ignorantes alii mutarunt. Et notes oportet hunc verborum ordinem esse in Mss. *Gronov.* Erf. et Cauch. *mediocria valent esse:* sic et Medic. notante Gronovio, qui inde conjicit scribend. *volent esse*, quod inanimatis quoque tribuatur. *Græv.*

CAP. XX. § 33 *Si eum non agnoverimus*] Pal. 4. et 6. excludunt *agnoverimus;* probem, si et tolleretur una, *eum.* Gulielmius malnisset *cognoverimus.* Gruter. Duo Pall. *si eum non, aliquem.* Erfurtensis etiam non agnoscit *agnoverimus.* Sed *cognoverimus*, quod malebat Guilielm. extat in marg. Cratandri, et recepit Lambinus, contra veterum librorum fidem. *Græv.*

Aliquem ægrotum non de minimo loco sumemus] Pall. iidem non agnoscunt negativam. *Gruter.* Nec Medicæus eam agnoscit; ut videatur scripsisse *ægr. de non imo loco.* Gronov. Erf. et Cauch. *ad aliq. ægr. de min. aliquo sumemus.* Sed in Cauchiano adscriptum erat inter versus super *aliquo, loco:* in Palatinis Gruteri *de minimo loco.* Nec extat negativa in Medicæo et Erf. unde Jac. Gronov. conjiciebat auctorem horum librorum scripsisse, *ægr. de non imo loco.* Grævius.

Medico testiculos] Qui hanc lectionem sequuntur et probant, *medico* interpretantur, digito eo qui proximus est minimo: sed libri duo Mss. habent, *medicum testiculos arietinos tenentem:* ego tamen vulgatam lectionem sequor et probo. *Lamb.* Erf. *medicos testiculos:* Duisb. *medicum testiculos arietinos tenentem:* Pith. *medio digito testiculos arietinos tenente.* Vide Politiani Miscell. cap. 6. qui *medico* subaudit *digito,* et illo significari ait proximum a minimo. *Græv.*

CAP. XXI. § 34 *Jam domitionem*] Versus est senarius, trimeter, nescio cujus poëtæ: neque vero dubium est, quin sit ita legendus, nam quod in nonnullis Mss. et vulgatis legitur, *domi ultionem*, ea depravata scriptura est. Utitur autem hac voce Pacuvius teste Nonio: 'nam solus Danais hic domitionem dedit:' et Lucilius, 'domitionis cupidi;' id est, do-

mumitionem, et domumitionis. Apud Nonium tamen scriptum est *domutionem*, et *domutionis*, videlicet pro *domitionem*, et *domitionis*. Lamb. *Jam domuitionem* est a Victoriana: nam prius impressi, *domi ultionem*, quod servant Pall. omnes; etiam Bruil. et Fabr. nec non ii quos excussit Petreius: eique scripturæ patrocinatur Gulielmius, ac putat favere imaginem quam subjicit, in qua facies vapulantis. *Gruter.* Mss. et edd. *jam domi ultionem.* Grut. Car. Steph. ed. in lib. I. de Divin. legit *domumitionem*, quod verius est. Vide Vossium de Constructione, cap. 8. *Græv.* Vid. Turneb. Adv. II. 30. et Schott. Nod. Cic. IV. 10. *Burm.*

Cum a regibus Marciis] Sic revocavi scripturam priorum edd. relicto Lambino, Gothofredo, et Grutero; quoniam videtur certe intelligere Marcios reges, quos sic etiam appellat Julius apud Sueton. cap. 6. Martios autem reges aut Martia lora quæ intellexerunt? *Gronovius.* Quamvis Mss. et edd. quas ego inspexi, omnes scribant *Martiis*, præterquam Manutii, rectius tamen *Marciis* legi ex Sueton. Cæs. cap. 6. probavit Jac. Gronovius. Ed. pr. proxime accedit ad veram scripturam, in qua est, *cum a regibus Marcus.* Græv.

In altero loco Æsopum et Cimbrum subornare Iphigeniam] Quidam libri habent, *subornare vagantem Iphigeniam ad Agamemnonem, et Menel.* Ex qua scriptura conjicere possit aliquis legend. *suborn. vadentem Iphig. &c.* Lamb. Erf. *in alterum locum Æsopum.* Græv. *Subornare Iphigeniam, Agamemnonem et Menelaum*] Quot excussi Palatinos, totidem inveni lectiones variantes: meliores tamen inclinabant in *subornari ut ad Iphig. in Agamemnonem et Menelaum.* Gruter. Vera notat Gruterus: et utinam tamen posuisset præcipuas! Nam ut fatear etiam videri hanc in codice Medicæo *subornari ut ad Iphig.* sic tamen in alio esse video *ut vel vagantem ephigeniam*, omissis duobus regum nominibus, quæ sequuntur: in alio plenissime *ut ad iphig. ad vagantem Agamemnonem et Menelaum.* Hæc omnino orta sunt ex occasu veræ lectionis, cujus vestigia satis, ut puto, liquida sequens eruo, *ut ad Iphigeniam, Calchantem, Agamemnonem et Menelaum.* Sed et sic aliquid restat. *Gronov.* Duisb. *subornare vagantem Iphig.* edd. vett. *subornari ut apud Iphig., Agamemnonem:* Cauch. *subornari vagantem Iphig. ad Agamemn.* Pall. et Medic. *subornari ut ad Iphig. in Agamemnonem:* al. Ms. *subornari ut vel vagantem ephigeniam*, omissis vocibus *Agamemnonem et Menelaum:* Pith. *subornari ad vagantem Iphig.* Græv.

Hoc erit, Atridæ parant] Quia Atridæ cum ad bellum Trojanum proficisci pararent, Aulide Iphigeniam ad placandam Dianam immolarunt. Æsopus autem et Cimber tragœdi fuerunt, qui Iphigeniam tragœdiam egerunt. *Lamb.*

Ipsi nobiscum primum transeamus] Liber unus Ms. habet, *primum transigamus, &c.* Ceteri lectionem vulgatam confirmant. Ego hunc locum mendo vacare non puto. *Lamb.*

§ 35 *Ut imagines partim firmæ et acres*] Sic legit Lamb. *Firmæ, et hæres*, habent duo Gryph. B C; ut suspicer mancam esse vocem ex integra *hærentes.* Participium autem solitum usurpari significatione nominis adjuncti nemo non novit. Cic. de Orat. l. II. cum de hac ipsa memoria ageretur quæ arte comparatur: 'Imaginibus,' inquit, 'est utendum agentibus, acribus, insignitis:' et lib. de Clar. Orat. 'Acrem enim oratorem, incensum, et agentem, et canorum concursus hominum forique strepitus desiderat.' In iisdem, quod in impressis *imbecilles* legitur, *imbecillæ* exstat. *Brut.*

CAP. XXII. *Incredibile, ridiculum,*

id diu, &c.] Pal. 5. subjicit *periculosum:* sed Pal. 1. id positum habet in vicem *ridiculum;* neque aliter Fabr. et Mss. Suffridi; veriusque putabat Gulielm. nam periculi sane tenacissima est memoria; et de ridiculo infra agit; ita ut simul innuat se de ea antea non meminisse. *Gruter.*

Insignes et novæ manent diutius] Duisb. *insign. et novæ res manent:* al. *insign. et novæ manent diutius in animo:* Cratand. Rob. Steph. et al. edd. *novæ diutius in animo manent.* Hinc Lambinus notat in margine: 'Fortasse *in animo* ex annotatione natum est, et subintelligendum *in memoria* ἀπὸ κοινοῦ.' *Græv.*

Cap. xxiv. § 40 *Ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffisi*] Haud aliter Pall. aut quos consuluit Suffridus. Posterius cusi, *diffidere;* minus recte: pendent enim isthæc ab subsequenti 'videamur.' *Gruter.* Duisb. Cratand. Rob. Steph. Ascens. edd. *ne aut tuo studio diffisi:* meus Ms. et ed. pr. *ne aut studio difficili aut minus;* in margine tamen mei Ms. adscriptum erat *diffisi.* Al. *ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffidere.* Sane ista verba *aut tu nostro, aut* rectius absunt a libris melioribus. (Erfurtensis hic nos destituit, quia pagina est excisa.) Cur enim Herennius studio auctoris diffidat, si pluribus hæc explicaret? Sed Herennii studio diffidere visus fuisset auctor horum Rhetoricorum, si nimis diu his exponendis immoraretur. *Græv.*

AD HERENNIUM.

LIBER IV.

Cap. i. § 1 *Compluribus de caussis putant oportere*] Medic. *disputant.* Utique et sic claudit, *magis nos auctoritate sua commovent, quam veritate disputationis,* ubi mirifice codex Mediceus habet, *Hæc illi cum dicunt magis nova auctoritate disputationis, illud veremur, ne cui satis sit.* Gronov. Medic. *compluribus de causis disputant oportere:* bene. *Græv.*

§ 2 *Cum possimus ab Ennio sumtum, aut a Graccho ponere exemplum*] Scripti omnes *sumere.* Neque enim τοῖς *ponere a Graccho* debet necessario opponi *sumtum.* Ipse ait c. 3. dicens 'ponimus hoc exemplum a Crasso.' *Gronov.* Duisb. *cum poss. ab Ennio, aut a Graccho ponere exemplum:* non male. Sic etiam inferius loquitur cap. 3. 'ponimus hoc exemplum a Crasso,' ut Jac. Gronovius quoque notavit, qui in suis Mss. invenerit, *cum possimus ab Ennio sumere, aut a Graccho ponere exemplum.* Al. Ms. *ab Ennio sumere, aut a Graccho.* Græv. Sic supra, ubi legitur, 'aut poëta probato sumtum ponere exemplum,' in Ms. Traj. deest *sumtum.* Burm.

Videtur esse arrogantia] Quidam liber Ms. habet *videtur esse arrogantiæ.* Legendum fortasse est, *videtur esse arrogantis;* quamquam nihil mihi mutandum videtur. Sic enim supra non longe locutus est ibi, 'propterea quod videatur esse ostentatio.' *Lambinus.* Tres Mss. Pith. Cauch. Duisb. et ed. Cratandri itidem, *videtur esse arrogantiæ:* nisi quod in Duisb. etiam non compareat *esse.* In Pith. est quoque *videtur esse arrogantiæ.* Sed edd.

prima, Mediol. Stephanorum, aliæque cum vulgatis legunt *arrogantia.* Utram sequamur, digitum non verterim. *Græv.*

Non igitur ridiculus sit, &c.] Sic habent omnes fere libri et vulgati et Mss. quod idcirco annotavi, quod quidam temere reposuerunt *Nonne igitur;* quasi vero *non*, sequente nota interrogationis, non idem valeat quod *nonne.* Lamb. Duo Mss. Pith. et Duisb. *non igitur ridiculum sit.* Græv.

Aut in judicio domesticis testimoniis pugnet, et sui ipsius abutatur exemplo] Secutus sum auctoritatem Pal. 1. quibus suffragantur et alii, nisi quod ii *testimonio abutatur.* Victorii ed. invexit, *judicio domestico pugnet, et sui ipsius testimonio abutatur:* at velim doceri, quid sit illud 'judicium domesticum.' *Gruter.* Vict. et al. edd. *in judicio domestico pugnet, et sui:* Pith. Ms. *in judicio testimonio pugnet domestico:* Rob. Steph. ed. *in judicio domesticis pugnet testimoniis:* Lamb. ed. *aut in judicio domesticis testibus pugnet.* Optime Palatiui, quibus suffragatur Duisb. quos cum Grutero sequor. *Græv. Sui ipsius abutatur testimonio*] Grut. edd. *sui ipsius abutatur exemplo:* Duisb. Pith. et edd. pleræque, *sui ipsius abutatur testimonio:* Cratand. ed. *sui testimonio abutatur:* quod male Gruterus interpolavit, cum non tantum optimi codices et editiones repugnent, sed et sequentia innuant scribendum *testimonio*, cum dicit quod in judicio testimonium sit, hoc exemplum esse in præceptione. *Idem.*

CAP. II. § 3 *Quis est enim, qui nisi, &c.*] Sic edendum curavi, partim meo judicio adductus, partim aliorum quorumdam auctoritatem secutus, quod scriptura vulgata ferri non posset, neque me veteres codices adjuvarent. Sed, ut dicam quod sentio, hunc locum transpositione vocum depravatum esse puto. Nam si ita scribatur, *Quis est enim, qui cum non summe teneat, &c.* sententia sit aperta, et expedita. Molestum sit tantum hoc κακέμφατον, *cum non:* quod Cicero vitare monet in Perf. Oratore. *Lamb.* Non nullæ edd. *Quis est enim, qui non, cum summe teneat artem:* Erf. *Quis est enim qui non, tenet cum summe artem.* Prima, Mediol. Ascens. et Cratand. edd. firmant Lambini conjecturam, et eam postulat sententia, aut legendum, ut edidit Lamb. *Quis est enim, qui, nisi summe teneat artem.* Duisb. sane, *Quis est enim, qui, nisi cum summe teneat artem:* quod et ipsum aptius est huic loco: nam vulgata ferri non potest, cum contrariam huic loco sententiam prodat. *Græv.*

CAP. III. § 4 *Nimium pueriliter proferatur*] Vulgati addiderant *inutiliter et;* quod rejeci, fide quatuor Pall. et Bruil. *Gruter.* Plerique Mss. et edd. *nimium inutiliter et pueriliter proferatur:* Grut. *nimium pueriliter proferatur:* sic et Cauchianus. *Græv.*

Quomodo Ladas, aut Boliscus Sicyonii] Sic restituit hunc locum Adr. Turnebus Advers. xx. 25. quamquam putat *Boiscus* legi posse. Ego *Boiscus* malo. Xenophon sane *Boiscum* quendam pugilem commemorat lib. v. Ἀναβάσ. *Lamb.* Opinor scribendum *Bœus*, de quo Pausanias meminit in Laconicis; ab eoque conditam Bœam urbem fuisse in extremo Bœiatici sinus cornu scribit. *F. Ursinus.* Videatur super hujus loci emendatione Turnebus Advers. xx. 25. *Gruter.* Quum nullus non ex scriptis codicibus habeat *cum*, ea vox primo non debuit mutari. Licet *Boiscus* sit vere nomen proprium apud veteres, unde Boiscus Thessalus pugil Xenoph. Exp. Cyri, l. v. p. 369. Nostri autem Mss. habent vel *Bois cum*, vel *Boys cum*, vel denique *Boyis cum sisoniis*, ut omnino vera manus fuerit, *Boius cum Sicyoniis*, quod interpretatur pater Observ. IV. 25. ubi præter Bœos illic notatos adscripsit, Βοῖος nomen. Salmas. Sol. 65. Et mirum profecto

non cogitasse viros doctissimos hoc loco de his calceis, quum et ipse Balduinus hanc eorum appellationem satis illustret in libello de eis scripto, eorumque mentio satis frequens alibi occurrat. *Gronov.* Erf. *Laudas aut Bois cum Sidoniis cursitarint:* Pith. *Laudas aut Bois cum Sisoniis cursitarint:* al. *Ladas aut Bois in Sinoniis cursitaverint :* Grut. ed. *Ladas aut Boiuscus Sicyonius cursitarint:* Lamb. ed. *Ladas aut Boiscus Sicyonii cursitarint:* alii *Ladas aut Bolisicus Sicyonius cursitarit.* Hæc omnia rejicit merito J. F. Gronov. Observ. IV. 25. probatque, *quomodo Ladas aut Bojus cum Sicyoniis cursitarit,* hoc est calceamentis Sicyoniis, quorum etiam l. I. de Orat. meminit: 'si mihi calceos Sicyonios adtulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles.' Lucret. 'pulchra in pedibus Sicyonia rident.' Phrasis qualis pro Valerio Flacco, 'ambulat cum lorica:' qualis in II. Antoniana, 'cum Gallicis et lacerna cucurristi.' Boius, Bœus, Βοῖος, Græca esse nomina ibidem docet, ubi vide plura. *Græv.*

Sic ut in stadium artis rhetoricæ] Sic reposui, cum in libris omnibus, præterquam in lib. ed. Colin. et Car. Steph. et in uno Ms. legatur *in studium,* plane mendose. *Lamb.*

§ 5 *De libris sustulerit*] Hæc scriptura est profecta in Gruterianas et omnes illam sequentes editiones, ex emendatione et conjectura Turnebi, cum omnes editi ante Gruterum, quos quidem vidi, vidi autem plurimos, et plerique Mss. *de libris suis tulerit;* corrupte quidem ; unde Turnebo emendandi fuit occasio data, *suis tulerit* mutandi in *sustulerit :* sed invitis libris omnibus non erat recipiendum in contextum. Veram auctoris manum nobis servarunt Cauch. et Duisb. membranæ, *de libris tuis tulerit. Ferre* pro auferre. Virg. 'Omnia fert ætas, animum quoque.' *Græv.*

Nihil istis, quod suum velint] *Istis,* nimirum libris. Non inepte tamen Duisb. *nihil tibi, quod tuum esse velis.* Si plures libri consensissent, non repugnarem. *Idem.*

Quibus possumus, et debemus] Hæc sunt ex oratione Crassi, quam habuit ad Quirites, cum ageret caussam senatus. Sic autem hunc locum restitui ex lib. I. de Orat. ad Qu. Fratrem, ubi plura ad hunc locum pertinentia referuntur, ex quibus hæc tantum adscribam : 'Nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus, et debemus.' *Lamb.* Vulg. *omnes quod possumus et debemus:* Pith. *quod possumus et debemus.* Græv. *Quibus possumus et debemus*] Hujus loci restituti laus Lambino debetur. Antea enim *quod possumus,* ut ad vocem *testimonium* referretur, legebatur ; et quidem nulla cum ratione. Crassi enim sunt verba ex ejus oratione, exempli caussa ad genus illud orationis demonstrandum sumpta. *Brut.*

Non testimonium collocamus] Negativam addidi suasu Pal. 4. ac 5. nec aliter Bruil. *Gruter.* Ab edd. et plerisque Mss. abest *in.* Grut. ed. *non test. coll.* Græv.

Cap. IV. § 6 *Sin autem istud artificium egregium dicitis*] Scripti nostri omnes *artificiosum,* ut omnino decet esse, sive construas *sin autem istud artificiosum dicitis egregium,* sive *sin autem istud difficile dicitis artificiosum egregium,* quod doctius est quam ferre potuerunt, plane ut alii semidocti hæserunt ad illa 'pessimum publicum,' 'optimum publicum,' de quo alias. *Gronov.* Edd. et multi Mss. *Sin autem istud artificium egregium dicitis:* Cratand. margo, *Sin autem istud artificiosum et egregium dicitis:* Erf. et Cauch. nec non illi Mss. quos Jac. Gronovius excussit, *Sin autem istud artificiosum,* idque merito probat. *Græv.*

§ 7 *Quia plane rudis id facere nemo poterit*] His olim præmittebatur vo-

cula *sed,* quam deleverunt posteriores; recte, si eam non invenerunt in scriptis; verum ideo negligere non debuerant aliud, quod in omnibus vetustis codd. legi opinor, quum certe in nostris sit, ut in Medicæo, *nam si quia.* In alio erasa antiqua, *nam si,* quod et in tertio. Habebis perfectissimam pericopem, legendo, *periodos, tum si, quia plane rudis, &c.* Est idem sermonis processus et interjectio vocularum istarum eadem Virgilianæ Æn. I. 'At veluti magno in populo quum sæpe coorta est Seditio, sævitque animis ignobile vulgus, Jamque faces et saxa volant, furor arma ministrat, Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem Aspexere, silent.' *Gronov.* Edd. ante Grut. *sed quia plane rudis id facere:* Pith. *at non quia plane rudis id facere:* Medic. *nam si quia plane rudis id facere:* al. *nam si plane rudis id facere.* Sed optime Erf. *num si quia plane rudis id facere nemo poterit.* Græv.

Aliis signis te scire multa] Legendum, libris omnibus repugnantibus, *te nescire multa.* Lamb. *Aliis signis multa scire intelligemus*] Istud malui cum Pall. 1. 4. quam vulgatum *te scire multa intelligimus.* Libri heic valde sunt mendosi; nulli tamen accedebant illi Lambiniano, *aliis signis multa nescire intelligimus.* Gruter. Al. edd. *aliis signis te scire multa:* Pith. *aliis signis scire intelligimus:* Lamb. ed. *aliis signis te nescire multa intelligimus.* Græv.

Ut ipsi ab aliis] Duisb. *et ipsi ab aliis.* Omnes isti versus *Commode scripta facile intelligere,* usque *ut ipsi ab aliis potius,* in Erfurtensi desiderantur, quia luscosus scriba ab his verbis *ab aliis,* neglectis quæ interveniebant, transilit ad inferiora, ubi itidem *ab aliis* habetur. *Idem.*

Cap. v. *Dicimus ergo eos omnes*] Sic nullus veterum codicum, qui habent, *D. e. eos cum ideo, quod alienis utantur, peccare, tum etiam magis:* quod est rectissimum. *Gronov.* Erf. *Dic. igitur eos, cum ideo, quod alienis utantur:* Pith. *Dic. ergo eos, tum ideo quod alienis utantur:* edd. vulgatæ, *Dic. ergo, eos omnes ideo quod alienis utantur.* Brevius Duisb. *dicimus ergo qui alienis utuntur.* Approbanda scriptura Erfurtensis, quam et in aliis libris invenerunt viri docti, et probarunt, quamvis valde mihi blandiatur Duisburgensis codicis brevitas. *Græv.* *Ideo quod alienis utantur*] Ita in impressis legitur. In uno Gryph. multo planius, *cum in eo, quod alienis utantur;* quæ eadem lectio in Leonic. libro habetur. *Brut.*

Utrum unum omnia, &c.] Pall. aliquot et Petreii nostri, item Bruil. præferunt, *utrum ab uno omnia, an omnia a nemine, an aliud ab alio:* quod an de veritate concertet cum vulgato, perpendat otiosior me. *Gruter.* Erf. et al. Mss. *utrum ab uno omnia an omnia a nemine, an aliud ab alio putet consequi posse:* Lamb. ed. *utrum unum aliquem omnia, &c.* Græv.

Non putare unum omnia posse] Sic quidam Pall. alii, *putare a nemine omnia posse:* Gembl. et Bruil. *putare neminem omnia posse;* quod forte melius recepto. *Gruter.* Erf. et al. *putare a nemine omnia posse:* Duisb. et al. Mss. *putare neminem posse omnia:* edd. *putare non unum omnia posse.* Græv.

§ 8 *In hanc incidet opinionem*] Mss. tres *incideret,* quod et notum Lambino et prioribus. *Gronov.* Erf. et tres alii a Jac. Gronovio consulti, nec non ed. Cratandri, Rob. Stephani, Lambini, aliæque, *incideret,* rectius quam vulgatæ, *incidet.* Græv.

Deinde si quis velit artem demonstrare] Lamb. ed. *Deinde si quis velit dem., artem:* Cratandri margo, *Denique si quis velit artem;* quod si est ex Mss. valde probo. *Denique* enim est, ut alibi notavi, ut paucis, aut uno verbo dicam, pro quo Cicero dicit alibi 'ad summum,' 'noli quærere,' 'quid quæris?' *Græv.*

Cap. vi. § 9 *Si merces ipsi qui ven-*

ditant, aliunde exemplum quæritent aliud mercis] Duisb. *Si merces ipsi qui vendicant:* Erf. *Sic mercem ipsi qui venditant, aliunde exemplum quæritant mercis:* et sic fere Lambini editio, *Si mercem ipsi qui venditant, aliunde exemplum quæritent ejus mercis.* Delendum sane videtur *aliud.* Nullum enim ante aliud habuerunt exemplum, quo ab hoc distingueretur, quod quærebant. *Idem.*

Ipse ab aliis id mutuaretur] Vocem *hominibus,* quæ interjecta erat inter illas duas *aliis id,* Aurato auctore sustuli. *Lamb.* Edd. *ab aliis hominibus id mutuaretur:* Lamb. ed. *ab aliis id mutuaretur:* Pith. *Ipse ab aliis hominibus id mutuaret.* Græv.

Cum testa ambulans] Cod. Cauch. *cum testa:* unde Cauchius conjicit forte legend. *cum testu.* At *testo* non damnandum. Nam veteres dixerunt 'testum,' 'testa,' et 'testu,' quod Charisius indecliuabile censet esse, ut 'genu.' Vide viri et amici, cum in vivis esset, summi Nic. Heinsii notas ad Ovid. Fast. II. 645. *Idem.*

Si, qui se fontes maximos, &c.] Vel sic legendum, et edendum curavi, *Si, qui se fonteis maximos, pen. absc. ap. dicat, is hæc sitiens, &c.* vel sic, *Si quis se fonteis max. pen. absc., ap. dicat, et hæc sitiens, &c.* Lamb. Pith. *Si qui fontes maximos.* Græv. *Et hoc sitiens quam maxime loquatur*] Edd. et Mss. *sitiens quam max. loq.* Pith. *et his sitiens quam max. loq.* Verius Erf. *et hoc sitiens cum max. loq.* id est, hoc loquatur illo ipso tempore quo sitiebat. Non intellexerunt vim particularum *cum maxime,* quæ notant tunc, hoc ipso tempore. Senec. Epist. 120. 'Hoc quod futurum dico, cum maxime fit, et pars ejus jam magna facta est.' Sed hoc primus et multis olim docuit politissimus civis meus Justus Zinzerlingius in Promulside Critica cap. 22. quem vide. *Græv.*

Neque habeant, qui sitim sedet] Est a Pall. plerisque et Gulielmianis. Supra quoque reposui *non ridiculus,* iisdem libris auctoribus. *Gruter.* Edd. et Mss. *neque habeat quo sitim sedet.* Græv.

Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti] Credo editoribus, in vulgatissimis exemplaribus ad hunc modum fere legi, sed ea tanti non erant, ut præ illis contemnerentur meliora. Primo enim in omnibus nostris tribus exhibetur *Praxitelæ,* quod procul dubio erit in pluribus, et placuisse vetustioribus docent 'Socratæ' et 'Hippocratæ,' quos animadvertit in notis ad Gellium nuper editis pater. Sed eximie præstans ille Medicæus, *Myronium, brachia Praxitelæ, pectus Polycletium.* Ipsa varietate hoc magnificum et grave. Sic 'Aristotelia' in Epist. ad Att. et Fam. Sic 'Carneadium' in lib. III. de Oratore: 'Hesiodium' Bruto c. 4. *Gronov.* Varie Mss. In Erfurt. *Myronius, brachia Praxiteles, pectus Polycletius ventrem ac crura, sed omnia:* Medic. *Myronium, brachia Praxitelæ, pectus Polycletium, sed omnia:* Pith. *Milonis, brachia Praxitelæ, pectus Polycleti, ventrem et crura, sed omnia:* al. Ms. teste Pithœo, *Myronium, brachia Praxiteles, pectus pollide cujus ventrem et crura.* Ego ex Cauchii codice sic refinxi, *Myronium, brachia Praxitelæ, pectus Polycletium:* (nisi quod in eo legatur *Praxitele,* pro *Praxitelæ,* quod tamen servat Pithœi codex, nec longe abit Erf. in quo corrupte *Praxiteles*) et sic quoque refingendum censuit Jac. Gronovius ex Medicæo. Nam veteres dixisse 'Praxitelæ,' 'Alcibiadæ,' 'Parmenidæ' pater ejus docuit ad Gell. I. 9. At in Erf. et Pith. adduntur post *Polycletium* hæc verba, *ventrem ac crura,* ut alius artificis nomen excidisse videatur. Forte *ventrem ac crura Phidiæ.* Græv. *Myronium, brachia Praxitelæ, pectus Polycletium*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. edd. pr. *Milonis:* Leid. 1. *Milonii:* 4. *Mironii:* Voss. 2. *Myronis,* ut vulgo.

Praxiteles Voss. 1. Leid. 1. ed. Omnib. Tum *Polydecti* Leid. 2. *Polycletum* Voss. 2. *Polycleti* vulgo. Sed in Leid. 1. *Polyletii crura:* in Voss. 1. *Polyclecius ventrem vel crura.* An scripsit auctor *Polycleti, Myos ventrem et crura?* Fuit enim *Mys* signorum artifex quoque. Vid. ad Plin. XXXII. 12. Artificis certe nomen latere hic videtur. Adi Græv. *Oud.*

CAP. VII. § 10 *Græca quæ convertimus*] In veteribus libris aut non est vocula *quæ*, aut abolita est prima verbi sequentis syllaba, ut alterutra haberi debeat insiticia. Scribendum vero, *Græca cum vertimus.* Gronov. Erf. et al. Mss. *Græca convertimus:* in Pith. scribitur *Græca quæ vertimus,* quam varietatem in aliis quoque libris reperiri auctor est Jac. Gronovius, unde conjicit auctorem scripsisse *Græca cum vertimus.* Græv.

CAP. VIII. § 11 *Sunt igitur tria genera, quæ nos figuras*] Non debuit hic taceri ab illis, qui sic primo ediderunt, hanc lectionem ab ipsis fuisse compositam, quum in Mss. libris sit gemina: vel, *Figuræ orationis sunt tres, quas figuras alii genera nominaverunt:* vel, *Figuræ orationis sunt tres,* (quibus rubrica præmissis subnectitur) *sunt igitur tria genera, quæ genera nos figuras appellamus.* Unde si aliud nihil, in hoc temere eos peccasse intelligas, quod genus loquendi placitissimum auctori corruperunt, et repetitionem illam *figuræ quas figuras,* vel *genera quæ genera,* velut odiosam vitantes, non dubitarint abigere vocem, quam prorsus fuisse ortam ab calamo Ciceronis vel Cornificii probant illa, 'earum rerum aliquid, quarum rerum caussa,' II. 30. 'quarto libro, quem tibi librum,' III. 1. 'in eo genere, quod genus,' III. 22. et talia infinita. Ita mox cap. 9. 'non denique ullam rem, quæ res pertinet,' vel *pertineat,* ut alii: ubi rursum obviavit Gruterus, sed temere. *Gronov.* Edd. *sunt igitur tria genera, quæ nos figuras appellamus:* Mss. quidam, quod et Pithœus annotavit, *Sunt tres quas figuras, alii nominaverunt genera:* Cauch. *Sunt igitur tria genera, nos figuras appellamus.* Reposui ex Erf. et Pith. *Sunt igitur tria genera, quæ genera nos figuras:* quod in suis reperit Jac. Gronovius, et aliis hujus scriptoris exemplis confirmat. *Græv.*

In gravi figura consumetur oratio] Ita plerique e nostris, item Gulielmiani, nisi quod Bruil. *consummabitur.* Vulgata, *In gravi consumetur oratio figura;* admodum turbate. *Gruter.* Vulgg. *in gravi consumetur oratio figura:* Ms. *in gravi figura consummabitur oratio.* Id ipsum, quod Gruterus sequitur, olim expressit Lambinus. *Græv.*

Sive propria, sive translata, sive extranea ad unamquamque rem] Erf. *sive propria, sive extranea ad unamquamque rem:* Pith. *sive propria, sive translata ea ad unamquamque rem.* Græv.

Ad unamquamque rem accommodabuntur] Ex scriptis unus *in unamquamque rem.* Medicæus cum altero, *unamquamque in rem.* An id mutari debuit? utique dixit I. 7. 'in plures caussas accommodari:' quod etiam habes Invent. I. 18. II. 16. 'ut in omnes eadem fere possint accommodari.' Invent. II. 14. 'Aut in omnes ejusdem generis aut in plerasque caussas accommodata.' Et ibid. cap. 51. 'Quæ in judiciale caussarum genus accommodantur.' *Gronov.* Ms. *in unam quamque rem accomodabuntur:* Medic. *unam quamque in rem accommodabuntur.* Græv.

In amplificatione et quæ commiseratione tractantur] Ridiculos sane simios! Nam quum in Gruteriana voces illæ, ut suspicor, typorum vitio lapsantes ad hunc modum aberravissent, id ut de industria factum et velut seriem ab ipso auctore datam sequuntur editio nupera Leidensis, Londinensis, et Basileensis, quum ab antiquitus editis, etiam ab Lambino, non

discrepent scripti libri, exbibentes, sicut ego nunc collocavi, nempe, *quæ in amplificatione et commis. tractantur.* Gronov.

§ 12 *Qui agere ausi sunt, aut cog. &c.*] Sic hunc locum restitui. *Lamb.* *Qui agere ausi sunt cogitare potuerunt*] Hoc quoque cavendum, ne serpat. Nam quum sic nescio unde contigisset in Gruteriana, Londinenses retenta lectione deleverunt distinctionem post τὸ *potuerunt.* Scias licet, lector, in omnibus ante editis atque adeo etiam scriptis exstare *Quid agere ausi sunt aut cogitare potuerunt?* Id revocavi. Et est longe efficacius: nam in mox sequentibus subintelligi debet 'nempe,' estque gravis exaggeratio per enumerationem. *Gronov.* Pith. *aut cog. possunt? quo pacto:* al. *aut cog. possint? quo pacto:* Lamb. et Grut. edd. *aut cog. potuerunt, quo pacto.* Græv.

Aliis abreptis in servitutem] Plerique Mss. et edd. *aliis in serv. arreptis.* Optime Erf. et Caucb. Mss. et Lamb. ed. *aliis abreptis, &c.* Sic enim Latini loquuntur, 'abripi in servitutem,' non 'arripi in servitutem.' *Idem.*

Virginibus, matribus familias, ingenuis] Sic restitui: nam in vulg. non est *virginibus.* Auratus præterea legendum putabat, *ingenuis pueris.* Ego subiutelligi puto vocem 'pueris;' et ita supra locutus est, 'qui violassent ingenuum,' &c. *Lamb.* Præposuit Lamb. *virginibus*, superflue; nam latet ea vox sub illo *ingenuis;* quo intelliguntur et pueri simul et puellæ. *Gruter.*

Incendio conflagrata] Al. *Incendio conflagrata?* Falluntur qui hanc lectionem impugnant. Sic enim Cicero alibi 'fana deflagrata,' 'imperium deflagratum' dixit, ut observavit etiam C. Langius in notis ad Parad. IV. *Græv.*

Præcipitem deturbetis] In hoc loco restituendo Aurati auctoritatem secutus sum, cum in libris omnibus legatur *perturbetis*, plane inepte, ac mendose. Si quis tamen contendet legendum *proturbetis*, non repugnabo. *Lamb.* Edd. *perturbetis:* Lamb. ed. ex Aurati conjectura, *deturbetis.* Cum clare scribatur in Erf. et Cauch. *proturbetis*, et id postulet sententia, ut vidit Lambinus, malui hos codices sequi, quam Aurati conjecturam. *Grævius.* Vid. Gifan. Obs. in L. L. in 'Perturbare.' *Burm.* *Proturbetis*] *Proturbetis* unus Gryph. babet, ceteri et impressi et Mss. *perturbetis*, præter unum Lamb. qui *deturbetis*, magis usitatam vocem Latinis scriptoribus, habet. 'Proturbare' usus est Liv. lib. V. 'Jamque et alii congregati telis missilibus et saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa, acies in præceps deferri,' et quæ sequuntur. *Brut.*

Quam ipse spurcissimorum hostium] Cauch. *quam iste hostium spurciss.* Erf. et edd. pr. Mediol. Cratand. *quam iste hostium spurciss. ... voluit obruere.* Legitur etiam *iste* in plerisque edd. *Græv.*

CAP. IX. § 13 *Si hæc, ut ante aliquantulum demiserimus*] Hic quoque tres eædem istæ succenturiant errori Gruterianæ ed. in qua sic legitur; quibus tamen hic venia tanto impetrabilior, quod ipse Gruterus cœce bic sequutus sit Lambinum, quem caute reliquerat jam Gothofredus. Sed cuperem monstrari mihi, ubi ante aliquantulum demiserit. Itaque reduxi neglectum verbum ex editis et scriptis simul omnibus *dixi* et sententiam absolutam reddidi. *Gronovius.* Edd. Lamb. et Grut. errore typographorum omiserant *dixi.* Græv.

Scire et æstimare poterant] Immo *existimare*, quod testor esse in tribus scriptis, boc est, judicare et comprehendere, vulgari more confundendi hæc duo verba. Vide paterna ad Livium, et notavit jam quoque Lamb. Mox etiam Mss. *instructiores et appa-*

ratiores. Gronov. Tres Mss. Gronov. et ed. Lamb. *scire et existimare;* sed mei omnes *æstimare.* Græv.

Instructiores ac paratiores] Erf. et al. Mss. ut et ed. pr. et Mediol. ac margo Cratand. *instr. et app.* Pith. *instr. atque app.* Sic 'apparatissimi ludi' apud Suet. 'apparatæ epulæ' apud Justin. Sed et vulgata, quam retinent multi Mss., ferri potest. Quid enim frequentius Tullio, quam 'paratus a pecunia,' 'equitatu,' 'commeatu.' *Græv.*

Partim voluntate consenserunt] Sic habent omnes libri Mss. et item vulgg. quos quidem viderim: sed ego putabam legend. *concesserunt.* Lambinus. Lambiniana *concesserunt,* quod et in Suffridi nostri libris, et melius videtur. *Gruter.* Pith. Lamb. et Cratand. edd. *partim concesserunt:* al. Ms. *partim voluntate subjecerunt.* Grævius.

§ 14 *In attenuato figuræ genere*] Erf. *in attenuatæ figuræ genere.* Melius sic, ut paulo ante, 'mediocris figura,' et c. 8. 'gravis, mediocris, extenuata figura.' Vulgati *in attenuato figuræ genere.* Idem.

Postquam perfusus est, defricari] Pith. *postquam ceromate perfusus est, defricari.* Veteres quotidie balneo usos esse et unctionibus tum ante, tum post balneum, omnibus, qui non hospites sunt in literis priscis, notum est, ut et quam variis fusi sint oleis et unguentis. Vide Mercurialem de Arte Gymnastica I. 8. et in primis Marsilium Cagnatum de Sanitate Tuenda II. 32. Ceroma erat unguentum ex oleo, pulvere, et cera, quo utebantur nudi luctatores. Sed num etiam in balneis usi sint ceromate, mihi nondum constat. Forte *ceroma,* si vera est istius libri scriptura, hic accipitur pro ceroto. Cerota erant liquida et spissa: erant autem medicamenta, ex olea et variis rebus facta, quorum meminit Plinius, Celsus, Columella, et alii. Celsus VIII. 5. 'Cervixque molliri debet liquido cerato ex irino facto.' Sic alibi meminit 'cerati ex rosa.' *Græv.*

Cap. x. *Iste cœpit clamare voce ista, quæ vel facile cuivis*] Sic duo codices scripti e nostris, quum Medicæus *quæ perfacile cuivis.* Omnes interim *vix tamen.* Gronov. Duisb. *iste clamare voce ista, quæ vel facile cujusvis:* Pith. et Medicæus, teste Gronovio, *iste cœpit clamare voce ista, quæ vel perfacile cuivis.* Venustius Erf. *iste clamare voce, quæ vel facile cuivis.* In narrationibus sæpius utuntur hac ellipsi, *clamare,* pro 'clamare cœpit,' 'clamavit,' quod nec pueri ignorant. Dein repetitio *iste, ista,* perquam ingrata est. *Græv.*

Rubores elicere possent] Sic restitutus est hic locus a Ranconeto, conjectura ducto, cum in omnibus libris legatur *ejicere.* Lamb. *Rubores elicere* est a conjectura Ranconeti, cum perstaret in Mss. omnibus *ejicere:* neque devertunt Pall. Suffridi tamen præ se ferunt *injicere;* quod placuit Gulielmio. *Gruter.* Mss. et edd. *rubores ejicere posset:* ed. pr. et Mediol. *rubores injicere posset:* Erf. *rubores ejicere potest.* Græv.

Ita petulans es, atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, ut mihi] Id est, ut ne ad illam quidem partem fori (in qua fortasse minima judicia exercebantur) idoneus sis, &c. vult hunc adolescentem nullo modo ad forum esse idoneum, vel ad nullum genus fori aptum esse, sed ad scenam tantum, et veriorem esse histrionem, quam oratorem. Sic hunc locum explicandum, et declarandum existimabat N. Gruchius. *Lamb.* *Ut ne ad solarium quidem, &c. sed pone scenam et hujusmodi*] Hæc est scriptura meliorum Pall. nisi quod Pal. 4. adhuc habeat *exercitate;* ubi vulgo *exercitatus sis:* sed et illud *pone* invenit item in suis Petreius noster. Eratque in Bruil. *penes:* recepta lectio, *penes scenam.* Locum istum explicamus in

Suspicionum libellis. *Gruter.* Ad solarium fuisse judicia exercita nemo dixit, scripsitve. Duisb. *ita petulans es aterve ad salutandum quidem, ut mihi:* ed. pr. et Mediol. *ita petulans es acerve, ut ne ad solarium quidem, ut mihi:* Erf. et Cauch. *ita petulans es atque acer, ut ne ad salutarium quidem, ut mihi videtur, sed penes scenam.* In Cauchiano voci *salutarium* superscriptum erat *salutandum*, et post, *retro* super *pone scenam.* Duisb. *ita petulans es aterve ad salutandum quidem pœnes scenam.* Antonius Cauchius, vir ætatis suæ doctissimus et politissimus, scripturæ libri sui, in quo est *salutarium*, adscripserat, ' Forte *ad saltatorium*, h. e. ludum.' Sed quid ludo cum voce rei est? Brachia præcipue et pedes desiderat ludus, non vocem. Mihi videtur auctor horum librorum scripsisse, *ut ne ad salutatorium quidem, ut mihi videtur, sed pone scenam, et in ejusmodi locis exercitatus sis:* quorum hæc est sententia, ut ne ad salutatorium quidem officium sis exercitatus, sed pone scenam et in ejusmodi locis. *Salutatorium*, sc. officium seu munus, gerere, est partes nomenclatoris sustinere. Nomenclatoribus utebantur potentiores ad salutandos obvios sibi in publico cives. Sic ' salutatorium cubile ' est locus in quo salutatores conveniebant, qui mane præsto erant ad salutandum patronum, apud Plin. xv. 11. ' Omnia ' (cydonia) 'jam et virorum salutatoriis cubilibus inclusa sunt.' Sed exercitatus es pone scenam, hoc est, talis, qualis illorum est, qui post scenam, qui actoribus, si quando ipsis hæreret aqua, verba et sententias suggerebant, quos ' monitores ' appellabant. Festus : ' Monitores dicuntur, et qui in scena monent histriones, et libri commentarii.' Horum vero vox non fuit sonora et acuta, sed fusca et tenuis, ut tantum ab histrionibus, non spectatoribus audiri posset. Itaque dicit, illum ne ad salutatorium recte sustinendum, quod tamen et ipsum non clamosum desiderabat hominem, sed tantum ad monitoris personam agendam post scenam. Pro *ad solarium* scribitur sane non modo in Duisb. et Cauch. sed in hoc etiam ab aliena manu super illud adjicitur positum *ad salutandum*, in quod mutarunt τὸ *salutarium*, corrupte scriptum pro *salutatorium:* sed ea vox tamen *salutandum* antiquæ scripturæ clarum præ se fert vestigium, et viam pandit ad hujus loci sententiam. *Idoneus* in nullo quoque meorum Mss. reperitur, præterquam Pithœano, nec in vetustioribus edd. Omniboni 1478. et Mediol. 1498. *Græv.* Vide Victor. Var. Lect. xxi. 13. *Burm.*

§ 15 *Si sufflata nominabitur*] Mss. nostri tres *suffulta.* Gronov. Pith. (et tres Mss. quos Jac. Gronovius inspexit) *si suffulta nominabitur;* cum interpretatione magistri, qui voci *suffulta* adscripserat, ' id est pannosa.' *Græv.*

In Neptunias depulsus] Multi Mss. et edd. *in Neptunias depultus. Depultus* aiunt ἀρχαϊκῶς dici pro *depulsus.* Sed nullum hujus archaismi exemplum apud ullum reperitur antiquum scriptorem et grammaticum, qui id procul dubio notassent. Itaque malo cum Erf. Cauch. ed. pr. et non nullis recentioribus legere *depulsus.* Non enim in hac voce, sed in istis *Neptunias lacunas* id vitium, quod reprehendit, et vitandum censet, latet. Est enim hoc nimis poëticum, aut potius comicum, pro mari. *Idem.*

In hoc genus plerique cum declinant] Hic quoque Erfurtensi adstipulor, in quo melius *declinant*, quam quod in vulgatis est *declinassent*, ut ex sequentibus patet verbis. *Idem.*

Cap. xi. § 16 *Ad confine genus ejus generis*] Pal. 1. et 3. non habent illud *genus*, exstatque in Bruil. *ad confineum ejus generis;* quod pronum est mutare cum Gulielmio in *confinium.* Gruter. Ut conjecit Guliel-

mius, ita scriptum inveni in Erf. *ad confinium ejus generis, quod appellatur dissolutum:* et sic Duisb. nisi quod in eo legatur *appellamus.* Est etiam in Cauch. *confinium,* sed ibi additur *genus* suppositis tamen punctis, quæ innuunt hoc verbum esse delendum. His optimis codicibus sine hæsitatione subscribendum puto, cum vulgatum *ad confine ejus generis* valde sit insipidum. Mss. et edd. *ad confine genus ejus generis:* Lamb. ed. *ad confine ejus generis genus.* Græv.

Quod appellamus fluctuans et dissolutum] Pal. 5. et Fabr. respuunt *fluctuans, &c.* ceteri vero Pall. excludunt *et dissolutum,* retento illo *fluctuans:* et malim sane primum. *Gruterus.* Fluctuat et in nostris libris scriptura. Tres ignorant *fluctuans et:* Erf. *quod appellatur dissolutum, eo:* Pith. et al. Mss. *quod appellamus dissolutum, eo:* al. Mss. *quod appellamus fluctuans, eo.* Sed in sequentibus verbis aliter etiam in iis scribitur. Nam pro vulgatis, *eo quod sine nervis, et articulis fluctuat huc et illuc,* Erf. *quod est sine verbis et articulis ut hoc modo appellem fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc.* Nec longe abit Pith. *quod sine verbis et articulis est, ut hoc modo appellemus fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc:* ut et Duisb. *quod est sine verbis et articulis, ut hoc modo appellatur fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc.* Videtur Pithœi codicis scriptura ceteris esse præferenda, nisi quod *nervis* non sit interpolandum. *Græv.* *Fluctuans et dissolutum, eo quod sine nervis et articulis fluctuat*] Voss. 1. 3. Leidd. omnes *dissolutum, quod est sine verbis et art. ut hoc modo appellem* (Leid. 2. *appelles:* 4. *appellatur:* Voss. 3. a m. pr. *appellamus:* a 2. *appellemus*) *fluctuans eo quod fluctuat.* Voss. 2. *dissolutum quod est verbis* (suprascr. *sine nervis*) *et art. ut hoc modo appellarem fluctuans eo, quod fluctuat:* ed. Med. *dissolutum, quod est sine nervis et art. ut hoc modo appellemus fluctues eo quod fluctit:* ed. Omnib. *dissolutum, quod est sine nervis et art. ut hoc modo appellem fluctuans eo, quod fluctuat:* quam lectionem unice probo. *Brut.*

Nec potest confirmate, neque viriliter] Scripsi ita cum Pal. 4. et Bruil. ac Fabr. Vulgata *nec potest confirmare, nec viriliter:* nam Lambinus quidem reposuit, *nec potest sese confirmare, nec:* verum præter libros nostros. *Gruter.* Edd. et Mss. *nec potest confirmare nec viriliter se expedire:* Erf. *nec potest confirmare, neque viriliter se expedire:* Pith. *nec potest confirmare nec verosimiliter se expedire:* Lamb. ed. *nec potest sese confirmare, nec viriliter expedire.* Græv.

Nam istic ille] Pith. *nam ille istic:* Lamb. ed. *nam ille ad balneas:* Steph. ed. *nam istic ad balneas:* Cauch. *nam istic in balineis.* Græv. *Nam ille istic in balineis accessit ad hunc, postea dixit.* Ita legitur in tribus Gryph. libris Mss. non male. *Brut.* *Ad balneas accessit*] Mss. omnes *in balneas.* Et utique dicit etiam Cicero 'accedere in Macedoniam,' 'in provinciam,' 'in fundum,' 'in oppidum,' 'in funus,' 'in senatum.' Miror id Lambino non visum, qui hic alia notat in margine. *Gronov.* Erf. Pith. et alii Mss. quos Jac. Gronovius vidit, et probavit, *in balneas accessit.* Vulgati *ad balneas accessit.* In Erf. tamen est *in balneis accessit,* et in Cauch. *in balineis accessit.* Græv.

Post ille huic convicium facit] Delevi *huic,* quod nec in Erf. nec in Pith. nec in Cauch. nec in omnibus edd. ante Lambinianam, quas vidi, legitur. Sane intrusum est ab iis, qui hic non intellexerunt, quid sit 'convitium facere,' nimirum valde clamare ac vociferari. Plaut. in Bacchid. IV. 8. 33. 'Vis tibi ducentos nummos jam promittier, Ut nec clamorem hic facias nec convitium?' Sed quis nunc hujus vocis vim nescit? In Pith. *postea ille convitium facit:* in Erf. *post ille convi-*

cium facit. Idem.

Oblitam reddunt orationem] Tres libri Mss. habent *obliquam*, mendose, opinor. *Lamb.* Al. *oblitam reddent orat.* Erf. Pith. *obliquam reddunt orat.* Sed 'oblita oratio' est, fuco illita, seu fucata. Proprie Plautus in Mostell. I. 3. 100. 'Quid cerussa opus est? PH. Nam qui malas oblinam.' *Græv.*

CAP. XII. § 17 *Quæ maxime oratori accommodata est*] Cum animadvertissem, nonnullos libros vulgatos habere, *Quæ max. admodum oratoris accomm.* alios, *Quæ max. ad commodum oratoris accomm.* ego sic restitui, *Quæ max. oratori accomm. est:* persuasum habens, illud *ad commodum,* natum esse ex ea voce quæ sequitur, *accommodata*, idque errore, seu culpa librarii, qui unam vocem bis scripserit. *Lamb.* Ed. Lamb. *Quæ max. oratori accomm.* al. *Quæ max. ad commodum oratoris.* Græv.

Cum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur] Duisb. *verbum superiori non accommodabitur:* Cauch. *cum verbis plur. cons. verbum superius non accommodatur;* et superscriptum *superiori:* unde conjicit Ant. Cauchius, *cum verbis plur. cons. verbum superioribus non accommodatur;* non male, sed excidit tum loco suo: scripsit enim, si hæc conjectura, *cum verbis plur. superioribus cons. verbum non accommodatur.* Si Mss. annuerent, delerem *superiori.* Sed quia illi refragantur, sic hæc intelligenda sunt, cum verbis pluribus scilicet positis, aut inter verba plura consequens verbum superiori non respondet. *Græv.*

Dilucide discemus] Pall. tres *dicemus.* Exemplaria examinata Suffrido nostro, item Fabr. et Bruil. *dicimus.* Recte putabat emendari Gulielmius *discimus.* Gruter. 'Dilucide docere,' et 'dicere' recte Latini utuntur. Sed quid sit 'dilucide discere' ignorant, pro quo 'bene,' 'recte discere' usurpant. Itaque probo, quod in Erf. et Cauchiano ego, et in aliis Gruterus reperit, *dilucide dicemus.* Græv.

§ 18 *Constructio, quæ facit omnes partes orationis æqualiter perpolitas*] Erf. *constr. æq. perpolita:* Duisb. *constr. non nisi æq. perpolita:* edd. quædam *constr., quæ facit omnes partes orationis æqualiter perpolitas.* Sed vetustiores omnes, quas ego vidi, ante Victorianam *constr. æquabiliter perpolita.* Et sic Mss. meus quoque, in margine tamen vulgatiorem recentium scripturam ostentat. *Idem.*

Bacæ Eoæ, amœnissimæ] Sic restituit Jo. Auratus. Per *bacas Eoas* autem, uniones significantur orientales. *Lamb.* Erf. et Cauch. *Bachæ æreæ amœnissimæ:* Lamb. ed. *bacæ Eoæ amœnissimæ.* Græv. *Bacchæ æneæ*] *Bacchæ eoæ,* ut uniones intelligantur, legit Jo. Auratus, vir doctissimus, referente Lambino. *Bacchæ æneæ* habent eodem modo tres Gryph. libri. *Vaccæ æneæ* Leonic. ed. Nos *Bacchæ æneæ* edidimus. Hæ enim, ut Canephoræ, Cupidines, Sileni, pristes, Tritones, in scyphis et poculis cælabantur; quæ eadem inter ædium ornamenta e marmore, antiquo opere atque artificio solita adhiberi, nemo non novit.' *Brut.*

Flentes, plorantes] Versus est hexameter, spondiacus. *Lamb.*

CAP. XIII. § 19 *Non jusjurandum reliquisti*] Sic vulgg. Dicant qui Latine sciunt, quid sit 'jusjurandum relinquere:' sine mora recepi scripturam codicis Erfurtensis, et mei, quam receperant jam olim Ascensius et Cratander, *non jusjurandum contemsisti?* hoc est, pejerasti. *Græv.*

Ad ornandam et ad augendam] Ita Gruterus, quum ante *ad exornandam et ad augendam.* Et juste quidem præpositionem ab eo verbo removit; sed quod penitus sustulit, vix dixerim, an laudari debeat, quum nullum viderim antiquum cod. in quo non esset *ad ornandam et ad exaugendam*, ut

notat quoque Lambinus: quam compositionem etsi ignoret Nizolius, quid tamen in ea est vel Cicerone indignum? Utique etiam cap. 24. *ut exaugeatur indignitas rei* Mss. duo. *Gronov.* Lamb. ed. *ad exornandam et exaugendam:* ed. Grut. et al. *ad ornandam et adaugendam:* sed Erf. Cauch. et ed. Cratand. *ad ornandam et ad exaugendam;* quod et in suis Jac. Gronovius reperit, et probavit exemplo cap. 24. hujus libri, *ut exaugeatur indignitas rei;* testatus se ita legisse in duobus Mss. ut ego legi in Erf. Duisb. Cauch. edd. prima, Cratandr. et Ascens. *Græv.*

Homo novus erat] Sic omnes Mss. et edd. ante Lamb. qui primus ex ingenio refinxit *homo navus erat*, quem sequitur Gruterus, et quem ipse sequerer quoque, si accederet suffragium veteris codicis spectatæ fidei. Longe accommodatior est ad hunc locum, quam vox *novus*. Sed verum tamen est, primum hunc Lælium ex sua familia pervenisse ad magistratus curules. Pater ejus quæstor tantum fuerat, qui non habebat jus imaginem prodendi: dicebantur autem 'homines novi,' qui primi ex sua gente extollebantur ad has dignitates, quibus licebat imaginem prodere. Duisb. *C. Lælius Cornelius homo novus erat.* Idem.

Bonis viris et studiosis] Pal. 4. 6. item Bruil. et Fabr. *studiis;* quam varietatem peperit insolentia verbi; rarius enim 'studiosum' pro bono et probo dici. Cic. pro Ligar. 'Nisi tu eum studiosum et bonum virum judicares.' *Gruter.* Duo Mss. *bonis viris et studiis amicus erat.* Græv.

Cap. xiv. § 20 *Non modo non offendat animum*] Monuerat jam diu P. Victorius in notis ad epist. ad Att. iii. 15. duas priores voces in antiquioribus non esse. Non placuit posteris eum audire, quod excusare illos posse crediderim per alios scriptos codices, in quibus eas reperiebant. Id mihi indicium est non fuisse eis ad manum codices primæ notæ. Nam Longobardicus ille Medicæus plane omittit has voces, quum duo minore ætate turbent, alio exhibente *ut modo non*, cui primæ voci *τὸ non* superscriptum est, alio erasæ veteri lectioni inscriptum habente *dum modo non.* Gronov. Medic. *non offendat animum.* Nostri omnes vulgatam tuentur. *Græv.*

Divitias sine divitum esse, tu vero virtutem præfer] Adversativa *vero* abest ab Medic. Et hoc sufficit eam ab aliis interjectam ad connexionis commoditatem, ut videtur illis. Sed non sic antiquis. Quid enim aliud est? 'Bella gerant fortes, tu, Pari, semper ama.' Et poëta alter, quum alias artes juberet sinere aliarum gentium esse, 'Tu regere imperio populos, Romane, memento.' iv. 50. 'Tu illo plures mittas oportet.' Scipio ad Hannibalem, 'Quidnam tu diceres, si me vicisses?' apud Liv. xxxv. 14. in quibus locis illud *vero* videretur quoque futurum valde commodum. *Gronov.* In Erf. super scriptum erat voci *divitias divitiis, et divitum, divites.* Cauch. *divitias sine divitis esse.* Græv.

§ 21 *Amari jucundum sit*] Sic Pal. 4. et 6. alluditque Bruil. in quo *Amare jucundum sit.* Vulgo erat, *amari jucundum est;* minus efficaciter. *Gruter.* Et tamen unice ac necessario ad constituendum carmen, quale videtur hoc fuisse; etsi in Medicæo legatur, *nam amare jucundum est si curetur nequid insit amare.* Gronovius. Tres Mss. *nam amari juc. sit:* vulgg. *amari juc. est:* Pith. *nam amari juc. est:* Medic. *nam amare juc. est:* Cauch. *amare jucundum est.* *Sit* adstruit Erf. *nam amari jucundum sit,* et Duisb. quamvis in illo *fit* scribatur pro *sit.* *Nam* etiam retinet Pithœanus. *Grævius.*

Cap. xv. § 22 *Si loco utemur et raro*] Tres Mss. Erf. Pith. Duisb. non agnoscunt copulam *et.* Ea sane non incommode abest. Sententia verbo-

rum, *si loco utemur raro*, si suo loco, sive si opportune et commode utemur hac exclamatione. Nam 'loco' et 'in loco' sæpe veteribus accipitur pro loco opportuno, seu opportune. Cic. Ep. ad Q. Fratr. 'Quod et ampla erant et loco posita.' Horat. 'dulce est desipere in loco.' Nolo congerere exempla plura, quæ in promtu sunt et ab aliis collecta. *Idem.*

Utrumne aliquem exornari oportuit] Sic retinuerunt Lamb. et Grut. ex quibusdam anterioribus, quum Victorii Stephanica habeat *utrum aliquem*, quam lectionem in tribus Mss. observo. Et sane, cur modo dixit, *utrum animos . . . removebas?* Itaque hoc restitui. Sed etiam Medicæus *ista aut prohiberet.* An scripsit, *a vi prohiberet?* ut 'ab armatorum impetu virginem prohibere,' dixit de Claris Orat. in fine. *Gronov.* Victor. et Grut. edd. *et utrumne aliquem exornari:* Erf. Pith. Duisb. *et utrum aliquem exorari:* Cratand. ed. *et utrum aliquem exhortari.* In omnibus, quas consului, ante Victorii editionem Venetam Antonii Juntæ 1536. est *utrum*, non *utrumne:* quod etiam Jac. Gronovius improbavit. *Exornari oportuerit* in Erf. *Græv.* *Utrumne aliquem exornari*] Ita scriptum retinent eodem consensu vulgati omnes: ex Mss. quidam, ut Gryph. A, *exhortari* habent: alii, in his Gryph. B, *exorari,* quomodo etiam scriptum invenitur in Leon. libro: quomodo edidimus, et omnino videtur legendum. *Brut.*

Virum, parentes, ceteros] Lamb. ed. *virum, parentes, fratres, ceteros.* Sed unde hauserit *fratres,* tacet. Erf. venustius, *virum, parentem, post ceteros. Post* est postea. Sed a vulgata non recedendum puto. *Græv.*

Natura muliebris inconsideratam] In duobus præstantissimis Mss. quædam voces leguntur ab aliis neglectæ, quæ tamen non negligendæ fuerunt, cum hanc exornationem reddunt acriorem. In Pith. vero sic legitur, *natura mulieris faciat necesse est inconsideratam:* Erf. *natura muliebris quare eam faciat necesse est inconsideratam.* Non temere hæc in his libris adjecta sunt. *Idem.*

Quia victi sunt] Nauci non est (monendum tamen, ut caveatur posthac) quod Gruteriana ex aliis, ex ista Londinensis et Basileensis admiserunt, hanc nempe lectionis ineptiam, quum alii habeant *qui victi*, quod est quoque in libris scriptis, et ipsa ratio postulat. *Gronov.*

Cap. xvii. § 24 *Difficile est plurimum virtutem, &c.*] Sic restituit Ranconetus, conjectura ductus, cum in libris omnibus legatur *primum.* Lamb. *Diff. est primum virtutes.* Est hoc a Gulielmianis omnibus ac Pal. 1. 3. 5. Antea cusi *virtutem;* nisi quod Lambinus adhæserit conjecturæ Ranconeti *plurimum virtutem:* non necessario; nam *primum* notat heic *in primis, ante omnia.* Gruter. Lamb. ed. *plurimum virtutem:* Pith. *primum virtutes: illi:* al. *primum virtutem.* Græv.

Subjecta sunt fortunæ dominationi] Nihil moror, si sic priores invenerunt in scriptis; eademque constructio est iv. 40. Sed ex Medicæo notatum inveniens *dominatione,* nec quidquam amplius, et ideo consulens alios, video in omnibus duobus *sub fortunæ dominatione.* Forsan hoc maluit, qui supra cap. 8. dicere maluit 'ingenuis sub hostilem libidinem subjectis.' Adde Nizoliana: iv. 2. 'unumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subjicere.' De Invent. i. 52. 'Unum sub aspectum subjiciuntur.' *Gronov.* Erf. et duo alii Mss. quos Jac. Gronovius excussit, *subjecta sunt sub fortunæ dominatione.* Sic et Pith. nisi quod *sub* in illo desideretur; et Cauch. *subjecta sunt: sub fortunæ dominationem;* quo modo et alibi Ciceronem locutum esse idem probat Gronovius, quem vide. *Græv.*

Quare possint in amicitia retineri] Erf. Cauch. et Duisb. *quare possint in amicitia teneri:* bene. Sic et 'tenere' pro 'retinere' ex optimo codice restitui Ciceroni in Ep. ad Fam. v. 12. ubi vide meas notas. *Græv.*

Quæ dupliciter efferuntur sine ratione, et cum ratione] Verba isthæc addidi ex auctoritate Pal. 1. ac 3. Reliquis exciderunt, ob repetitionem vocum similium. *Grut.* Sic et ante Gruterum Lambini ed. scribit. Al. edd. *quæ duplices efferuntur, hoc modo sine ratione.* Græv. *Sunt item sententiæ, quæ duplices efferuntur, hoc modo sine ratione, Erant, &c.*] Mancam orationem, id quod nemo non videt, ut Lamb. emendat, in uno atque altero Gryphii exempl. expletam invenimus; ut nihil nobis moræ fuerit, quin ita locum excudendum curaremus. Ita autem habet: *Sunt item sententiæ, quæ dupliciter efferuntur; cum ratione, et sine ratione. Sine ratione, hoc modo.* Brut.

§ 25 *Ætas illa non est impedimento*] Particulam negativam, etsi agnoscant alii, non tamen video esse in optimo Medicæo, et forsan auctor non addidit, quoniam in his videntur illi constituere caussam, cur putent oportere ignosci, scilicet, quia ætas illa attendere bonis exercitiis et liberali meditationi nequit, et ipsius ætatis vitium obstat disciplinis, ut sic sine ipsorum adolescentum culpa fiat, quod non discant, et quod peccent. *Gronov.*

Nam necesse est animo eam comprobet tacitus auditor] Mirum si ita invenerint in scriptis codicibus viri docti. Certe ex Medicæo notatum video primam voculam in eo non esse. Præterea duo Mss. *necesse est enim probet eam;* qui ordo quoque est in Medicæo, servante tamen compositum, et hanc veram scripturam censeo, maxime quum et 'tacitus' et 'animo facere' toties in Cicerone occurrant, sed nunquam juncta. In lege Manilia, 'qui a Diis tot et tantas res tacitus auderet optare.' Et alterutrum sufficit: quod ut pateat, ecce egregia verba Livii xxxiv. 31. 'Tacitus eventum fortunæ meæ exspectassem, nunc imperare animo meo nequivi.' *Gronov.* Pith. *necesse est animo:* Erf. *et necesse est animo.* Græv.

Cap. xviii. *Et sui cognoscentem videre in potestate quis speret*] In Ms. uno *quid speres;* alter *qui speres*, quæ videtur integrior lectio, etsi Medicæus hic singularis, *videre poteris in potestate;* quasi illud *poteris* notaret, speres fore ut unquam posses. Idem mox habet *verum non dixerit unquam,* quod sane videntur velle et alii, et *credas.* Gronov. Erf. et Cauch. *sui cogn. fore in pot. qui speres:* Medic. *et sui cogn. videre poteris in pot.* al. Ms. *et sui cogn. videre in pot. quid speres.* In Cauchiano his verbis *fore in potestate,* superscripta erant hæc tanquam emendatiora, *se poteris videre.* At *qui speres* est in solo Erfurtensi, quod tamen Jac. etiam Gronovius in quibusdam Mss. legit, et margo Cratandri ostentat. Sed *fore in potestate,* pro *videre in potestate* in Lambiniana quoque comparet. *Græv.*

In sermonibus et conventu] Vide Gronov. supra ad lib. iii. cap. 13. *Burm.*

§ 26 *Brevibus et continuatis verbis*] Brevia admodum esse hæc verba nullus video, quum tot sint, quot ad sententiæ integritatem requiruntur. Sane multum præfero, quod est in scriptis tribus, *breviter.* Gronovius. *Breviter et continuatis* reposui ex meis quatuor libris, quod et Jac. Gronovius in suis probat. Vulgo *brevibus et continuatis.* Græv.

Cap. xix. *Ex duobus membris hæc exornatio*] Sic posteriores, quum priores haberent editum vel *membris his,* vel *membris solis,* ut Stephanica Victorii. Sed in omnibus tribus scriptis invenio *ex duobus membris suis hæc.*

Quod cur mutetur, non intelligo, quum sit percommodum et elegans: *duobus membris,* quæ sunt ei propria et naturalia, quæ habere minimum semper solet. Mox Medicæus *tibi non consulebas,* sine τῷ *ipsi.* Gronov. Al. *ex duobus membris solis hæc exorn.* al. *ex duobus membris his exorn.* Erf. Pith. ac Duisb. æque ac tres libri, quos Gronovius evolvit, *ex duobus membris suis hæc exorn.* Sic et prima, et Mediol. quod tuetur idem Gronovius, et explicat, *ex duobus membris,* quæ sunt ei propria et naturalia, quæ habere minimum semper solet. *Græv.*

Cap. xx. § 27 *Alii fortuna felicitatem*] Haud aliter Pal. 2. 4. 5. 6. et Bruil. hactenus impressi *Illi fortuna.* Gruter. *Alii fortuna felicitatem dedit* Erf. et alii Mss. Vulgo, *Illi fortuna felicitatem:* Pith. *Illi fortuna facilitatem dedit;* quod non temere damnandum: nam *facilitas* pro felicitate nonnumquam accipitur, ut 'facilitas imperii' apud Tacit. in Agric. sæpe quoque ab interpolatoribus et sciolis vox *facilitas* in *felicitas* non bene fuit immutata. Vide quæ J. Fr. Gronovius notavit ad Liv. xxiii. 31. *Græv.*

§ 28 *Est alterum brevius*] Non litem moveo huic scriptioni. Erfurtensis tamen, cujus varietas semper est observanda, *est alterutrum brevis.* Existimo veram manum esse, *est alterutrum brevius. Alterutrum,* nimirum membrum. *Græv.*

Cap. xxi. § 29 *Annominatio est, cum ad idem verbum et nomen acceditur commutatione vel additione*] Hic verba quædam addidimus, quæ non insunt in vulgatis, ex duobus Gryph. exemplar. et Leoniceni. Id autem eo fecimus libentius, quo eam lectionem animadvertimus Lambino probari. *Brut.*

Commutatione unius litteræ aut litterarum] Erf. *commutatione vel adjectione unius litteræ, aut litterarum:* Duisb. et Lamb. ed. *commutatione vel additione unius litteræ, aut litterarum.* Edd. tamen prima et Mediol. vulgatæ accedunt: alii aliter. Sed *additione,* aut *adjectione,* non debuit omitti, quod et in Pithœi Ms. et Ascens. ac Cratand. edd. legitur, qui tamen addunt *vocum,* scribentes *aut commutatione vocum, vel additione unius litteræ:* quod nec ipsum spernendum. *Grævius. Commutatione unius literæ aut literarum, syllabæ aut syllabarum*] Voss. 1. *cum additione vocum vel unius litteræ aut litterarum vel syllabarum:* Voss. 2. *cum mutatione vel aditione* (suprascr. *demptione*) *unius litteræ aut litterarum:* Voss. 3. *commutatione vocum aut litterarum.* In Voss. 3. et 4. cum ed. Omnib. *commutatione vel additione unius litteræ aut litterarum absunt quoque syllabæ aut syllabarum,* a Leid. 1. In Leid. 2. *commutatione vocum unius litteræ aut syllabarum.* In ed. Med. simplicissime legas *commutatione,* ceteris omissis. Fors. scripsit auctor *commutatione vel additione un. litt. aut litterarum.* Certe *syllabæ, &c.* sunt spuria. *Oud. Syllabæ aut syllabarum*] Hæc verba nec in Erfurt. nec Duisb. leguntur. Cratand. ed. *aut syllabæ, aut syllabarum.* Græv.

Veniit a te ante quam] Erf. *venit te ante quam:* Duisb. *venit ante quam;* quæ dubio procul genuina est scriptura, nisi quod pro *venit ante,* recte alii *veniit ante,* quam etiam Lambinus complexus est. *A te* natum est ex *ante:* hinc et non comparet in Duisb. in Erfurtensi autem *a* non legitur. Veniit ante, (venditus est,) ante quam Romam venit. Præcedentia verba, *hic qui se magnifice jactat, atque ostentat,* sic leguntur in marg. Cratandri; *hic qui se magnificat, jactat, ostentat.* Si ex Mss. hausta sunt, ut credibile est, quia nulli librario posteriorum temporum hæc commutatio potuisset occurrere, præferrem vulgato. Nam 'magnifico' est optimis scriptoribus idem, quod magni, facio magni æstimo. Terent. Hecyr. 'Quem ego intellexi illam haut minus quam se ipsum magnificare.' Plin. xvii. 9.

'M. Varro principatum dat turdorum fimo, ex aviariis, quod etiam pabulo boum suumque magnificat:' hoc est, laudat etiam propterea, quod ad pascendos boves et sues sit utilis. Hinc 'magnificus' est sæpe magniloquus, qui se Thrasonice ipse effert dictis factisque. Plauto Bacchid. IV. 9. 'miles magnificus:' 'Postea cum magnifico milite, urbes verbis qui inermus capit:' et apud eundem 'magnifica verba,' quæ Ovidio dicuntur non raro 'magna verba,' hoc est arrogantia, et ostentationis plena, cum quis se jactat insolenter. Hujus vocis 'magnificare' notio cum librariis ignoraretur, mutata ea vox fuit in notius et tritius *magnifice jactat.* Vereor ne *jactat* et *ostentat*, quod margo Cratandri præ se fert, sint interpretationes τοῦ *magnificat*, quæ in contextum irrepserunt. *Græv.*

Alea vincit, eos ferro statim vinciit] Sic legitur in exemplis Mauutianis: neque video, quomodo aliter legi possit, si modo facere volumus, ut exempla præceptionibus respondeant. Neque tamen *vinciit* potest a verbo *vincio* usitate, quod sciam, flecti, sed *vinxit* potius; nisi dicamus a verbo 'vincio' etiam præteritum 'vincivi' esse usitatum, ut a 'sancio,' 'sancivi' et 'sanxi.' *Lamb.* Sequor Pall. et Bruil. ac Fabr. in quibus *alea vicit;* nam vulgati, *vincit.* Gruter. Maunt. et Lamb. edd. *alea vincit, eos ferro statim vincit:* vulgg. *alea vincit, eos ferre statim vincit.* Gruterianis adstipulantur Pith. Duisb. Cauch. *Græv.*

Deligere oportet, quem velis diligere] Liber Ms. longe optimus habet *Dilegere oportet, &c.* nam a verbo 'dilego' fit 'dilectus:' ex quo 'dilectus militum.' *Lamb.* Si vim et originem vocis spectes, *deligere* et *diligere* idem notant. Hinc 'diligenter scribere' Cic. est uti verborum dilectu, et 'diligenter dare' eidem est cum dilectu, non promiscue cuivis. Hinc et 'dilectus' et 'delectus' militum. *Græv.*

Brevi commutatione aut productione] Revocavi scripturam edd. antiquarum, Pall. confirmatam libris, item Bruil. et Fabr. nam Victorius maluerat *commutatione, brevitate, aut productione.* Gruter. Grut. Lamb. et aliæ, *quæ in litteratura, commutatione, brevitate aut productione.* In Pith. non est *in.* *Brevi commutatione aut productione* firmatur Erfurtensis et aliorum librorum auctoritate. Sed et præcedentia verba *in litteratura* recepta sunt primum a Lambino, nulla mentione facta ullius libri aut caussæ mutationis. In omnibus edd. ante Lambinianam et Gruterianam et tribus Mss. quæ vidi, est, *quæ in litterarum brevi commutatione aut productione.* Verissime, quod non erat interpolandum. In Erf. pro *translatione* est *trajectione;* non male. *Græv.* *Quæ in litterarum commutatione, brevitate, productione*] Aliter legitur in tribus Gryph. Mss. et Leonicen. *quæ in litterarum brevi commutatione, productione;* quam lectionem agnoscit Lamb. Infra autem lege *transiectione,* præter Leonic. qui a vulgatis non dissentit, iisdem pariter eandem lectionem approbantibus. *Translatione* excusi habent. *Brut.*

Cap. XXII. § 31 *Ad virtutes a pueritia confirmavit*] Legendum fortasse est, *conformavit:* immo sic esse legendum contendo. *Lamb.* Erf. et Pith. *ad virtutem a pueritia confirmavit.* Verissime Lamb. *ad virtutem a pueritia conformavit;* et sic Duisb. ex quo etiam et Erf. ac Pith. rescripsi, *virtutem.* 'Conformare animum ad virtutem' Latinis recte dicitur, pro animum erudire ad virtutem, munire sapientiæ præceptis ad virtutem exercendam. Cic. de Off. I. 3. 'Quod positum est in præceptis, quibus in omnes partes usus vitæ conformari potest.' Sic et ibi recte Lambinus, cum in vulgatis sit *confirmari.* Græv.

Cum laude et gloria sunt] Libuit sequi auctoritatem Pal. 4. ac 6. con-

firmatam fide Gemblacensis libri et Bruilerensis. Vulgata habebat amplius, *gloria vulgatæ sunt*; quæ vox in quatuor illis nulla est. *Gruter.* Edd. et Mss. *cum laude et gloria sunt vulgatæ.* Gruteri codices firmat Erfurtensis, sed ceteri tres approbant vulgatam scripturam. *Græv.*

Alexandrum omnes, ut maxime] Particulam *ut*, quæ desiderabatur, reposui. *Lamb.* Edd. præter Lambinianam et Cratandri, *Alexandrum omnes ut maxime metuerunt, item:* Erf. *Alexandrum omnes maxime metuerunt, idem.* Lambini emendationem confirmant Erf. Duisb. et Cratandri editio. *Græv.* *Alexandrum o. ut m. metuerunt, item*] In nullo meorum, nec ed. veteri est *ut.* Deleatur. Tunc enim non *item*, sed *ita* sequi deberet. Abest et ea vox a Leid. 3. Ceterum recte sequens exemplum *Alexandro*, &c. præponitur in Mss. aliquot et ed. Mediol. Casuum enim ordinem secutus videtur auctor. *Oud.* *Alexandrum omnes maxime metuerunt, item plurimum dilexerunt*] Nos vocem *item* sustulimus, quæ elegantius abest in Mss., quam adest in vulgatis. Lamb. post verbum *omnes, ut* apponit; ut sit, cui vox *item* respondeat; omnino melius, quam in impressis. Dein *Sulpicium* lege, non *Sulpicio*, ut in omnibus vulgatis legitur. Locum recte ita emendavit Lambinus. *Brut.*

Oceanum manus Macedonum transvolasset] Et hoc nostrum est facinus; ad quod induxit Palatinorum senio: quorum 1. 4. 6. tantum repræsentabant *Oceanum Macedonum transvolasset:* Pal. 5. vero *Oceanum fama Macedonum trans.* Pal. 2. vero ac 3. servabant illud *manus;* vere. Legatur modo Suasoria 1. Senecæ patris. Retro cusi habebant, *Oceanum Macedonum gloria transvolasset;* inficete prorsus, et falso: utique si verum dixit prius, 'gloria ac laude implesse orbem Alexandri virtutes.' *Gruter.* Erf. *trans Oceanum Macedonum transvolasset:* Duisb. *hoc Oceanum manus Macedonum transvolasset:* edd. *Oceanum Macedonum gloria transvolasset.* Græv. *Oceanum manus Macedonum transvolasset*] Interpolatus maxime per librarios virosque eruditos hic est locus. Plerique et antiquiores Mss. dant *Oceanum Macedonum transvolasset*, vel *trans Oceanum M. transv.* vel, *transvolasset Oc. Macedonum* aut *Macedonicum*, ut habet Leid. 1. sed Voss. 3. addit *fama:* Leid. 4. *manus:* ed. Omnib. *nomen.* Ed. Mediol. *terras atque Oceanum fama M.* quia scilicet in nonnullis est *trans Oc. M. transvolasset.* Mihi simpliciter videtur ab auctore scriptum fuisse *Oceanum Macedo transvolasset.* Oud.

C. Graccho similiter occisio oblata est, quæ virum reipub. amantissimum, &c.] Ita quidem nonnulli e Pall. sed plerique tamen oggerunt, *occiso, ablata est reipubl. quæ virtutis amantissimum.* Aldus nepos expressit, *occasio oblata est, quæ virum, &c.* nec omnino displicet. *Gruter.* Al. *C. Graccho occiso ablata est resp. quæ virtutis amantissimum:* Aldi Manutii Nepotis ed. *occasio C. Graccho similiter oblata est, quæ virum reip. amantissimum.* Erfurtensis fide delevi *similiter*, in ceteris consentit Palatinis, ut et edd. antiquiores. *Græv.*

Majorum perfidia] Secutus sum libros duos Mss. et nonnullos vulgatos: nam alii vulgati partim habent, *malorum perfidia;* partim, *majorum natu perfidia:* et ita unus etiam antiquus. *Lamb.* *Fide captum malorum, perfidiæ scelus vita, &c.* placuit Gulielmio, ex Bruil. et sic quoque reperi in Pal. 4. et 6. nam ceteri subscribebant vulgato, *fide captum, malorum perfidia per scelus vita, &c.* Gruter. Lamb. *fide captum majorum perfidia per scelus:* Cratand. ed. *Saturnium fide captum majorum natu perfidia per scelus.* Græv.

Sulpicium, cui paulo ante omnia concedebant, eum brevi spatio] Sic edunt, et sic solere Latinos agnosco, et alibi

alios, qui adbuc ignorantur, sic loquutos monstrabo. Sed nunc Mss. tres omnes concordes legunt *Sulpicio cui.* Sic fluctuat formula Varronis ab Gellio XII. servata : ' M. Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unum ovem mulctam dico ;' ut babet illic bona pars veterum librorum. Sunt tamen qui præferunt *Terentius.* Gronov. Mss. *Sulpicio, cui paullo ante:* Erf. *Supplicio, qui paullo ante.* Græv.

Cap. XXIII. § 32 *Non modo tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur quoque in ejusmodi oratione auditor*] Quum sic præferant omnes, quas novi aut vidi, editiones, et sententia sit perfecta, plane non hærerem, nisi comperirem vocem postremam ab nullo nostrorum Mss. confirmari. Id fieri non potuit, si non etiam ab aliis vetustis codicibus abesset, quod ab ullo indicatum non memini. Sed quid si nos dicamus adjectam esse ab illis, qui constare sententiam non putarunt, nisi ea inserta vel adnexa? plane ut in uno Ms. superscriptum video ' Supple, *animus auditoris.*' Nam *offenditur* refero ad eam quæ præcessit *auctoritas dicendi*, tum quæ ante appellavit *fides et gravitas et severitas oratoria.* Quam expositionem ab ipso auctore mihi porrectam offero ex cap. 31. ' Si commode quis eo utatur et raro, non modo non offendet novitate, sed exornabit etiam orationem.' Cur enim et hic non interposuerunt *auditorem?* sed offenditur et ipsa oratio, et in hac auctoritas dicendi. *Gronov.* Erf. *non modo tolletur auctoritas dicendi:* Duisb. *non modo tollitur auctoritas dicentis.* Græv. *Offenditur quoque in ejusmodi oratione auditor*] Erf. et al. Mss. *offenditur quoque in ejusmodi oratione :* Duisb. *offenditur quoque ejusmodi oratione:* non enim agnoscunt vocem *auditor*, quam lectionem in suis etiam libris reperit Gronovius, et probavit. A Duisb. abest etiam *in.* Pithœi et Cauchii tuentur vulgatam. *Græv.*

§ 33 *Quod dici oportet aut quod non oportet*] Secundum *quod* in nullo mihi occurrit codice. *Gronov.* Edd. pr. *quod dici oportet, aut quod dici non potest.* Vulgatæ recentiores, *quod dici oportet, aut quod dici non oportet.* Erf. Duisb. Cauch. et codices Gronoviani, *quod dici oportet aut non oportet.* Sic et ed. Hervag. nisi quod *potest* in contextu legit, pro *oportet,* quod extat in margine, ut et in prima ed. in qua tamen est *quod.* Græv.

Hereditas aliqua obvenit] Erf. et Duisb. veram hujus loci lectionem servarunt, in quibus est *hereditas aliqua venit.* Sic enim Cicero loquitur, pro quo vulgus dicit hodie *obvenit.* Cic. pro Cæcina 26. ' Major hereditas venit unicuique vestrum in iisdem bonis a jure et legibus.' Id. pro Flacco 34. ' Quid? ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt.' Ibid. ' Maximas autem tibi hereditates venisse.' Inferius in hoc libro c. 29. ' Aut hereditate tibi venisse :' et, ' hereditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit.' *Græv.*

Non potest dici] Sic hunc locum olim edendum curavi, *Non modo hoc non potest dici, sed etiam, &c.* qui mihi antea mutilatus et laceratus videbatur, cum existimassem, omissas esse a librario has treis voces, *modo hoc non.* Nunc autem vulgatam et receptam lectionem, cum qua congruit antiqua, tueor, ac retineo. Sic enim solebant loqui interdum veteres. *Sed etiam* autem in tali genere pro ' quin etiam' ponitur. *Lamb.* Pith. codicem si sequamur, difficultas, quæ movetur, minuetur. In illo sic scribitur, *Hereditas aliqua obvenit? potest dici, sed a necessariis omnibus exheredatus est.* Pro *potest dici* aliter dicitur *audio.* Possunt, qui illum tuentur, hoc forte prætextu uti. Sed non est credibile, quia a necessariis omnibus est exheredatus : unde ergo illa luculenta

venit hereditas? *Græv.*

Grandi sponsione victus est] Sic legendum arbitror, et ita habent plerique libri vulgati, et Mss. nonnulli, *vinctus est:* quam lectionem rejeci probata altera: nam et in Oratione pro Cecina ita locutus est, 'sponsione vincere.' *Lamb.* Edd. quædam, *grandi sponsione vinctus est:* cui in veteri codice Pithœi adscribitur, *obligatus est.* Græv.

Cap. xxiv. *An ad suam revertetur antiquam vitam alibi honeste tractatam*] Sic restitui, cum reperissem scriptum in lib. Ms. partim *alicui*, partim *aliui: aliui* enim a librario scriptum esse pro *alibi* facile intelliget, qui versatus est in lectione membranarum antiquarum. *Lamb.* Ms. *an ad suam revertetur antiquam vitam alicui honeste tractatam:* Lamb. ed. *an ad suam revertetur antiquam vitam alibi honeste tractatam:* Pith. Ms. *an ad suam revertetur antiquam vitam alicubi honeste tractatam:* Erf. *an ad suam revertetur quam vitam aut ubi honeste tractatam?* Ex hujus optimi codicis vestigiis legend. videtur, *an ad suam revertetur vitam? quam? aut ubi honeste tractatam?* Quam tu vitam dicis, inquit adversarius, aut ubi usquam gentium honeste is vitam egit? Est qui velit pro *tractatam* legere *traductam.* Cave audias. Lucret. lib. v. 'Multaque per cœlum solis volventia lustra Volgivago vitam tractabant more ferarum:' hoc est, agebant, traducebant. *Græv.*

At hic quidem ante oculos vestros] Cur hæc lectio placuerit posterioribus præ illa, quam habebant edd. aliæ, *nam hic quidem*, vix decerno. Certe quum illud *nam* exstare deprehendam in tribus meis Mss. et vis voculæ sit aptissima, ego hoc prætulerim merito. *Gronov.* Lamb. et Grut. edd. *at hic quidem. Nam hic quidem* rescripsi optimorum codicum et meorum et Gronovii, ac omnium edd. antiquiorum ante Lambinianam fide. *Græv.*

Nam indemnatum necasti] Pith. *indemnatum vocasti:* Lamb. ed. *eum indemnatum necasti.* Sicut ante reposui *nam* perperam immutatum, sic hic auctoritate codicis Erf. *nam* deleo: commode enim potest abesse, et illa particula deleta rotundior erit oratio. *Græv.*

§ 34 *Ut exaugeatur indignitas negocii*] Hæc est scriptura Erf. Pith. et Duisb. Vulgatæ, *ut augeatur indignitas negocii!* Jam *exaugere* pro *augere* non semel ante usus est horum Rhetoricorum parens. *Græv.* Vid. Gronov. supra ad cap. 13. *Burm.*

Ut ad nostram quoque personam referamus subjectionem, sic] Liber unus Ms. habet *fit sic.* Lamb. Hoc etiam inveni non modo in Pith. et Cauch. sed in antiquioribus Victoriana edd. in quibus tamen *sic fit.* Sed in prima et Mediol. *sic faciamus:* edd. Ascens. Hervag. *subjectionem, sic fit: Nam:* edd. pr. *subjectionem, sic faciamus: Nam.* Victor. et vulgg. *subjectionem, sic: Nam.* Græv.

At cum parva manu, tum] Legend. fortasse est, *at cum parva manu cum prodiremus, &c.* Lamb. Edd. *at cum parva manu tum prodiremus*, ut legendum censuit Lambinus, legitur in Duisburgensi: sed Pith. *at cum parva manu tum prodirem:* Erf. et Cauch. *at cum parva manu tam prodiremus.* Forte, *at cum tam parva manu tum prodiremus.* Græv.

Locum quoque inimicissimum] Liber unus Ms. habet *locum quoque immunitissimum:* et supra, ubi est *conveniret*, libri Mss. habent *convenit.* Lamb. Pith. *locum quoque inimicissimum habeamus.* Duisb. *locum quoque munimicissimum tunc habebamus:* al. *locum quoque immunitissimum habebamus*, ut Lamb. in margine: notavit idem legendum forte *iniquissimum.* Græv.

Neque erat quo vitam produceremus] In uno inveni *qui*, quod et doctius opinor, quam ut ab sciolo potuerit

exsistere, et vulgatum est mera ejus interpretatio. Ad Att. II. 11. 'ut sit qui utamur.' *Gronov.* Mss. *nec erat quo vitam producerem:* Pith. *nec erat, quo vitam militum producerem:* Ms. unus Gronov. *nec erat qui vitam produceremus.* Græv.

Ea videbar eos accepisse conditione, ut quod possem] Mss. omnes repetunt pronomen, *ut eos quoad possem.* Gronov. Venustius Erf. et Lamb. ed. *at eos videbar ea accepisse conditione, ut quoad possim:* sed *eos* repetunt etiam Erf. Pith. meus, et Gronovii Mss. quod non putavi omittendum. Græv.

Cap. xxv. *Neque sensi hoc, et non suasi, &c.*] Videntur hæc ex Demosthenis Oratione pro Ctesiphonte expressa: Οὐ γὰρ εἴρηκα μὲν, ἀλλ' οὐκ ἔγραψα· οὐδ' ἔγραψα μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐπρεσβευσάμην, &c. id est, *Non enim dixi quidem, sed non decrevi: neque decrevi quidem, sed non obii legationem, &c.* Lamb.

§ 35 *Inconsiderata laborum perpessione*] Quidam libri habent *dolorum perpessione:* sed parum refert, nam etiam apud Græcos πόνος utrumque significat *dolorem* et *laborem.* Lamb. Adstipulatur his Lambini libris etiam Duisb. *Græv.*

Cap. xxvi. *In patriam cujusmodi, &c.*] Si libros nostros Mss. sequimur, vox addenda est una, altera transponenda. Pall. enim omnes et Bruil. *hoc pacto: Modo in patriam, &c.* Gruter. Cum Palatinis consentiunt Erf. et Pith. Cur præstantissimos libros negligamus, quamvis vulgatam possimus tueri? *Græv.*

§ 36 *Immo innuisset modo*] Fatue editi a Lambino *si invenisset.* Stultius adhuc, nescio quis Cæpola emendat, *si invenisset modum.* Nostrum hæret in plerisque impressis, firmantque Pall. nisi quod nonnulli, *imo annuisset modo:* nihilo pejus. *Gruter.* Medicæus cum alio *annuisset.* Gronov. Lamb. ed. *immo innuisset modo. Annuisset* non legit tantum Gronovius in Medicæo, sed ipse quoque inveni in Erf. et Cauch. Nec longe abit Pithœi, in quo est *immo admonuisset modo.* Græv.

Hoc facile perfici posset] Verbum *perfici* abest a nonnullis libris Mss. *Lamb.* Duisb. *facile perfici possit.* Mallem *potuisset.* Lambinus notat in nonnullis non legi *perfici:* at in Cauchiano non habetur *Hoc facile.* Græv.

Eam quomodo] Vid. Perizon. ad Valer. Max. III. 3. ext. 4. *Burm.*

Ast ea post ipsius, &c.] Reposui illud *ast* volente Pal. 2. ac 6. item Gembl. et Liliensi: nam Pal. 3. ac 4. *at ea.* Lambinus non contentus, nihil addere auctori, detraxit ei adhuc voculam *ea.* Gruter. Sed *at* tuentur Pithœi et alii codd. et iis proxime accedens Erfurtensis, in quo est *es.* Sed Lamb. ed. plane delet *at ea.* In multis edd. vetustioribus nec *ast* nec *at* reperitur. *Græv.*

Cum ad electius verbum accedas] Notabile est, quod in Medicæo legatur *cum affectantius verbum accedas.* Gronov. Erf. *cum affectis verbum accedat:* Cauch. *cum affectantis verbum accedat:* Duisb. *cum ad electius verbum accedas:* Medicæus, notante Gronovio, *cum affectantius verbum accedas.* Cauchius conjiciebat, *cum affectatius verbum accedat.* Sed affectata verba hodie norunt Itali, sed non veteres Romani. A vulgata non recedo. *Græv.*

Cap. xxvii. § 37 *Et illud prætereo, quod te rei militari infrequentem tradidisti*] Liber Ms. unus habet, *quod te tribuni infreq. rei militaris tradiderunt:* quæ fortasse recta scriptura est. *Lamb.* Emendatio hujus loci nata e Pal. 1. alludunt que fere ceteri: sed totidem literis ita quoque concepta est isthæc lectio in Bruil. in Gembl. Lil. item Fabr. et Persini in hunc diem legimus, *quod rei militaris te infreq. reddidisti.* Gruter. Erf. *Et illud prætera, quod et rei militaris infreq. tradiderunt:* Pith. *illud prætereo, quod*

a re militari te infreq. tradidisti: edd. *Et illud prætereo, quod rei militaris te infreq. reddidisti:* al. *Et illud prætereo, quod te rei militari infreq. tradidisti.* Græv.

Fecisse suspicionem] Reclamantibus libris omnibus, *jecisse suspicionem* legendum puto; quanquam 'facere suspicionem' usurpavit in Orat. pro Flacco, nisi etiam locus ille mendosus est. *Lamb.*

§ 38 *Ad brevitatem conjunctio*] Repete ἀπὸ κοινοῦ, *est apposita.* Mendosi autem sunt hoc loco vetusti aliquot codices, in quibus scriptum est, ut in vulgatis, *brevitatem parit conjunctio.* Mendum autem natum est ex eo, quod, cum ab aliquo librario ita scriptum esset, *ne satietatem pariat, at brevitatem;* alius librarius postea, cum hunc librum describeret, *at* posterius, sive prudens, putans esse supervacaneum, sive imprudens, duarum syllabarum similitudine in errorem inductus, omisit: postremo semidoctus aliquis, cum videret aliquid deesse, addidit verbum *parit.* Lamb.

CAP. XXVIII. *Aut commiserationis*] Hæc absunt a duobus codd. Mss. quare vel delenda putant quidam, vel legendum *aut commorationis.* Ego nihil muto. *Lamb.* Recte Erf. et Pith. *aut miserationis.* Vulgo *aut commiserationis.* Ignorarunt scioli, idem esse *miseratio,* quod communius dicitur *commiseratio.* Sic in Oratore Tullius dixit 'miseratione judices permovere.' Mox idem Erf. *plurimorum verborum iteratio:* sed Pith. *plurium verborum iteratio fit.* Græv.

Tumultus C. Gracchi, tumultus domesticos et intestinos conparat] Erf. *tumultus Gracchi, Gracchi tumultus dom. et intest. comparat.* Rectius et magis ad hanc figuram apposite, repetitur *Gracchi,* sed Pith. pro *Gracchi* scribit *Gracchus.* Mihi videtur reliquisse horum commentariorum scriptor, *tumultus Gracchi, Gracchi tumultus dom. et int. comparant.* Juvenalis, 'Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?' Vulgata tamen retineri potest, si deleas distinctionem post *Gracchi,* quæ est in omnibus edd. Vis sane hujus exempli non tam in iteratione vocis *tumultus,* quam *Gracchi* posita est. *Idem.*

In contrario causæ] Fortasse legend. *in contraria causa.* Lamb. *In contrario* hic accipitur, ut vulgatius *e contrario,* aut *contra,* pro quo pessime multi *e contra,* quod nescit Latium. *Vulnus majus efficit causæ,* est, magis vulnerat causam, et deteriorem efficit. *Græv.*

CAP. XXIX. § 39 *Vos me, quo pacto, &c.*] Medicæus cum altero *vos me vestro, quo.* Id mihi videtur vere antiquum: h. e. qui jam velut per deditionem vester sum factus. Plane ut Campani ad Patres Conscriptos, 'Quandoquidem nostra tueri justa vi non vultis, vestra certe defendetis. Itaque populum . . . divina humanaque omnia in vestram populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri,' apud Liv. VII. 31. Ovid. Met. VII. 507. 'Ne petite auxilium, sed sumite, dixit, Athenæ; Nec dubie vires, quas hæc habet insula, vestras Ducite.' *Gronov.* Erf. Pith. Duisb. *Vos me vestro, quo pacto, &c.* quod et Jac. Gronovius in duobus vidit Mss. et probavit. Edd. vulgg. *Vos me, quo pacto.* Græv.

Quicquid libet statuite, edicite: obtemperabo] Vulgg. sic habent, *statuite, dicite: atque obtemperabo.* Ego *edicite,* quod reperi in duobus libris Mss. reponendum curavi. Copulationem *atque* in uno codice antiquo non reperi; licet tamen retinere: olet enim nescio quam Latini sermonis consuetudinem, antiquitatis plenam. *Lamb.* Erf. *quidlibet* (quod etiam est in Cauch. Duisb. *quodlibet*) *statuite, dicite, atque huc parebo:* Lamb. ed. *quicquid libet, statuite, edicite, atque obtemperabo:* alia ejusdem editio, *quic-*

quid libet, statuite, edicite, obtemperabo. Sane τὸ *atque* non est delendum. Veteribus enim, comicis præsertim, sæpissime est, statim, confestim, illico, ut multis exemplis viri docti ostenderunt ad Plautum. Virg. Georg. I. 'Si brachia forte remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.' *Græv.*

§ 40 *Quæro, quonam te digno, &c.*] Pal. 4. *quæro jam quo te digno, &c.* sed magis placet quod inveni in Pal. 2. et 3. *homo omnium mortalium? nam quo te digno, &c.* sine voce *quæro.* Gruter. Ms. *quæro jam quo te digno.* Duo al. Mss. non agnoscunt *quæro :* et rectius poterat abesse sine detrimento sententiæ, quin brevior et efficacior sic erit sententia. Duisb. *quæro nam quo te digno :* Erf. *quæro nam te digno moribus tuis.* Græv.

Cap. xxx. § 41 *Relinquitur in audientium judicio, sic: mihi*] Quidam liber Ms. habet *relinq. inchoatum in aud.* quæ scriptura magnopere mihi placet. *Lamb.* Pall. aliquot, item Tosanus, Bruil. Fabr. *relinq. inchoatum, sic mihi tecum.* Non probem. *Gruter.* Erf. *relinq. inchoatum judicium si :* Duisb. et nonnullæ edd. *relinq. in aud. judicium sic.* Græv.

Cap. xxxi. § 42 *Si quis de adversario dicat*] Mss. tres eodem modo nunc procedunt, quo ante, *si quis, de adv. cum dicat, videte nunc, inquit,* ut etiam notat Lambinus. *Gronov.* *Si quis de adv. cum dicat* Erf. Duisb. tres Gronoviani, et Lambini editio: in vulgatis *cum* omittitur, perperam. Nam in præcedentibus eodem modo, quod et Gronovius annotavit, loquitur. *Græv.*

Plagiosippus iste] Adr. Turnebus legendum putat *Plagioxiphus.* Ego *Philoxiphus.* Philippum significari puto. *Lamb.* *Plagiosippus iste*] Ita maxima pars Pall. quippe unus atque alter *Plagioxyppus,* quomodo Bruil. et Petreiani, sed unico *p,* Fabr. *Plagioxiphus,* quod placuisse Turnebo refert quidem heic Lambinus, sed tacet ipsemet Advers. xx. 25. ubi alias potius conjecturas suas producit. *Gruter.* Erf. Cauch. *Plagioxyppus :* al. *Plagioxiphus, Plagiosippus.* Acerbissime dictum diu arbitratus sum in Philippum oratorem, qui pro fure et plagiario et impio mordetur acriter: plagium igitur furtumque ei objici censebam, ut et lib. II. de Oratore in jocis. Nunc scribendum censeo *plagosus fuste,* aut *plagosus iste,* quod quidem omnium maxime mihi probatur. Nam de adversario loquitur, a quo vapulavit, qui sensus et e priore emendatione efficitur. Ita Turnebus, d. l. *Græv.* Priscian. in Gramm. pag. 379. *plagioxippus* legit. *Burm.*

In lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus] Erf. *in lædendo corpore, aut animo aut extraneis rebus.* Optime sane. Particulam *in* omisit etiam in ed. sua Lambinus, et primum *aut* Duisb. *Græv.*

Cap. xxxii. § 43 *Nec tam facile ex Italia materis Transalpina*] Sic legendum, et ita edidit Paullus Manutius. Est autem *materis,* genus teli Gallici. Sisenna, 'Gallia materibus, Suevi lanceis configunt.' *Lamb.* Erf. *nec tam ejus faciles ex Italia materis :* ed. Cratand. *nec tam facile ex Italia armatura.* Annotavit hic P. Pithœus: '*materis :* sic in vet.' Sed in margine emendatum erat *Armatum,* sicut et in altero diserte legebatur, sed male. Vide Nonium cap. de Genere Armorum, et Turneb. Advers. IX. 7. Materes erant arma Gallica, *Græv.* Vide ad Liv. VII. 24. *Burm.*

Rem simplicem assumtam circumscribens elocutione] Tres Mss. Erf. Cauch. Duisb. rectius scribunt *assumta.* Nam res simplex non assumitur, sed elocutio, sive, ut in Erfurt. legitur, oratio, qua rem simplicem circumscribimus, assumitur. In solo autem Erf. est *oratione.* In sequentibus *aut perversione,* recepi ex Pith. *aut,* quod in

vulgatis desideratur. *Græv.*

§ 44 *Sicut a poëtis, in quemdam exstruere numerum*] Gulielmius malebat cum Lambino, *sicut ad poëticum:* et vero in Pal. 2. et Fabr. erat, *sint ad poëticum quendam exstructa num.*, quod maluerim, si modo quid venit mutandum. *Gruter.* Mei non recedunt ab editis, nisi quod in Erf. legatur *sic* pro *sicut,* hoc modo: *sic a poëtis in quemdam exstruere num.* Lamb. ed. *sicuti ad poëticum quemdam exstructa num.* Verissimam tamen censeo lectionem esse Pal. 2. et Fabriciani. *Græv.*

Cap. xxxiii. *Non illæ te nuptiales tibiæ*] Quidam putant hic legend. *nuptiales tedæ.* Sed cum in tribus codd. Mss. Memmianis, et in Nicotiano, et in ceteris reperiam scriptum *tibiæ*, nihil censeo mutandum: et tamen *tedæ* valde probarem, si quis liber vetus comprobaret. *Lamb.* Pith. *non illæ nuptiales te tibiæ.* In Pithœi libro magister interpretatur *tibiæ* cantilenæ. Hymenæi et Fescennina carmina canebantur ad tibias. Vid. Casp. Bartholini de Tibiis Veterum, ii. 12. *Græv.*

Cap. xxxiv. § 45 *Malitia nocentium exaruerant*] Edd. *malitea nocentum exaruerunt.* Græv. *Revirescunt*] Duo libri Mss. habent *revirescent.* Lamb. *Exaruerant, virtute optimatium reviruere*] Est a Pal. 4. et 6. neque recedit Bruil. quam quod is *reviruerunt.* Grut. Pith. quoque *exaruerant,* sed et idem *revirescent.* Al. *virtute optimatum reviruerunt:* edd. *virtute optimatum revirescunt.* In Erf. hic est notatu digna trajectio. Hic enim in illo est ordo: *Difficillimis adspiravit: Gravandi causa sic: Nam cum canes fungantur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? Per argumentum tractatur ornandi caussa, sic: Aliquando reipublicæ rationes quæ malitia, &c.* usque, *cum translationes una aut plures frequenter ponuntur a simplici ratione ductæ, cum a persona aut loco, &c.* Græv.

§ 46 *Pecuaria credemus*] Legendum putant quidam *pecua credemus,* seu *pecuda:* quia veteres, inquiunt, teste Nonio, dicebant 'pecua' et 'pecuda,' et in singulari 'pecu,' ut 'genu,' seu 'pecuum,' unde 'pecuarius, a, um;' ut 'res pecuaria.' Ego nihil muto. *Lamb.* *Cui præsidio pecua credemus*] Ita aperte Pal. 4. nisi quod is adhuc *quo præsidio.* Pal. 6. habet *peculia:* reliqui *pecuaria,* ut vulgata. Scripsi etiam *funguntur,* fide Pal. 1. et 4. nam Pal. 6. *fungerentur:* Bruil. *fungentur,* non, ut editi prius, *fungantur.* Gruter. Mss. nostri *pecua* quoque tuentur: nam Erf. et quidam Mss. alii, *quo nam præsidio pecua credemus:* al. *quo præsidio pecua credemus:* al. *cui nam præsidio pecuaria credemus.* Græv. *Cui præsidio pecua credemus*] Leid. 1. *quorum pr.* 3. *quorum jam:* 4. *quo jam:* sed Voss. omnes et Leid. 2. *cuinam pr.* Verissime, atque sic edd. Med. et Omnib. præbent. *Pecora* Leid. 1. 3. *per tuta* 4. *penuria* Voss. 2. In ceteris *pecuaria* cum edd. vett. An *pecua tute* vel *rite?* Oud.

Ut, siquis Drusum, Gracchum, Numitorem, &c.] Adr. Turnebus Advers. xx. 25. legendum censet, *ut siquis Drusum, Gracchum, Munitoremque obsoletum dicat.* Ego sic, *ut siquis Drusum, Numitorem obsoletum dicat:* nam vocem *Gracchum* ex annotatione natam esse arbitror. *Lamb.* Repræsentavi quod repereram in Pal. 4. restabatque item in Bruil. quippe Pal. 6. *mitorem.* *Nitor obsoletus* dicitur, quemadmodum 'Est honesta turpitudo pro bona caussa mori' apud P. Syrum. Turnebus xx. 25. legendum credidit, *munitoremque obsoletum.* Recepta lectio, *Numitorem obsoletum.* Gruter. Erf. et al. Mss. *Drusum, Gracchum, Numitorem obsoletum:* al. *Drusum Gracchum Numitoremque obsoletum:* al. *Drusum Gracchum munitoremque obsoletum:* al. *Drusum, Gracchum minitorem obsoletum.* *Numitorem* de homine seditioso dictum accipio

ex eo, quod Numitor cum suo nepote coortus in Amulium, regno ipsum exturbavit. Ego tamen hic quoque potius veteres libros secutus legendum crediderim, *ut si quis Drusum, Gracchum, munitoremque obsoletum dicat.* Nam Gracchum constat, ut Plutarchus in ejus vita scribit, e viarum munitione plebis Romanæ gratiam emeritum fuisse. Ita Turnebus. Sed cur Gracchus aut Drusus dicatur *nitor obsoletus*, caussam nullam video. Nihil etiam huc facit 'honesta turpitudo' Publii. Est locus perditissimus, qui sine ope melioris codicis, quam adhuc visus est a doctis, non potest corrigi, et explicari. Pith. in uno Ms. invenit *munitoremque obsoletum*, in alio *minitorem obsoletum.* Addit utrique Ms. adscriptum fuisse, sed primo alia manu, 'locum fœtidum sicut olicetum.' *Græv.*

Cap. xxxv. § 47 *Is oportet istum maximas pœnas dedisse velit*] Vox *velit* non est in Pal. 4. aut 6. mutatque *oportet* in *optet*: neque secus Bruil. forsan melius. *Gruter.* Erf. *is oportet ut optet istum maximas pœnas dedisse, ne iste;* non male: al. Mss. *is optet istum maximas pœnas dedisse.* Græv.

Quare L. Cassi, si testem] Erf. *quare caussi si testem.* Pithœus notaverat, primum scriptum erat, uti liber excusus habet, deinde emendatum est *lege Cassii:* adnotatum in margine al. legi *Legi ticia.* Alterum exemplar habet, *quare si me testem.* Græv. *Quare, Luci Cassi*] In quibusdam Mss. *Qua re L. caussis* corrupte legitur; ex quo Lamb. *in caussis* efficit: nomine tamen non abjecto, quod mansit in impressis, et Mss. aliis. Nam in Leoniceni ed. integra lectio tota exstat, *Quare, L. Cassi, si in caussis, &c.* quo modo excudi curavimus. *Brut.*

Suum cuique tribuens officium, separatim res, &c.] Est a Pall. iisdem et Bruil. quibus accessit et Pal. 5. Hactenus impressi *separat et res, &c.* Gruter. Firmant Erf. Pith. Duisb. margo Cratandri. In Erf. est etiam *unicuique.* Græv. *Separatim res dividit plures*] Edd. *separat et res dividit:* Duisb. *et separatim dividit plures:* Lamb. ed. *separat et in res dividit plures.* Idem.

Cap. xxxvi. § 48 *Quod eos minime offendat, &c.*] Cauch. *quod eos, aut quos ii diligunt aliquod in errato vere reprehendere videantur.* Puncta supposita in vocibus *quod* et *aliquod* notant ultimam litteram esse delendam. Erfurtensis consentit vulgatis, nisi quod in his *cum in aliquo errato, cum* in illo non reperitur. Non inepte Cauch. et Duisb. *aut quos ii diligunt aliquo in errore;* sed in Duisb. adjicitur *cum*, in Cauchiano prætermissum. *Idem.*

Si primo cœtu] Id est, si primo conventu et coitu, quod valet, si prima actione condemnassetis. Atque ita hunc locum declarat Adr. Turneb. Advers. xx. 25. *Lamb.* Bene interpretatur Turnebus Advers. ii. 25. qui adeatur. *Gruter.*

A vobis erat afutura, eam invenistis] Vulgo *abfuturam.* Argute Erfurtensis, *quæ longe a vobis aberat, afuturam eam inv.* Delendum videtur *eam.* Vitastis vituperationem, quæ longe a vobis aberat, afuturam, hoc est, in quam nunquam fuissetis incursuri, contraxistis. *Græv.* *A vobis erat afutura, eam invenistis*] Mss. quinque et edd. pr. *a vobis aberat.* Dein *afutura eam inv.* desunt Leid. 1. 3. Voss. 2. *Afutura* deest ed. Omnib. Sed in Voss. 1. 3. Leid. 4. ed. Med. *afuturam eam inv.* Puto vere conjecisse Grævium, *a vobis aberat, afuturam inv.* Oud.

Ut timidi atque ignavi] Ab Erf. abest *ut timidi.* Pith. *ut timidi ac ignavi.* Forte scripsit auctor hujus libri *timidi atque ignavi putamini.* Græv. *Ut timidi atque ignavi putaremini*] Mire variat Leid. 3. habens *dum eam v., q. l. a. v. aberat, vitup., nonne timidi atque ignavi existimati*

estis? Oud.

Ac reipublicæ perniciem retinetis] Libri illi nostri tres, *ad reipublicæ perniciem;* quod satisfaciebat Gulielmio. *Gruter.* Sic et Erf. et Duisb. Verissime Lambiniana, *ac ad reip. perniciem retinetis,* nisi quod pro *ac* scribat *atque.* Non nescio vulgatam posse defendi, sed quia repugnant libri, his malui obsequi. *Græv.*

Cap. xxxvii. § 49 *Ut quod erit commotum licentia, id laude mitigetur*] Non damno. Sed adeone inops verborum auctor iste fuit, ut ab illo *mitigare* non potuerit discedere? Certe ita habent codices scripti; sed inter eos excellens iste Medicæus quantum abit? *Quod erit commotum licentia, id comprimitur laude.* Hæc non videntur ab tenui homine venisse, sibi optime respondentia, quum 'aspera mitigari' infra dicat, et ante ponit 'acrimoniam mitigatione leniendam.' *Gronov.* Medicæus, notante Gronovio, *ut quod erit commotum licentia, id comprimitur laude.* Scribe, *comprimatur laude:* aut delendum est *ut* cum Erf. et Duisb. Pro *erit,* in Pith. et non nullis edd. *erat,* ut scriptum fuerit olim, *quod erat commotum licentia, id comprimitur laude.* Græv. *Ut quod erit commotum licentia, id laude mitigetur*] In duobus Mss. Gryphii sic legitur, *quod erit commotum licentia, id laude constituetur;* quæ non mala lectio est. Contrarium enim *constituere* est verbo *commovere:* sumpta similitudine ab aqua, cum, sedata tempestate, nescio quo pacto constituta quiescere videtur. Id est Græcis συνιστάναι, ni fallor. *Brut.*

Ut et illi qui, &c. dicimus, amici eorum et veritatis esse videamur] Suffridus ait exstare in Erf. *veritatis adsertores esse videamur;* quod et a manu recenti in Pal. 6. Prius enim scriptum in illo, *ut et illi qui, &c. dicimus, tamen tam sententia eorum qui dicunt, quam de quib. dicitur vera habeatur:* quomodo item restat in Pal. 4. et Bruil. qui ultimus superscriptum habet, *tamen tam ipsos veriti esse videamur, quam, &c.* Gruterus. Lamb. et Grut. edd. *ut et illi qui audiunt:* Mss. et edd. *amici eorum et veritatis esse videamur:* Duisb. *tum etiam reverti videamur:* margo Cratand. *et ipsos reveriti videamur.* Quam varie legatur in Mss. vid. in notis Gruteri. Falsum est in Erf. quem ipse tractavi, legi *veritatis assertores,* quod in alio libro procul dubio invenit Suffridus. Nam in Erf. sic pulcbre legitur, *ut et illi, qui audient, a culpa absint, et nos, qui dicimus, tam et ipsorum, quam et veritatis amici videamur:* cui codici lubens subscribo. *Græv.* *Amici eorum et veritatis esse v.*] Voss. 2. *tamen et am. e. &c.* Voss. 1. Leid. 2. *a. ipsorum, &c.* Voss. 3. *ipsorum et veritatis videamur amici:* sed Leid. 1. a m. pr. et 3. dant *et nos tamen, q. d. et ipsos reveriti et veritatis assertores e. v.* Leid. 4. *e. n. q. d. tum ipsos reveriti esse vid.* ed. Med. *e. n. q. d. amici cum ipsorum, tum veritatis e. v.* Lego *e. n. q. d. tamen et amici ipsorum, et veritatis e. v.* Si quis e Leid. 1. *adsertores* inserere velit, per me licet. *Oud.*

Stultitia vestra est qui, quod erat in vestra pot.] Ita Pall. aliquot, et Bruil. vulgata enim, *quia quod.* Gruter. Erf. *Stultitia vestra. Quid quod erat in vestra pot.* Sic longe hæc erunt acriora. *Stultitia vestra* pertinet ad præcedentia, ut totus locus sic sit legendus: *erratis, et frustra falsa spe jam diu detinemini stultitia vestra. Quid? quod erat in pot. vestra.* Accedit ad hujus vestigia Pithœi codex, in quo scribitur, *stultitia vestra id, quod erat, &c.* Quod nec ipsum est insipidum. Τὸ *est* quod vulgatas obsidet, *stultitia vestra est,* in tribus meis Mss. non extat. Duo sunt reprehensionis capita, unum quod inani spe tam diu sua stultitia passi sint sibi illudi, alterum quod ab aliis petierint, quod ipsi potuerint per se consequi. Itaque

merito distinctio codicis optimi Erfurtensis recipitur. *Græv.* *Stultitia vestra est, qui, quod*] Apage τὸ *est*, quod in nullo meorum compareret codice, nec ed. Omnib. præter Leid. 3. in quo *est quia, quod*. In ed. Omnib. etiam *quia*. In Med. *quia id quod:* sed bene Voss. 1. 3. et Leid. 2. *stultitia vestra id quod.* Malim autem sic, quam cum Grævio *detinemini stultitia vestra, qui* vel *quid?* Oud.

Ista tamen amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis, vos me privastis] Et cur hinc expelli meruit, quod est in quondam editis et omnibus certe tribus nostris scriptis, *tamen dicam*, notavitque Lambinus? An repetitio τοῦ *tamen* potest efficere, ut non sit perfectissima hæc φράσις? *Ista tamen amicitia (tametsi vereor quomodo accepturi sitis, tamen dicam) vos me privastis.* Illud *dicam* non potest abesse, ut quod solet adjicere auctor. Hoc lib. cap. III. 'Non ausim dicere, sed tamen vereor ne qua in re laudem modestiæ venentur, in ea ipsa re sint impudentes.' Poterat ibi tertium verbum omisisse, ut intelligeretur 'suspectos agere,' aut simile. Pro Plancio, 'Timide dico, sed tamen dicendum.' Porro illud *tametsi* cum sequente *tamen* non potest ab hoc auctore abigi, ut quod et in Cicerone passim legitur, tum ab nostro adhibetur supra cap. 20. et 21. et denuo mox seq. cap. et 51. *Gronov.* Grut. et edd. recentiores, *tametsi vereor, quomodo acc. sitis, tamen dicam, vos me:* in duobus tamen Mss. Pith. et Duisb. non habetur *tamen dicam.* Sed Erf. et Cauch. *ista tamen amicitia, tametsi vereor, quomodo acc. sitis, tamen dicam, vos me privastis:* quod et in Cratandri aliisque vetustioribus, nec non in Lambiniana, reperitur, quod Gronovius etiam observavit, et adstruxit. Hæc verba *tamen dicam* primus delevit P. Victorius. Pro *vos me privastis*, Erf. *vos privatis.* Est et in nonnullis vetustioribus edd. *privatis;* nisi quod *me* retineant. *Græv.* *Tametsi vereor quomodo accepturi sitis*] Hic duo verba adjecimus, *tamen dicam*, quæ in vulgatis fere omnibus absunt, et leguntur in duobus Gryph. Mss. et Leonic. ed. Eodem autem modo et Lamb. edidit. *Brut.*

§ 50 *De qua posterius*] Sic legendum, non ut in vulgatis, *superius:* nam posteriore loco de eo licentiæ genere præcepit, quod assimulatio; seu assimulatione, et astutia quadam constat: priore loco de ea licentia, quæ per acrimoniam tractatur. *Lambinus.* Duisb. *quam posterius diximus:* edd. multæ, *de qua superius diximus. Posterius* asserunt etiam tres nostri Mss. *Græv.*

CAP. XXXVIII. *Deminutio*] Ita hoc loco, et *Deminuitur* paullo post, atque alibi semper, legitur in duobus Gryph. exemplaribus vetustioribus: quemadmodum veteres grammatici docent legendum. *Brut.*

Cum aliquid esse nobis aut in iis] Nulli humaniori et qui paulum intentiore doctrina hos libros legit, placere potest hæc nescio cujus sic mutantis κακεξία, quam sequutus tamen est Gruterus, quum anteriores editi haberent *esse in nobis aut in iis*, quod ipsum firmant bene multi codices scripti, firmant ea quæ de geminari solita præpositione in hoc auctore ostendi. Quid quod præterea insignis ille Medicæus (ut in marginem conjicit Lambinus) *aliquid inesse in nobis aut in iis*, ut II. 33. et 40. Itaque unum saltem restitui. *Gronovius.* Erf. *qua aliquid ñ esse in nobis:* Duisb. et Medic. teste Gronovio, *cum aliquid inesse in nobis;* et sic Lamb. editio. Grut. ed. *cum aliquid esse nobis.* Credo librarii negligentia *in* omissum esse. *Græv.*

Quemadmodum ratione vivendi fugitur invidia] Istud malui cum Pal. 1. ac 2. quam quod erat in ceteris, *in ratione vivendi*, aut, *ratione in vivendo:* vulgata, *ratione in vivendo.* Gruterus.

Non invideo hoc aliis. Sed quod expressum invenio in sola D. Gothofredi ann. 1594. *quemadmodum ratione in vivendo fug.* mihi unica et verissima videtur manus doctissimi hujus scriptoris; non tantum ideo, quod sic reperiam in tribus meis codicibus, et quod ratio in vivendo sic recte opponatur consilio in dicendo; sed etiam quod illud *ratione* elegantius est, quam ut corruptum videri queat aut debeat. Ut III. 11. 'ratione comparatus.' IV. 17. 'indiget rationis:' quod alias solet augere et dicere *ratione quadam.* Gronov. Erf. *ratione in vivendo fulcitur invidia:* Grut. et al. edd. *ratione vivendi fugitur invidia:* Lamb. ed. *in vivendo ratione fugitur:* Mss. *in ratione vivendi: ratione in vivendo* asserit Erfurtensis, Cratandri, aliæque plures edd. quod merito cum Jac. Gronovio amplector. *Græv.*

Cap. XXXIX. § 51 *E cavea leo emissus*] *Leo Phœnissus* habent duo Gryph. B C; quod a me hoc loco non eo annotatum est, quod lectionem vulgatam haud probem; sed quod hanc temere non esse abjiciendam putem. Hoc mihi certe constitutum est, nihil nisi plane ineptum et contemnendum, in quo varient vetera exemplaria a vulgatis, non cum fide repræsentare. *Brut.*

Acuens dentes multos] Gembl. Tos. Liliensis, Bruil. *habens dentes multos,* quod forsan melius; neque aliter est in Pal. 4. aut 6. posset tamen retineri vulgatum, dummodo *multos* reformaretur in *inultos.* Gruter. In multis Mss. est *habens.* Erf. et Pith. itidem *habens* præ se ferunt. Pithœus quoque conjecit scribendum esse *inultos.* Lambinus plane delevit *multos* in ed. sua. *Græv.* Vid. Toll. ad Longin. pag. 241. *Burm.*

Et superbi re simul et verbis] Ita libri nostri meliores. Vulgata sine copula, *superbia re, &c.* Gruterus. Vulgg. *superbia re simul et verbis invehentur:* Erf. et Duisb. *et superbia simul et verbis invehentur:* margo Cratand. *et superbi re simul et verbis invenientur:* Lamb. ed. *et superbis factis simul et verbis invehentur.* Unde hanc lectionem hauserit, equidem ignoro. Mox ex Erf. et Cauch. recepi *arma qui contra tulerunt,* cum in editis sit *arma 'qui contra tulerint.* Sequentia hunc modum desiderant. *Græv.* *Et superbi re simul, et verbis invehentur*] Ita legitur in libro uno Gryphii et Leoniceni ed. Alius Gryphii in postremo verbo modo variat, et *invenientur* habet. Alii ita, *et superbia simul, et verbis invehentur.* Secus legit Lambin. ex usitata Latini sermonis ratione, *et superbis factis simul et verbis invehentur.* Vix enim hæc solent disjuncta efferri in superbi hominis fastidio, et insolentia augenda. Itaque aut *re et verbis,* aut *factis et verbis* videtur legendum. *Brut.*

Per ætatem et vires laborem ferre] Bruil. et Pal. 4. *per ætatem, heri laborem.* Vix admiserim. *Gruterus.* Hi quum sint in collatione Gruteriana non plane infimi, est utique operæ pretium adhærere iis paululum, præsertim quum et Medicæus *per ætatem herium laborem;* adeo ut vix dubitare queam, quin et plures apud Gruterum abierint ab vulgato, quod est recentiorum codicum: qui jure suo et more id confecerunt, quum prave spectarent illud vetus, in quo latere opinor *qui per ætatem servum laborem,* qui scilicet omnino est gravissimus ac minime tolerabilis, ut in tertia Agraria dixit, 'prædia libera vel serva,' et 'servas urbes' Livius. *Gronov.* Tres Grut. *per ætatem heri laborem ferre:* Medic. *per ætatem herium laborem ferre:* tres Mss. Erf. Pith. Duisb. tuentur vulgatam, nisi quod in Pith. *per ætatem et vires laborem referre.* Sed Cauch. habet *heri* pro *et vires.* Græv.

Deripiuntur] Sic legendum potius, quam, ut est in vulgatis, *diripiuntur:* est enim *deripere,* de aliquo loco ra-

pere; *diripere* autem in diversas parteis rapere et discerpere, seu dilacerare. *Lamb.* Insulse heic Lambinus, *deripiuntur:* alterum enim heic proprium est, ut exemplis aliquot palam fecimus ante viginti aliquot annos, in animadversionibus ad Senecam. *Gruter.* Pith. *rapiuntur in servitutem:* ed. Lamb. *in servitutem deripiuntur:* vere utique Lambinus, quamvis renuant Mss. Aliud longe est *diripi*, aliud *deripi;* quamvis sæpe librarii eas voces confuderint ac corruperint, ut multis exemplis docet vir summus Nic. Heinsius ad Ovid. *Græv.*

Partim ante pedes constuprantur] Iidem videntur velle *ante ædes*, quod esset *in publico:* sed præferendum vulgatum. *Gruter.* In Medicæo nullum vestigium vel hujus vel illius vocis, et forsan debet universa abesse, quum ferocia et violentia hostilis huc quoque accedant, ut antequam indulgere mortem velit, ludibriis quibuscunque et inter hæc stupris quoque prius illudat. *Gronov.* Erf. Duisb. et non nulli Gruteriani, *ante ædes constuprantur:* Medicæus, notante Gronovio, *ante constuprantur.* Græv.

Cap. xl. § 52 *De meis promeritis*] Edd. *de meis propriis meritis. Mea propria merita* non probant caste et emendate loquentes. Sapit idiotismum linguarum hujus ætatis. Optime hic quoque Erf. *de meis promeritis;* qua voce Cicero etiam alibi utitur. In Orat. post Red. ad Quir. 'quare hoc majus est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismetipsis reddidistis:' sed cum eam vocem ignorarent aut librarii aut scioli, mutarunt *promeritis* in *propriis meritis.* Idem.

Coguntur in unum] Prætuli istud, inventum in Pal. 4. 5. et Bruil. *unum in locum.* Gruter. Multi Mss. et edd. *coguntur unum in locum.* Subscribunt Gruterianis Pith. et Erf. *Græv.* *Coguntur in unum*] Sic solus Leid. 3. Ceteri et edd. pp. addunt *locum.* Leid. 2. cum ed. Omnib. bene *c. unum in locum.* Vide ad Cæs. B. G. ii. 5. 'copias in unum locum coactas.' Cic. ad Fam. xv. 4. 'coactoque in unum locum exercitu.' Immo mox, 'Suspiciones unum in locum coactæ.' c. 41. 'his in unum locum collatis.' *Oud.*

Infestus in cognatos] Sic tamen in nullo meorum trium reperio; qui omnes *infestus cognatis*, ut in margine Lambinus. *Gronov.* Erf. et Duisb. ut et edd. vett. *infestus cognatis*, quod Gronovius etiam in suis vidit. Al. *infestus in cognatos.* Græv. *Infestus cognatis*] Quemadmodum edidit Lamb. habent vetera exemplaria manuscripta, a quibus ratio stat et usus Latinæ linguæ. *Brut.*

Cap. xli. § 53 *Fortuna familiaris rei attenuatissima*] Mss. omnes *fortunæ*, et duo *fortunæ familiares attenuatissimæ*, ut Lambinus in ora. Sed videtur fuisse *fortunæ familiaris rei attenuatissimæ*, ut cap. 43. 'reipublicæ fortunis.' Mox Medicæus *spatium conveniendi largissimum:* tum *partim quæstionibus, partim argumentis.* Gronov. Duisb. *fortuna familiares attenuatissime:* Mss. duo et Lamb. ed. *fortunæ familiares attenuatissimæ.* Græv. *Fortuna familiaris rei attenuatissima*] Ita legitur in uno Gryphii Ms. recentiore, et in Aldi et Vict. editione. Alii numero multitudinis, *fortunæ familiaris rei attenuatissimæ* legunt: duo alii Gryphii Mss. et Leonicen. *fortunæ familiares attenuatissimæ;* quam lectionem probat Lambinus. *Brut.*

In ipso maleficio] Necesse habui istud admittere, ob consensum omnium Pall. et Bruil. nam alioqui non absurde impressi, *in ipso loco maleficii.* Gruter. Edd. pleræque, *in ipso loco maleficii.* Gruterianis adstipulantur Erf. et Duisb. *Græv.*

Sumere scientiam] Liber unus Ms. habet *sumere sententiam;* non probo.

Lamb. Passim omnes edd. *sumere scientiam:* at enim Mss. nostri persistunt in *sumere sententiam.* Gruter. Non nulli Mss. *sumere sententiam. Scientiam* probant tres codices optimi Erf. Duisb. et Cauch. *Græv.*

Potest in istum casu cecidisse] Erf. et Cauch. *potest in istum casum cecidisse.* Sed in Cauch. *m* suppositum habet punctum, quod est nota, litteram istam esse delendam. *Idem.*

Conveniant maleficia] Tollit Lambinus vocem *maleficia*, et ineptam et incommodam huic loco, Mss. quidem et vulgatis omnibus reclamantibus, sed approbante ratione: quam et ipsi potiorem tanto consensu veterum exemplarium habuimus. *Brut.*

Cap. xlii. § 54 *Non eodem modo*] Sequitur infra, *sed commutate*, id est, commutata ratione dicendi; idque tripliciter, ut mox subjicit, ibi, *Commutabimus tripliciter, &c. commutabimus autem*, nempe modum dicendi. Mendose autem legitur in libris vulgatis, *sed commutare*, cum libri scripti habeant *sed commutate. Commutabimus tripliciter, &c.* Lamb.

Sed commutate: commutabimus tripliciter] Ex libri Ms. auctoritate legendum est *sed commutare debemus. Commutabimus autem tripliciter, &c.* F. Ursinus. *Sed commutate*] Ita quoque præter Lambinianos noster Pal. 4. et sic omnino legendum, non *commutare*, cuivis patet ex nostra distinctione. *Gruter.* Al. *sed commutare:* al. *sed commutando.* Græv.

Cum agetur incolumitas] Sic restitui fretus auctoritate duorum librorum Mss. rejecta vulgata lectione, *cum augetur*; quæ nata est ex ignoratione Latini sermonis: nam ita loquuntur Latini, 'agitur salus reip.' 'agitur vita bonorum omnium;' 'agitur caput;' non 'de salute,' 'de vita,' 'de capite;' quod alibi docui pluribus verbis. *Lamb.* Ita quoque noster Pal. 4. non *augetur*, quod in vulgatis posterioribus, et plerisque Mss. *Gruter.* Multi Mss. et edd. *cum augetur incolumitas.* Lambino accedit Erf. Duisb. et Cauch. *Græv.* *Cum augetur incolumitas*] *Cum agetur* edidimus, hanc lectionem tribus nostris Mss. tuentibus, et Lambini editione. *Cum augetur* habet Aldi editio, Victorii, Leoniceni, omnibus antiquior, sed male, ut ratio docet. *Brut.*

Ut pro patria studiose quamvis, &c.] Lectionem vulgatam retinui, præsertim auctoritate aliquot librorum Mss. confirmatam: quam non intelligentes, quidam indocti inculcarunt verbum *pugnet*, judicantes ita legendum, *ut pro patria studiose pugnet:* sed non viderunt adverbium *studiose* pertinere ad verbum *descendat*, nec *quamvis* positum pro *quantumvis:* ut sit, descendat studiose in quantumvis magnam vitæ dimicationem. *Lamb.* Haud aliter omnes nostri: ii tamen, quos contulit Suffridus noster, addunt vocem, *studiose laboret, quamvis, &c.* non necessario. *Gruter.* Suffridus *laboret* hausit ex Erf. *Græv.*

Cap. xliii. § 55 *Quia hæc loquitur*] In duobus legitur *quare hæc.* Ut appareat hunc locum hæsisse in varietate. Sed Medicæus *in hæc loquitur.* Gronov. Erf. *quare loquitur secum sapiens:* Pith. *quare loquitur sapiens:* Duisb. *Inde hæc loquetur secum sapiens:* Medic. *In hæc loquitur sapiens.* Græv. *Quia hæc loquitur secum sapiens*] *In hæc loquitur secum sapiens* habent duo Mss. exemplaria. *Quare hæc loquitur secum sapiens* in altero legitur. Leoniceni ed. ita habet, *hæc loquetur secum sapiens.* Lambino convenit cum Aldi et Victorii editione *Quia hæc loquitur secum sapiens:* quam lectionem et ipsi retinuimus, non tamen dissimulantes, nobis nullam ex his probari. *Brut.*

Studiose suscipiat] Mss. duo habere video *studiosissime.* Et nescio an non captet eandem in hac voce rationem, qua modo præmisit *studiosissime lau-*

det. Sic certe iterat supra cap. 2. 'Qui hæc omnia intelligit, et idonea maxime eligit, et omnia in arte maxime scribenda redigit,' &c. Orat. I. 34. 'ut aut versibus propositis quam maxime gravibus aut oratione, &c. verbis aliis quam maxime possem lectis pronunciarem.' Infra cap. 45. 'Hac uti maxime convenit, et id est oratoris boni maxime proprium.' *Gronov.* Pith. et quidam alii Mss. *studiosissime suscipiat.* Græv.

§ 56 *His tribus in dicendo commutabitur modis*] Hæc lectio quum nescio unde in Gruterianam invasisset, secutæ sunt eam et prima hujus urbis, tum Londinensis, tum Basileensis editiones, et haud dubie processura foret, nisi tempus juberet nunc intercedere, et restituere vocem *rebus* in fine, quam agnoscunt non editi modo omnes, sed etiam tres scripti nostri: sed et ipsa sic eleganter usurpari solet. *Gronov.* Mss. et edd. *commutabitur rebus*, excepta Gruteriana, quæ *commutabitur modis.* Græv.

Deinde duplicem, vel sine rationibus, &c.] Meliores libri, ut Erf. et alii, ut Cauchius notavit, rectius scribunt *dupliciter*, ut in præcedentibus *simpliciter*, et non agnoscunt *sententiam*: sic enim in illis legitur, *deinde dupliciter vel sine rat. vel cum rat. pronunciare*, sc. rem poterimus. Sic optime respondent hæc iis, quæ præcedunt, 'Cum rem simpliciter pronunciaverimus.' Plane vox *sententiam* aliena est ab hoc loco. *Idem.*

Cap. xliv. *Ergo hujusmodi*] Inter hæc verba, et ea quæ antecedunt, interjecta fuerant hæc, quæ reperiuntur in libris omnibus et vulgatis et Mss. *In hoc libro docuimus, cujusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est*: ea ego funditus delevi, ut supervacanea, et temere vel a librariis, vel ab indoctis hominibus inculcata. *Lamb.*

§ 57 *Suo periculo excipiunt*] Edd. et Mss. *suo periculo expetunt.* Non hoc est sapientis et fortis civis 'periculum reip. expetere suo periculo,' sed hominis temerarii. Hunc quoque locum restitui ex Duisb. *suo periculo excipiunt:* qui suo periculo patriæ pericula subeunt et avertunt, si possint. In Orat. de Provinc. Cons. 'Ardeo incredibili quodam amore patriæ, qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis maximis, cum dimicatione capitis, et rursum cum omnia undique esse intenta in patriam viderem, subire coëgit atque excipere unum pro universis.' Sic et alibi dixit 'excipere offensionem,' 'injurias.' *Græv.*

Conservaveris] Medic. *Conservaris.* Mox idem et alius *et hæc*, scilicet nomina amicorum, parentum, et necessariorum. Puto enim id præferendum, non *hoc.* Gronov.

In hostes immisisse medios. Amisit] Erf. Cratand. Rob. Steph. ac Lamb. edd. *in hostes imm. medios: unde amisit.* In Erf. est pro *medios*, *medius.* Cratand. ed. etiam pro *immisisse* scribit *misisse*, sed margo *immiscuisse.* Græv.

Unde amisit vitam] In Gruteri et aliis *unde* omittitur, quod tamen Rob. Stephanus et Lambinus retinuit, et ego id adjeci ex Erf. et aliis antiquis codd. et edd. vett. *Idem.*

Re enim vilissima et perparva] Vocem postremam ita extenuatam nullibi in scriptis reperi, qui tantum *et parva*, unus etiam *re enim vil. certam et parva.* Gronov. Mss. mei et edd. vett. *re enim vil. et parva max. red.* sed rescripsi ex Erf. et Pith. *re enim vil. et parva certam et max. red.* ad quam scripturam proxime accedit unus Gronov. et Cratandri editio, *re enim vil. certam, et parva max. red.* Recentiores, *re enim vil. et perparva max. red.* Græv.

Pro republica debere accedere ad periculum] Lambinus *debere accedi ad per.* sed præter Mss. qui mirifice heic variant, Bruil. servat *decere*, quod placuit Gulielmio. Pal. 1. habet *pro*

rep. debere suscipere periculum: 2. *pro rep. deberemus accedere, suscipere periculum:* 3. *pro rep. dixerit suscipere periculum: prope debere accedere ad periculum;* quod et fuit initio in Pal. 6. sed mutatum ad faciem vulgatæ. Pal. 5. *pro rep. debere vel suscipere vel adire periculum.* Gruter. Erf. et Duisb. augent librorum varias scripturas, in notis Gruteri exhibitas: in illis enim est, *pro rep. decere accedere periculo.* Græv. *Pro repub. debere accedere*] Aut, ut Lamb. edidit, *debere accedi,* legendum est, aut, ut nos, *decere;* quod scriptum exstat in duob. Mss. Gryph. vetustioribus. *Brut.*

§ 58 *De qua producti sumus*] Fortasse legend. *provecti sumus,* ut supra lib. I. sed neque hic, neque illic quidquam mutandum censeo. *Lamb.*

CAP. XLVI. § 59 *Qui tædas candentes accipit*] Lambini *ardentes* exstat in Pall. aliquot, sed alii retinent item alterum. Pal. 5. præterea ac Bruil. præferunt *cadentes,* quod rectum esse posse annotavit Gulielmius. *Gruter.* Erf. *qui tædas cadentes accipit.* Cratand. et Lamb. edd. *qui tædas ardentes accipit.* Græv.

Cum de cursoribus disserebamus] Hoc præter libros nostros est, qui habent vel *asserebatur,* ut Medicæus, vel *asserebamus,* ut duo alii, quodcunque sit. Certe sic et Stephanica Victorii, et mutavit Lambinus. *Gronov.* Omnes mei et Gronoviani, *asserebatur.* Meus Ms. nec non Medicæus, notante Gronovio, ed. prima Mediol. Cratandri, Ascens. Rob. Steph. *asserebamus:* sed tamen P. Victorii Veneta, Juntina, Hervagiana, C. Steph. Paul. Manutii, Lamb. edd. cum vulgatis recentioribus *disserebamus:* a quibus non discedo. *Græv.*

Idoneus ad eas utilitates et aptus quæ, &c.] Has duas voces, *et aptus,* non reperi in libris Mss. duobus. Omnino etiam si in eis reperirentur, delendas tamen putarem, ut supervacaneas, et inanes. *Lamb.* Delevi duas voculas, *et aptus,* repertas tantum in uno Pal. cum haberemus sex: sed neque exstabat in Bruil. *Gruter.* Edd. vetustiores, *idoneus ad eas util. et aptus, quæ.* Grutero subscribunt nostri codices quatuor. *Græv.*

Quod minus est verisimile] Sic est legendum, libris omnibus invitis: sed velim supra etiam legi, *Hic probabilius, &c.* Sententia autem hæc est, id quod minus est verisimile, nempe hominem quantumvis sollertem et ingeniosum, sine doctrina virtutem consequi non posse, factum est probabile eo simili, quod sumtum est ab equo, qui, si sit indomitus, quantumvis sit generosus natura, equiti utilis esse non potest. *Lamb.* Lambinus libris omnibus reclamantibus supposuit *minus* non necessario. Gulielmius rectius putabat scripturam a Suffrido erutam, *ac magis, &c.* Gruter. Lamb. ed. invitis libris omnibus, *quod minus est verosimile.* Græv.

§ 60 *Id enim perspicuum est de primo similitudinis verbo*] Aliter scriptum in duobus Gryph. libris invenitur, *Id cum persp. est, de primo sim. verbo sumetur.* Mox alterius est clausulæ principium, *Apertius dicendi caussa, &c.* Lambinus, non discedens a lectione vulgata, principio periodi, quæ mox sequitur, verbum *sumitur* annectit, ita, *Sumitur apertius, &c.* Certe in editione Ald. Victor. aliorum, vox *sumitur* abest, quæ legitur in omnibus Mss. et in Leon. exemplari. *Brut.*

CAP. XLVII. *Sumetur et apertius dicendi causa similitudo per, &c.*] Secutus sum Pall. omnes, Bruil. Lil. et Persini codd. *Gruter.* Erf. et Lamb. ed. *sumetur et ap. dic. causa simile:* Duisb. *sumetur et ap. dic. causa simile dicitur.* In plerisque edd. non habetur *sumetur.* Græv.

Ut efferatur ultra finem] Et ἐπεναν- δάποσις et Mss. hanc lectionem rectam esse docent. Sic enim Erf. et Duisb. sed vulgati *usque finem.* Non esset tum vera similitudo si *usque* le-

gatur. Sequentia verba *ultra* flagitant. *Græv.* *Tantum benivolentiæ, ut ultra, quam amicus sentire possit, procurrat amicitiæ studio*] Rescidi *studium*, quod aliis positum post *benevolentiæ*, præeuntibus Pal. 1. ac 2. si tamen sequimur Pal. 4. et 6. nec non Bruil. tunc rescribendum erit, *tamen benivolentiæ studium, ut efferatur ultra finem*, ceteris omissis omnibus, neque displicet. *Gruter.* Edd. multæ, *in amico tantum benev. studium.* Pith. *ut ultra, quam quod amicus sentire possit procurrat benevolentiæ studio:* quidam Mss. Grut. *tamen beniv. studium, ut efferatur ultra finem:* Duisb. *tantum benev. ut efferatur ultra finem:* Erf. *in amico tantum benev. studio:* reliqua omnia in illo desunt. *Græv.*

Et confuse comparata] Sic Pal. 4. 6. Bruil. nam prius cusi, *utræque et confuse pronunciatæ.* Gruter. Edd. multæ, *ut utræque res conjuncte et confuse pronunciatæ.* Lamb. ed. addit *sunt.* Edd. vett. *ut utræque res conjunctæ et confusæ pronuntiatæ sunt.* Duisb. et Cauch. stabiliunt scripturam, quam Gruterus asseruit. Sed Erf. *ut utraque res conjuncte et confuse pronunciata.* Græv.

Sumetur similitudo per collationem, &c.] Tres codices optimi, Erf. Duisb. et Pith. et Lamb. ed. duabus vocibus sunt auctiores, *sumetur similitudo, cum dicetur per collationem sic.* Dudum etiam hanc lectionem in suis reperit, et in ed. sua recepit. *Græv.*

Magnis fulgentibus gemmis, &c.] Pall. iidem et Bruil. *magna;* forsan bene. Vox ea non visitur in Pal. 3. nimisque petulans Lambinus, qui obtrusit lectori, *magni fulgoris gemmis ill.* Gruter. Duisb. *corona magna, magnis fulgentibus gemmis:* al. *corona aurea magna, fulgentibus gemmis:* Lamb. ed. et Ms. *corona aurea magni fulgoris gemmis.* Sic et in Ms. uno se reperisse testatur Pithœus. *Græv.*

Erit copiosus, et illustris, et expectatus] Pith. *copiosus et industris:* al. *copiosus et industrius.* *Industrius* huic loco et sententiæ non convenit. Erf. et Cauch. *erit copiosus et industrus exceptatus, qualis evaderet, eo vehementius.* Edd. pr. Mediol. Ascens. Cratand. Victorii Juntina, Manut. imo vetustiores omnes cum Lambino præferunt *copiosus et illustris et expectatus, eo vehementius:* et id ego quoque recepi. *Illustris aliqua re est*, ut norunt tyrones, qui in aliqua re excellit et conspicuus est, ut hominum in se converteret oculos. *Expectatus* ægre quoque hic potest ferri, quamvis explices, quo plura sibi de homine tantis fortunæ et naturæ muneribus instructo, sibi omnes spoponderant: quod additur in Erf. et Cauch. *Qualis evaderet* additum fuit a magistro, qui quid sibi velit *expectatus*, nisi quid aliud adjiceretur, ignorabat. Vereor sane ne *expectatus*, ex præcedentibus his verbis, *quo melius ornatus et magis fuerit expectatus*, huc irrepserit. *Idem.*

Exornatione utriusque rei, et alterius inscitia artificii, alterius stultitia, &c.] Hunc locum ope veterum codicum felicissime restitui, ut intelligent qui vulgatam lectionem cum ea, quam reposuimus, comparabunt. *Lamb.* *Et alterius inertiæ artificis, alterius stultitiæ, &c.* est lectio Pal. 4. 5. 6. item Bruil. quorum duo cum habeant *artificis scilicet*, et punctis notarit Bruil. illud *scilicet*, suspicor adhuc abjiciendum alterum *artificis*, ut locus sit perpurgatus; quem mire corruperat de suo Lambinus. *Inertia* heic est ἀτεχνία. Supra etiam rescripsi *et industrius*, ubi antea erat *et illustris*, iisdem codicibus volentibus. *Gruter.* *Inertiæ artificis* comprobant Cauch. et Pith. Erf. *et alterius inscientia artificii.* Non nullæ edd. *et alterius inscitia artificii, alterius stultitia;* ut reposuit Lambinus. Duisb. *alterius inscientiæ artificis* sine copula. *Græv.*

Sub aspectum omnium rem subjecit] Duisb. *sub aspectu omnem rem subjicit:* Cauch. *sub aspectus omnium rem subje-*

cit. *Sub aspectu* est quoque in multis edd. Recepi scripturam Duisb. *sub adspectum omnium rem subjicit.* Vulgo *subjecit.* In illo ipso tamen est etiam *sub adspectu omnem rem.* Idem.

Cap. xlviii. § 61 *Id est hujusmodi. Ita ut hirundines*] *Ita* delevit Lambinus et eum secutus Gruterus, et qui Gruterianam recoxerunt, cum inveniatur ea vocula in meis quatuor libris, et edd. ante Lambinianam omnibus, quas ego quidem inspexi. *Idem.*

Cap. xlix. § 62 *Prope manu tentari possit*] Quidam legend. censent, *manu tractari;* alii *teneri.* Lamb. Al. *ut res prope manu teneri possit.* Sic legendum esse conjecit Lamb. in margine. In Cratandri ed. *dicta* non extat, et sane absurda hic est hæc vox. Verissime Erf. *ut res prope dicam manu temptari possit.* Lenit verbo dicam translationem duriorem *rem prope manu tentare:* ubi *tentare* est attingere, ut 'pertentare sinus.' *Græv.* Vid. Gifan. Observ. L. L. in 'Tentare.' *Burm.*

Ibat Turnus in prœlium] Nomen *Turnus*, quod abest a libris vulgatis, in antiquis repertum reposui. *Lamb.* Pall. omnes, *Ibat in prœlium;* nisi quod 1. *Inibat prœlium*, quod et in suis reperit Petreius. Lambinus invenit in antiquis, *Ibat Turnus in prœlium.* Vellem nobis singularius antiquos illos digito quasi indicasset, sed non erat scilicet tanti: at tanti tamen mihi videtur, significare, in Pal. 4. non inveniri illud *similis*, imo ne quidem in Pal. 6. mea sententia recte. *Gruter.* Edd. *Ibant in prœlium:* Lamb. ed. *Ibat Turnus in prœlium.* Græv. *Ibat in prœlium*] *Inibat prœlium* habet unus Gryphii liber. Lamb. *Ibat Turnus in prœlium* legit, ex Ms. libro. Alii *Ibant in prœlium* numero multitudinis legunt, quemadmodum in vulgatis habetur. *Brut.*

Aspectu venenato, spiritu rabido] Ita omnes Pall. nisi quod unus et alter *rapido:* nam Victorius ediderat, *serpit aspectu rabido circumspectat:* alii *adspectu rabido, spiritu venenato*, non male, nisi contradicerent exemplaria tenebricosa, quibus tamen item sua ratio. *Gruter.* Edd. vett. *adspectu rabido circumspectans:* al. *adspectu rabido, spiritu venenato.* Gruterianam scripturam firmat Erf. Duisb. et Lambini editio. *Græv.*

Clamat et dejerat] Sic quoque Victoriana, respondentque Pal. 4. et 6. alii tamen *delirat*, quod et in primitus impressis. *Gruter.* Sic Erf. Cauch. Pith. Duisb. alii *clamat et delirat.* Græv. *Et oneratus auro clamat et dejerat*] Leoniceni exemplar ita habet, *et oneratus auro clamat, et delirat*, quomodo Lamb. excudendum curavit. Cum uno Gryph. Ms. vulgati consentiunt, qui *clamat et dejerat* retinent. In uno tamen Gryph. recentiore est, *delirat, clamat, et pejerat*, quomodo edidimus. *Brut.*

Qui tanquam cochlea abscondens, &c.] Nescio an habeamus lectionem auctoris genuinam: nam mire variant Pall. e quibus Pal. 1. habet, *Iste qui tanquam testudo se cochlea absc. et retentat sese tacitus eum in domo sua totus ut com. auf.* 2. *Iste qui tanquam cochlea absc. retentat se tacite cum, Domo tutus com. et auf.* 3. *tacite quomodo sit tutus comeditur et aufertur:* 4. et 6. *absc. et retentans sese tacitus, quomodo ut tutus comeditur et aufertur;* sicque item Bruil. nisi quod is *et auferatur* a manu pr. *Gruter.* Medic. *Iste qui tanquam cochlea absc. et retentans sese tacitus quo modo ut tutus comeditur et auf.* alius, *Iste qui tanquam cochlea absc. retentat sese tacite, cum domo totus ut com. auf.* Quæ forsan non aliena ab vera manu. *Gronovius.* Erfurt. *qui tanquam cocleam abscondens.* Græv. *Cum domo sua comeditur*] Liber Ms. habet, *cum domo sua, ut comedatur, aufertur.* Lamb. Erf. et Cauch. *comeditur et aufertur:* al. *retentat se se tacite, cum domo totus ut comedatur aufertur:* Pith. *retentat se se tacitus,*

domo ut totus comedat: al. Pith. *et retentans sese tacitus q modo ut totus comeditur et aufertur.* Græv. *Comeditur cum domo sua et aufertur*] Nos, ut est in uno exemplari Ms., *cum domo sua, ut comedatur, aufertur.* Hanc autem lectionem Leoniceni editio tuetur. *Brut.*

§ 63 *Si quem velis ostendere*] Tres Mss. nostri *demonstrare*, cui alius velut interpretationem adscripsit, *expresse ostendere:* alius *per signa accidentalia declarare*, ut omnino exstantem in scriptis lectionem pro veteri habere cogar. *Gronov.* Erf. Duisb. et tres alii ac Cratand. ed. *si quem velis demonstrare*, probante Gronovio. *Græv.*

Cap. l. *Sed ostentatorem pecuniæ suæ*] Sic restituerunt Memmius et Auratus, cum in omnibus libris legeretur, *ostentatorem pecuniosum.* Lamb. Non improbo Memmii Auratique conjectaneum, *pecuniæ suæ*, sed videsis, ne acutius sit quod inveni in Pal. 4. ac 6. *ostentatorem pecuniosi.* Grut. Lamb. ed. *ostentatorem pecuniæ suæ:* Erf. et al. Ms. *ostentatorem pecuniosi.* Græv.

Darem si mihi molesti non essetis] Melius forte Pal. 1. 4. 6. *Daretis mihi locum, si mihi mol. non ess.* et ita quoque Bruil. *Gruter.* Erf. *Dant, si mihi mol. non ess.* Duisb. *Darem vobis locum, si mihi mol. non ess.* al. Mss. *Daretis mihi locum, si mihi mol. non ess.* Græv.

Aspectus omnium præstinguere] Sic legendum, non *perstringere*, neque *præstringere. Præstinguere* autem valet obtenebrare: ut docet Nonius: de quo verbo vide plura in commentariis Lucretianis. *Lambin.* Erf. Pitb. et Cauch. *perstringere;* sed Duisb. cum Grut. et al. edd. *præstringere:* Lamb. ed. *præstinguere.* Græv.

Aut ut domi lectuli sternantur] Miror hæc isto ordine legi in omnibus, quod sciam, editis pariter et scriptis, præter unum Medicæum, qui exhibet *ut aut*, quomodo necessario converti debet, quum causalis ista vocula pertineat ad omnes, quæ sequuntur, partes. Sed et τὸ *aut* ante *asturconi* in omnibus nostris Mss. habetur, ut et legunt primi ex editis; neque utique ostium de balneis intelligere cogimur. Sic Invent. I. 8. edunt, 'quod non aut is agere videtur quem oportet;' quum et Ms. et ratio sequentium flagitet *quod aut non.* Gron. Medic. *ut aut domi lecti:* Erf. *aut ut in domi lectuli.* Merito hanc Medicæi codicis scripturam probat Jac. Gronovius, quam et ego invitis meis omnibus probo. *Græv.*

Homini, qui istum splendide, dum peregrinaretur, receperant] Liber unus Ms. habet *invitarant.* Lamb. Videtur prius fuisse *invitarant*, cujus vocis ignorantia mire torsit librarios: nam Pal. 1. *homini quos iste dum splendide peregrinantur invitat;* ubi forte legend. *quos iste dum splendide peregrinaretur, invitarat:* Pal 2. *qui istum splendide receperunt dum peregrinabatur, invitat:* 4. et Bruil. *homini quos iste dum splendide peregrinaretur ex ea re*, sine alio verbo. *Gruter.* Erf. *quos iste dum splendide peregrinatur, ex ea re:* Pith. *qui istum dum peregrinabatur splendide invitant.* Addit Pithœus: al. *a quibus iste dum peregrinatur splendide susceptus est:* al. *quos iste splendide dum peregrinabatur invitat.* Hæc Pith. Sic et margo Cratandri. Lamb. ed. *qui istum splendide dum peregrinaretur receperant: ex ea re.* Probo et ipse, *qui istum splendide dum peregrinaretur, invitarant*, hoc est, exceperant, tractarant. Sallust. 'cum se cibo vinoque læti invitarent.' Vide quæ notavi ad Justin. I. 6. *Græv.*

Verum ite mecum. Sequuntur illi] Non modo præsignis iste Medicæus, sed etiam duo reliqui *verum. Euntem illum sequuntur illi:* quæ aposiopesis mihi videtur opportunissima, scilicet, quod tamen exprimere nolebat, sic quoque adventum gratulor, aut ipse vos ad domum ducam. *Gronov.* Medic. et duo alii, notante Jac. Gronovio, *verum. Euntem illum sequuntur*

illi: Erf. *verum item eum sequuntur illi.* Græv.

Cap. LI. § 64 *Decuma venitote*] Quidam libri habent *ad decimam. Ad decimam* autem, hoc est, circiter decimam. *Lamb.* Gifanius (in Observ. L. Lat. v. 'Ad pro usque ad') maluit *ad decumam*, quomodo exstare in aliquot suis testatur Lambinus, et reperi in Pal. 3. sed ideo tamen nihil muto. *Gruter.* Mss. quidam, *ad decimam venitote.* Græv.

Angiporto toto] Erf. *angiporto tuto:* Duisb. et Lamb. ed. *angiportu toto.* Sed Mss. ceteri vulgatæ patrocinantur. Qui immutarunt, nesciverunt veteres dixisse 'angiportum' genere neutro, ut notavit Plinius Secundus in Grammaticis et ex eo Priscianus, ex utroque vero Gerhardus Vossius de Anal. I. 36. *Idem.*

Contra valetudinem suam ad noctem multam expectasse] Prima sic Gruteriana, quam sequuntur, quas aliquoties supra numeravi, expulso *se*, quod habent et editi omnes et Mss. nostri, vel in principio apponentes, vel interponentes post *suam;* et in hac sermonis alternatione non debebat abesse; certe non erat caussa, cur fugaretur. *Gronov.* Erf. et Pith. *contra valitudinem:* Pith. *circa valetudinem.* Græv.

Cap. LII. § 65 *Cum ecce iste præsto, Sedes, inquit, audax*] Nihil variant Pall. quam quod 3. addat *Etiam sedes*, 5. vero destituatur illo *sedes:* sed enim non displicet quod restat in Liliensi, *cum ecce, inquit iste, præsto sum. Sedes, ait, audax, &c.* Gruter. Erf. *sedet, inquit, audax. Etiam sedes, inquit, audax.* In al. Ms. *sedet* non habetur. Al. Ms. *Cum ecce, inquit iste, præsto sum. Sedes, ait, audax.* Potest *sedes* exponi, otiose et tranquillo animo hic moraris. Sed quia in multis Mss. ut nec in Pithœano reperiatur, sic puto distinguend. et legend. *Cum ecce iste, præsto, inquit, es audax.* Græv.

Metuebam, inquit, ne plane victus essem] Pal. 6. non agnoscit vocem *Metuebam*, habetque *esset*, quod ultimum etiam in Pal. 4. sed is loco alterius vocis præfert *verba;* ceteri retento *Metuebam* præmittunt *verba.* Quidam etiam adjiciunt, vel *emittens*, vel *dedit.* Gruter. Erf. *verba, ne plane vicsus essem:* al. *Verba metuebam, inquit, ne, &c.* Pith. *verba dedit, metuebam, inquit, ne plane victus essem.* Græv.

At ille, in extremo] Secundum vocabulum paulo ante sic quoque positum, in reliquo nonnisi de infelici marito usurpatur; de quo tanto fidentius dubito, quod etiam in tribus Mss. legatur non aliter quam *at in extremo, &c.* Quod postea induxit Gruterus *examplexare*, ejus nullum auctorem video, quum et Mss. et editi habeant simplex *amplexare.* Gronovius. Ab Erf. absunt *at ille*, in Pith. tantum *ille* non legitur, ut in pluribus aliis. *Græv.*

Etiam sententiose loqueris] Pal. 4. 6. *sententias eloqueris?* quod amplectar, aut *sententias loqueris?* ut habet Bruil. Videndum tamen, num venustius Pal. 1. *etiam sententias?* ut subintelligatur id verbi; quod mihi quidem videtur. *Gruter.* Erf. ut et alii, *peribo; ut in extremo vitæ tempore sententias eloqueris:* al. *sententias loqueris.* Græv.

Cap. LIII. § 66 *Fit eloquens et formata et ei oratio attribuitur*] Sic quidem habent quoque veteres libri. Sed quam bene dixerit hic auctor *fieri formatam*, videant. Longe suavius et Latinius crediderim, quod est in Medicæo, *fit eloquens, et forma ei et oratio attr.* Gronov. Grut. et al. edd. et Mss. *fit eloquens et formata, et ei oratio attr.* Erf. *fit loquens et forma ei et oratio attr.* Sic et Cauch. nisi quod retineat *eloquens.* Pro *formata* Jac. Gronovius vidit etiam *et forma ei et oratio* in Medicæo, et merito probavit. *Loquens* pro *eloquens* restitui quoque ex Erf. sicut in cap. 48. opponuntur 'res loquentes' rebus mutis. *Græv.*

§ 67 *Per exuberationem*] Placuit is-

tud ex Pal. 5. et Bruil. Pro eo hactenus *exsuperationem.* Gruter. Grut. ed. et hic et statim male cum non nullis Mss. *per exuberationem. Exuberationem* est quidem etiam in Pith. et Duisb. sed melius Erf. et Cauch. cum editis omnibus ante Gruterum, *per exsuperationem,* quæ Græcis est hyperbole; quæ aliis dicitur 'superlatio,' aliis 'superjectio,' cum dicta exsuperant verum. Ab 'exsupero' est 'exsuperans.' In inscriptione veteri, quæ est in meis hortis: IOVI OPTIMO MAXIMO SVMMO EXSVPERANTISSIMO. *Græv.*

CAP. LIV. *Per abscissionem*] Bruil. exemplar *abscisionem,* quod mire probat, tueturque e scriptis item suis Gifanius in Observationibus suis Linguæ Latinæ (v. 'Abscisus'), ubi ostendit veteribus fuisse in usu, 'abscisum,' 'abscidere,' 'abscisionem.' *Gruter.* Al. *per abscissionem. Abscisionem* est etiam in Cratand. ed. *Græv.*

Noli, Saturnine, nimium populi reverentia fretus esse] Sic optimi codices tres, Erf. Cauch. Duisb. et Cratandri aliæque vetustiores edd. quod præfero vulgato *frequentia.* Noli, Saturnine, nimiam spem et præsidium ponere in populi erga te amore et observantia. *Græv. Noli, Saturnine, nimium populi frequentia fretus esse, inulti jacent Gracchi*] Hæc vulgata lectio, quam etiam agnoscit Lamb. In aliis libris vulgatis et Mss. magna varietas. Unus Gryph. antiquior ita habet, *Noli Saturn. nim. pop. reverentia fretus esse, Stultitiam cerne Gracchi.* Alter cetera eodem modo; in uno variat, *Stultitiæ Gracchi memento.* Leonic. editio, *Stultitiam nosce Gracchi.* Aldi aliquanto melius, *Stultitiam nosce, inulti jacent Gracchi:* Manutius duas voces *stultitiam nosce* rejicit, cetera retinet, ut in vulgatis habentur; neque ab eo Victor. dissentit. Nam vox *reverentia* in Mss. exolevit. *Brut. Inulti jacent Gracchi*] Sic Pall. in Italia scripti: at 4. 6. *stultitiæ C. Gracchi memento;* 5. *stultitiam cerne Gracchi:* mediumque illud expressum item in Gemb. Lil. et Bruil. haud probem tamen, multo minus ut admittam quod erat in exemplari Persiniano, *stultitiam nosce: inulti jacent Gracchi.* Gruter. Erf. et alii Mss. *stultitiam cerne Gracchi:* al. Mss. *stultitiæ C. Gracchi memento:* Lamb. ed. *inulti jacent etiam Gracchi.* Græv.

§ 68 *Inde Thasi præsidium reliquit*] Sic restituit Adr. Turnebus, cum in libris omnibus legatur *Tharsi,* plane mendose. Tharsus enim urbs Ciliciæ est, Thasus insula in Mari Ægæo Thraciam versus non longe a Lemno: atque ita postea scriptum reperi in uno codice Memmiano longe optimo. *Lamb.* Sic reposuit Turneb. alluduntque omnes Pall. in quorum nullo visitur vulgatum *Tharsi.* Gruter. Edd. fere omnes et plurimi Mss. *inde Tarsi:* Erf. *inde Thari præsidium:* Cauch. *inde et boni præsidium.* Græv. *Inde Tharsi*] Confirmant Turnebi conjecturam *Thasi* hoc loco legentis duo libri Gryphii vetustiores; in quibus *Thavi* legitur, littera tamen *u* ita inferne coëunte, ut videatur ex duplici *ss,* ab imprudente librario confecta. Mox, ubi alii legunt *urbem in Bithynia,* unus Gryph. habet *urbem per vim Inachium sustulit.* Hujus oppidi meminit Plin. IV. 5. quod aliquamdiu appellatum Dipsium Argos testatur: recensetur autem in iis oppidis, quæ a Scyllæo ad Isthmum intercedunt. *Brut.*

Inde appulsus in Hellespontum] Sic restituit Auratus: nam vulgati libri et duo Mss. habent *pulsus,* quæ tamen scriptura non est rejicienda. *Lamb.* Lambinus, Auratum secutus, maluit *appulsus,* quod est in Pal. 6. tanquam interpretatio vocis *rursus,* quæ ibidem radices egerat: neque secus Pal. 4. *Gruter.* Lamb. ed. *appulsus in Hellespontum:* Cauch. *inde sulsus et superses sursus in hostis.* Græv.

Deinde primus erat civitatis. Tum proficiscitur, &c.] Ita hæc ab omnibus eduntur, quasi duo tantum brevitatis forent posita exempla, uuum ex Græcia, alterum Romaunm. Sed, nisi fallor, tria sunt, et in his duo Romana, quæ in edendo sic distingui oportebat: *Item; modo consul, quondam tribunus, deinde primus erat civitatis. Tum; Proficiscitur in Asiam, deinde exul et hostis, &c.* Gronov. Duisb. *is denique primus erat civitatis;* bene. Valde probo Jac. Gronovii sententiam, qui tria hic exempla brevitatis poni existimat, et proiude distingnendnm, *item, modo consul, quondam tribunus, deinde primus erat civitatis. Tum, Proficiscitur in Asiam, deinde exul et hostis.* Sunt hæc verissima. In tribus Mss. Erf. Cauch. et Duisb. legitur tantum, *deinde hostis dictus;* rectissime. *Græv.*

Cap. lv. *At iste spumans ex ore scelus*] Quidam libri Mss. habent *at iste spumans ex ore ejiciens;* non probo: et ibidem alii habent *ex intimo:* ego nihil muto; nam hic *ex infimo* idem valet quod ex intimo, ex alto. Lamb. Malui istud cum Victorianis, repertumque in Pal. 4. ac 6. quam quod Manutiani sequuntur, *spumam ex ore rejiciens:* rejicit enim hanc scripturam membrum sequens. *Gruter.* Erf. *spumam ex ore scelus:* P. Manut. et al. edd. vett. *spumam ex ore rejiciens;* quam tamen scripturam tuetur Cauchianus et Pithœanus. Al. *spumam ore ejiciens.* Græv.

Percutit tempus] Nihil muto, cum liber optimus Memmianus sic habeat: neque me movet, quod in duobus aliis scriptum est, *percutit frontem.* Nam et Virg. Æn. IX. dixit, 'It hasta Tago per tempus utrumque Stridens.' *Lambin.*

Ille nulla voce delibans insitam, &c.] Secutus sum omneis fere libros Mss. et vulgatos: tametsi mihi hæc lectio satis non probetur. Suspectum enim mihi est hoc *delibans,* quod vulgo interpretantur, violans. Malim legi *delimans,* seu potius *dedecorans.* Quod autem alii habent, *ille nullam vocem edens, insita virtute concidit;* nihilo magis mihi probatur. Ego malim sic legi, *Ille nullam vocem edens insita virtute indignam.* Verum judicet lector eruditus. *Lamb.* Reposui quod erat in Pal. 4. ac 6. item Bruil. nam ceteri, *nullam vocem edens, insita virtute.* Victorius edidit *voce delibans insitam virtutem.* Nostrum genuinum magis videtur. *Nulla delabi voce,* est facere illud quod fecit Pompeius apud Lucan. lib. VIII. 'Continuitque animam, ne quas effundere voces Posset, et æternam fletu corrumpere famam.' *Gruter.* Erf. et Pith. *ille nulla voce delabans insitam virtutem:* Duisb. *ille nulla voce delabens insita virtute:* ed. prima, Mediol. Cauch. Cratand. et aliæ vetustæ ante Victorianam, *ille nullam vocem edens insita virtute concidit tacitus:* Grut. ed. *ille nulla voce delabans insita virtute. Delabans,* aut *delabens,* est quidem in tribus meis, sed in duobus optimis, Erf. et Pith. est etiam *insitam virtutem.* Itaque probo Victorianæ ed. scripturam, *ille nulla voce delibans insitam virtutem:* hoc est, ne minima voce indigna se virtutem innatam vel levissime imminuit. Ovid. 'Quisque suas artes ob idem delibat agendo.' Sed *delabare* ubi legitur? Dein quid est 'delabare virtute insita?' *Delabi* fortassis posset ferri, quod est in Duisb. quamvis et id loquendi genus sit insolens. *Græv. Nulla voce delibans insitam virtutem, concidit tacitus*] In uno Gryph. exemplari aliter legitur, *nullam vocem edens, insita virtute concidit tacitus:* quam lectionem Lambinus se invenisse in nonnullis e suis testatur. Ita certe habetur in Leoniceni ed. Equidem, ut Lambino assentiar, puto hic vocem *indignam* male desiderari; ita enim videtur legendum, *Nullam vocem edens indignam insita virtute.* Neque vero mirum est, quæ erat ho-

minum in describendo oscitantia, imperitum librarium, et aliud agentem verbum integrum fugisse. *Brut.*

§ 69 *Hæc exornatio, &c. re hujusmodi enarrationibus*] Adhæsimus Pal. 4. ac 6. et Bruil. positura enim verborum elegantior est, et alioquin illa, *et in*, non erat simul in aliis Mss. nostris. *Gruter.* Ab Erf. abest quoque *et in*, a Duisb. tantum *et* abest. Potest sane *et* abesse, sed *in* retineri, cum tot aliis codicibus, quamvis non ignorem recte dici, *plurimum prodest hujusmodi enarrationibus in amplificanda, &c.* Græv.

Cap. lvi. *Artis rationem studio*] Longe verius Erf. *artis orationem*, hoc est, facultatem oratione loquendi, ut modo locutus est, 'si te diligenter exercueris, et gravitatem, &c. habere in dicendo poteris, ut oratorie plane loquaris.' *Idem.*

Demonstratum est] Non agnosco aliquot sequentibus periodis Cornificium: et mirum est, nisi tota hæc recapitulatio sit magistelli alicujus trivialis, annumerantis minima maxima discipulis suis. *Gruter.*

DE INVENTIONE RHETORICA.

LIBER I.

DE ARTE RHETORICA fere præscriptum his libris omnium editionum reperimus: sed alicubi tamen, *De Inventione*, non *De Arte Rhetorica*, quod et Venetum exemplum secutum est. Aliqui *artem veterem* hanc vocarunt. De his omnibus nihil magnopere retulerit quodcunque retinere voluerimus. Nam et rhetoricæ certe artis præcepta his libris traduntur, et ea inventionis, non collocationis, neque dispositionis, aut pronuntiationis. Et ante alios libros rhetoricos hoc scriptum a Cicerone compositum fuisse dubium non est. *Camerarius.* Quintilian. iii. 5. 'Ipse,' ait, 'hos libros Cicero improbat:' et cap. 6. 'Sunt enim velut res . . . . quas adolescens deduxerat schola: et si qua est in his culpa, tradentis est . . . . Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de Oratore substituit; ideoque culpari, tanquam falsa præcipiat, non potest.' *Olivetus.*

Cap. v. § 6 *Civilis quædam ratio*] Ὁ πολιτικὸς λόγος, ἡ πολιτικὴ ἐπιστήμη ἢ τέχνη, id est, reipublicæ constituendæ et administrandæ scientia vel ars, quam uno vocabulo 'politicam' solemus appellare, Cicero 'civilem scientiam' mox dicet. Quintilian. (ed. Paris. in fol. 1725.) ii. 15. pag. 123. not. 130. 'civilitatem' vocavit. *Capperonnerius.* Quam sit in rhetorum intelligendis artibus, Græcorum et Latinorum, studiose utiliterque versatus, cognosci ex ejus Quintiliano potest. Quo sane libro vix quidquam protulit hæc ætas in Gallia excellentius. De quo bene mihi existimare videntur, qui aiunt, tum oportuisse illum in lucem venire, cum libri excolendis hominum ingeniis usui erant, non porticibus exornandis. Hic igitur cum earum sit artium homo, conventus a me, non recusa-

vit, quin pro nostra necessitudine, et constanti sua voluntate promovendi bonas litteras, mecum illa communicaret, quæ ad Ciceronis libros de Inventione annotata habebat. Ne tamen plus æquo Commentariorum hic delectus excresceret, sæpe indicavit tantum, quo sui in Quintilianum Commentarii loco, Ciceronianum quemque nodum explicarit. *Oliv.*

§ 7 *Gorgias Leontinus*] Charmantidæ filius, rhetor, Empedoclis discipulus fuit. Cum rhetoricam docere cœpisset, non minus quam centum minas a singulis exigebat: unde tantum nummorum acquisivit, ut Delphis in templo statuam sibi, et quidem auream posuerit. Athenis, quo legatus cum Tisia venisse dicitur, et Larissæ in Thessalia diu commoratus est. Hunc purpureis vestibus usum fuisse testatur Ælianus: nec desunt, qui scribant ejus orationes Atheniensibus usque adeo admirabiles visas fuisse, ut dies, quibus habitæ fuissent, ἑορτὰς, et orationes ipsas 'lampadas' vocarint. In hunc etiam tanquam patrem Philostratus artem sophistarum refert. Hic, ut est apud Platonem et Ciceronem, de omni re, quæcunque in disceptationem quæstionemque vocaretur, et copiosissime dicturum profitebatur. Vixit Gorgias annis centum et quinque, ut ait Pausanias; centum et novem, ut Quintilianus, Diogenes, et Suidas scribunt; centum et octo, ut Plinius, Lucianus, et Philostratus arbitrantur; centum et septem, ut vult Cicero: quanquam loquitur ita, (de Senect. cap. 5.) 'centum et septem complevit annos,' ut eum quasi ostendat ad centum et octo annos pervenisse. Quo quidem tempore cum debilitate quadam correptus, aliquantulum somni cepisset, a necessario quodam rogatus, ecquid ageret; 'Somnus,' inquit, 'venit, ut me fratri commendet;' nec ita multo post inedia vitam finivit. *Corradus* in Brut. c. 8.

Demonstrativum] Τὸ ἐπιδεικτικὸν et ἐγκωμιαστικὸν, de quo vide Quintilian. III. 7. *Capper.*

Deliberativum] Τὸ συμβουλευτικὸν, quod aliquando etiam δημηγορικὸν et δημηγορητικὸν, id est *concionale*, appellatur. Lege Quintilian. III. 8. *Idem.*

Judiciale] Τὸ δικανικὸν, quod nequaquam confundendum est cum τῷ juridiciali, δικαιολογικῷ. Vide Quintilian. III. 9. *Idem.*

CAP. VI. § 8 *Hermagoras*] [Vid. Not. Delph.] Vide Quintilian. III. 5. ubi ab Hermagora stat contra Tullium. *Muretus.*

Causam esse dicit] Quam Græci rhetores ὑπόθεσιν appellant. *Capper.*

Quæstionem autem] Hanc Græci θέσιν vocant. *Idem.*

CAP. VII. § 9 *Inventio est*] Ἡ εὕρεσις. *Capper.*

Dispositio] Ἡ οἰκονομία. *Idem.*

Elocutio] Ἡ φράσις, ἡ ἑρμηνεία, ἡ ἀπαγγελία. *Idem.*

Sententiarum] Τῶν διανοιῶν. Vulgo *des pensées*, non autem τῶν γνωμῶν, quas vocamus *sentences, maxims, &c.* Latina vox utrumque significat. Vide Quintilian. pag. 322. not. 6. et pag. 505. not. 1. 2. 3. *Idem.*

Memoria] Ἡ μνήμη. *Idem.*

Pronuntiatio] Ἡ ὑπόκρισις. *Idem.*

Constitutio est] Ἡ στάσις, cujus nominis rationem et etymologiam vide apud Quintilian. ed. 1725. pag. 160. not. 16. *Idem.*

Ex depulsione] Id est, refutatione, quæ et 'deprecatio' quandoque dicitur, ut mox patebit cap. 10. Fortunatianus Rhetor (pag. 39. Rhetor. Pith.) ἀπόφασιν vocat, id est *negationem*. Idem.

Intentionis] Id est, accusationis, sive actionis, qua crimen cuipiam intenditur. Fortunatianus Rhetor (p. 39. Rhetor. Pith.) κατάφασιν appellat, hoc est, *affirmationem*. Idem.

Constitutio conjecturalis] Ὁ στοχασμὸς, ἡ στοχαστικὴ, ἡ οὐσία, λόγος οὐσιώ-

δης, ἡ γένεσις, τὸ πραγματικὸν, τὸ κατ' αἴσθησιν· ἡ συντελικὴ στάσις. Vulgo dicitur 'quæstio facti' vel 'de facto.' Vide Quintilian. pag. 167. not. 163. et pag. 181. not. 468. Alias dicitur 'inficialis,' et 'de substantia,' teste Quintiliano pag. 535. not. 41. *Idem.*

Constitutio definitiva] Ὅρος, ὁρισμὸς, ὁριστικὴ στάσις, περὶ τῆς ἰδιότητος, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου. Latini dicunt etiam 'finem,' 'de fine.' Donatus in Terent. Eunuch. v. 5. 18. 'causam finalem.' Vide Quintil. p. 253. not. 18. et pag. 181. not. 468. *Idem.*

Constitutio generalis] A Latinis rhetoribus vocari solet status qualitatis, vel qualitas, ἡ ποιότης. Apud nos 'quæstio juris' vel 'de jure' appellatur. Lege Quintil. pag. 155. not. 28. pag. 181. not. 468. et pag. 424. not. 170. *Idem.*

Translativa dicitur constitutio] Quintiliano 'translatio, transsumptiva,' 'transpositiva,' Græce μετάληψις, et aliquando παραγραφὴ, *præscriptio*; vulgo dicimus 'exceptionem judicii' vel 'fori declinatoriam.' Lege Quintil. pag. 171. not. 243. 246. et pag. 181. not. 468. *Idem.*

Cap. ix. § 12 *Juridicialem, negotialem*] Duo hæc vocabula Tullius ipse paulo post explicabit, et ad ipsius explicationem quædam annotabimus. *Capper.*

Cap. xi. § 14 *Juridicialis est*] Τὸ δικαιολογικὸν, ἡ δικαιολογικὴ στάσις, cujus vocabuli varias significationes vide apud Quintil. pag. 174. not. 311. Cave autem confundas τὸ δικαιολογικὸν, *juridiciale*, cum τῷ δικανικῷ, *judiciali.* Status ille juridicialis est de re jam facta, de actione jam perpetrata, ideoque præteritum tempus spectat. *Capper.*

Negotialis est] Τὸ πραγματικὸν, ἡ πραγματικὴ στάσις, cujus vocabuli varios exposui significatus in Quintil. pag. 174. not. 311. Status ille negotialis est de re facienda, sicque ad futurum tempus pertinet. *Idem.*

§ 15 *Absoluta est*] Ἀντίληψις, vel ἀντιληπτικὴ στάσις. Lege Quintilian. pag. 181. not. 468. *Idem.*

Assumptiva est] Ἀντίθεσις, vel ἀντιθετικὴ στάσις. Vide Quintil. pag. 181. not. 468. A Nascimbænio fol. 12. perperam vocatur κατ' ἀντίστασις, (ubi tamen mendum videtur esse typographicum pro τῷ κατ' ἀντίστασιν) idque ex depravata lectione Quintilianæi contextus l. vii. c. 4. pag. 437. ubi quidam codices Mss. habent κατὰ ἀντίστασιν. Sed veram ac genuinam lectionem astruximus ad Quint. pag. 437. not. 34. ubi excudendum curavimus κατ' ἀντίθεσιν. *Idem.*

Concessio, cum reus] Συγγνώμη. Alias dicitur 'venia' et 'status venialis,' itemque 'deprecatio.' Vide Quintil. pag. 181. not. 468. *Idem.*

Deprecatio est] Quam proprie συγγνώμην Græci rhetores appellant. Hic autem τὸ 'deprecatio' non idem significat, quod cap. 10. ubi usurpatur pro 'depulsione,' sive 'refutatione accusationis.' *Idem.*

Remotio criminis est] Ἡ μετάθεσις. Lege Quintil. p. 181. not. 468. Nascimbænius, fol. 104. perperam vocavit μετάθεσιν, ut demonstravi ad Quintilian. p. 439. not. 65. *Idem.*

Relatio criminis] Ἀντέγκλημα. Vide Quintil. loco mox indicato. *Idem.*

Comparatio est] Ἡ ἀντίστασις. Vide Quintil. ibid. *Idem.*

Cap. xii. § 17 *Carthaginensibus*] *Carthaginensis* in prosa dicendum, ut ἀναλογία evincit. Aldus tamen obtendit Prisciani, Lapidum, et Pandectarum auctoritatem. Sed decepit sic scribentes Ennii auctoritas, cujus est, 'Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.' Nec cogitarunt, sic Ennium scribere coactum metri causa, quod non recipit *Carthaginensis.* Vossius, Grammat. i. 43.

An in ratione, an in scripto sit controversia] Alludit hic Tullius ad celeberrimam veterum rhetorum divisionem, qua oratoriarum quæstionum

status dividuntur in *rationales, τοὺς λογικοὺς,* et *legales, τοὺς νομικούς.* De his fuse Quintilianus agit l. III. c. 5. et ipse Cicero de Inv. II. 12. et 15. Omnis autem quæ in scripto posita est controversia, 'status legalis' ideo vocatur, quia inter varia varii generis scripta præcipuum quemdam locum 'lex,' *ὁ νόμος,* videtur obtinere. Lege etiam Quintil. pag. 181. not. 467. 468. *Capper.*

Cap. XIII. *Primum genus de scripto, et sententia*] Περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, quem statum exponunt Tullius de Invent. II. 12. et Quintil. VII. 6. *Idem.*

Secundum, ex contrariis legibus] Ἀντινομίαν: quo de statu præ ceteris legendi sunt Cicero de Invent. II. 15. et Quintil. VII. 7. *Idem.*

Tertium, ambiguum] Ἀμφιβολίαν. Legalem hunc statum pluribus explanant Tullius de Invent. II. 12. et Quintil. VII. 9. *Idem.*

Quartum, ratiocinativum] Τὸν συλλογισμὸν, qui status legalis fusius explicatur a Tullio de Invent. II. 15. et a Quintil. VII. 8. *Idem.*

Quintum, definitivum] Alias definitionem legalem, *τὸν ὅρον* vel *ὁρισμὸν νομικὸν,* qui status proprius ac specialis est Tullio de Invent. II. 16. et Herenniano rhetori I. 11. Vide Quintil. pag. 181. not. 468. *Idem.*

§ 18 *Ratio est*] Αἰτία vel *αἴτιον,* ex parte *τοῦ* rei secundum Ciceronem, aut etiam ex parte actoris vel accusatoris secundum alios: de quibus Quintil. III. 11. vide, et pag. 206. num. 3. et 5. *Idem.*

Judicatio] Τὸ *κρινόμενον,* hoc est, id ipsum de quo judices ferunt, aut saltem ferre debent sententiam. Lege Quintil. pag. 206. num. 4. *Idem.*

Cap. XIV. § 19 *Firmamentum est*] Quod alias vocatur 'continens,' *τὸ συνέχον.* Hoc ex parte *τοῦ* rei desumit Tullius. Contra Herennianus rhetor I. 16. ex parte actoris: ait enim, 'Firmamentum quærendum est; id est, quod continet accusationem, quod affertur contra rationem defensionis.' Unde, ut cætera omittam argumenta, satis patet rhetoricos ad Herennium libros non esse genuinum Romani oratoris fœtum. Lege Quintil. III. 11. *Capper.*

Totidem necesse erit quæstiones .... judicationes, firmamenta reperiri] De his tamen Quintilianus ita statuit lib. III. cap. 11. 'Verius et brevius, qui statum et continens et judicationem idem esse voluerunt.' *Idem.*

Exordium] Προοίμιον, de quo Quintil. IV. 1. *Idem.*

Narratio] Διήγησις, de qua idem rhetor IV. 2. *Idem.*

Partitio] Διαίρεσις, vel *διαμερισμός.* Lege Quintil. IV. 5. *Idem.*

Confirmatio] Κατασκευή, de qua Quintil. V. a cap. 1. ad 13. *Idem.*

Reprehensio] Alias dicitur 'infirmatio,' et 'refutatio,' *ἀνασκευή,* de qua lege Quintil. V. a cap. 13. ad usque libri finem. *Idem.*

Conclusio] Alias vocatur 'peroratio,' *ἐπίλογος.* Lege Quintil. VI. 1. *Idem.*

Cap. XV. § 20 *Ad reliquam dictionem*] Τὸ *dictio* quandoque totam significat orationem. Sic Tullius de Clar. Orat. cap. 74. 'Malim mihi L. Crassi unam pro M. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos.' Et de Orat. I. 34. Lege etiam auctorem Dialogi de Orat. apud Tacit. § 2. et 34. Marius Victorin. in Cic. de Invent. lib. I. 'Scire debemus in dialogis sermonem esse, non dictionem: dictionem autem esse in civilibus causis .... Sermo, philosophi; dictio, oratoris.' *Idem.*

Honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum] Ἔνδοξον, *παράδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, δυσπαρακολούθητον.* De his lege Quintil. pag. 217. 218. Nascimbænius, fol. 16. male habet *δυσπαρακόλουθον.* *Idem.*

In principium, et insinuationem] Sic et Herennianus rhetor I. 6. Exordiorum duo sunt genera; 'principium,'

quod Græce *προοίμιον* appellatur, et 'insinuatio,' quæ *ἔφοδος* nominatur. Vide Quintilian. pag. 218. not. 153. *Idem.*

CAP. XVII. § 25 *Perturbatum putant oratione*] Manut. *perturb. putat orat.* Lamb. *perturb. putant sua orat.* Oliv.

CAP. XIX. § 27 *Angues ingentes alites*] Ita tamen a Cerere factum fuisse poëtæ fictis fabulis memoriæ prodiderunt. Ovid. de Fast. l. IV. 'frenatos curribus angues Junxit, et æquoreas sicca pererrat aquas.' Hic versus, iambicus senarius, est ex aliquo poëta vetustissimo desumptus, et, ut arbitror, ex Ennio, qui cum non Cereris, sed Medeæ tragœdiam scripserit, facile conjicio de Medea potius quam de Cerere intelligendum esse. De curru Medeæ meminit Euripides in tragœdia ejus nominis, prope finem. *Nascimbœnius.*

CAP. XXIII. § 33 *Hoc igitur vitandum est*] Sic lego: *Hoc igitur vitandum est, ne, cum genus posueris, ejus speciem, sicuti aliquam diversam partem ac dissimilem, ponas in eadem partitione.* Becichemus.

CAP. XXV. § 36 *Habitum*] Τὴν ἕξιν eodem sensu Græci dicunt. Vide Quintil. pag. 619. not. 2. et 3. *Capper.*

CAP. XXVI. § 39 *Menstrui*] Priscianum si audias, non *menstrui*, sed *mensurni* legeris. Quercus, ait, etiam 'quernus,' corylus 'colurnus,' tacitus 'taciturnus,' mensis 'mensurnus.' Sic enim Cicero in Rhet. I. *Muretus.*

CAP. XXVIII. § 42 *Dispuratum autem est id*] 'Disparata' vocat Tullius quæ hujus ætatis dialectici 'contradictoria' vocarunt, id est, ea quæ cum negationis oppositione enunciantur. Nostri autem logici ea 'disparata' dicunt, quæ cum nec relativa sint, nec privativa, nec contraria, nec contradictoria, tamen inter se discrepant; ut 'homo' et 'lapis.' Tullianam locutionem usu suo comprobavit Quintil. v. 11. pag. 314. ubi vide Turnebiani commentatoris notam 156. *Capper.*

Ut cupiditas] Lamb. *Ut cupiditas amorem avaritiam. Pars est .... avaritia cupiditati.* Oliv.

Deinde natura ejus evenire vulgo soleat] Victorinus Rhetor, ut ex vetusto illius codice intellexi, legebat *Deinde quid ex natura ejus evenire vulgo soleat.* Optime. *Muretus.*

CAP. XXIX. § 45 *Complexio est*] Quod argumentandi genus vulgo *dilemma*, *δίλημμα*, dicitur. Tullianam loquendi formulam secuti sunt Asconius Pædianus, anonymus Ciceronianarum orationum interpres, et Servius ad Æn. II. 627. *Capper.*

CAP. XXX. § 47 *Omne autem .... probabile*] De probabilibus, quæ *εἰκότα* dicuntur, agit Quintilian. v. 10. pag. 284. et seq. *Capper.*

§ 48 *Signum est quod*] *Σημεῖον.* De signis hæc habet Quintil. III. 9. pag. 278. 'Eorum' (nempe signorum) 'alia sunt quæ necessaria sunt, quæ Græci vocant *τεκμήρια*, alia non necessaria, quæ *σημεῖα*.' *Idem.*

Ut supplicum misereatur] *Misereatur* positum passive et impersonaliter; quod rarum est. *Lamb.*

§ 49 *Imago, collatio, exemplum*] *Εἰκὼν, παραβολὴ*, vel *σύγκρισις, παράδειγμα*, de quibus lege Quintil. v. 11. pag. 307. 312. et quæ ibi annotata sunt. *Capper.*

Visum] Hanc vocem omisit Gruterus, non omittendam tamen. Meminerit vero lector, non hanc ante dictorum repetitionem esse, sed propositionem mox dicendorum. Cum enim locos exposuerit Cicero, ex quibus omnis inveniri possit argumentatio, confert se jam ad explicandum, quibus modis tractari quamque oporteat. *Oliv.*

CAP. XXXI. § 51 *Inductio est oratio, quæ*] 'Επαγωγὴ, de qua Quintil. v. 10. pag. 297. *Capper.*

Apud Socraticum Æschinem] Exemplum hoc, sive ῥητορικὴν ἐπαγωγὴν, adduxit etiam Quintil. v. 11. pag. 308. et 313. *Idem.*

Hic mulier erubuit] Quintilianus, eodem loco: 'Mulier erubuit merito; male enim responderat, se malle alienum aurum, quam suum: nam id est improbum. At si respondisset malle se aurum suum tale esse, quale illud esset, potuisset pudice respondere, malle se virum suum talem esse, qualis melior esset.' *Oliv.*

Cap. xxxiv. § 57 *Ratiocinatio est oratio*] Ratiocinationis nomine complectitur hic Tullius omnia quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant, quanquam apud illos est aliqua horum nominum differentia, etiamsi vis eodem fere tendit. Verbis utor Quintiliani, qui de his copiose agit lib. v. cap. 10. *Capper.*

§ 59 *Cum propositio sit, &c.*] Propositionis vocabulo Tullius eam intelligit, quam in scholis vulgo 'majorem' vocant: eandem Quintilianus 'intentionis' nomine designat lib. v. cap. 14. pag. 337. ubi vide notas. *Capper.*

Hujus assumptionis] Quam 'minorem' appellare solent scholastici, et Quintilianus aliquando 'rationem' vocat. Ipsum lege lib. v. cap. 14. *Id.*

Complexionem eam] In præcedentibus complexio Ciceroni erat ea ratiocinandi formula, cui nomen *dilemma*, δίλημμα. Sed hoc in loco complexionis nomine argumenti conclusionem, ut nunc loquimur, intelligit: quam et 'connexionem' appellat Quintil. loco mox indicato. *Idem.*

Cap. xxxvii. § 67 *Quinque sunt partes argumentationis*] A Cicerone, quod rarum et mirum est, hoc quidem in loco dissentit Quintilianus, cujus rationum momenta lege et expende, lib. v. cap. 14. pag. 337. et seq. *Capper.*

Cap. xxxix. § 70 *Proponimus*] Hoc est, eam propositionem efformamus, quæ vulgo 'major' in scholis appellatur. *Capper.*

Assumimus] Id est, eam propositionem conficimus, quam ætatis nostræ logici 'minorem' vocant. *Idem.*

Cap. xl. § 73 *Ita complectemur, ut in unum conducamus propositionem et assumptionem*] Id est, ut usitato nostris in scholis more loquar, argumenti nostri conclusio erit hujusmodi, ut ambas præmissas, sive majorem et minorem, in unam periodum conducamus. *Capper.*

§ 74 *Ex conductionibus .... complecti*] Hoc est, argumentum ita concludere, ut ambæ præmissæ, sive major et minor, unam in periodum conducantur. A qua explicatione non multum abludit Marius Victorinus, qui Tullianum illud *ex conductionibus* exponit κατὰ συναγωγὴν καὶ ἀνακεφαλαίωσιν, id est, per rerum congregationem (ut loquitur Quintil. vi. 1.) et enumerationem per summa capita. *Idem.*

Consecutione] Quæ alias complexio, connexio, conclusio dicitur. Vulgo 'consequentia.' *Idem.*

Cap. xlii. § 78 *Reprehensio est*] Alias infirmatio et refutatio, ἀνασκευή. *Capper.*

Confirmatio] Κατασκευή, quam Quintilianus 'probationem' passim vocat. *Idem.*

Cap. xliii. § 81 *Conjecturali constitutione*] Στοχασμῷ, στοχαστικῇ στάσει. Status est oratoriæ quæstionis, quam vulgo 'facti' vel 'de facto quæstionem' appellamus. Vide quæ annotavimus ad cap. 8. *Capper.*

Cap. xlv. § 83 *Complexio*] Quæ vox hoc in loco non argumenti conclusionem, ut supra, sed eam argumentandi formulam cui nomen *dilemma*, δίλημμα, significat. Vide notam ad c. 29. *Capper.*

Conversione] Qua voce Tullius hoc refutandi genus imprimis firmum intelligit, quod Græci ἀντίστροφον (id est *convertens, contra vertens, retor-*

quens) appellant, atque idipsum est quod in scholis vulgo dicimus 'retorquere argumentum.' Hanc refellendi formulam memorat Aulus Gellius Noct. Att. v. 9. et 11. ubi et illustre profert ejus exemplum. *Idem.*

Nam si veretur] Iambici senarii sunt, ex Ennio sumpti. Nam auctor ad Herennium hos versus ipse quoque citat ex Ennio, lib. II. cap. 26. *Nascimb.*

Sive vereri] Ita legendum: non *si vereri*, ut ediderunt Lamb. et Grut. Quis vero nesciat hoc fuisse scriptoribus librariis familiare erratum, ut quæ syllaba bis eodem in contextu legeretur, eam semel tantum describerent? *Oliv.*

§ 85 *Cujus prædæ sectio non venierit*] Ita Veneti libri, id quod verum esse existimo: nam sectio vendi dicta. Ea autem erat pars bonorum vel damnatorum vel hostium, quæ veluti resecta esset de reliquis. Quid enim vetat hinc etiam vocabulum deducere, quamvis Asconii interpretationem non ignorem, quæ vulgo adfertur. Ille igitur equus, qui in publicam prædam non esset deductus, jure belli acquiri potuit. Deduci autem non fuit necesse, non proposita prædæ sectione. *Camerar.* Gothofredus legendum censet *qui prædæ sectione venerit*, aut potius *quive prædæ sectione venerit*. Ego autem melius videor mihi intelligere quid voluerit dicere Cicero, quam quibus id verbis dixerit. Nempe equus pervenit ad possessorem, neque istis modis, quos accusator enumeravit, neque etiam furto, sed quodam modo, qui in enumeratione non erat; qui est, equum ex hostibus esse captum et apud possessorem mansisse, quoniam prædæ, cujus pars erat equus, sectio non venierat. Nec minus Latine dicitur 'venire sectio,' quam Cæsar ipse 'vendere universi oppidi sectionem,' loco satis noto apud eum de B. G. II. 33. Parum igitur refert quomodocunque locus constituatur, quoniam de sensu, ut credo, nobis securis esse licet. Cæterum gaudeo meæ sententiæ assentiri Camerarium, cujus adnotatio mihi demum lecta fuit, postquam huic loco jam adscripta erant superiora. *Verburg.* Vide P. Nannii Miscellan. IX. 1. *Oliv.*

CAP. XLVII. § 87 *Complexio ex his*] Quod vocabulum hoc in loco et in sequentibus argumenti conclusionem significat. *Capper.*

Propositionem et assumptionem] Id est, ambas præmissas; sive majorem et minorem, ut in scholis nunc loqui amant. *Capper.*

CAP. XLVIII. § 89 *Si perspicuum*] Quomodo ipso in argumento, si perspicuum erit, vitium tamen esse possit, magna cum perspicuitate docebit infra Tullius. *Capper.*

CAP. XLIX. § 91 *Utinam ne in nemore, &c.*] Versus ex Ennii Medea. Vide longiorem ῥῆσιν, lib. II. ad Heren. cap. 22. *Oliv.*

Dubia causa affertur] Argumentatio: Mihi succensere non debes: nam ut Dii inter se conveniunt, ita neque inter nos dissidium esse deceat. Rem dubiam confirmaturus, adducit rem maxime dubiam, Deorum scilicet concordiam. Versus Ennii sunt, ex Euripidis Chresphonte. *Muret.*

CAP. L. § 94 *Ut Amphion apud Euripidem*] Adducit similitudinem. Non enim Amphion apud Euripidem accusatus de ambitu, manu se fortem esse defendit. Sed Amphion apud Euripidem in tragœdia, quæ non extat, et apud Pacuvium, cum sermonem de musica cum Zetho instituisset, non in eo, quod cœperat, desinit, sed ipsorum disputatio in sapientiæ laudem consumitur. Quod autem Zethus cum Amphionis fratre apud Euripidem de musica disputet, Athenæus testis est, lib. VIII. Huc fortasse spectant Horatiani versus, Ep. 18. lib. I. ad Lollium, 41. *Nascimb.* Distingue igitur sic, *apud Pa-*

cuvium : qui .... ut referas τὸ *qui*, non ad Pacuvium, sed ad Amphionem. *Oliv.*

§ 95 *Amicum castigare, &c.*] In Trinummo I. 1. 1. *Oliv.*

Aut eadem. Malum est avaritia: multos enim] Ταυτολογία. *Muretus.*

Cap. LI. § 97 *Nisi per locum communem*] Locus communis hic significat orationis particulam, aut etiam oratiunculam, quæ habetur de virtutibus, aut in vitia, personis non nominatis; et pertinet ad quoddam Rhetorices 'progymnasma,' quod Hermogeni sextum est. Tres alios 'loci communis' significatus exposuimus ad Quintil. v. 1. pag. 263. not. 15. et cap. 13. pag. 326. not. 103. *Capper.*

Cap. LII. § 98 *Enumeratio est*] Ἀνακεφαλαίωσιν Græci vocant, quia per summa dictarum rerum capita decurrit, ut docet Quintilian. vi. 1. pag. 351. ubi vide notas 5. et 8. *Capper.*

Omnes transire breviter argumentationes] Ubi nota specialem verbi τοῦ *transire* significatum. Græci dicerent διέρχεσθαι, διεξοδεύειν, μετέρχεσθαι, διεξιέναι, id est, *dicendo percurrere.* Eodem sensu dixit Tullius pro Rosc. Amer. c. 32. 'Sed in animo est leviter transire ac tantummodo perstringere unamquamque rem.' *Idem.*

§ 99 *Personam aut rem aliquam inducere*] Idque per eam sententiarum figuram, cui nomen 'prosopopœia.' *Idem.*

DE INVENTIONE RHETORICA.

LIBER II.

Cap. I. § 1 *Templum Junonis*] Laciniæ templum, prope Crotonem urbem, sanctum omnibus circa populis, ex Livio lib. xxiv. *Ruæus* in Æneid. III. 552.

§ 2 *Cum puerorum igitur formas et corpora magno*] Est versus longus, quem destruendum putabat Gulielmius fide libri Grevenb. *corpora, et formas.* Pall. adhærent vulgatæ. *Grut.*

Cap. II. § 6 *Tisia*] Cum hoc Tisia, Coracis discipulo, legatum Gorgiam Leontinum Athenas profectum scribit Pausanias lib. vi. Hic multa in orationem contulit, et persuadendi peritissimus omnium suo tempore habitus est. Hunc in Phædro Platonis Socrates deridet: cujus tamen auditorem Isocratem fuisse scribit Plutarchus. *Corradus* in Brut. c. 12.

Cap. III. § 11 *Et inventiones*] Victorinus explicans hunc locum, 'Nam,' inquit, 'de quinque partibus orationis solam inventionem tractat.' Quibus verbis quid sibi velit, non intelligo; satisque apparet, vim hujus loci ignorasse. Ego vero crediderim 'inventiones,' non argumentum, ut quidam falso existimant, sed intentionem in primis, et depulsionem esse intelligendas. Nam proposita controversia, considerandum est primum, an causa consistat; quod ex intentione et depulsione cognoscitur. 'Intentio' est prima pars, cum actor proponit et facit litem. 'Depulsio' est responsio rei. Cum igitur ex in-

tentione et depulsione omnis controversia, id est constitutio, sive quæstio fiat, merito 'inventiones' appellantur. Hoc autem ita esse, facile ex textu intelligi potest: nam sequitur, 'et constitutiones.' *Nascimb.*

Cap. ix. § 28 *Quod Clodius*] *Clodius*, quod claudicet vel corpore vel animo. *Cæcilius*, quod cæcutiat. *Mutius*, quod mutus. Has vero nugas in oratore quis ferat? *Muretus.*

§ 29 *Quibus sit majoribus*] Ita Demosthenes in oratione pro Corona accusatus ab Æschine se defendit a genere, et indicium facit se virum optimum esse, quod optimis majoribus sit natus; Æschinem vero pessimum, quod infimo genere sit natus. *Nascimb.*

Cap. xiv. § 46 *Tum illi ipsi in medium*] Sensus est: Tum reconditi loci conjecturarum efferent se in lucem; et cum ex iis separatim sumptis, tum ex iis simul sumptis fient argumenta. *Prust.*

Quæstiones] Id est, tormenta quæ adhibito corporis cruciatu veritatem exprimunt. De quæstionibus his sive tormentis, itemque de testimoniis et rumoribus, agit ex professo Quintilian. v. 3. 4. 7. pag. 265. 268. et seq. *Capper.*

Cap. xv. § 48 *Locus communis, aut certæ rei, &c.*] Hunc 'communis loci' significatum supra explicuimus ad l. i. c. 51. § 59. *Idem.*

Aut dubiæ] Alterum hunc 'communis loci' significatum exposuimus in Quintil. pag. 263. not. 15. ubi quatuor τοῦ 'communis loci' significationes explanavimus. *Idem.*

Cap. xvi. § 50 *In conjecturalem constitutionem*] De qua vide quæ annotavimus ad lib. i. cap. 8. *Idem.*

Cap. xvii. § 52 *Constitutio definitiva*] De qua vide ad cap. 8. *Idem.*

Intentio est] Hoc est, accusatio, sive accusatoris actio. *Idem.*

Depulsio est] Id est, accusationis refutatio, sive τοῦ rei defensio. *Id.*

Ratio] Αἰτία vel αἴτιον, id est, causa quam reus ad sui defensionem profert. Vide quæ annotavimus ad lib. i. cap. 13. *Idem.*

Judicatio] Τὸ κρινόμενον, id est, hoc ipsum de quo judices laturi sunt sententiam. Vide ad cap. 13. *Idem.*

§ 55 *Descriptio*] Hoc est, definitio ejus vocabuli, cujus vis inquiritur et significatio venit in controversiam. *Idem.*

Cap. xix. § 57 *Constitutio translativa*] De qua vide quæ annotavimus ad cap. 8. *Idem.*

§ 58 *Assumpta alia aliqua constitutione*] Id est, assumendo quemdam alium statum quæstionis. *Idem.*

§ 59 *Conjecturali constitutione translationem confirmabit*] Id est, confirmabit translativam illam causæ constitutionem, movendo quæstionem facti, vel de facto. *Idem.*

Cap. xx. *Extra quam*] Vide P. Nannii Miscellan. ix. 6. ut et Brissonium de Formulis. *Oliv.*

§ 60 *Ratio*] Vide quæ notavimus ad cap. 17. *Capper.*

In recuperatorio judicio] Recuperatorium judicium dicebatur, quod ferebant recuperatores. Hi porro judices quidam erant a prætore privatis in controversiis de re qualibet dati; quos etiam a recuperando ita vocatos aiunt, quod per eos suum quisque jus recuperare posset, vel quod de bonorum inique ablatorum recuperatione, æstimandisque injuriis cognoscerent. *Idem.*

Judicatio] Vide quæ notata sunt ad cap. 17. *Idem.*

Cap. xxi. § 62 *Actionis illata controversia*] Ea ipsa est quæ alias 'translatio' et 'translativa causæ constitutio' appellatur, ἡ μετάληψις, ἡ παραγραφή, de qua vide lib. i. cap. 8. *Idem.*

Constitutionem generalem] De hac vide quæ notavimus ibid. *Idem.*

Negotialis est] De qua lege quæ supra notata sunt ad lib. i. cap. 11. *Id.*

Quam in suam tutelam, &c.] Id est, antequam pubes factus esset, et testari posset: 'in suam' enim 'tutelam' venire, vel 'suæ tutelæ fieri,' nihil aliud est quam ad pubertatem venire. v. l. si filiafamilias 51. ff. de legat. 3. l. 5. § 2. ff. quibus ex causis in possessionem. *Gothofredus.*

Intentio est] Hoc est, petitio, sive postulatio. *Capper.*

Depulsio] Id est, recusatio, refutatio, denegatio. *Idem.*

Ratio est] Vide quæ notata sunt ad cap. 17. *Idem.*

Judicatio] Vide supra ibid. *Idem.*

§ 63 *Constitutione*] Τῇ στάσει. Vulgo dicunt statum quæstionis oratoriæ in genere judiciali. Jam vero quot sint hujusmodi status, et quam varia sint de his veterum rhetorum systemata, fusius exposuimus ad Quintilian. III. 6. pag. 181. not. 468. *Idem.*

CAP. XXII. § 68 *Locorum communium . . . duo sunt genera, quorum alterum dubiæ rei, alterum certæ*] Vide quæ de his notavimus ad c. 15. *Idem.*

CAP. XXIII. § 69 *Juridicialis est*] De qua vide quæ supra notavimus ad lib. I. cap. 11. *Idem.*

Absoluta est] Vide ibid. *Idem.*

§ 70 *Intentio est*] Id est, accusatio, accusatoris actio, qua cuipiam crimen intendit. *Idem.*

Depulsio] Id est, accusationis refutatio, seu τοῦ rei defensio. *Idem.*

Ratio est] Vide cap. 17. *Idem.*

Judicatio] Vide cap. 17. *Idem.*

Relationem criminis] Τὸ ἀντέγκλημα. Herennianus rhetor statum hunc vocat 'translationem criminis.' Vide Quintil. pag. 181. not. 468. Vide etiam Ciceronem ipsum hoc in libro, cap. 26. *Idem.*

CAP. XXIV. § 71 *Assumptiva*] Ἀντίθεσις, vel ἀντιθετικὴ στάσις. Lege Quintilian. pag. 181. not. 468. *Idem.*

Comparatio, relatio criminis, remotio criminis, concessio] De horumce vocabulorum sensu, vide supra lib. I. cap. 11. et ipsum Ciceronem hic cap. 24. 26. 29. et 31. *Idem.*

§ 72 *Comparatio est*] Ἀντίστασιν Græci rhetores vocant. Vide Quintil. pag. 181. not. 468. *Idem.*

Majestatis] Subauditur 'læsæ.' *Idem.*

Definitio] Id est, quæstionis oratoriæ status, cui nomen 'definitiva constitutio,' ὅρος, ὁρισμός. Vide supra lib. I. cap. 8. *Idem.*

§ 73 *Conjecturalis*] Id est, movendo quæstionem facti vel de facto. *Idem.*

§ 74 *Ex conjecturali constitutione*] Id est, ex eo quæstionis oratoriæ statu, quem vulgo vocamus 'facti' vel 'de facto quæstionem.' Græci rhetores στοχασμὸν, στοχαστικὴν στάσιν. Alia ejusdem nomina vide supra lib. I. cap. 8. *Idem.*

CAP. XXV. *Conjectura et definitione*] Hoc est, iis quæstionum oratoriarum statibus, quorum alter vocatur *conjecturalis*, στοχασμὸς, vulgo 'facti quæstio;' alter *definitivus*, ὅρος, ὁρισμός: de quibus vide ut sup. lib. I. cap. 8. *Idem.*

Constitutionibus] Id est, oratoriarum quæstionum statibus in genere judiciali. *Idem.*

CAP. XXVI. § 76 *Ad ipsam comparationem*] Hoc est, ad eum qualitatis assumptivæ statum, cui nomen *comparatio*, ἀντίστασις. Vide lib. I. cap. 11. *Idem.*

§ 78 *Relatio criminis*] Græci vocant ἀντέγκλημα, quasi dicas 'recriminationem.' Vide ut sup. lib. I. cap. 6. *Idem.*

CAP. XXVII. § 80 *Translationis*] Quam Tullius alibi vocat 'translativam causæ constitutionem,' Græci μετάληψιν, et aliquando παραγραφήν. Tunc autem locum habet hic quæstionis oratoriæ status, cum litigantium alter contendit non apud hos judices, aut non hoc tempore, aut non hac lege secum agi oportere. Vide supra lib. I. cap. 8. *Idem.*

§ 82 *Deliberationis*] Id est, earum orationum quæ versantur in genere deliberativo. Vide supra lib. I. cap. 5. *Idem.*

Cap. xxviii. § 83 *Relationem*] Id est, eum qualitatis assumptivæ statum, quem Cicero 'relationem criminis,' Herennianus rhetor 'translationem criminis,' Græci ἀντέγκλημα (quasi recriminationem) appellant. Vide supra cap. 11. l. i. c. 11. et l. ii. c. 26. *Idem.*

Cap. xxix. § 86 *Remotio criminis*] Unus est e qualitatis assumptivæ statibus, cui nomen μετάστασις apud Græcos rhetores. Lege sis Quintilian. l. iii. c. 6. pag. 181. not. 468. *Idem.*

§ 87 *Ex conjecturali ..... constitutione*] Vide hic cap. 24. *Idem.*

Ex comparatione] Vide ibid. et cap. 26. *Idem.*

Ex relatione criminis] Vide hic c. 26. et c. 28. *Idem.*

Cap. xxx. § 90 *Concessionis*] Concessio unus est e qualitatis assumptivæ statibus, cui apud Græcos nomen est συγγνώμη, *venia;* unde a Latinis dicitur etiam 'status venialis,' et 'deprecatio.' Vide supra l. i. c. 11. et l. ii. c. 31. *Idem.*

§ 91 *Superioribus assumptivis*] Quatuor sunt qualitatis assumptivæ status; comparatio, relatio criminis, remotio criminis, et concessio. Duos priores his verbis Tullius designavit. *Idem.*

Porcam sustinuit] Nam, ut ait Virg. Æn.viii.641. 'Cæsa jungebant fœdera porca.' Mirifice hic locus illustratur denario quodam argenteo, quem ab Italicis populis, quo tempore bellum Marsicum motum est, cusum, existimare possumus ex eo, quod ITALIA inscriptum in eo sit, et in medio militum fœdus ferientium vir incisus, qui porcam hujusmodi sustinet. *Ursinus.* De hoc denario, et alio non dissimilis typi consulendus est Spanhemius, Dissert. x. de Usu et Præstantia Numism. *Verburg.*

Imperatore Samnitibus tradito] Si quando imperator, præter S. P. Q. R. voluntatem ac sententiam, fœdus cum hostibus feriisset, ut populus Romanus ex fœderis religione solveretur, imperator ipse in hostium potestatem vinctus tradebatur. *Nascimb.*

Cap. xxxi. § 94 *Concessio est*] Alias dicitur venia, status venialis, Græce συγγνώμη. Vide lib. i. c. 11. et l. ii. c. 30. *Capper.*

Per quam non factum ipsum improbatur ab reo, sed ut ignoscatur, id petitur] Quem locum ne quidem gentium Deus Hermes possit ἑρμηνεύειν. Nam concessionem dividit Tullius in purgationem et deprecationem; purgatio vero ei definitur, per quam ejus, qui accusatur, 'non factum, sed voluntas defenditur.' Pugnant autem hæc; in concessione voluntatem improbari; in purgatione, quæ concessionis pars est, voluntatem defendi. Itaque concessionis definitionem leniter, leviterque immuto, ac lego, *per quam non factum ipsum probatur ab reo, &c.* Vossius, Inst. Orat. l. ix.

Cap. xxxii. § 99 *Conjecturam*] Id est, illum quæstionis oratoriæ statum, qui dicitur *conjecturalis;* στοχασμὸς, στοχαστικὴ στάσις: vulgo 'quæstio facti' vel 'de facto.' Vide lib. i. c. 8. *Capper.*

§ 100 *Negotiali parte*] Quid sit pars negotialis, vide l. i. c. 11. *Idem.*

Absoluta juridiciali] Quid sit pars juridicialis absoluta, quæ opponatur assumptivæ, vide ibid. *Idem.*

Deliberationis] Id est, generis deliberativi. Alludit enim ad celeberrimam orationum divisionem, secundum quam aliæ dicuntur esse in genere demonstrativo ἐπιδεικτικῷ, aliæ in genere deliberativo δημηγορικῷ vel συμβουλευτικῷ, aliæ denique in genere judiciali δικανικῷ. Vide lib. i. cap. 5. *Idem.*

Cap. xxxiii. § 102 *Scripti controversiam*] Considerandum est, ait Tullius an in ratione, an in scripto controversia est ea, quæ ex scriptionis genere nascitur. Quintilian. iii. 5. status alios rationales, alios legales vocat, idque Græcorum rhetorum

exemplo, qui στάσεις λογικὰς et νομικὰς appellant. Vide l. I. c. 13. *Idem.*

Controversia quæ ex scripto et sententia nominatur] Ea Græce dicitur περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, quasi dicas *de dicto et sententia.* Hoc controversiæ seu status legalis genus fusius exponunt Tullius hic, c. 42. et Quintil. VII. 6. *Idem.*

CAP. XXXIV. § 105 *De Q. Numitorio Pullo*] Proditore in bello Fregellano: de quo Philipp. III. 6. *Idem.*

Apud L. Opimium] Amicus meus addit *prætorem.* Recte, si ex libro aliquo Ms. Consentit historia. Livius in Epit. lib. IX. 'L. Opimius prætor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit, Fregellas diruit.' *Ursinus.*

Conjecturali constitutione] Τῇ στοχαστικῇ στάσει. Vide c. 32. *Capper.*

CAP. XXXVI. § 109 *In generali constitutione*] Id est, in eo quæstionis oratoriæ statu, qui et status qualitatis, et *qualitas*, ποιότης, appellari solet. Vulgo dicimus 'quæstionem juris,' vel 'de jure.' Vide l. I. c. 8. *Idem.*

Juridicialem] Δικαιολογικὴν, quæ τῇ *negotiali* πραγματικῇ opponitur. De his vide supra, l. I. c. 11. *Idem.*

CAP. XXXVII. § 110 *Deliberativum est . . . judiciale est habendum*] Græci dicunt συμβουλευτικὸν et δικανικὸν, de quibus vid. l. I. c. 5. *Idem.*

§ 111 *Constitutio*] Στάσις, id est, quæstionis oratoriæ status. Vide l. I. c. 8. *Idem.*

Judicatio] Τὸ κρινόμενον. Vide l. II. c. 17. *Idem.*

CAP. XXXIX. § 114 *Delibari*] Vulgo *deliberari:* pro quo Muretus in Ciceroniani exempli marginibus *delibari* scripserat. Reposuit Lambinus *delibrari,* quod interpretatur, 'detrahi,' 'deteri;' ut apud Lucret. III. 1101. 'nec delibrare valemus Tempore de mortis.' Quanquam et ibi apud Lucretium, *delibare* legi vult Tan. Faber. Judicium esto doctorum: neque enim hic ego me criticum, sed editorem debeo profiteri. *Oliv.*

§ 115 *De constitutionibus satis . . . nunc de iis controversiis quæ in scripto versantur*] Vide ut ipse Tullius *constitutiones,* τὰς στάσεις, id est, oratoriarum quæstionum status proprie dictos et stricte sumptos legalibus quæstionibus quadamtenus opponat. Vide varia rhetorum systemata de statibus in Quintil. p. 181. not. 468. *Capper.*

CAP. XL. § 116 *Ex ambiguo*] Ἀμφιβολίαν Græci rhetores vocant. Legalem hunc statum fusius explicat Quintil. VII. 9. *Idem.*

Ex scripto et sententia] Περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας. Vide ipsum Ciceronem hic, cap. 42. et Quintil. VII. 6. *Idem.*

Ex contrariis legibus] Ἀντινομία. Legalem hunc statum (vel potius quæstionem) exponunt Tullius hic cap. 45. et Quintil. VII. 7. *Idem.*

Ex ratiocinatione] Συλλογισμὸς, qui status (vel, si mavis, quæstio) legalis pluribus explicatur a Cicerone hic, cap. 50. et a Quintil. VII. 8. *Idem.*

Ex definitione] Ὅρος, ἢ ὁρισμὸς νομικὸς, qui status, aut quæstio, legalis proprius ac peculiaris est Tullio hic, cap. 24. et Herenn. I. 18. 19. 24. Vide et Quintilian. pag. 181. § 468. *Idem.*

CAP. XLI. § 121 *Ex deliberationis partibus*] Id est, quæ pertinent ad genus orationis deliberativum, συμβουλευτικόν. Vide lib. I. c. 5. *Idem.*

CAP. XLII. *Ex scripto et sententia*] Περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, id est, *de dicto et sententia.* Vide Quintil. VII. 6. *Idem.*

§ 123 *Juridicialis assumptivæ*] Δικαιολογικῆς ἀντιθετικῆς. Ubi τὸ *juridicialis* opponitur τῇ *negotiali,* πραγματικῇ, et τὸ *assumptivæ* opponitur τῇ *absolutæ,* ἀντιληπτικῇ. Vide lib. I. cap. 11. *Idem.*

Comparatio] Ἀντίστασις, quæ una est e quatuor partibus qualitatis assumptivæ. Vide l. I. c. 11. et l. II. c. 24. *Idem.*

§ 124 *Relatio criminis*] Ἀντέγκλημα. Altera pars est qualitatis assumpti-

væ, de qua vide l. I. c. 11. et l. II. c. 26. *Idem.*

Tribunus militum] Tangit Plutarchus in Mario hanc rem, et ipse Cicero in Orat. pro Milone his verbis: 'Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus ejus imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit: atque hunc ille vir summus, scelere solutum, periculo liberavit.' *Lambinus.*

Remotio criminis] Μετάστασις. Tertia pars est qualitatis assumptivæ. De hac vide l. I. c. 11. et l. II. c. 29. *Capper.*

Concessio] Quæ alias dicitur status venialis, et *venia*, συγγνώμη. Vide l. I. c. 11. et l. II. c. 31. *Idem.*

CAP. XLIV. § 127 *Assumptiva*] Ἀντιθετικὴ, quæ opponitur τῇ *absolutæ* ἀντιληπτικῇ, et quatuor habet partes in pagina proxime præcedenti expositas. Vide lib. I. c. 11. *Idem.*

CAP. XLVI. § 137 *Comparatione, aut remotione, aut relatione criminis, aut concessionis partibus*] Quatuor hæ sunt qualitatis assumptivæ partes, quas sigillatim exposuimus paulo supra ad cap. 42. *Idem.*

CAP. XLVII. § 138 *Assumptionis partibus*] Intellige quatuor illas qualitatis assumptivæ partes, nempe comparationem, remotionem, relationem criminis, et concessionem; de quibus paulo supra ad cap. 42. *Idem.*

CAP. XLVIII. § 142 *Ex illo ambiguo*] Alludit Tullius ad legalem enim statum vel quæstionem, cui apud Græcos nomen est ἀμφιβολία. Vide hic ad cap. 40. *Idem.*

Verbi definitionem inducere] Id est, illum statum, vel potius quæstionem, legalem, cui nomen ὅρος, vel ὁρισμὸς νομικὸς, de quo vide ad cap. 40. *Idem.*

Per ratiocinationem] Τὸν συλλογισμὸν, quo de statu vel de quæstione, lege cap. 40. *Idem.*

§ 143 *Assumptionis partibus*] Quatuor sunt, quas exposuimus supra cap. 42. *Idem.*

CAP. XLIX. § 144 *Ex contrariis legibus*] Ἀντινομίαν vocant rhetores Græci. Vide ad cap. 40. *Idem.*

Olympionicarum] Non arbitror hic de corona esse intelligendum, sed de statua, quæ erigenda esset ei, qui tyrannum occidisset, quemadmodum Athenis Harmodio et Aristogitoni factum fuisse scriptores memoriæ prodiderunt. Nam Olympionicæ non corona tantum ex oleastro, verum etiam statua ornari solebant. Quod Plinius indicare videtur. (Ed. Hard. tom. II. p. 642.) *Nascimb.*

Alexandrum, qui apud Pheræos] Inde Pheræus dictus est. Cicero de Off. II. 7. ejus pene vitam paucis describit. *Idem.*

§ 147 *Per ambiguum, aut per ratiocinationem, aut per definitionem*] Tres intelligit status vel quæstiones legales, de quibus supra ad cap. 40. *Capper.*

CAP. L. § 148 *Ex ratiocinatione nascitur controversia*] Συλλογισμὸς dicitur. Vide supra cap. 40. et Quintil. VII. 8. *Idem.*

In juridiciali absoluta] Δικαιολογικῇ ἀντιληπτικῇ, ubi τὸ *juridiciali* opponitur τῇ *negotiali*, πραγματικῇ, et τὸ *absoluta* opponitur τῇ *assumptivæ*, ἀντιθετικῇ. De his plura vide ad lib. I. cap. 11. *Idem.*

CAP. LI. § 153 *Definitio est*] Intellige definitionem legalem, seu statum definitivum legalem, ὅρον, ὁρισμὸν νομικὸν, ubi igitur de definiendis et explicandis legum, aliorumve scriptorum vocabulis. Hic porro status Ciceroni et Herenniano rhetori proprius est ac peculiaris. Vide supra ad cap. 40. et Quintil. p. 181. not. 468. *Idem.*

§ 154 *Definitiva constitutio*] Hic simplex est definitivus status rationalis, ὅρος, ὁρισμὸς λογικὸς, de quo plura vide ad l. I. c. 8. *Idem.*

§ 155 *Constitutione*] Τῇ στάσει, id est, in aliquo quæstionis oratoriæ

statu, de quo vide ibid. *Idem.*

§ 156 *Deliberationis*] Id est, earum orationum, quæ versantur in genere deliberativo, quod Græci συμβουλευτικὸν, et aliquando δημηγορικὸν (*concionale*) appellant. *Idem.*

Cap. liv. § 164 *In odium alicujus invectionis*] *Alicujus inferioris* restitui, conjectura ductus. Nam vox *invectionis*, quæ reperitur in omnibus libris, sine dubio corrupta est. Quod autem Michael Brutus sic emendandum censuit, *temere in odium alicujus invectio concitata, comitate retinetur*, pace ejus dixerim, non probo. *Lambinus.*

Cap. lvii. § 171 *Cassilinum*] Alludit ad historiam: nam Cassilinum, oppidum Campaniæ, cum ab Annibale obsideretur, milites eo inopiæ pervenerunt, ut mures et lora, detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur. Livius lib. iii. *Nascimb.*

Cap. lviii. § 176 *Affectio*] Græce dici posset σχέσις, πάθος, συμβεβηκὸς, (*accidens*,) et περίστασις, quam 'circumstantiam' vulgo appellant, idque auctore ipso Quintiliano, pag. 303. not. 523. *Capper.*

At non illo animo, quo Ulysses transiit] Ulysses sub habitu mendici Trojam ingressus diligenter omnia exploravit: id quod ex Euripide in Hecuba satis liquet. *Nascimb.*

Aristippus] Bion, apud Laërtium in Aristippo, scriptum reliquit, Aristippum, cum aliquando navigasset, didicissetque navem, qua vehebatur, esse piraticam, acceptum aurum numerasse; deinde, quasi imprudenti et invito lapsum e manibus projecisse in mare, ingemuisseque graviter. Sunt qui illum hæc addidisse memorent, 'Melius est, ut hæc ab Aristippo, quam Aristippus propter ista pereat.' *Idem.*

Cap. lix. § 178 *Una pars*] Nescio, an hoc loco nimis audax fuerit Lambinus; illud scio, mihi arridere emendationem, quam exhibuit in margine ed. suæ, *una pars ad exitum, hoc et superiore libro, perducta est, &c.* Cæterum Gothofredus hic annotavit, videri ex hoc loco posse colligi, Ciceronem plures de Inventione libros scripsisse. Illud quidem non tantum jam diu inter eruditos constat, plures fuisse perscriptos a Cicerone libros de Inventione, sed etiam eos fuisse quatuor, e quibus duos posteriores nobis longinquitas temporis invidit. Vid. Voss. de Nat. Rhet. c. 13. *Verburg.*

DE ORATORE.

LIBER I.

Cap. i. § 2 *Inter nosque recolendas*] Trajecit copulandi particulam, maluitque, *inter nosque*, quam istuc, *et inter nos recolendas*, usurpare; ne, quod in oratione vitiosum est, in heroici carminis finem decideret. Quæ componendi manifesta diligentia, ut in foro et in curia celatur, ita in hoc scripti genere dissimulari non debet. Sunt qui legant, *Interque nos recolendas*, virtutis hujus ignari, qui nesciant auribus atque rationi cedere præcepta. *Streb.*

§ 3 *Et hoc tempus omne*] Hos de Oratore Dialogos Cicero scripsisse putatur anno ætatis suæ 58. et U. C.

698. secundo vero anno post ejus reditum, cum Clodianorum furore actus in exilium cessisset. *Pearc.*

CAP. II. § 5 *Prudentissimorum*] Hoc est, doctissimorum, vel (ut noster loquitur in sequenti sententia) eorum, qui habent 'elegantiam doctrinæ:' sæpius in hoc opere doctos disertis, et 'prudentiam' eloquentiæ opposuit: et hic per 'prudentissimos' intelligi voluit eos, qui omnibus artibus, sc. philosophia, jure civili, &c. instructi essent. Sic I. § 49. 'Prudentia rerum magnarum magis, quam dicendi arte nititur.' III. § 35. 'Malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.' Et I. § 14. 'Sine summa rerum civilium cognitione et prudentia.' *Idem.*

CAP. III. § 9 *Essent*] Man. Grut. *possent.* Oliv.

CAP. VII. § 24 *Socer ejus* (*qui fuerit Q. Mucius*)] Ita manuscripti Mag. Mead. Gonv. et Harl. duo: nec inusitatum est nostro post vocem *qui* uti subjunctivo modo. Vulgatum *fuerat* parum placet; tunc enim temporis, cum Mucius ad Crassi Tusculanum venerit, tam socer fuit Crassi quam antea; Crassumque postea appellat 'generum' suum in c. 9. *Pearc.*

CAP. X. § 40 *Perculisti*] Id est, evertisti, seu dejecisti. Simile est illud II. 70. 'Scipionis illius, qui Tib. Gracchum perculit.' *Idem.*

§ 42 *Cæterique*] Lamb. *cæterique suo jure physici vindicarent, ornati.* Oliv.

Justo sacramento] 'Sacramentum litis genus erat, simile sponsionis.' Varro. Et qui petebat, et qui inficiabatur, de aliis rebus utrique quingentos æris apud pontificem deponebant, de aliis item rebus certum numerum assium. Qui judicio autem vicerat suum sacramentum a sacro auferebat, victi ad ærarium redibant. Sacramentum dixit pecuniam lite depositam apud pontificem. Decepti sunt qui legerunt hic *apud pontem*, non *apud pontificem.* Sensus est igitur: Philosophi disciplinarum possessione dejecti, tecum interdicto contenderent, quemadmodum ii qui ab agro dejecti sunt: aut vindiciarum litem tibi intenderent, et disciplinas suas assererent: aut jure possent agere tecum, et deposita pecunia contendere. *Streb.*

CAP. XI. § 45 *Charmadas*] Vulgo, pro *Charmadas*, legimus *Carneades;* male omnino: hic enim Crassus dicit se quæstorem, postea vero Antonius se proconsulem vidisse Carneadem, contra auctoritatem veterum scriptorum. Laërtius enim ex Apollodoro scribit Carneadem mortuum esse (Olymp. CLXII. ann. 4.) anno U. C. 625. Crassus vero quæstor fuit ann. U. C. 643. et Antonius proconsul ann. U. C. 652. Immo Cicero ipse in Acad. Quæst. dicit Carneadis legationem incidisse in an. U. C. 599. Si igitur Crassus quæstor vidit Carneadem, Carneades post legationem vixit annos 44. et si Antonius proconsul eum vidit, vixit annos 53. post legationem: quod verisimile non videtur. Sed ulterius ex ipso Cicerone probaturus sum, neque Crassum, neque Antonium vidisse Carneadem. Primo, in lib. III. c. 18. Crassus dicit, 'cujus (Carneadis) etsi ego multos auditores cognovi Athenis,' &c. Ex quo loco colligo Crassum non vidisse Carneadem; quia si eum vidisset, non soceri aut Metelli usus esset judicio, sed suo. Porro dicit ibi Crassus Metellum 'adolescentem' fuisse, cum audiret 'Carneadem affectum ætate:' Metellus vero consul fuit an. 645.; ergo non credibile est Carneadem vixisse usque ad quæsturam Crassi, hoc est, pene ad consulatum Metelli, multo autem minus ad proconsulatum Antonii. Secundo, in l. II. c. 37. itemque in hoc ipso loco non de homine, quem novit, Crassus loquitur, sed dicit 'hominem, ut ferebant,' &c. Tertio, ut se habet vulgata lectio, *Carneades Carneadis* audi-

tor fuit, quo quid ineptius? His rationibus adductus vulgatam lectionem rejicio. Cur autem *Charmadas* reposui, paucis sciat lector. 1°. Ms. Cant. habet *Carmeades*, Bod. *Carniadas* (quæ vox, si punctum litteræ *i* tollas, est *Carmadas*); Mss. vero Joan. et Harl. 1. habent *Charmadas* in hoc loco, et tribus sequentibus, de quibus mox dicturus sum. 2°. In Oratore c. 16. cum dicitur, 'scitum est enim, quod Carneades dicere solebat, Clitomachum eadem dicere, Carneadem eodem etiam modo dicere;' nonnulli, quos vidi, Mss. habent ibi *Charmadam*, poscente etiam sensu. Patet idem ex l. II. c. 88. ubi, Jonsio primum notante et Gronovio approbante, pro *Carneadem* jam legimus *Charmadam*, testimonio Plinii et auctoritate Mss. 3°. Sextus Empiricus non semel dicit Charmadam (vel Charmidam) Academicum fuisse, et Academiæ principem. 4°. Idem scriptis mandavit disputationem quandam Charmadæ, in qua Academicus iste probat rhetoricam non esse artem, et rhetores exagitat; quæ omnia Sex. Empirici testimonia huic loco optime conveniunt. Utile fore credidi hunc locum luculentis argumentis explicare, qui Petavio, Stanleio nostro, aliisque chronologiam docentibus, magnas olim turbas excitaverit. *Pearc.* Vide in eandem sententiam Henrici Valesii Emendat. I. 29. *Oliv.*

Peripatetici Critolaus et Diodorus] Ita vulgati omnes. Sed, *Peripatetici Critolai Diodorus*, est lectio Mss. duorum Pall. et trium Gulielmii, nec non Joan. Mag. et Harl. duorum: testaturque Cicero de Fin. v. 5. Diodorum fuisse auditorem Critolai. Porro, ea argumenta, quibus probavi Carneadem ad quæsturam Crassi non vixisse, satis docebunt ne Critolaum quidem in Crassi quæstura viguisse; quod tamen præ se fert vulgata lectio, *et Peripatetici Critolaus et Diodorus*. Pearc.

§ 48 *Omnium rerum publicarum*] In vulgatis duæ postremæ voces male conjunguntur: neque enim necesse est, ut is omnes respublicas cognoscat, qui Romanam velit cognoscere: necesse est autem, ut publicas res omnes Romani imperii sciat, qui de eo administrando dicturus est. *Idem.*

Cap. XIII. § 58 *Descripto*] Lamb. legit *descriptorum*, id est, civium: non enim *jus*, sed *cives* in ordines ætatesque describebantur. *Idem.*

Cap. XIV. § 62 *Philonem*] De Philone architecto Plinius, VII. 37. Vide etiam, et de Hermodoro, Turnebi Advers. XI. 2. *Oliv.*

Cap. XIX. § 85 *Excitabatur*] Hotomanus conjecit legendum esse *excipiebatur:* sed vulgata lectio defendi potest. Sensus est enim: Homo abundans doctrina, (nempe Charmadas philosophus) ita respondebat iis, quæ dixerat Menedemus (homo promptus, utpote disertus orator) ut Menedemum excitaret, et ad suam opinionem defendendam acueret. *Pearc.*

Cap. XX. § 89 *Huic respondebat*] Charmadas Menedemo. *Oliv.*

§ 93 *Quibus dicere*] Vulnus hic video; remedium non ita. *Muretus.* Lambinus edidit, *quibus adjicere .... solebat;* quod est conjectaneum Hotomani. *Grut.*

Perfacilem in audiendo] Nam cum rudem artium omnium se diceret Antonius, non erat cur de artibus cum hominibus doctissimis æque pugnaciter atque Crassus, qui se multa didicisse fatebatur, contenderet. *Streb.*

Cap. XXI. § 95 *Aliquem*] De se ipso id ex Antonii persona videtur Cicero prædicere. *Oliv.*

De vi ac ratione dicendi] Malim cum Gulielmio legere *de via, ac ratione:* facillime ultima littera vocis *via* a sequentis vocis *ac* prima littera absorberi potuit. Manutius olim edidit *via*, et sic Cicero sæpissime.

I. 25. 'Non rationem dicendi et viam, sed naturam defuisse.' III. 36. 'Ancipites vias, rationesque disputandi.' Facile plura exempla proferri possunt. *Pearc.*

Cap. XXII. § 101 *Ut in cretionibus scribi solet*] Cum in aliis libris manuscriptis reperissem scriptum *certionibus*, in aliis *Crassi orationibus*, in aliis *certioribus;* ego *cretionibus* reposui, præsertim cum meminissem jam pridem ita a Fr. Duareno esse emendatum. Est autem 'cretio,' ut docet Ulpianus, Titul. 22. Isid. 5. Varro de Ling. Lat. v. ad Attic. XIII. 44. certorum dierum spatium, quod datur heredi ad deliberandum, utrum expediat adire hereditatem, necne: veluti Titius heres esto, cernitoque hereditatem in diebus centum proximis, quibus scierit, poteritque; nisi ita creverit, exheres esto. *Lambin.* Est autem 'cernere,' non modo constituere se heredem esse, (ut Varro Ling. Latin. VI. explicat) verum etiam legitima cretionis verba dicere, hunc in modum: 'Cum me Mœnius heredem instituerit, eam hereditatem cerno.' Adeoque Ulp. 32. 'Cretio duplex: vulgaris, in qua adjiciebantur hæc verba, 'quibus sciam poteroque:' continua, in qua non adjiciebantur.' Ulp. tit.23. Unde his verbis, 'quibus sciam poteroque,' tempus bonorum possess. admittendæ utile, nec continuum ostenditur l. 2. ff. 'Quis ordo in bonorum possess.' *Gothofr.* Vera lectio fuit *conditionibus.* Quid enim ad 'cretiones' formula hæc, 'De iis rebus quibus sciam, poteroque?' Quæ ipsa in conditionibus aptissima est. Et verbum 'conditio' etiam juridicum est; quod indicat caput illud Juris, 'De conditionibus et demonstrationibus.' Et lectionem priorem, quam Lambinus ejecit, tuetur verbum *conditionis*, quo mox utitur Crassus. 'Jam vero,' inquit, 'ista conditione, dum mihi liceat negare posse quod non potero, et fateri nescire, quod nesciam, licet vestro arbitratu percontemini.' Et sane quæ huc affert Lambinus de cretionibus hereditatum, scilicet heredi cernendam esse hereditatem in diebus centum proximis, quibus scierit, poteritque, non valde huc pertinent. Neque enim, postquam sciverit quis cernendam esse hereditatem, amplius datur temporis, possit, necne possit. Præterea non idem est 'scire' in herede, et 'scire' hic in Crasso. Nam in herede 'scire' est rescire, certiorem fieri: at hic Crassus: 'De iis rebus,' inquit, 'quibus sciam, poteroque:' id est, de iis, quæ ego intelligam. *Anonymus.*

Cap. XXIV. § 111 *Aliquid a me prompsisse*] Annon et qui sponte, et qui inviti loquuntur, omnia *a se promunt?* an vero *a se promere* significat sponte promere? hæc significatio præpositionis *a* cum verbo *promo* nullibi mihi occurrit. Vide igitur, lector, annon editio Ven. et Mss. Norf. Mag. Mead. Harl. 1. Cant. Bal. Wag. Nov. et Joan. vetustissimus suggerant verissimam lectionem, *promisisse:* quibus si fides adhibenda sit, sic locum refingas: *Non ipse aliquid de me promisisse.* Litteræ *e* et *a* in Mss. sæpe confunduntur, et littera *d* vocis *de* facile absorberi potuit a littera postrema præcedentis vocis *aliquid.* Eodem modo loquitur Horat. I. Sat. 4. 102. 'Ut si quid promittere de me Possum aliud vere, promitto.' Porro hæc lectio optime quadrat iis, quæ supra dicta sunt: innuit enim Crassus se nolle imitari Græcos, quos in præcedenti capite arguit impudentiæ, quod nulla erat res de qua non se omnia, quæ dici possent, profiterentur esse dicturos; id est, promittebant se omnibus quæstiunculis responsuros esse. Crassus igitur istis Græcis magistris, atque artificibus dicendi opponit se, quem vocat 'unum e togatorum numero, atque ex fo-

rensi usu hominem.' Ut illi, inquit Crassus, artifices sunt, et magistri dicendi, ego vero tantum, quantum mihi opus est, didici; sic illi de se omnia promittunt, ego vero nunquam sponte, nunquam, nisi fortuito, in hujusmodi disputationes venio. *Pearc.*

CAP. XXV. § 115 *Ita naturæ*] Lamb. *ita in iisdem rebus habiles, ita naturæ muneribus ornati.* Oliv.

§ 117 *Quis vestrum æqualem Q. Varium, &c.*] Lapsi sunt iterum plerique librarii, et editores; Mss. tamen Bod. Harl. 2. et Gonv. et Manutius veram lectionem retinent; delent enim vocem *meum,* quæ vulgo legitur post *æqualem.* Et Car. Stephanus testatur vocem *meum* a quibusdam veteribus libris abesse. Veram autem hanc lectionem voco, quia Q. Varius non fuit æqualis Crassi, sed Cottæ, et Sulpicii, ut patet ex libro de Cl. Oratoribus cap. 49. 'Æquales propemodum fuerunt C. Cotta, P. Sulpicius, Q. Varius,' &c. Porro si rejiciatur *meum,* non inelegans est antithesis: Crassus enim duo exempla profert, C. Cœlium æqualem suum, et Q. Varium Cottæ ac Sulpicii æqualem. *Pearc.*

CAP. XXXIII. § 153 *Cum remiges inhibuerunt*] Lamb. notavit legendum *sustinuerunt;* non, ut vulgo, *inhibuerunt.* Lambini lectionem probo, causasque, quas ille omisit, insuper affero. Cicero hos oratorios libros prius, quam Academicas Quæstiones scripsit: ex libro autem XIII. Ep. ad Att. ep. 21. colligere possumus ipsum in istis Acad. libris, qui nunc desunt, monitu Attici scripsisse 'inhibere remos,' pro 'sustinere:' postea vero observatis nautarum formulis, jubet Atticum legere 'sustinere.' Dicit enim; 'inhibitio remigum motum habet, et vehementiorem quidem, remigationis navim convertentis ad puppim.' Quod igitur de illo in Acad. Quæst. loco Cicero dicit, de hoc ipso loco, quem expendimus, dicendum est: hic enim caremus voce, quæ significet cursum navis esse tardatum: ipsius igitur Ciceronis monitu vox *sustinuerunt* recipienda est. *Idem.*

CAP. XXXV. § 161 *Constructis*] Lamb. *constrictis,* et paulo infra *constrictam.* Oliv.

CAP. XXXVI. § 166 *Causa cadere liceret*] Ut naturam hujus litis, ejusque, quæ in sequenti capite occurrit, bene intelligamus, audi Erasmum in Adag. Chil. v. Cent. 2. Prov. 15. 'Causa cadere is videbatur, qui male agendo jus agendi perdidisset. 'Si quis,' inquit Justinianus lib. IV. tit. de Action. paragr. 'Si quis,' &c. 'agens in intentione sua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineret, causa cadebat,' i. e. rem amittebat: in proximo vero paragrapho ostendit (sc. Justinianus) vocem hanc plus quadrifariam intelligi; re, tempore, loco, et causa: re, si quis pro decem aureis petat viginti, quale Hypseus iste fecerat; tempore, si quis ante diem vel conditionem petat; quod in sequenti capite patronum quendam fecisse dicit Crassus.' *Pearc.*

CAP. XXXVIII. § 173 *Testamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarumque*] Ita Mss. Bod. Bal. Mag. Harl. duo, et ad oram Nov. necnon editiones Ven. Mediol. Roberti Stephani, Manutii, et Lambini, aliorumque: Mss. vero septem, *ruptorum, aut raptorum,* a vera lectione non multum abhorrentes: horum igitur auctoritate voces *aut ratorum* inserui. Testamenta *rupta* significant ea testamenta, quæ, aliqua conditione interveniente, aut legibus ea illo modo fieri vetantibus, decreto centumvirum suam vim amittebant: sic Cicero in hujus libri cap. 57. 'constat agnascendo rumpi testamentum.' His autem testamentis 'ruptis' opponuntur ea, quæ vim suam obtinebant

decreto centumvirum, et quæ 'rata' esse dicebantur. De his igitur ambobus Valerius Maximus in lib. VII. tractat, in cap. 7. de 'rescissis,' id est, 'ruptis,' et cap. 8. de 'ratis.' Immo exempla utriusque generis Crassus hic profert; nempe testamenti 'rati' in proximo capite, cum M' Curius M. Coponium causa vicit, heresque factus fuit: testamenti vero 'rupti' exemplum habes in hoc capite, cum miles a centumviris obtinebat, ut patris sui testamentum rescinderetur: Valerio enim Maximo teste miles superior in causa discessit. *Pearc.*

§ 175 *Testamento exheres filius*] Clarissimus Lambinus, audax scriptorum censor, sed quem non velis fuisse minus audacem, censet hæc tria verba delenda esse, *testamento exheres filius;* testatur idem ea ab uno Ms. quem vidit, abesse. Talæus etiam dicit ea a nonnullis exemplaribus abesse. Utinam quidem in meis Mss. idem observassem! cum enim *miles* præcesserat, redundat casus nominativus: et cum in dubio fuit, utrum exheres esset miles necne, non eleganter dici potest *exheres filius.* Porro, notandum est me notam interrogationis post vocem *filius* posuisse. *Idem.*

Cap. XXXIX. § 176 *Ab liberti filio stirpe*] Filius liberti cujusdam e Claudiorum gente intestato decessit, ejusque hereditas lege rediit ad Claudios; quorum duæ familiæ erant, altera patricia, altera plebeia. Claudii patricii vocabantur Pulchri, plebeii vero Marcelli: hi de intestato mortui hereditate certabant. Claudii patricii (quorum familia istius gentis maxima natu fuit,) sibi hereditatem vindicarunt jure gentilitatis, quia libertus iste e gente Claudia esset, ipsorumque familia esset prima: et, quamvis servitutem serviisset, tamen Claudii patricii contendebant eam injustam fuisse, ideoque se jure gentilitatis privari non potuisse. Claudii vero plebeii, sc. Marcelli, eandem sibi vindicarunt hereditatem, quia libertus iste stirpe propior Marcellis fuit, quam Pulchris, et quia ista servitute (quam serviisset, et quam justam fuisse ii contendebant) jus gentilitatis Claudiis patriciis amissum fuisse videbatur. De significatione vocis 'gentiles' audi ipsum Ciceronem in Topicis c. 6. 'Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt. Non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum majorum nemo servitutem servivit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Hoc fortasse satis est.' *Idem.*

§ 178 *In mancipio*] Id est, in venditione ædium. Controversia illa hujusmodi fuit. Bucculeius, cum venderet ædes suas Fusio, hæc verba in pactione scribi voluit, 'Lumina' (id est, fenestras) 'uti nunc sunt, ita recipio:' quibus verbis id unum in se suscepit, ut ne quis vicinus earum fenestrarum usum vel tolleret, vel ædificiis altioribus obscuraret. In hoc Bucculeius erravit, quod verbis ambiguis usus esset; nam Fusius ei litem intendit, simul atque ædificari cœptum est in quadam remotiori urbis parte, quæ ex ædibus, quas emerat, conspici posset. Egit igitur cum Bucculeio, quia jam ex illis ædibus non idem erat cæli prospectus, et (ut ille putabat) 'mutabantur lumina,' nec tum 'ita erant, uti in mancipio' ea Bucculeius 'receperat.' *Pearc.*

Cap. XL. § 181 *Postliminium*] Cic. in Topic. c. 8. 'Quæ a nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint, et ex suo tanquam limine exierint, dein cum redierint post ad idem limen, postliminio videntur rediisse.' Vide Cujac. Obss. XI. 23. *Idem.*

§ 183 *Domini voluntate census sit*] Quinto quoque anno a censoribus in tabulas referebantur civium Roma-

norum tam nomina, quam opes. Si quis dominus tunc temporis servo suo permisit, ut in civium numero ab iis magistratibus recenseretur, is liber factus est: sed inter jurisconsultos quærebatur, utrum 'continuo,' id est, eo ipso die recensendi, is liber esset, an nonnisi post totum censum absolutum, sive 'lustrum conditum,' quod solenni sacrificio finiebatur. *Idem.*

CAP. XLII. § 190 *Quod jam diu cogito*] Vide Philosophicorum Fragmenta, tom. III. pag. 569. *Oliv.*

Justa (vulgo, et Grut. *ista*) *juris civilis scientia*] Id est, quæ sufficit, cui nihil deest ad tuendum nomen scientiæ. Sic in Oratore, cap. 41. 'justa excusatio' idem valet ac satis bona, et in Ep. ad Famil. II. 10. 'victoria justa' eodem dicitur sensu. Non opus est igitur, ut cum Gulielmio sententiam refingamus. *Pearc.*

CAP. XLIII. § 191 *Cum ab hoc discesseritis*] Scilicet, a Scævola. *Streb.*

§ 192 *Elata*] Quid, si, *relata?* Muret.

CAP. XLIV. § 196 *Sapientissimus vir*] Ulysses scilicet, cui Calypso pollicita est immortalitatem, modo secum manere perpetuo vellet. Odyss. E. *Oliv.*

CAP. XLV. § 198 *Cum ingenio sibi auctore dignitatem, &c.*] Vix Ciceronianum videtur dicere, 'ingenio auctore aliquid facere.' De personis sæpius, nullibi vero, opinor, noster de rebus quasi auctoribus loquitur. Fortasse igitur delenda est vox *auctore*, utpote quæ ex voce *auctoritate* in sequenti linea huc ab inscientibus librariis adducta videtur. *Pearc.*

CAP. XLVI. § 202 *Caduceo*] Caduceus erat virga, quam feciales gerebant, cum ad hostes Romanorum mitterentur, seu belli seu pacis causa; quamque præ se ferentes; sacri et ideo non violandi putabantur. *Idem.*

CAP. L. § 217 *Duodecim scriptis ludere*] Vide Victorium, Var. Lect. V. 13. et 50. *Oliv.*

CAP. LI. § 220 *Cupiditas puniendi doloris*] Id est, ulciscendi doloris, quem aliorum injuriæ nobis fecerunt. Simili modo locutus est Cicero in Orat. pro Milone: 'Fecit iratus, fecit inimicus, fecit ultor injuriæ, punitor doloris sui.' *Pearc.*

§ 221 *Ineptum et Græculum*] Ita legendum censeo: et ita in Tusc. Disp. I. 35. habemus: 'ineptum sane negotium et Græculum.' *Idem.*

CAP. LII. § 225 *Servire*] Plerique omiserunt signum distinctionis post hoc verbum. Atqui sensum pervertere omissio illa potest, et parum cautos inducere, ut putent, *istis auctoribus* esse tertium casum, quem ducat verbum *servire*, cum sextus sit casus, isque, ut grammatici loquuntur, absolutus. Est enim hic sensus: Isti, Crasse, philosophi, quorum tu præcepta ad oratoris facultatem pertinere censes, an auctores sunt tibi, dicunt, pronuntiant, posse fieri ut virtus serviat, et non sit libera? *Olivet.*

CAP. LIII. § 227 *P. Rutilius Rufus*] De quo in Bruto, cap. 30. *Idem.*

Q. *Servium Galbam*] De quo in Bruto, cap. 21. *Idem.*

§ 228 *Tanquam in procinctu*] Milites Romani pugnam commissuri, tribus pluribusve commilitonibus audientibus, heredem nominare solebant, ut si caderent in prælio, testamento condito morerentur; hoc est 'in procinctu testamentum facere.' Vide Gell. XV. 27. Quintil. Inst. Or. XII. 9. occurrit 'in procinctu stare,' et Ovid. ex Ponto I. 8. ait, 'Hæc in procinctu carmina facta puta,' id est, sine multa meditatione, et quasi ex tempore facta. *Pearc.*

CAP. LIV. § 232 *Quasi pœnæ æstimatio*] Lamb. delet istud *pœnæ*, recte quidem: hæc enim *æstimatio* non fuit *pœnæ*, sed *fraudis*, id est, criminis, de quo reus damnatus esset. Sic paulo infra legimus, 'quam quasi æstimationem,' &c. nulla *pœnæ* men-

tione facta. Apud Romanos ‘ æstimare litem’ (de quo Cicero sæpius loquitur) significavit, computare quantum pecuniæ is, qui in privatis judiciis causa cecidisset, adversario solvere deberet: cum vero apud Athenienses reus damnaretur de publico quodam crimine, non capitali, judicibus aliquando licuit, vice *pœnæ* (ut vocant) corporalis, multam illi irrogare. Hoc Cicero vocat ‘ quasi æstimationem.’ *Pearc.*

Cap. lv. § 236 *Præco actionum*] Qui denuntiat imperitis juris, quando agi lege, necne possit; quo genere actionis suum quisque jus persequatur; qui sic interest actionibus et litibus, ut præco auctionibus ac venditionibus. *Streb.*

Cap. lvi. § 237 *Quibus rebus coëmptio fiat*] Coëmptio fuit formula quædam matrimonii contrahendi, qua mulier, teste Varrone, assem unum, tanquam emendi causa, marito dare solebat; verbisque quibusdam solennibus uti, quibus coëmptionem fecerit. *Pearc.*

Cap. lvii. § 241 *Juris in controversiis*] Lambinus legit *juris incontroversi*, eumque omnes deinde editiones secutæ sunt; sed libens eam lectionem revoco, quæ in omnibus Mss. et vet. cod. invenitur. Sensus est: Oratori licet impune et sine damno in controversiis, id est, causis, ignorare omnem hanc partem juris, scilicet de qua dubium esse non possit, et in qua judicia nulla sunt. *Idem.*

§ 245 *In magistri carmine*] *Carmen magistri* interpretor, tabellam, quam magister proponebat, et qua perscribebat se alicujus bona venditurum. Ejus enim olim, qui multis debebat, latitabatque, neque defendebatur, creditores prætorem adibant, apud quem querebantur, bonorumque possessionem petebant: quam et prætor dabat, atque in diem certam ea possidebant. Quæ cum venerat, prætorem rursus adibant, petebantque sibi ut liceret unum e suo numero deligere, qui bonorum venditioni præesset, qui ‘ magister’ dicebatur: is in compitis celebribus, et frequentibus urbis locis tabulam proponebat, se debitoris bona venditurum, his verbis: ‘ Titius debitor noster incidit in causam venditionis bonorum: nos creditores ejus bona vendemus: qui volet emptor accedat.’ Hanc, ut opinor, proscriptionem Cicero hic appellat *magistri carmen.* Turneb. Advers. xxiii. 34.

Cap. lviii. § 246 *Artem primum*] Lamb. *artem facillimam non ediscant; quam sit facilis, primum illi viderint.* Oliv.

§ 250 *Præscriptionibus*] Vulgo *præscriptionibus*, qua voce significantur senatusconsulta, in quibus senatorum nomina præscribebantur: sed vox istius significationis huic loco minime convenit: veram lectionem *perscriptionibus* protulit Lambinus, secutus auctoritatem duorum Mss. quibus consentiunt Mss. Bod. Nov. Wag. Norf. Cant. Mead. et editio Veneta. Nomen *perscriptionis*, inquit Lambinus, locum habet in nominibus, tabulis, et rationibus. Lib. iv. Ep. ad Att. ep. ultima: ‘ Hæc pactio, non verbis, sed nominibus, et perscriptionibus, multorum tabulis cum esse facta diceretur, a Memmio prolata est.’ Or. pro Roscio Comœdo: ‘ Nam quemadmodum turpe est scribere, quod non debeatur; sic improbum est non referre, quod debeas: æque enim tabulæ condemnantur ejus, qui non retulit; et ejus, qui falsum perscripsit.’ Vides, lector, ‘ perscribere’ idem significare, ac in tabulis accepti et expensi scriptione res notare; earum vero notationes, *perscriptiones* dicebantur. *Pearc.*

Cap. lix. § 251 *Aut Munionem*] Petrus Victorius, cujus ego diligentiæ et doctrinæ plurimum meritissimo defero, refert, etsi aliena fide, quibusdam in libris reperiri, *muny*

chionem : ego in veteri reperi, *muniorem :* quæ utraque scriptura, etsi depravata est, tamen ad conjecturam movendam fortasse non inutilis est. Ego igitur ex iis vestigiis legendum censeo, *minurationem.* Existimo enim Ciceronem verba Græca convertere voluisse, *παιανίζειν* et *μινυρίζειν,* ut *pæan* sit cantio (nam pro pede hic non censeam accipi) quæ clara, exultanti, contentaque voce citatur, id est, canitur : ' minuritio,' cantio quæ tenui, leniore, remissioreque. Proinde ' minuritiones ' interpretatur Pompeius, ' minorum avium cantus.' Apud Aristophanem *μινυρίζειν canere* est ; *Λύχνους ἔχοντες, μινυρίζοντες μέλη,* et apud Plutarchum, *ποιηταῖς δὲ καὶ λυρικοῖς μινυρίζουσιν εἴπερ ἄρα, χρῆσθαι παίζοντας. Turneb.* in Jocos Cic. Videas ejus Advers. I. 12. Putant nonnulli hic legendum, *pæanem,* aut *nomium.* ' Nomium ' autem genus cantionis seu carminis fuisse docet Athenæus, lib. XIV. *Gruter.* Lego *nomionem.* Oliv.

§ 253 *Imperitissimi*] Vict. Man. Grut. *peritissimi.* Oliv.

DE ORATORE.

LIBER II.

CAP. I. § 4 *Probabiliorem hoc populo*] Ut se habet vulgata lectio, vox *hoc* eodem sensu, quo *eo* ponitur adverbialiter ; sed utræque semper comparativis præponuntur, ut sæpe apud Ciceronem habes 'hoc facilius,' ' hoc magis,' ' hoc inferiores,' &c. Adde etiam, quod *hoc* semper habet vel præcedentem, vel sequentem particulam ' quod,' vel ' quia,' sed in hoc loco vox *hoc* postponitur comparativo, et non aliam habet particulam, quam *si,* insequentem. Facili igitur mutatione locum sic licet restituere, *Antonius autem probabiliorem huic populo orationem fore censebat suam, si, &c. Huic populo,* id est, populo Romano. Nota hæc est, et vulgata Ciceronis locutio. Sic I. 51. ' qui in hoc populo foroque versamur.' Omnem autem dubitationem, opinor, eximet II. 36. ubi suæ dissimulationis rationem reddens Antonius dicit, ' Semper ego existimavi jucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore,' &c. *Pearc.*

CAP. II. § 5 *Bene dicere autem . . . cujus terminis septa teneatur*] Lambinus legit *septum ;* quod verissimum puto. *Dicere* enim est modus infinitivus substantive acceptus, et neutrius generis. Immo *quod* neutrius est generis ; vox igitur *septa* feminini ferri non potest. *Pearc.* Si vera lectio est *septa,* ' ars ' intelligitur, ex illis antecedentibus, 'Etenim cæteræ fere artes.' *Anonymus.*

CAP. VI. § 22 *Umbilicos*] Id est, lapillos umbilicorum instar habentes. Quod noster hic vocat ' conchas et umbilicos,' Val. Max. I. 8. vocat ' conchulas et calculos.' *Pearc.*

§ 25 *Quam ipse*] Lamb. *quam ipse de se intelligi vellet ; quo.* Oliv.

Lælium Decimum volo] Nescio, consultone, an errore, in vulgatis editionibus comma post *Lælium* ponatur. Tam manifestum vero vitium non passus sum diutius Ciceroni adhærescere. Quippe Cicero singulos singulis opponit, Decimum Persio, additque relativum *quem,* non *quos.*

Omnes veteres editiones omittunt istud comma: in quo delendo nihil dubii est. Restat tamen alius nodus: nusquam enim *Decimus* cognomen est. Sed præclare ad hanc rem facit, quod Cl. Spanhemius in suo tractatu de Re Nummaria observavit, nempe sæpissime prænomen postponi nomini gentis: sic in Dionysio Halicarn. habes Πίσων Λεύκιος, et Γέλλιος, Γναῖος, Antiq. Roman. lib. II. Apud Dionem quoque, ipsumque Ciceronem vir idem doctissimus observavit parilem ordinis mutationem. Porro Onuphr. Panvinius in libro de Nom. Roman. dicit se legisse *Manlium Cnæum.* Ergo *Lælius Decimus* idem valet, ac *Decimus Lælius.* Pearc.

Cap. VIII. § 32 *Ad excipiendas eorum voluntates*] Fortasse, *ad excitandas.* Muret. Lambini Mss. habuit *captandas;* sed cave, quid mutes; illa enim vox idem valet ac hæc; ut in Horat. I. Epist. 1. 78. 'Pomis viduas venantur avaras, Excipiuntque senes, quos in vivaria mutant.' *Pearc.*

Cap. X. § 39 *Ut ait ille in Trinummo*] Ut ait servus in comœdia Plauti, quæ Trinummus inscribitur, III. 2. 78. *Oliv.*

§ 40 *Cæcilius*] De illo plura Vossius. *Pearc.*

Cap. XII. § 51 *Ut noster Cato, ut Pictor, ut Piso*] De quibus in Bruto. *Oliv.*

§ 54 *Antipater*] In Bruto, cap. 26. *Oliv.*

Cap. XIII. § 54 *Varietate locorum*] Id est, regionum: et ita Cicero in cap. sequenti, cum de Historiæ legibus sermo est, dicit, 'Rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem.' *Pearc.*

§ 57 *Quasi ex clarissima rhetoris officina*] Ms. Harl. 1. hunc ordinem verborum servat, *ex clarissima quasi rhetoris officina.* Bene: cum enim vox *quasi* ad vim solius vocis *officina* levandam usurpetur, longe ab ea abesse non debet. Sic Cicero de Leg. I. 13. 'Philosophi quasi officinas instruxerunt sapientiæ:' et in Bruto c. 8. 'Domus Isocratis, quasi ludus quidam atque officina dicendi,' &c. *Idem.*

Cap. XIV. § 60 *Quid ergo*] Lamb. *Quid ergo? Est, fateor, aliquid tamen.* Oliv.

Cap. XV. § 62 *Sita sunt enim ante oculos*] Nescio an rectius legi debeat *ista sunt.* Nam quo referes illud *sita?* Conjecturam confirmat, quod mox dicit: 'Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus.' *Muret.*

Veri] Vict. Man. Grut. *vere.* Oliv.

§ 66 *Quæ temporibus et personis notæ sunt*] Inusitatam hanc esse locutionem arbitratus est Lambinus, et legit *notatæ;* quod vehementer probo. Sic enim olim edidit Manutius, et sic Cicero de Or. I. 31. distinguit infinitam quæstionem a finita, quia illa *non* designatur *temporibus ac personis.* Sic in Part. Orat. 'Alterum infinitum, nullis neque personis, neque temporibus notatum.' Et alibi: 'Ita disceptationes eæ, quæ in iis controversiis oriuntur, quæ sunt certis personis et temporibus notatæ,' &c. *Pearc.*

Cap. XVII. § 71 *Quid, etiamsi non didicisset*] Lambinum secutus sum, elegantioremque censeo orationem fore, si sic eam interpungas, *Quid etiam, si non didicisset, ex eo, quod didicisset, assumeret.* Vulgo *Quid, etiamsi, &c.* Idem.

§ 73 *Plena veritatis*] Id est, plena iis affectibus, quos non præ se fert, sed revera habet orator. Quintil. Inst. Or. VI. 2. histrionum affectus 'falsos' vocat, oratorum 'veros;' additque, 'nec agamus (sc. nos oratores) rem quasi alienam, sed assumamus illum dolorem.' Vide etiam quæ de eadem re loquitur noster in hujus libri c. 45. 46. 47. *Idem.*

Quemadmodum in clypeo idem ille artifex] Metuo, ut sit hic locus integer. Per voces *idem ille artifex* significatur Phidias: num igitur hoc dicit Antonius, neminem sculptorem la-

boraturum esse, quemadmodum Phidias discat facere illa opera minora? Nihil minus: sed quemadmodum ipse discat. Emendandum igitur locum hoc modo censeo: *Non sane, quemadmodum in clypeo, ut idem ille artifex, minora illa opera facere discat, laborabit.* Indoctis librariis voces *ut* et *quemadmodum* idem significare forsitan videbantur. Nunc vero posterior sententia priori bene respondet. Sensus autem est: Si quis possit efficere signum Minervæ, ut effecit Phidias, facile discet minora illa opera, quæ in clypeo erant, facere, ut idem Pnidias facile didicit. *Idem.*

Cap. xx. § 85 *Tinctus litteris*] Contra Budæum istæc explicat P. Victorius, Var. Lect. x. 17. *Grut.*

Cum omnia summe fecerit, &c.] Ut se habet vulgata lectio *summa*, ni fallor, Cicero aliud dicit, ac dicere vult. *Omnia summa facere*, est, esse perfectum in iis rebus, quas quis aggreditur. Sed patet ex verbis sequentibus, *tamen ad mediocres, &c.* non hoc Ciceronem velle. Legi igitur cum Mss. Cant. Wag. Harl. et Joan. *cum omnia summe fecerit*, id est, cum omnia tentaverit obnixe, et manibus, ut aiunt, pedibusque. Fieri vero potest, ut, aliquis totis viribus conetur, nihil tamen proficiat. Passim apud Ciceronem occurrunt, 'summe sollicitare,' 'summe contendere,' &c. *Pearc.*

Cap. xxii. § 94 *Meri*] Man. *innumeri.* Oliv.

Cap. xxiii. *Similes sunt et inter sese magistri*] Gruterus obnixe nimis contendit pro vulgata lectione, *et inter sese magistri*; sed, quid velit *inter sese magistri,* nescio. Auctoritate igitur Mss. Cant. Norf. Bod. Bal. Nov. Wag. necnon omnium veterum editionum sic locum refinxi, *voluntate autem similes sunt et inter sese, et magistri.* Hoc sensu: Omnes illi discipuli Isocratis idem scribendi genus secuti sunt: omnesque Isocratis, magistri sui, in scribendo similes sunt. Sequitur ergo quod hoc exemplo probare voluit Antonius, eos omnes aliquem, nempe Isocratem, sibi imitandum proposuisse. *Pearc.*

§ 97 *Ne tabulas quidem conficere*] Veteres Romani tabulas rei familiaris suæ conficere solebant: qui eas non conficerent, suarum rerum negligentiores putabantur. De tabulis domesticis Romanorum vide Testim. Asconii in Lex. Hoffmanni tom. iv. *Pearc.*

Cap. xxiv. § 100 *Pacta, conventa*] Lambinus et in hoc loco, et nonnullis aliis similibus comma delevit, et sic legit, *pacta conventa.* Strebæus etiam dicit doctissimos quosdam viros sic olim legisse. Nec aliter Ulpianus in libro juris gentium: 'Solemus enim dicere *pacta conventa* inesse bonæ fidei judiciis.' Imo hodie inter Polonos *pacta conventa,* nonnihil mutato tamen sensu, usitate dicuntur. *Idem.*

§ 101 *Inertiæ*] Locus hic Lambinum et alios exercuit, cum non viderent, quomodo inertiæ vituperatio posset dici major, quam tarditatis. *Inertia* nihil aliud designat, quam artis ignorantiam, quæ in oratore sane est vitium maximum. *Verb.*

Cap. xxix. § 125 *Quid de Q. Regis commiseratione dicam*] Antonius in causa Quinti Regis in commiserationem movit judices: de qua nihil alibi, quod meminerim, legi. Nomen est hic proprium Rex, nec officium comprehendit. Q. Martius Rex consul fuit cum M. Catone Nepote. Auctor est Gell. xiii. 18. et Plinius ii. 31. *Streb.*

Cap. xxxii. § 140 *A M' Curio causam didicisse L. Crassum, et ea re multa attulisse, &c.*] Verba *ea re* significant, ob eam causam, ob eam rem. Sic Cicero in Tuscul. Disp. iv. 38. 'Ea reque suscipi, quod ita rectum esse videatur.' Sic etiam in ep.

Bruti ad Atticum: 'An hoc ipsum ea re facit, quod illi propter amplitudinem omnia jam, ultroque deferenda putat?' Sed verba istius significationis huic loco non conveniunt; nulla enim ratio, aut causa significatur, cur Crassus multa attulit. Ms. Bod. legit, *et ex re multa, &c.* unde suspicor legendum, *et ex reo multa attulisse.* Sic in initio hujus capitis: 'ea, si ex reis numeres, innumerabilia sunt.' Sic in cap. præcedente: 'Nulla denique est causa, in qua id, quod in judicium venit, ex reorum personis, ac non generum ipsorum disputatione quæratur.' Nempe Antonius voluit dicere, Crassum non ex ipsa persona Curii, neque ex reo argumenta deprompsisse; sed omnia ab homine ad naturam universam quæstionis retulisse. *Pearc.*

CAP. XXXIII. § 142 *Debilitati a jure cognoscendo*] Vox 'debilitatus,' cum sine ablativo casu ponitur, significat nihil aliud, quam 'fractus,' 'imminutus:' sed huic loco parum convenit ista significatio. Antonius paulo supra dixerat: 'nos jurisconsulti impediunt, a discendoque deterrent:' idemque dicere etiam in hoc loco voluit, loquendi tamen formula variata. Legendum igitur censeo, *debilitati metu a jure cognoscendo, &c.* Sic I. 26. 'simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit.' Imo Mss. Cant. et Wag. exhibent reliquias hujus lectionis, leguntque, *debilitati a me a jure cognoscendo.* Idem.

§ 143 *Soliumque*] Id est, sella, vel lectulus domi positus: de quo noster l. III. c. 33. 'In solio sedentes,' &c. *Idem.*

CAP. XXXIV. § 146 *Intra quas venire debeas*] Manutius et Gruterus, *intra quas venere*, ut sit translatio a venatione ducta. *Idem.*

§ 147 *Ubi eum locum omnem, &c.*] Familiaris meus Johannes Walker pro *eum* reponit *enim*, et conjectura placet: in vulgata enim lectione nihil est, quod hanc sententiam priori connectat, etsi manifeste hic ratio redditur eorum, quæ jam præcesserant. *Idem.*

CAP. XXXVII. *Carneadem, et Critolaum, et Diogenem*] Legati Romam Athenis missi sunt, uti multam remitti civitati peterent quingentorum talentum, quam fecerat propter Oropi vastationem, Sicyoniis damnantibus, quibus illius causæ judicium a senatu permissum fuerat. Legationis illius tempus mira auctorum dissensione traditur. Gell. XVII. cap. ult. sub bellum Punicum alterum illos advenisse refert; ac posteriorem eorum adventu facit Ennium, quod ego falsum arbitror: si quidem obiit Ennius anno U. C. 585. At Cicero (in Lucullo cap. 45.) legationem illam assignat P. Scipioni et M. Marcello Coss. qui est annus 599. Verum Pausanias in Achaicis sub annum Urbis 603. illos advenisse significat. *Petav.* Rat. Temp. IV. 12. Eodem anno Urbis 603. id evenisse putat Casaubonus in Synopsi ad Polyb. *Oliv.*

CAP. XXXIX. § 162 *Erumpat*] Man. *erumpat: ut illi ... commonstrem .... illustrem ... definiam.* Idem.

CAP. XL. § 168 *Si omnes, qui reipublicæ consulunt*] Sensus est: Si illi, qui remp. adjuvant consiliis, cari esse debent; multo magis imperatores illi, qui non solum consiliis, sed et aliis rebus, scilicet fortitudine et periculis subeundis, ejus salutem et dignitatem tuentur. *Pearc.*

CAP. XLIII. § 182 *Vultus pudoris significatio*] Ita legendum puto, deleto commate post vocem *vultus:* ut tam *vultus,* quam *pudoris,* sit genitivi casus, et regatur a voce *significatio.* Hæc loquendi formula sæpius ad Ciceronem occurrit: exemplo sit istud in initio Orat. in Pisonem: 'Jamne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ?' *Pearc.*

Cap. xliv. § 185 *Aut metuant, aut spernant*] Mss. Bod. Mag. Norf. Pal. quart. quint. et octav. itemque Lambinus, Asc. et editiones Ven. et Mediol. aliæque exhibent *sperent*. Recte sane, lector: vides enim contrarias animi permotiones sibi invicem opponi, amorem odio, invidiam favori; contraria vero permotio metui est spes. Nec aliter Cicero eas opponit cap. 42. hujus libri: 'aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore.' *Idem*.

Cap. li. § 208 *Sin, quod aut in bonos viros, &c.*] Vitiosa certe est sententia, quam Lambinus sic corrigit, *Sin, quod aut bonis viris, aut iis quos quisque minime lædere debuerit, aut reipublicæ, &c.* Sed alia, opinor, aggrediendum est via: istud *factum*, quod in priore parte sententiæ, plane otiosum est, ex illo loco suspicor huc afferri debere. Lego igitur, *Nam si quod ipsis, qui audiunt, perniciosum aut inutile sit, id augeas, odium creatur: sin, quod aut in bonos viros factum, aut in eos, &c.* Certe si vox *factum* in posteriori sententiæ parte in textum recipi non debet, subintelligi debet; ut *factum in bonos viros* idem sit ac contra bonos viros. Sic noster de Amic. c. 12. 'Quid in P. Scipionem effecerint, sine lacrymis non queo dicere.' Sic et Terent. Heaut. i. 1. 'Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero:' et ibidem sc. 2. 'Vereor, ne quid in illum iratus plus satis faxit pater.' *Idem*.

Cap. liii. § 216 *Contrariis commotionibus inferenda sunt*] Verbum 'inferre' semper apud Ciceronem opponitur illi verbo, quod magis huic loco convenit, 'diluere,' sive 'propulsare.' Invito igitur, ut opinor, sensu hæc lectio retinetur. Vult enim Cicero significare affectus omnes contrariis affectibus tollendos, amovendos, frangendos, imminuendos esse. Placet igitur conjectura Johannis Walker, qui censet Ciceronem sic scripsisse, *contrariis commotionibus infirmanda sunt*. Nempe verbum *tollatur* satis nos docet, quid velit Cicero. Sic etiam in Oratore: 'Cumque animos in prima aggressione occupaverit, infirmabit, excludetque contraria.' Sed et has duas voces sæpe Cicero conjungit. Nat. Deor. lib. ii. 'Quæ vos, Academici, infirmatis et tollitis.' Acad. Quæst. lib. iv. 'Hoc cum infirmat tollitque Philo.' Livius lib. xxxiv. in Catonis oratione: 'Ut unam tollendo legem, cæteras infirmetis.' Sed digna interim notatu est lectio, quam servant Mss. Joan. Nov. Mead. Harl. duo et Bal. *contrariis commotionibus efferenda sunt*. Si vox *efferenda* significat 'vincenda,' 'superanda,' &c. omnino retineri debet. Videtur autem hoc significare in Tusc. Disp. iv. 29. 'Quod non natura humana patiendo efferat.' Calepinus in Lex. dicit 'efferre' significare, 'vincere,' 'superare,' 'quasi extra ferre:' et ad eam significationem istius vocis probandam hunc locum sic citat: *contrariis commotionibus efferenda sunt*. Unde constat in veteribus libris, quibus usus est Calepinus, *efferenda* extitisse. Carolus etiam Steph. invenit *efferenda* in suis veteribus libris. *Idem*.

Cap. liv. § 220 *A Philippo interrogatus quid latraret*] Depeculatorem Philippum fuisse Catullus notavit, et ærarii furem: solent autem canes noctu fures allatrare. Sic Cato privatorum furtorum fures dixit 'in nervo' ætatem agere; fures publicos, id est depeculatores, 'in auro atque purpura.' Cato etiam Uticensis apud Sallustium fures ærarii appellat. Aut certe furem et spoliatorem provincialium: non enim hic censeam alia Philippo furta objici. *Turneb.*

§ 222 *Quam bona dicta teneat*] Versus est trochaicus integer, et hemistichium. Itaque legi debet *a sapien-*

ti, ut versus constet. Citatur hæc Enniana sententia a Symmacho in epistolis: quanquam Socratica potius est; nam Socratis verbum istud refertur: *Σωκράτης ἔλεγεν, ὅτι ῥᾷον ἄν τις διάπυρον ἄνθρακα ἐπὶ τῆς γλώττης κατάσχοι, ἢ λόγον ἀπόῤῥητον· Socrates dicebat, facilius homines ardentem carbonem in lingua retenturos, quam quod arcano commissum sit.* Os autem si ardeat, id est, in ore si sit flamma, qui nolit uri et lædi, os non occludat, sed quam maxime hiante flammam expuat. Ennius autem bona dicta, bonas sententias intellexerat, quas sapiens tenere se non potest, quin loquatur. At homines faceti idem de dicacibus usurpare solebant, et aliter versum interpretari. Ab eadem mente Ennius docta dicta appellavit: 'Haud doctis dictis certantes, sed maledictis.' Et Catull. xi. 15. 'Pauca nuntiate meæ puellæ non bona dicta,' cum scripsit, maledicta significavit. Sunt etiam alia significatione dicta, dicacitates, et verba salsa. Plaut. Captiv. iii. 1. 23. 'Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus, Qui (Gronov. 'Quibus') solebam menstruales epulas ante adipiscier.' In quem sensum versum Ennianum faceti homines, ut dixi, accipiebant. *Idem.*

Cap. lv. *Lusit*] Galli sic dicerent, *tourna en plaisanterie.* Oliv.

§ 223 *Minime mirum, inquit, modo enim existi de balneis*] Ni fallor, non modo non jocus, sed ne sensus in hac lectione inveniri potest. Brutus dixerat, *se sine causa sudare:* respondit autem Crassus, non esse mirum illum sine causa sudare; modo enim exierat e balneis. Voces *minime mirum* non solum ad *sudare*, sed etiam ad *sine causa* referri debent, si vulgatæ lectioni hæreamus. Solebant ii, qui e balneis exierant, sudare, et aqua diffluere. Vides igitur, lector, in hac vulgata lectione Crassum negare, Brutum habere causam sudandi, et tamen causam, cur sudet Brutus, afferre. Quis ferre possit hæc tam secum pugnantia? Mss. Joan. et Harl. 1. omittunt voces *mirum* et *inquit:* unde statim sic locum emendavi: *Atque illa brevia; cum ille diceret, se sine causa sudare; Minime, inquit; modo enim existi de balneis.* Clara nunc exhibetur sententia. Brutus dixerat, se sine causa sudare, id est, in impugnanda Planci contra Crassum causa nimis vehementer agere, cum sine sudore accusari Plancus et vinci Crassus potuerit. Minime, inquit Crassus, non sudas sine causa: modo enim existi, &c. Jocus est in ancipiti significatione verbi *existi*, quod significat, et vendere balnea, et e balneis lotum egredi. Voces *minime*, et *mirum*, adeo simili litterarum ductu scribuntur, ut festinantes librarii facile possint errare. *Pearc.*

Cum Brutus duos lectores excitasset] Hujus rei pro Cluentio Cicero meminit, c. 51. De colonia Narbonensi, in Bruto, c. 43. *Oliv.*

§ 224 *Puberem*] Patri cum filio pubere in balneis lavari non licebat, nec socero cum genero. Cicero de Off. i. 35. 'Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur.' *Turneb.*

§ 225 *Junia*] Popilia omnium prima Romæ in funere laudationem meruit, cum ante honoratis tantum viris ea tribueretur. Ac Ciceroni displicet, de Leg. ii. 24. laudatio mulierum, cum legem tantum de viris hanc sanciat: 'Honoratorum,' inquit, 'virorum laudes in concione memorantur.' Quanquam Plutarchus jam inde usque a Camilli ætate honestis matronis eam fuisse dicit tributam, ob collatum ornamentorum suorum aurum in Apollinis crateram; cum Livius tamen scribat, tantum eis concessum, ut sacrorum et ludorum causa pilentis carpentisque uterentur. Paulo post Popiliam, idem honos est tributus Juniæ, quæ ex Brutorum

erat familia. Ducebantur autem in forum funera laudationis causa: quod quomodo fieret, ex Polybio subjicere placet; Ὅταν γὰρ μεταλλάξῃ τὶς παρ' αὐτοῖς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, κ. τ. λ. Id est: Cum apud eos illustris vir aliquis ex hac migravit vita, in funere cum reliquo ornatu in forum fertur, ad rostra quæ vocantur, interdum stans ante omnium oculos, raro recubans. Circumfusa autem populi corona, in rostra ascendit filius, si quem puberem reliquerit, qui forte adsit; sin minus, propinquus aliquis; et de mortui virtutibus dicit, rebusque quas is prospere gesserit. Eo deinde sepulto, justisque factis, mortui imaginem in illustrissimo domus loco ponunt, in cellula lignea conditam. Imago autem persona est ad similitudinem egregie expressa, et forma, et lineamentis. Has imagines et in publicis feriis aperiunt, ornantque magnifice: et cum exfamilia clarus aliquis moritur, in funus producunt. *Id.*

§ 226 *Solium tibi paternum*] In excipiendis rutis et cæsis, quæ in mancipatione prædiorum excipi solent, non retinuisse sellam patris, in qua ille jus respondere solebat. Hic enim *recipere* est excipere. Cicero de Leg. I. 3. 'Præsertim cum non recusarem, quominus more patrio sedens, id solio consulentibus responderem.' Ita qui solium vendiderit, jus non respondebit. *Idem.*

Cap. LVI. § 227 *Contra collegam*] Domitium. In Bruto, cap. 44. *Oliv.*

Cap. LVII. § 233 *Collectam*] Græci συμβολὴν appellant, id quod confertur in cœnam a convivis; quo verbo Plautus utitur, cum scribit jocans, 'Paratæ sunt scapulis meis symbolæ.' Sic collativum prandium dicunt Latini, quod Græci ἔρανον: et collativum ventrem eleganti translatione dixit Plautus. Vocant etiam Græci ἔρανον et συμβολὴν, pecuniam quæ exigitur a convivis. Proinde in Terentio, Andr. I. 1. 61. 'Quid Pamphilus? cœnavit, symbolam dedit,' legendum censeo, non ut vulgo, *symbolum.* Collectrix etiam apud Plautum est, quæ religionis causa stipem colligit: 'Præcantrici, collectrici, ariolæ, atque haruspicæ.' *Turneb.*

Fœnum] Significavit alios videri Crasso comparatos pecudes esse, proinde fœno pascendos: Crassum autem, divinum plane hominem, ut ambrosia pascendus sit, qui cibus est Deorum. *Idem.*

Cap. LVIII. § 234 *Gustaris*] Gustus cum alia significat, tum interdum id quod venditores gustandi et explorandi causa dant emptoribus vini, quod γεῦμα dicitur a Græcis: ut cum quid ostenditur, specimen a Latinis, a Græcis δεῖγμα vocatur: a quo per translationem dixit Seneca, 'Dedit enim nobis gustum, ad quem respondebit.' A qua etiam translatione illud Ciceronis profectum est, 'Et degustabit genus exercitationum mearum.' Significat enim Paradoxa gustum Bruto fore earum exercitationum quibus uti solet. Est et gustus interdum primus prandii missus. Martial. XI. 32. 4. 'Gustu protinus has edes in ipso, Has prima feret, alterave cœna.' Sed et gustare multo minus est, quam vel jentare, vel prandere: quo sane hic modo intelligendum est. *Idem.*

Cap. LIX. § 240 *Lacerat lacertum*] Hunc versum Crassus orator usque adeo vulgo jactatum ait, ut Tarracinæ passim in omnibus parietibus inscriptus viseretur. Fabula, unde natum est adagium, sic habet. Memmius quidam Romanus cum ageret Tarracinæ, mulierculam quandam deperibat, sed non citra rivalem. Cum hoc igitur cum aliquando rixa incidisset, eo iracundiæ provectus est Memmius, ut Largii (nam id rivali nomen) brachium mordicus arriperet. Ea res posteaquam in popula-

rem abiit jocum, faceti quidam et φιλόγελοι senarium hunc in omnibus ejus parietibus quinque litteris notarunt, depictis tribus LLL, et duobus MM. videlicet ut advenis percontandi ministrarent occasionem. Itaque cum M. Crassus Tarracinam aliquando venisset, admiratus novum litterarum ænigma, senem quemdam oppidanum percontatus est, quidnam sibi vellent ejusmodi litteræ. Atque is, exposita fabula, versiculum explicuit: 'Lacerat lacertum Largi mordax Memmius.' Tametsi Cæsar, qui hæc loquitur apud Ciceronem, existimat narrationem hanc totam in Memmium adversarium dedita opera confictam fuisse. *Erasmus*, Adag. Chil. I. Cent. IX.

§ 242 *Tibi ego, Antipho*] Videntur hæc verba fuisse senis cujusdam arbores serentis, filioque suo dicentis, se non tam diu victurum esse, ut eas arbores maturitatem suam assecutas videat: juvenem illum, et vigentem olim ex illis fructus percepturum. Tum quod addit, *Senium est, cum audio*, hoc vult: Ita perfecta est ista Rosciana senis tussientis, et fracta voce ac tremula utentis imitatio, ut non histrionem imitantem senem, sed senectutem ipsam videar audire. *Pearc.*

Mimorum] Sic eos appellat, qui mores et affectus personarum exprimunt: nec 'mimos' tantum dixit, ut hoc libro postea, et in Antonium fecit, et alii scriptores vocant, sed 'ethologos' addidit, ne ambigue loqueretur, ac fabula significari videretur, quam mimum Græci, Latini planipedem vocant, quales erant mimi Publii et Laberii. Quanquam Cicero pro Cælio mimum hujusmodi, fabulam, id est, comœdiam appellare non vult: 'Mimi ergo,' inquit, 'est jam exitus, non fabulæ.' Pantomimorum hic non meminit. Exorti enim postea sunt imperante Augusto: erantque saltatores, qui gestu historias et fabulas ita exprimebant, ut sub oculos subjicerent; ad quam saltationem respexit Horatius, cum scripsit, 'Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat.' Et Juvenal. Sat. VI. 63. 'Chironomon Ledam molli saltante Batyllo.' *Turneb.*

Si nimia est imitatio, sicut obscœnitas] Videtur oratio hiulca. Quæ tamen verba desiderentur, non facile dixerim. Vellem ita legi, *Si nimia est imitatio. Si erit obscœnitas, orator, &c.* Muretus.

CAP. LX. § 243 *Brevi*] Lamb. *breviter*. Oliv.

§ 244 *Granium*] Præconem, cujus multa dicta versibus erat complexus Lucilius: 'Conjicere in versus dictum præconis volebam Grani,' apud Gell. IV. 17. Vide Orat. pro Planco, cap. 14. *Turneb.*

§ 246 *Uni enim locum esse video*] Jocus est sumptus ex communi illorum temporum consuetudine loquendi, qua aliquot convivis vocatis, ei quem præterea invitatum vellent, locum superesse dicebant. Plautus in Sticho, 'Ædepol tibi etiam, opinor, uni locum conspicor, ubi accubes.' Id scurriliter ad vitium oculi convertit Appius. *Idem.*

§ 247 *Puer, abige muscas*] Propinqui et amici, qui gratiosi erant aut clari, deducere solebant candidatos, qui prensatum ibant, ut petitio et gratiam et auctoritatem majorem haberet. Igitur cum A. Sempronius Longus cum fratre Vargulam esset complexus, Vargula scurriliter lusit, jubens abigi muscas. *Idem.*

CAP. LXI. § 248 *Neronianum*] Illius, ut reor, Neronis, qui res adversus Annibalem gessit; estque exemplum hoc, ut pleraque hujus loci prisca, sumptum ex libro Apophthegmatum Catonis. Dictum autem hoc et de furace accipi potest, ut a Nerone usurpatum fuerat, qui omnia resignet

et recludat: et de servo frugi, cujus fidei omnia herus committat, cui nihil annulo obsignet, cui nihil claudat sera. In quodam libro scripto legitur *Nævianum*, ut a Nævio poëta sumptum, quod fortasse verius. *Id.*

§ 249 *Sp. Carvilio*] Puto hunc esse qui primus apud Romanos uxorem dimisit. Vir fuit illustris, qui ex equestri loco natus ad summam pervenit dignitatem, ut Paterculus scribit. Consul autem fuit cum Fabio Maximo. Auctor Cicero de Senectute. *Idem.*

Calvino] C. Sextius Calvinus, ut ait Cicero in Bruto, ingenio et sermone eleganti, sed valetudine incommoda fuit, etsi cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis. Is igitur ex podagra plerumque claudicabat. *Idem.*

Num claudicat? at hic claudicat] Sunt qui scribant hoc modo, *at hic clodicat.* Et sic interpretantur: Calvinus etsi claudicat pede, non tamen tam claudicat, quam clodicat, id est Clodio favet. Istorum sententiæ non habeo fidem, quia Cicero confert exempla duo, quæ non sic sunt ex immutatione litteræ, ut ea quæ sequuntur. Præterea immutant codices sine ratione. Ad hæc, quando fingitur Cæsar hæc tractavisse, cumque vixit Glaucia homo impurus, ut ait Cicero in Orat. pro Rabirio Posthumo, nullus erat Clodius, cui deforme esset favere. Nondum ceperat rempublicam P. Clodius, quem Milo interemit. Ego igitur sic interpretor: Glaucia impurus homo cum videret Calvinum pede claudicantem, recordatus est antiqui proverbii, quo veteres utebantur in hominem errantem, vel dubiæ fidei. Quærebant enim, *Num claudicat?* hoc est constatne sibi, an potius errat, aut variat? Ex translatione verbi et ambiguitate objecit homini mentis errorem, vel dubiam fidem. *Streb.*

Nævio] Dictum est Africani, ut opinor, superioris in Nævium, a quo fuerat accusatus, quod præda bello Antiochi capta ærarium fraudasset: alii tamen a Petilio accusatum fuisse scribunt. Locus annominationem habet. Nominatur a Livio oratio P. Africani in M. Nævium, in qua, ut opinor, hoc dixerat. *Turneb.*

Video me a te circumveniri] Ita vulgo. Cæsar dicit hæc duo Scipionis et Philippi dicta *verbi ad litteram immutati similitudine contineri.* In joco Scipionis verba *Nævius* et *ignavius* idem prope sonant, eædemque fere sunt verborum litteræ. In hoc vero Philippi, cui verbo simile est verbum *circumveniri?* Prorsus nescio: jocus igitur non erit, nisi cum vulgatis nonnullis editionibus, et cum Lamb. et Steph. legamus, *Video me a te non conveniri, sed circumveniri.* Memento, lector, hoc in male olentem quendam dictum esse. Sensus autem est: Cum gravis est tibi halitus, quoties mihi occurris, non videris mihi convenire, sed insidias mihi parare, et mali aliquid mihi inferre velle. *Pearc.*

§ 250 *Caput magnum*] Ambiguum est, nam significatur et magnitudo partis, et amplitudo hominis. Publius autem iste Licinius Varus bello secundo Punico ædilis cum Veturio fuit, ut Livius scribit. Postea etiam præturam eodem bello adeptus est, in qua tulit ad populum, ut ludi Apollinares in statum diem in perpetuum voverentur. *Turneb.*

Calvus satis est] Hic *Calvum* esse nomen proprium non censeam, sed appellativum. Jocus ex eo est, vel quod veteres calvos fallaces censebant, vel quod calvi mimi, ut Nonius ait, omnibus erant frustratui: unde 'calvor,' quod est frustror, decipio. *Satis est* igitur *quod dicit parum*, est ambiguum. Id est enim quod parum loquitur, vel quod parum orator est. Nam 'dicere parum' pro 'oratorem non esse,' dicere solebant. Cicero in Bruto: 'Nam T. Aufidius,

qui vixit ad summam senectutem, volebat similis esse horum, eratque et bonus vir, et innocens, sed dicebat parum.' Qui de Licinio Calvo oratore et poëta intelligunt, peccant ignoratione temporis. Si quis tamen *Calvum* nomen proprium, quod verum non puto, censeat, eandem servare poterit ambiguitatem. Satis est quod parum loquatur, et parum sit eloquens, ne nos fallat verbis, homo præsertim ineptus et molestus. *Idem.*

§ 251 *Sannio*] 'Sanna,' inquit vetus Persii interpres, dicitur os distortum cum vultu: quod facimus cum alios irridemus: unde 'Sanniones' dicti sunt, quod non rectum vultum habent. Hic tamen doctissimus Budæus animadvertit, mimorum quoddam genus significari. Verum, ut reor, sanna et sannio ab homine stulto et inepto Sanna originem sumpsere, qui tam fatuus fuit, ut Cratinus Comicus sannam pro stulto usurpaverit, quemadmodum relatum est ab Eustathio: quo etiam auctore deduci potest utrumque a Sannis populis Asiæ, quos consuetudo Græcorum erat ejus ætate Tzanos vocare, qui moribus erant barbaris et incultis, ac proinde insulsis et inscitis. Affert et aliam originem a verbo σαίνειν. *Idem.*

CAP. LXII. *Primum genus hoc . . . non est nostrum, morosum, &c.*] Hæc sunt sannionum ridicula. Sustinent enim personas eorum, qui mores duros sequuntur et agrestes, qualis est Demea apud Terentium: qui nimia religione, et vano Deorum metu laborant, ejusmodi fere sunt mulierculæ: qui nihil non suspicantur, ut senes: qui gloriam avide captant, ut Thraso Terentianus: qui stulti sunt, ut Phædria. Hujuscemodi personas non sustinebit orator, sed agitabit. Sustinere, est agere et imitari; agitare vero, faceto aliquo dicto, aut lepida narratione perstringere. *Streb.*

§ 253 *Cum in campum non venisset*] In campo Martio juventus Romana cum aliis ludis, tum pila se exercebat, cujus studiosus erat Titius. Frangere autem brachium ambigue dixit Vespa Terentius, vel suum, vel signi sacri. Apparet istum Titium quadam religionis opinione imbutum fuisse, qua simulacra damnabat, aut certe non satis pium fuisse, qui signa sacra frangeret. Vespa proprium nomen non est meo judicio, sed appellativum, significatque vespillonem. Pompeius, 'Vespæ dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt,' non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Itaque, ut reor, hic dicitur *vespa* Terentius, ut in Miloniana 'popa' Licinius, id est sacrificulus. Si cui tamen Vespa proprium nomen esse videatur, non vehementer contra pugnabo. Tantum quid sentiam, testificor. *Turneb.*

Quid? Decius, Nuculam, &c.] Africani dicterium, quidam interpretari voluerunt, et ad obscœnitatem turpitudinemque retulerunt. Satius esse duxerunt, effutire nugas aniles, quam se nescire quod nescirent, confiteri: quasi vero turpe sit ignorare, quod non culpa tua, sed temporum injuria ignores. Si Lucilii Satyræ extarent, non esset difficile rem videre, quam Cicero tanquam notam attigit, non explicavit. Perierunt vel casu, vel majorum negligentia. Quid facias? unde sumas notionem? divinabisne, et incerta pro certis habebis? Tantine tibi est versiculus maxime ridiculus, ut propter illum impudentiam tuam atque temeritatem vendites? Non placet mihi temere augurari: et si placeret, non referrem ad obscœnitatem, quia nec obscœne loqueretur Africanus, nec obscœna inter faceta collocaret Cicero. *Streb.*

§ 254 *Non esse sextantis*] Jocus est ex ambiguo. Dicitur enim non esse sextantis, quod pluris est, id est,

quod est magni pretii; et non esse sextantis etiam dicitur, quod minoris est, id est, quod nullius prope pretii. Nam non putem diduci et distrahi verbum debere, ut sex tantis dicatur, quo fere modo interpretantur. Sic illusit hominem nihili Granius, cum eum laudare videretur. Pretium enim in hominibus dicebant orta consuetudine ab emptione servorum. *Turneb.*

CAP. LXIII. § 255 *Judicatum duci*] Id est, condemnatum. Plautus, 'Male cubandum est, judicatum me uxor abducit domum:' et apud Gellium, 'æris confessi et debiti judicatis triginta dies sunt dati.' Sententia est, qui damnatum pecuniæ duci videt a creditore. *Idem.*

Quanti addictus] Versus est trochaicus catalecticus: *Quanti addictus? Mille numum. Nihil addo, ducas licet.* Ille qui rogabat, videbatur judicatum soluta summa aut promissa vindex liberaturus. Præter expectationem igitur, *ducas licet*, creditori dixit, significans se illi nullam facere moram. Addidit etiam ambiguum, cum dixit, *Nihil addo*, quod est, Nihil præterea rogo. Tantum enim scire volebam, quanti esset addictus, nec peto ut a prætore pluris addicatur mea causa. Nihil enim mihi debet, nec quicquam addo summæ. *Idem.*

§ 256 *Nobiliorem*] Fulvium *Nobiliorem* (eum accusaverat Cato, eique ut probrum objecerat, quod poëtas in provinciam duxisset) *Mobiliorem* Cato appellavit, ejus levitatem notans, quod maximum apud Romanos crimen erat, studiosos gravitatis et constantiæ. *Idem.*

Deambulatum] Reprehendebat, quod male esset Latine locutus, cum *ambulatum* dicere debuisset. Plerumque tamen composita idem quod simplicia significant, ut 'deambulare' pro 'ambulare' Cato dixerat Latine. *Idem.*

Et adversus et aversus] Objicit obscœnitatem oris, cum *adversum* dicit, et muliebria, cum *aversum:* ne quis scortatorem aut adulterum cogitet, quos Latini non vocant impudicos. Nam impudicitia est in patiendo. Simile quiddam Arcesilæ refertur in hominem castum illum quidem et integrum, voce tamen infracta, et capillo composito, et oculis illecebrosis: Nihil interesse quibus membris homines cinædi sint, posterioribus an prioribus. *Turneb.* Nec te moveat obscœnitas indigna liberali joco. Non enim jocabatur Cato, cum diceret hæc. In verbis, quæ cadunt jucunde, non in re, hoc dictum facetum est. *Streb.*

§ 257 *Illum in campo Martio*] Romæ forum in campo Martio habebatur, ubi tabulæ nummulariorum erant, et ubi divisores nummum seu pecuniam populo dividebant: a nummo igitur 'Nummius' hic nomen suum traxisse jocose dicitur. *Pearc.*

CAP. LXIV. *Ut Statius Scauro*] Gell. IV. 20. 'Cæcilius quoque ille comœdiarum poëta inclytus, servus fuit, et propterea nomen habuit Statius.' Is forte, aut potius alius ejusdem nominis libertinus, Scauro stomachanti, paupertatem patris objecerat, qui, quamvis patricius et nobilis, carbonariam tamen exercuisset. Ex eo natam ferunt legem Liciniam et Mutiam, de regundis civibus, quæ bellum Italicum magna ex parte concitavit, quod qui vix liber esset et civis, aut ne civis quidem, tam superbe principem senatus appellasset. Huic usurpationi non admodum dissimilis est παρῳδία, cum versum paulum immutamus, aut ad versus poëtæ nobilis similitudinem versum condimus, ut ad imitationem versuum Homeri Hegemon Thasius poëma totum, unde parodus poëta appellatus est, et Matron apud Athen. lib. IV. *Turneb.*

Sentin' senem] Antonius orator censor factus de ambitu causam dixit,

accusatus a M. Duronio. Cælius, cujus filius erat intemperantior in libidines, (eum enim hic delicatum vocat) pecuniam quandam a se profectam dicebat, qua corrupta essent ab Antonio suffragia: dixit Antonius ab adolescente in meretriculas insumptam emuncto patre, ut in comœdiis adolescentes facere solent. 'Tangere' enim hic fallere et circumvenire est. Plautus, 'Quia amare cernit, tangere hominem vult bolo.' Sic ferire dicebant, ut Terentius: 'Ferietur alio munere Geta.' M. autem Antonius et L. Flaccus censores hunc Duronium postea senatu moverunt, quod legem de coërcendis conviviorum sumptibus latam trib. plebis abrogaverat. *Idem.*

§ 258 *Proverbia*] Proverbium est, 'Agas asellum, si bovem agere non queas,' quod tum de Claudio Asello, quocum gerebat inimicitias, usurpavit Scipio. Græce sic effertur, εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε γ' οὖν ὄνον, quo monemur, ut si bubulci esse non possimus, nec queamus vel plaustrum vel aratrum agere, asinarii simus saltem. Significavit ab imperatoribus eum inopia meliorum ductum fuisse; nec tam ductum militem ab imperatore, quam asinum ab agasone actum esse. Nonnulli hic *Agaso asellum* legunt, eodem sensu, quod ab asinariis potius quam ab imperatoribus ductus sit: sed, nisi fallor, proverbium quod protuli, verissimum sensum aperit. *Idem.*

§ 259 *Tutor, minus*] Titulus est fabulæ mimicæ. *Idem.*

Num molestus] Quanquam sermo in interrogatione est, tamen apparet a Cicerone scriptum fuisse *non*, alioqui non esset locus joco: dicebantque *non* in interrogatione etiam, ut in negatione. Quod autem percontatur dixerat interrogando, quasi infitiando dictum accepit Crassus, verba, non sententiam secutus. *Idem.*

§ 260 *De L. Manlio*] Comitiis centuriatis consules et prætores creabantur. Consul autem factus est L. Manlius Acidinus cum Q. Fulvio Flacco, anno ab U. C. 574. quanquam alii etiam forte Acidini ante consulatum sunt adepti, de quibus jocus forte accipi possit. In comitiis autem rogatores dicebantur consules, qui comitia habebant: sed et illi qui in centuria aliqua suffragia rogabant et renunciabant consuli comitia habenti interrogante præcone, ut tum Scipio Maluginensis in sua centuria fuit. Meminit etiam Livius M. Cornelii Maluginensis lib. IV. qui consul fuit cum L. Papirio Crasso, multis ante hujus ætatem seculis, si de eo Manlio quem dixi, jocum interpreteris. Ac voce tum suffragia, non tabella ferebantur, nondum latis legibus tabellariis. Rogatores autem renunciatores centuriarum fuisse, ita docet Cicero de Divin. lib. II. 'Quos cum Tib. Gracchus, propter mortem repentinam ejus qui in prærogativa referenda subito concidisset, in senatum introduxisset, non justum rogatorem comitiorum fuisse dixerunt. Primum vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. Is enim erat mortuus.' Sed et consul renunciabat, ut Cicero Murænam se renunciasse dixit. Præco etiam populo renunciabat, quem centuria quæque, relata et renunciata a rogatoribus consuli, consulem faceret. Cum ergo Maluginensis a præcone rogaretur, ut de candidato L. Manlio diceret, quid ipsius centuria censuisset, ille tanquam non de renunciatione interrogatus esset, sed de Manlii moribus, respondit, 'Virum bonum et egregium civem esse reor.' Quod eo festivius est, quia non tantum de hominum moribus, sed et de candidatis ea verba vulgo usurpare solebant. *Idem.*

CAP. LXV. § 261 *Immutata oratione*] Sic allegoriam convertit, quæ non in verbo, sed oratione posita est. De Orat. lib. III. traductionem et immu-

tationem vocat, quam Græci ὑπαλλαγὴν appellant. Hæc immutatio orationis *permutatio* ad Herennium dicitur. *Turneb.*

§ 262 *Turmales*] Statuæ turmales proprie dicuntur, et translate. Proprie dictæ sunt statuæ equestres; nam turmæ sunt equitum, non peditum. Improprie, et translatitie dicuntur gregales, et in turba collocatæ, cujusmodi non expetebat Scipio. *Streb.*

§ 263 *L. Scribonio*] Magnas inter se simultates et odia exercuerunt Galba orator et Scribonius Libo, adeo ut tribunus tandem Libo in eum rogationem ferret privilegii similem, quod Lusitanorum magnam manum perfidiose interemisset, tribuniciæ actioni Catone subscribente, qua de re in Bruto scribitur. In quadam igitur altercatione, ac forte in concione, Galba de Libone conquerens, in eum invehens, postremo judices ferebat: quod solent homines facere in magna causæ fiducia adversarium provocantes, cum aut judicem ei ferunt, aut ab eo petunt. Ferebat autem, id est, offerebat, et dabat ei Galba familiares suos, quibuscum esset epulari solitus. 'Suum' et 'alienum' contrarie relata sunt. Cubiculum alienum dicit objiciens ei adulteria. *Turneb.*

Villam in Tiburte] Villæ Tiburtinæ in maximo erant pretio, adeo ut doleat Catullo suum fundum Sabinum, potius quam Tiburtem, dici: 'O funde noster, seu Sabine, seu Tiburs: Nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est Cordi Catullum lædere: at quibus cordi est, Quovis Sabinum pignore esse contendunt.' Illic villam habebat magnificentissimam et elegantissimam, ideoque invidiosam Metellus. Ergo Glaucia vir improbissimus objicit illi invidiose villam Tiburtinam, ut et infra Cæsar: 'Ego vero, inquam, a porta Esquilina video villam tuam.' Idem Metellus in Palatio habitabat, ubi, ut ex oratione pro Cœlio intelligi potest, Metellorum domus fuit: cumque 'chors' villæ sit, non domus, in qua 'impluvium' dicitur potius, illum dicit chortem habere in Palatio, ei objiciens crimen affectati regni. Chortem enim hominum intelligit. Palatio autem occupato Romam fere habere potuisset in potestate. Itaque periculosis temporibus ei præsidium imponebatur. Cicero in Catilin. I. 1. 'Nihil te nocturnum præsidium Palatii.' In Metellum autem Numidicum istud dictum est, qui exulare maluit quam in Saturnini leges jurare. Glaucia Saturnini factionem sequebatur. *Turneb.*

Chortem in Palatio] Cn. Apuleius Saturninus, tribunus plebis seditiosus ac turbulentus, cum legem agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, eo quod in eam minime jurasset, diem dixit. Qui cum a bonis civibus defenderetur, ne causa malorum certaminum esset, in voluntarium exilium Rhodum profectus est. Hæc ex Floro III. 16. Qui defendebant Metellum, et vim parabant, conveniebant in Palatium, consulesque vocabant adversus Saturninum, et Glauciam, prætorem, socium ejusdem furoris. Quamobrem Glaucia, homo dicax, et tum infestus Metello, 'Villam,' inquit, 'in Tiburte habes, chortem in Palatio.' 'Chortem' dixit ut cohortem, pro multitudine eorum qui conveniebant in unum, quo Metellum tuerentur. Est autem 'chors,' spatium intra villæ maceriem. Varro de Re Rust. Chortem barbari 'curiam' vocant. A chorte dicta est 'cohors,' quæ est decima pars legionis, et aliquando incerta multitudo. Usus est Glaucia translatione. Transtulit enim cohortem villicam ad significandum hominum cohortem, ut sit sensus; Qui villas habent, in illis habent chortes, in quibus aves et pecudes alunt; tu vero villam

in agro habes, chortem Romæ in Palatio. *Streb.*

Cap. lxvi. § 265 *Cassandram*] Ita se vaticinatum esse dicebat, sed neminem credidisse. Nec enim Trojani fidem habebant Cassandræ vati. Propert. iii. 13. 62. 'Vera loquor, sed nulla fides: neque enim Ilia quondam Verax Pergameis Mænas habenda viris.' Quod et a Marone scribitur. Eam Ajax Oilei filius capta Troja in templo Minervæ constupravit, ut multi poëtæ canunt: quod tamen Homerus non scribit, aliamque affert naufragii Græcorum causam, ut auctor est Strabo. Objicit autem istam obscœnitatem Titio Antonius propter mollitiem fracti et soluti gestus et viro indigni: adeo ut ex ejus nomine saltatio quædam mollis et delicata 'Titius' diceretur. In Sextum Titium virum turbulentum et seditiosum se testimonium accuratissime dixisse, narrat hoc lib. ii. Antonius. *Turneb.*

Gallus olim testis] Confirmabat innumerabilem ab illo pecuniam Magio præfecto per corruptelam esse datam. Scaurus, qui patronus aderat Pisoni, testimonium refellere conabatur tenuitate, id est, paupertate Magii: non esse verisimile, eum qui innumerabilem pecuniam recepisset, tam pauperem esse. Tum Gallus faeete: 'Erras,' inquit, 'Scaure, in hac tua refutatione. Ego enim Magium non conservasse pecuniam dico, sed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse.' Qui nuces legit, id est, colligit nudus, non potest auferre vel in sinum, vel in manicas: mittit in ventrem. Sic ille Magius in compotando omnem pecuniam dicebatur absumpsisse. *Streb.*

M. Cicero senex] Is avus Ciceronis oratoris fuit, qui in municipali republica M. Gratidio legem tabellariam ferenti restitit: pater autem Ciceronis Cæsari, Crasso, Antonio, familiaris fuit, sed et patruus. Itaque qui de patre Ciceronis intelligunt, peccant. *Turnebus.* Ursinus censuit legendum esse *Cato*, quia notæ sunt Catonis cum Græcis et Græce scientibus inimicitiæ: sed cur non fieri potuit, ut ejusdem esset sententiæ *M. Cicero senex*, scilicet avus nostri Ciceronis? De avo ejus hoc dictum puto, non de patre; is enim qui istius M. Ciceronis senis filius fuit, quique hic vocatur 'vir optimus' et Cæsaris familiaris, non fuit Cicero orator, (nam tunc temporis non nisi decimum sextum annum ætatis agebat) sed pater oratoris, qui, ut discimus ex lib. ii. 1. familiaris Crassi et Antonii fuit. *Pearc.*

Syrorum venalium] Venalitiarii magnam vim servorum Syrorum Romam advehebant. Hinc illud Ciceronis, in Pison. cap. 1. 'Nemo queritur Syrum nescio quem de grege novitiorum factum esse consulem.' Nam prædones Cilices oram Syriæ infestam habebant, et prædas illinc agebant, captaque corpora Delum deportabant ad mercatum, unde Romani emebant. Qui autem Syri optime loquebantur Græce, diu servierant in Græcia, veteratoresque et nequam evaserant, nec novitii erant: sed quod servituti diuturnæ, quæ improbos et callidos reddit, attribuendum fuit, id in Græcorum mores conferebat Ciceronis avus, qui infestus Græcis fuisse videtur non multo secus, ac Cato censorius. *Turneb.*

§ 266 *Pictum Gallum*] Tabernæ erant circa forum, inquit Fabius: et scutum illud signi causa positum. Marianum autem scutum Cimbricum vocat, propterea quod Cimbris nuper a Mario victis, in memoriam victoriæ dominus tabernæ scutum suspenderat, sic pictum pro tabernæ signo. Solebant etiam ad pompam triumphi ornandam multa hujusmodi scuta traduci, et in foro poni. Scutum igitur pendebat in taberna pro signo, in quo Gallus linguam ejiciebat, id

est, exerebat. Sic enim in contumeliam et deformitatem eum fœde pinxerant: fortasse etiam quod in historia scriptum scirent, Gallum, qui cum Torquato pugnasset, linguam exeruisse. Livius: 'Armatum adornatumque adversus Gallum stolide lætum, et, quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est, linguam etiam ab irrisu exerentem, producunt.' Plin. xxxv.4. hunc jocum non Julio, sed Crasso tribuit, nec scutum, sed tabulam nominat. Sic enim scribit: 'Hinc ille Crassi oratoris lepos agentis sub Veteribus, cum testis compellatus instaret, Dic ergo, Crasse, qualem me reris? Talem, inquit; ostendens in tabula pictum infacetissime Gallum exerentem linguam.' *Idem.*

Sub Novis] Ut locus erat in foro, qui 'sub Veteribus,' sic, qui *sub Novis* dicebatur, a tabernis. *Idem.*

Testio Penario] Testius Penarius dicendo mentum non aliter intorquebat, quam qui dentibus frangunt nucem: quod cum J. Cæsar animadvertisset, excepit adversarium ridiculo: 'Dic,' inquit, 'si quid velis, posteaquam nucem fregeris.' *Streb.* Simile est illud in Vespasianum, qui vultu nitentis erat: 'Dicam, cum ventrem exonerare desieris.' *Turneb.*

§ 267 *Ad fornicem Fabii*] De homine prælongo interpretatur Fabius vi. 3. hunc in modum: 'Quale refert Cicero de Memmio homine prælongo, caput eum ad fornicem Fabii offendisse.' Sed censeam potius accipi debere de animi vitio, ut C. Memmium infestum patribus tam magnum sibi videri dicat, ut ad fornicem Fabii, qui altissimus erat, caput demittat. Sic enim reprehenduntur magni ejus spiritus, et notatur insolentia hominis sese efferentis supra modum. Ut ita intelligam, faciunt et verba Ciceronis scribentis ipsum Memmium ita sibi videri magnum; et historia. *Idem.*

§ 268 *Compilari, quam venire*] Gell. iv. 8. refert quosdam scribere id Fabricium, non Ruffino, sed aliis mirantibus, quod hominem inimicum et avarum consulem fecisset, respondisse. Apud Fabium xii. 1. scribitur, 'Malui a cive me spoliari, quam ab hoste venire.' *Idem.*

Ex ærariis exemit] Censores malos cives sic notabant, ut qui senator esset, senatu moveretur; qui eques Romanus, equum publicum amitteret; qui vero plebeius, fieret ærarius, nec esset in albo centuriæ suæ tanquam civis, sed tantummodo pro capite suo tributi nomine æra penderet. Si quis plebeius hac ignominia levabatur, illum *ex ærariis eximi* dicebant. *Streb.* Porro notandum est morem fuisse censoribus taurum immolare, cum lustrum conderent, et finirent. *Pearc.*

Lustrum condidit] Censu peracto, immolatisque sue, ove, tauro, lustrum conditum dicebatur, quod in censendo finis esset factus: non autem semper acto censu lustrum condebatur. Nam si quid dirum, et ominosum, aut sinistrum accidisset, lustrum condi nefas erat. Livius: 'Census actus eo anno: lustrum, propter Capitolium captum, consulem occisum, condi religiosum fuit.' Itaque census is, quo lustrum condebatur, ab Ulpiano census lustralis appellatur. Significat igitur Scipio, civitati prope opus esse expiatione, quod cum Asellus exemptus sit ex ærariis, quod ominosum et dirum videri vult, conditum tamen lustrum sit: inde enim infelix lustrum et calamitosum fuisse, multumque mali postea reip. evenisse. Verba Africani de Mummio, quæ a Valerio scribuntur, hic adscribam: 'Cum haberet,' inquit, 'censuræ consortem Mummium, ut nobilem, ita enervis vitæ, pro Rostris dixit ipse ex majestate reip. omnia gesturum, si sibi cives, vel dedissent collegam, vel non dedissent.' *Turneb.*

Religione obstrinxisse] Religione civitatem obstringere, est eum metum violatæ religionis incutere civibus, ut expiandam civitatem, et Deos esse placandos existiment. *Streb.*

Cap. LXVII. § 269 *Cum contraria dicas*] Genus illud superius dicit, quo per inversionem quis jocatur, a quo ironiam hic distinguit, quam dissimulationem appellat, ac mox etiam dissimulantiam. Ea plurimum usus est Socrates in sermonibus, præsertim cum sophistis disputans. Nam de seipso detrahens, plurimum tribuebat iis, quos volebat refellere. *Turneb.*

Scævola Septumuleio] C. Gracchus, seditioso tribunatu acto, cum Aventinum armata multitudine occupasset, L. Opimius consul ex senatusconsulto persequens illum, præmium pollicitus est ei, qui tribuni caput auferret, ad seque deferret. Id fecit Septumuleius Anagninus, et aurum in præmium accepit. Cum Scævola in Asiam proficisceretur, et Anagninus rogaret ut eo se præfectum duceret: 'Quid tibi vis,' inquit, &c. Videtur severe et graviter homini consulere, quem ut avarum crudelemque deludit, quia pro capite malorum civium velit aurum sibi rependi. *Streb.*

§ 271 *Cuivis tempori*] Simile quiddam de Asinio Pollione refert Fabius hunc in modum: 'Ut de Pollione Asinio seriis jocisque pariter accommodato dictum est, esse eum omnium horarum.' P. autem Mummius lepidus et facetus cum esset, homo cuivis tempori a Publicio dictus est, quod in otio, in negotio, in rebus lætis, in asperis, jucundus hominibus esset, et cuicumque tempori aptus. *Turneb.*

§ 272 *Pauli pugna*] Prælium illud intelligo, quo conflixit cum Perse rege Macedoniæ Paulus Æmilius. *Idem.*

§ 274 *Similis medius fidius*] Quidam cum deformem et fœdam mulierem videret, interrogavit virum qui aderat illi persimilis, Quid est ibi ista mulier, soror, an cognata? Cum respondisset, uxor est mea: tum iste, 'Similis est tibi medius fidius.' Ac si diceret, Ex lineamentis corporis judicaveram tuam sororem esse, vel cognatam. Hoc modo facete notavit illius viri fœditatem. *Streb.*

Ad aquas] Aquas in plurali cum dicunt, aquas calidas et medicatas intelligunt, ut Baianas et Puteolanas: ægri autem valetudinis causa ad aquas Baianas ibant. Horat. Epist. I. 15. Quidam igitur lento contabescens morbo, ad aquas recreatus tandem esse videbatur, reversus paulo post obiit. Id absurdum videri vult cavillator, quod ad aquas potius, ubi valetudinis causa tamdiu desederat, mori debuerit. De piscatore intelligi jocum minime placet. *Turneb.*

Cap. LXVIII. § 275 *Metello*] Metellum hunc esse puto Numidicum, qui Numidiam sortitus provinciam bello Jugurthino, delectum, ut Sallustius scribit, Romæ habuit: in quo petenti militiæ vacationem Cæsari, morbumque oculorum juranti, 'Tu igitur,' inquit, 'nihil vides?' quasi sola cæcitas excusanda esset, nec satis esset morbus oculorum ad vacationem. 'Imo vero,' inquit ille, 'a porta Exquilina video villam tuam Tiburtinam.' In quo ei objecit invidiose villam nimis magnificam, nimisque alte ædificatam; et quid ageretur, dissimulavit, atque ita respondit, quasi tantum interrogaretur quantum videret, non quam justa excusatio esset. *Idem.*

Cap. LXIX. § 280 *Et in ejus tabulis*] Veteres Romani, ut dixi ad c. 23. tabulas rei familiaris suæ conficere solebant; has et Rutilius ille Rufus confecit, et ex his in judicium prolatis Æmilius Scaurus aliquid contra Rutilium attulit. Causa hujusmodi fuit: Scaurus et Rutilius una consu-

latum petebant; Scaurus vero, qui eum obtinuit, accusavit Rutilium ambitus, et ad id crimen probandum postulavit, ut Rutilii tabulæ in judicium afferrentur: in iis tabulis Rutilius retulerat, ea quæ in sua petitione consulatus contigerint, puta turbas populi, suffragiaque non sine seditione quadam lata, et in fine addiderat quatuor has litteras, *A. F. P. R.* Eas Æmilius Scaurus malo animo sic explicavit, 'actum fide Publii Rutilii,' iisque innui contendit, id, quod actum fuerit et memoratum in Rutilii tabulis, actum fuisse auctoritate Rutilii ejusque sponsione, quasi clam promiserat vel pecuniam vel securitatem suffragia istiusmodi ferentibus. Rutilius vero dixit se his litteris solum significasse, 'ante factum, post relatum,' id est, ea quæ in tabulis ejus memorata præcesserant, ante (scilicet interjecto tempore) facta erant, quam ipse ea scripto mandasset. Interim Cauius alio modo, quam vel Scaurus vel Rutilius, istas litteras explicavit, sc. 'Æmilius fecit, plectitur Rutilius,' id est, id in quo Scaurus Rutilium accusat, fecit Scaurus ipse, quamvis Rutilius ob id plectendus videretur. *Pearc.*

Cap. lxx. § 281 *Ut cum objurgavit Albius Granium, &c.*] Sunt qui hunc locum emendandum censent; omnes, ut opinor, male interpretati sunt. Albucius Scævolam de pecuniis repetundis accusavit, ut dicit Cicero in Bruto, et libro primo de Finibus: ad probanda vero ea, quæ Scævolæ objecerat, Granii tabulas protulit; Scævola judicum sententiis absolutus est; Granii igitur tabulas falsas esse iisdem sententiis judicatum est: si quid enim Albucius ex istius tabulis contra Scævolam adhibuit, judices vero Scævolam absolverunt, manifestum est istas tabulas judicibus visas fuisse falsas. Albius igitur quidam ex iis, qui aderant, objurgavit Granium, qui et gauderet suum amicum Scævolam absolutum fuisse, et non videret contra suas tabulas judicatum fuisse. Monuit igitur eum non tam ad Scævolæ res secundas, quam ad suas adversas respiceret. *Idem.*

§ 284 *De lege Thoria*] 'Sp. Thorius,' ut inquit in Bruto Cicero, 'valuit in populari genere dicendi, is qui agrum publicum vitiosa et inutili lege vectigali levavit.' Appianus hoc aliter scribit, nec ei cum Cicerone convenit. Ait enim a Thorio vectigal agro publico esse impositum, quod plebi viritim divideretur: ab alio deinde tribuno vectigal esse sublatum. Sed Ciceroni fidem habeamus in legibus et institutis patriæ suæ, non peregrino nec hospiti. Lege igitur Thoria agri publici, qui ante attributi fuerant civibus vectigales, publice possideri cœpere, et publicanis elocari, quod minus utile erat, quam si possessores vectigal pependissent. Nihilominus tamen Lucilius, lege recenti et populo invisa, in agros suum pecus immittebat, fortasse non pascuos, certe non petito a publicanis pascendi jure. *Turneb.*

Liberum puto] Id est, nullius esse puto, dominum habere non existimo. Videri etiam cuipiam fortasse posset ductum a pecudibus, quæ Diis consecrabantur, vocabanturque ἄνετα et ἄφετα ζῶα, quæ sine custode libere pascebantur. *Idem.*

§ 285 *Ejero, inquit, iniquus est*] Rejicio, inquit, judicem iniquum. Nam ejerare est tanquam jurejurando testari, se recusare. Cum autem Nasica ejerasset iniquum Scævolam, secuta est admurmuratio omnium, propter eximiam de Scævola æquitatis et probitatis opinionem. Præter expectationem tamen rursum eum omnibus Nasica iniquum ejeravit, quod in consulatu causam publicam deseruisset, nec eam armis adversus Tiberium Gracchum defendisset, patribusque ejus opem implorantibus

negasset se quicquam vi esse acturum. *Idem.*

Et jocus est familiaris] Melius in libris veteribus scribitur, *Est jocus, est familia, sapiens si algebis, tremes.* Ita enim senarius erit integer, cujus sensus erit: Quantumvis urbanus facetusque sis, quantumvis bono loco natus, tamen ista non facient, quin si algeas, tremas: quod præter expectationem est dictum, cum præsidia non defutura expectaremus homini ingenioso et bona nato familia. *Idem.*

Cap. lxxi. § 286 *De donis et muneribus*] Caius Cincius, vir ætatis Lucilianæ, ut Macrobius scribit, legem tulit muneralem, qua cavebatur, ne quis ob causam orandam munus aut donum caperet. De ea loquitur Plautus, cum scribit, 'Neque muneralem legem, neque lenoniam, rogata necne fuerit, flocci æstumo.' Eam legem admodum senex suasit Fabius Maximus. Verba hujus legis quæstionem attulerunt, quid donum a munere differat. Labeo genus esse donum ait a donando dictum, speciem munus. Nam munus esse donum cum causa, ut puta natalitium, nuptiarum: et quale patronorum fuerit honorarium. *Idem.*

Quod fers, Cinciole] Contumelia inest in diminutione, et contemptio, quam etiam voce adjuverat. *Idem.*

Ut emas, Cai] Ducta est hæc sententia ab iis, qui cum nolunt vicinis commodare vasa utenda, respondent, Eme si uti vis: quam ad dona et munera patrociniorum, quibus ditatus erat Cento, traduxit Cincius, illius perstringens operam venalem. Sese enim ait laturum, ne quis ei quid donet. *Idem.*

§ 287 *Me istorum*] Id est, dicat patri suo, me non credere ipsum talem esse, qualem prædicatis, scilicet parcissimum, modestissimum, frugalissimum. *Pearc.*

Cap. lxxii. § 294 *Sed ne rejecto quidem scuto*] Ad consuetudinem spectat eorum, qui in prælio fugientes clypeos suos in tergum reducebant, ne aversi vulnerarentur: neque enim solum clypeum abjicere, sed in tergum rejicere, imbecillitatis fuit. Frequentissime apud Homerum hic mos contumelia notatur. *Pearc.*

Cap. lxxv. § 305 *Ministratorem*] Ministrator is fuit, qui in causis advocato sive patrono soleret subjicere ea, quæ pro reo dicenda essent. Sic in Orat. pro Flacco, c. 22. 'Hic mihi Mæandrius, quasi ministrator,' &c. *Idem.*

Cap. lxxvii. § 312 *Ad agendum et ad ornandum*] Lambinus et Robertus Stephanus impresserunt *augendum*: quomodo se habet Ms. Mead. Et recte quidem, ut opinor: loquitur enim Cicero de permovendis animis, quod fit augendo, et amplificando. *Id.*

Cap. lxxviii. § 319 *Deprompta*] Vict. Grut. *depromptæ, et apparebit . . . eas . . . communes.* Oliv.

Cap. lxxix. § 320 *Atque infrequentibus*] Per *causas infrequentes* intellige causas parum frequentatas, sive eas, quæ non tanti erant momenti, ut quam plurimi iis judicandis interesse solerent. *Pearc.*

Cap. lxxxii. § 333 *Ingenii*] Man. Lamb. *ingenii ostentationis suspicio.* Ut sit, ne videamur ostentare ingenium velle. *Oliv.*

Ingenii, ostentationisque suspicio] Optimi quique dicendi et sentiendi magistri præceperunt, ut vitaremus suspicionem jactationis, et ostentationis. Nullibi vero, nisi in hoc loco, præceptis traditur, ut vitanda sit 'suspicio ingenii.' Imo nisi ingenio excellere videamur, parum proderit nostra oratio. Optime igitur Manutius et Lambinus legunt, *Vitanda etiam ingenii ostentationis suspicio.* Nec aliam exhibent lectionem Ms. Pal. 1. et 2. Mem. Pith. Joan. Harl. 1. et a pr. manu Norf. Tandem dignum Cicerone præceptum videmus, idemque præcipit Quintil. iii. 1. 'In cæteris admiscere tentavimus ali-

quid nitoris,' non jactandi ingenii gratia, &c. *Pearc.*

CAP. LXXXVII. § 355 *Vel eum, unde dicas*] Interpretes volunt verba *unde dicas* significare, 'pro quo dicas;' sed nullibi, ut opinor, occurrit apud Ciceronem ista locutio. Malo quidem cum Mss. Joan. Harl. 1. Norf. Mag. et excerptis Nov. et vet. libris Caroli Stephani legere *unde discas:* quæ lectio procul dubio Ciceroniani coloris est. *Idem.*

§ 356 *Sed hæc ars tota dicendi*] Scripserat Cicero, ni fallor, *discendi:* pergit enim loqui de arte memoriæ. Si autem 'tantum,' ut aiunt, 'scimus, quantum memoria tenemus;' quid mirum, si artem memoriæ Cicero artem *discendi* vocet? *Muret.*

CAP. LXXXVIII. § 359 *Sed verborum memoria, &c.*] Ut hunc locum intelligamus, observandum est, *imagines* aliud quiddam significare, ac simulacra et similitudinem. Non enim necesse est, ut *imagines* semper similes sint iis rebus, quas ad memoriam adjuvandam repræsentant. Dicet igitur Antonius, multa verba, ut adverbia, præpositiones, &c. similitudine nulla significari posse. Si igitur eorum meminisse velimus, necesse est in promptu habere quam plurimas quasi arbitrarias imagines, quæ, quamvis nihil simile habeant, longo tamen usu perceptæ ea verba, quibus opus est, ob oculos nostros ponant. Hanc autem veram esse interpretationem confirmant verba Quint. II. 2. 'Mitto, quod quædam (verba) nullis simulacris significari possunt; habeamus enim sane, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium,' &c. *Pearc.*

Eam singulis personis bene positis, &c.] Personæ in hoc loco significant imagines, facies fictas. Sic Lucret. I. 4. 29. *Idem.*

DE ORATORE.

LIBER III.

CAP. I. § 2 *Extremo scenicorum ludorum die*] Eo enim tempore colligendi sui causa Crassus cum Antonio reliquisque in Tusculanum se receperat. Per 'scenicos ludos' Romanos intellige, ut ex primo libro palam est: qui et Circenses et Magni appellati. Hosce a regibus institutos scribit Asconius, et 'Magnos' appellatos, quod magnis impensis primum facti, id est, ducentis millibus nummum; vel quia Diis magnis sacri, id est, Laribus urbis Romæ. Eosdem cum consualibus facit; quod videtur etiam indicare S. Cyprianus lib. de Spectac. 'Romulus,' inquit, 'Conso, quasi consilii Deo, ob rapiendas Sabinas, Circenses primus consecravit.' Tamen ex veteri Calendario diversis temporibus celebratos illos ludos colligimus. Nam Consualia XII. Calendas Septemb. vel potius XVIII. Augusti, hoc est XV. Cal. Septemb. ut docet Plutarchus in Romulo: 'Raptus,' inquit, 'ille patratus est XVIII. die Sextilis, qui nunc Augustus, in quo Consualia hodie quoque celebrantur.' Jam vero in eodem Calendario ludi Romani leguntur, pridie Nonas Septembres. Quod autem non nemo ludos illos Magnos seu Romanos a Tarquinio institutos asserit, si quidem primitus ab eo factos intelligat, non obscure errat, cum Livius lib. I. con-

trarium asserat his verbis: 'Ludos opulentius instructiusque, quam priores reges fecit,' &c. Cæterum cum ante hi ludi Circenses essent, hoc est gladiatorii, atque a scenicis distinguerentur, postea etiam factos scenicos, et ex hoc loco colligitur, et Augustinus etiam indicat de Civitate Dei I. 32. Celebrabantur hi ludi primo quidem uno vel altero die; tum triduo; deinceps pluribus diebus. *Petav.*

Aliud esse consilium] Per vocem *consilium,* pro qua alii edidere *concilium,* intellige cœtum vel congregationem, sive eos qui consulunt, non id quod consulentes sequuntur. *Pearc.*

§ 4 *Pignoribusque ablatis*] Val. Max. VI. 2. dicit 'Philippum consulem jussisse lictorem manum L. Crasso injicere.' Iste consul jubendo bona Crassi fisco addici, decrevit eum multare; pignora vero ea, quæ sic a magistratu caperentur et auferrentur, dicebantur fuisse 'concisa' vel 'cæsa,' ut in sequentibus patet. *Idem.*

CAP. II. § 5 *Sententiamque eam, quam*] In senatusconsultis ejus nomen, qui sententiæ princeps esset, inscribebatur: quod ex Cicerone et Asconio constat. Factum esse idem Athenis ex Demosthene colligimus et ex Plutarcho. *Petav.*

In auctoritatibus perscriptis] Auctoritates hic pro decretis, seu senatusconsultis, ne simpliciter acceperis; nam aliud auctoritas vocatur, aliud senatusconsultum fuit, ut erudite Sigonius observavit ad Livii lib. IV. Nam senatusconsultum magis ratum erat, quam auctoritas. Si enim vel senatorum numerus justus defuisset, vel magistratus intercessisset; decretum quidem perscribebatur, ut senatorum de ea re judicium exstaret: nondum tamen ratum erat; sed auctoritas tantum dicebatur. Idipsum fiebat, si vel non idoneo tempore, vel non legitimum in locum senatus convocaretur: quæ omnia diserte explicat Dio lib. IV. *Idem.*

§ 6 *Cycnea vox*] Græcum proverbium, κύκνειον μέλος. De cycnorum cantu nota fabula est; quam tamen asseverare non dubitat Aristot. H. A. IX. 16. Idem habet Plato in Phædone. Nam quid poëtas commemorem, apud quos nihil est frequentius? Sed fabulosum hunc esse cantum existimat Plin. X. 23. *Idem.*

Exspectantes] Lamb. *respectantes.* Oliv.

§ 8 *Non flagrantem bello Italiam*] Bellum sociale intelligit, de quo Appian. Bell. Civ. lib. I. et alii. Concitatum autem est post Drusi mortem, quoniam Latini socii oblatam sibi spem civitatis impetrare non poterant. *Petav.*

Non ardentem invidia senatum] Quanam invidia? ejusdem, opinor, criminis, quod scelus nefarium subinde vocat. Sollicitati scilicet ad defectionem Latini nominis. De quo ita Appianus. Sublato per insidias Druso, qui Latinos ad spem civitatis impulerat; equites, ut senatum ulciscerentur, Q. Valerium, vel potius, ut Latini scriptores appellant, Varium, tribunum plebis subornant, qui rogationem ferret ad populum, de iis quorum ope et consilio Latini socii concitati essent: (in quo lapsus est Strebæus, qui quæstionem illam contra Italos exercendam fuisse dicit) qua per vim lege lata, constitutaque quæstione, multis statim ex senatoribus diem dixerunt. Quam ut infamiam fugerent, sponte urbe cessere plerique; interque alios Aurelius Cotta, et eversor ille Corinthi Mummius. Nisi forte aberravit in hoc quoque vocabulo Appianus, atque ut antea Valerium Vario, ita hic Memmio substituit Mummium. Facti mox populum pœnituit. Ὅ τε δῆμος ἤχθετο, τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε εἰργασμένων ἀνδρῶν ἀθρόως ἀφαιρούμενος. Ubi pro τοσῶν corrigendum videtur τόσα, ut stet sententia, *Populus vero dolebat, talibus viris, quique tantas res egerant, simul omnibus spoliatus.* Idem.

Cap. iii. § 9 *Tenemus enim memoria*] Clarissimorum deinceps hominum necem atrocissimam proponit; eorum duntaxat, qui in hoc dialogo inducuntur; inprimis Catuli, qui Marii in consulatu collega, Cimbrici triumphi particeps fuit. In illa vero Mariana flamma multis nequicquam mortem illius deprecantibus, cum hoc solum Marius responderet, moriendum illi esse; recenti calce illito, multoque igni percalefacto cubiculo se inclusum peremit. Hæc Valerius ix. 12. præter supra citatos auctores. *Idem.*

§ 10 *Jam M. Antonii in illis ipsis rostris*] De hujus obitu adeundi iidem. Auget autem πάθος a loco. Hoc facit illud Juvenal. Sat. x. 121. ' Nec unquam Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.' *Petav.*

Neque vero longe ab eo C. Julii caput hospitis Etrusci, &c.] Eodem tempore duo fratres C. et L. Julii Cæsares, Syllam secuti, in via deprehensi trucidantur. Auctor est Appianus. Fugerant in tectum hospitis sui natione Etrusci, et homini perfido se commiserant. Detexit hospites; capita amputata a Mario in rostris posita. Locus, scelus hospitis, fratrum communis calamitas hic ciet affectum. Sunt qui L. Cæsarem domi interfectum ferant; quibus consonat illud Justini: ' Cæsar et Fimbria in penatibus domorum suarum trucidantur.' *Streb.*

Neque enim propinquum] ' Crassus,' inquit Appianus, ' persequentibus cum filio sese militibus, filium quidem occidere antevertit, ipse vero ab insequentibus est occisus.' Videtur tamen falsus Appianus: vel quia de tanto viro nimium est atrox illud; vel quia nulla hujus rei a Cicerone facta mentio est; quod certe, ad augendum πάθος, non erat omissurus; vel denique quoniam contrarium a Floro traditur. Inprimis iii. 21. Crassos patrem et filium in mutuo alterum alterius aspectu occisos ait. Sed idem, Epitome lib. lxxx. ' Crassus,' inquit, ' filius ab equitibus Fimbriæ interemptus; pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit:' quod postremum et verisimilius est, et Ciceroni consentaneum. *Idem.*

Neque collegæ sui pontificis] Mucium Scævolam intellige, qui a Mario juniore cæsus est: de quo Florus iii. 21. *Petav.*

Etiam C. Carbonis inimicissimi] Marianorum hic signifer ex Africa a Pompeio Romam ductus, et tribunali productus, cum ter consulatum gessisset, damnatus ab eodem est. *Idem.*

§ 11 *Ex quibus C. Cotta*] Hic in gravi illa senatorum invidia ab equitibus concitata, die sibi dicta, postquam in equites gravissime esset invectus, solum vertit. Sulpitius vero tribunus plebis fuit turbulentissimus, qui nefarias leges in gratiam Marii per vim tulerat, primoque adventu in urbem Syllæ est interfectus. Meminerunt supra dicti auctores. *Idem.*

Cap. iv. § 16 *Non audierit, aut judicare non possit*] Ut bene se habeat sententia, et ad normam linguæ Latinæ procedat, necesse videtur legere cum Mss. Cant. *audierint*, et *possint*. Cum enim præcesserat, *is erit ex iis, qui aut illos*, rite sequitur *non audierint, aut judicare non possint.* Facile fieri potuit, ut littera *n* a librariis omitteretur, cum linea brevi supra vocalem ducta exprimi soleret. *Pearc.*

Cap. v. § 17 *Exhedram*] Id est, locum triclinio et cœnaculo similem: ubi non lecti ad dormiendum; sed sedes, aut cathedræ, ad sedendum, vel recumbendum otii causa ponerentur. De exhedris sic Vitruv. v. 11. ' Constituantur in tribus porticibus exhedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetores, reliquique, qui studiis delectantur, sedere possint.' *Idem.*

CAP. VI. § 21 *Est etiam illa Platonis*] Apud Platonem sæpius sophistæ de rerum natura disputantes, res omnes unum quiddam esse contendunt, ut in Parmenide. Privatim vero quod ad scientias pertinet, affines illas esse, et naturali vinculo constrictas; sapientiamque ex omnibus conflatam tanquam partibus, in Epinomide fusius disserit. *Petav.*

§ 23 *Sive ex inferiore loco*] Tria præcipua loca distingnit, e quibus dicere solebant oratores. In forensibus controversiis, accusator ac defensor subselliis considebant, hoc est inferiori loco: in senatu, ex æquo loco dicebant: e superiore magistratus, qui ad populum pro rostris conciones habebant. *Idem.*

CAP. VII. § 25 *Natura nulla est*] Generalem disputationem præmittit de eloquentiæ, et oratorum in dicendo varietate. Summa autem hæc est: Cum una eademque sit ars dicendi, admirabilem tamen esse in eadem arte dissimilitudinem, pro eo quod alius alio in genere excellit: quod primo sensuum exemplo probat, qui cum singuli unum quiddam sint, variis tamen rebus afficiuntur, quæ natura dispares, delectatione sunt non minus diversæ. Idem in fingendi et pingendi arte declarat. *Idem.*

§ 26 *Myro, Polycletus, Lysippus*] Operæ pretium est videre quemadmodum eundem locum tractet Quintil. XII. 10. quæque de statuariis habet Plin. XXXV. 9. ubi prolixe admodum insignium sculptorum meminit. *Idem.*

Facultate magis] Sensus est: Cum dicimus alium oratorem meliorem esse, alium deteriorem, eo judicio non significamus illius oratoris genus dicendi potius esse quam hujus; in dispari enim genere possunt esse æque laudabiles: sed intelligi volumus illum oratorem facultate excellere, id est, plus in suo genere valere, quam hunc in eo, quod sibi proprium habet. *Pearc.*

CAP. XI. § 42 *Sodalis L. Cotta*] Non ille intelligendus est, qui his in libris inducitur, sed alius de quo mentio est in Bruto cap. 36. *Petav.*

§ 43 *Athenis jam diu doctrina*] Ciceronis tempore Athenarum vetus illa gloria conciderat, nec quicquam præter nomen atque memoriam restabat; regibus primo, Macedoniæ præsertim, tum Romanis ipsis affligentibus. Quare peregrini in ea homines philosophiam atque eloquentiam profitebantur; ita tamen, ut sola nominis auctoritate adducti, passim ex toto orbe, disciplinarum studio, Athenas navigarent, diu etiam post Ciceronis ætatem. Apud Synesium exstat elegans epistola, qua inanem illam curiositatem lepide cavillatur. Sane fuisse Athenis certam quandam, eamque purissimam pronuntiandæ linguæ Græcæ rationem, vel hoc unum indicio est, quod cum Theophrastus, vir alioqui Atticæ eloquentiæ consectator acerrimus, sed peregrinus, anum alloqueretur, pro hospite facile sit ab ea deprehensus. Idem Romæ fuit, quod ad Latinam linguam attinet, pronuntiandi principatus. *Idem.*

Quibus vacant cives, peregrini fruuntur] *Quibus* est auferendi casus; et, *vacant cives*, est, vacui sunt, sive carent cives: et, *fruuntur peregrini*, opponitur, tanquam contrarium, huic verbo, *vacant cives*. Vavassor. De vi et usu, &c.

Valerium Soranum] Hunc suspicor eundem esse, qui ob evulgatum arcanum patriæ nomen sit interfectus. Plinius III. 10. de Roma urbe loquens: 'Cujus nomen dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur: optimaque et salutari fide abolitum enunciavit Valerius Soranus, luitque mox pœnas. Non alienum videtur hoc loco inserere exemplum religionis antiquæ, ob hoc maxime silentium institutæ. Namque Dea Angerona, cui sacrificatur a. d. XII. Calendas Januarias, ore obligato, obsigna-

toque simulacrum habet.' Frustra vero sunt qui nomen illud arcanum Valentiam fuisse putant. Constat enim ex Solino aliud nomen fuisse; apud quem idem quod apud Plinium legimus: nam postquam Romam antea Valentiam dictam meminit, subdit: 'Traditur etiam proprium Romæ nomen, verumtamen vetitum publicari.' *Petav.*

Cap. xii. § 45 *Facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conservant*] Videtur hoc sumpsisse ex Cratylo Platonis, in quo scriptum est, Γυναῖκες μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι. *Ursin.*

Cap. xiii. § 48 *Neque vero in illo altero diutius*] Secundam partem, quæ erat de perspicuitate orationis, omittit, quoniam satis per se facilis est. Quædam tamen, ex quibus haberi illa possit virtus dicendi, breviter enumerat. Sunt numero decem. Parit enim dilucidam orationem sermonis proprietas et puritas Latini, quæ erat prima pars. 2. Voces usitatæ, neque aut vetustate obsoletæ, aut studio novitatis insolentes. 3. Proprie rem declarantes, accommodatæque rebus, quas significant; cum neque majestatem earum minuunt, nec obruunt tenuitatem. 4. Resecanda omnis verbi ac sermonis ambiguitas. 5. Vitanda nimia verborum circuitio, quoniam auctore enim Hermogene περιβολὴ, id est, *ambitus*, et producta comprehensio cum perspicuitate repugnat. 6. Tollenda similitudinis continuata translatio, hoc est, ne metaphoræ nimium dilatentur, quoniam id in ænigma transiret. 7. Non debent minutatim conscindi sententiæ; sed expleri, et ad justam mensuram numeri atque sensus produci. 8. Temporum servanda distinctio est, ut suo quæque tribuantur. 9. Concinna personarum distinctio servanda est. Postremo argumentorum cæterorumque omnium digerendus est ordo. *Petav.*

Cap. xv. *Oratorem verborum*] Respicit noster Homeri Iliad. I. Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. *Pearc.*

Cap. xvi. § 59 *Theramenes*] Ejus meminit Cicero in Bruto, cap. 7. et fusius Xenophon Hist. Gr. i. 2. Notatur mobile illius et callidum ingenium vulgato ad id proverbio, Θεραμένης κόθορνος, quod genus istud calceamenti utrique pedi conveniret; quemadmodum et ille utrique parti accommodabat sese. *Petav.*

Thrasymachus] Chalcedonius, ait Suidas, is fuit sophista, qui primus periodum invenit, discipulus Platonis, et Isocratis: excellens opinione eloquentiæ. Hinc proverbium apud Græcos: 'Non difficilius esse radere leonem, quam convincere Thrasymachum.' *Idem.*

Cap. xviii. § 65 *Sed utrumque est in his, quod ab hoc, &c.*] Crassus Stoicos non omnino improbat, sed negat eorum philosophiam utilem esse oratori propter duas rationes; quia et sententiis, et genere dicendi discrepat ab eloquentia forensi, et populari. Discrepat sententiis, quoniam Stoici dicunt insipientes (quales sunt omnes) esse servos, latrones, &c. Discrepat autem genere dicendi, quoniam illi nimium dialectice loquuntur, et acute concludunt, non suavitate delectant. Vides, lector, τὸ ἀνακόλουθον, ut vocant; cum enim Cicero dixerat *vel quod*, non repetit particulam *vel*, sed sententiam sic variat, *Accedit, quod, &c.* Pearc.

§ 66 *Attamen ejusmodi*] Legendum omnino *ac tandem*. Vitiis Stoici styli enumeratis, omnia paucis verbis complexurus, *ac tandem*, inquit, *ejusmodi, quo uti ad vulgus, &c.* Ita conjecerat Lambinus. *Clericus*, Art. Crit.

Cap. xix. § 69 *Ut ex Apennino*] Propositam disputationem apta similitudine concludit. Quemadmodum enim Apenninus mons, qui Italiæ amplissimus, perpetuis jugis ab Alpibus

tendens ad Siculum fretum, ut ait Plin. III. 5. alia flumina emittit in superum, hoc est, Adriaticum mare, quæ inde in Ionium effluunt; alia in inferum, hoc est Tyrrhenum, sive Tuscum; quorum illud portuosum et Græcorum commercio frequens; hoc barbarum, scopulosum, ac infidum: ita omnino eadem ex philosophia divortia facta sunt studiorum; ut eloquentiæ studiosi similes sint eorum fluminum, quæ in procellosum illud ac scopulosum mare influunt, propter sollicitam et exercitam eorum hominum conditionem: qui vero philosophiæ sese dediderunt, cum iis fluminibus conferuntur, quæ in Græcorum mare tranquillum ac minus infestum labuntur. *Petav.*

§ 73 *Ut pontifices veteres*] Alio exemplo, quemadmodum dissidium illud factum sit, ostendit. Epulones initio tres duntaxat creati sunt, ut prodit Livius lib. XXXIII. Pomponius Lætus duos postea ait fuisse adjunctos, ut quinque essent. Postmodum denique ad septem pervenisse certum est. Plerumque enim septemviri epulonum commemorantur. Quanam vero de causa, et a quo sit numerus iste adauctus, incertum est. Munus illorum fuit publicis epulis præesse; quæ scilicet in ludis publicis præbebantur, ut ex Cicerone de Aruspicum Responsis colligitur. *Id.*

CAP. XXI. § 79 *Hæc vero, quæ sunt in philosophia, ingeniis, &c.*] Id est, in cæteris artibus tantum id scimus, quod didicimus; elementa vero, sive principia philosophiæ natura nobis inserit: qui ingeniis acutis et acribus præditi sunt, facile ea, quæ probabilia sunt in philosophia invenient, et, si iidem in dicendo exercitati sunt, ea oratione ornabunt. *Pearc.*

§ 81 *Quare Coracem istum*] Corax ille rhetor, et quem merito cum Græcis φερώνυμον appellares, hoc est, *dignum suo nomine*, corvi scilicet garrulitate similem; rhetoricæ etiam inventor dicitur apud Suidam. Sed eximiam hanc laudem obscuratam fuisse necesse est, cum ab eo natum sit, eodem teste, dictum illud, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν· *Mali corvi malum ovum.* Coracis meminit Aristot. Rhet. lib. II. et in epistola ad Alexandrum, quæ operi rhetorico ad eum scripto præfigitur; ubi sese duo volumina mittere ait; unum a se, aliud a Corace scriptum. *Petav.*

Pamphilumque] Multorum hujus nominis meminit Suidas. Inter cæteros, quendam commemorat incertæ patriæ, Amphipoliten, vel Sicyoneum, vel Nicopoliten, philosophum, qui de pictura et de illustribus pictoribus scripsit. Quod quidem huic Pamphilo accommodatum est, quia et hic in infulis, hoc est, fasciis oratoriam omnem artem, quasi puerilia crepundia, depinxerat. At enim Nicopolita esse non potuit, cum hæc urbs ab Augusto condita sit post Actiacam victoriam. *Idem.*

Dummodo illa res tanta sit] Sensus est: Modo illa res credatur tanta esse, ut non minori spatio, quam omnibus philosophorum libris, comprehendatur. *Pearc.*

Quos nemo oratorum istorum] Isti homines, de quibus dixit modo, fuerunt Corax et Pamphilus, non oratores, sed rhetores: nempe rhetorum horum et aliorum ignorantiam, et impudentiam exagitat Crassus, qui præcepta eloquentiæ tradebant, cum omnem moralem philosophiam, quæ maxime oratori necessaria esset, ignorarent: quare rescribendum censeo, *quos nemo rhetorum istorum unquam attigit.* Ultima littera vocis *nemo* geminata huic errori locum dedit. *Idem.*

CAP. XXIII. § 86 *Quamvis bonus ipse*] Versus ii ex Lucilio satyrico poëta desumpti, in quibus Samnitium illum magistrum significare videtur acrem hominem, et non ineptum fuisse. Verba ipsa obscura, ac fortasse

mutila; et quidem alii aliter legunt. Sensus hic esse videtur: Samnitem illum in ludo atque umbratili exercitatione bonum et non imperitum. *Quamvis* pro 'quantumvis' sumit Strebæus, et *causis* legit; ego *cuivis* arbitror retineri posse, respexisseque Lucilium ad gladiaturam. Inprimis enim nomen ipsius Samnitis proprium generis cujusdam fuit gladiatorii, ut ex locuplete Livii testimonio constat lib. IX. ubi ait Campanos odio Samnitium gladiatores eo ornatu armasse, quo ii in acie usi fuerant, Samnitiumque nomine appellasse. Ad quos allusisse Lucilium etiam vox quæ sequitur, *rudibus*, probat: hoc enim gladiatorium instrumentum, et quidem duplex: nam alia fuit rudis lanistarum propria, ferulæ instar: ita enim appellatur: qua donabantur gladiatores qui missionem impetrabant. Alia fuit tironum, in ensem ligneum formata; quo genere exercebantur tirones, non gladiatores solum, verum etiam milites; quod 'batuere' vocabant. Dixi sensum hunc videri; propterea quod nullus alius commodior occurrit. Alioqui magistrum Samnitium de rhetoricæ professore accipere, quemadmodum Strebæus, nescio an ridiculum sit: recte non ita diceret Cicero: quid enim potius Samnitium, quam aliorum doctor appelletur? horridæ præsertim gentis, nec aptæ admodum ad eloquentiam. Quid? quod Lipsius Saturn. lib. I. 15. hoc de gladiatorii ludi magistro accipit. Quod autem 'commentari' dicatur, bene observat gladiatorum magistros etiam interdum dictata dare solitos. Unde Juvenal. Sat. XI. 8. 'Scripturus leges et regia verba lanistæ.' Verum quid sequentibus verbis faciemus, *sed plus operæ foro tribuebat, &c.* Hoc enim oratorem et rhetorem spectare videtur. An idem ille gladiatorum magister in foro versabatur? plane, aut ita dicendum, aut criticorum communi causatione utendum, luxatum mutilumve, aut translatum ex alieno locum hunc esse. *Petav.*

Cap. XXIV. § 91 *Apparatu nobis opus est*] Alludit, quantum opinor, ad ædilitatem, in qua pleraque populo spectacula proponebantur; et in eo genere, qui novi aliquid ederet, et hactenus inusitatum, omne punctum ferebat. Quod idem in aliis magistratibus, sed in illo præcipue valebat. Quare, quemadmodum ibi delectu atque apparatu exquisitarum rerum opus est; eodem modo orator, vulgaribus tritisque neglectis, id consectari debet, quod ipsa præsertim novitate delectet. *Idem.*

Quos ego censor edicto] Juvat super ea re Gellium audire, qui XV. 11. istud his verbis declarat: 'Cn. Domitius Ænobarbus et L. Licinius Crassus censores de coërcendis rhetoribus Latinis ita edixerunt: Renunciatum est nobis esse homines, qui novum genus disciplinæ instituerunt, ad quos juventus in ludum conveniat; eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetores; ibi homines adolescentulos dies totos desidere,' &c. *Idem.*

Cap. XXV. § 96 *Ornatur igitur oratio*] Institutum deinceps aggreditur, ac de ornatu orationis disserit; atque inprimis duplex illius genus distinguit: unum in toto fusum corpore orationis; aliud spectatur in partibus. Quod similitudine humani corporis explicatur; in quo alia totius est pulchritudo, quæ in coloris bonitate, aptaque membrorum proportione cernitur; alia partium singularum. *Idem.*

§ 98 *Difficile enim dictu est, &c.*] Non hic ratio redditur, quare Crassum aliud hortabantur juvenum ingenia et ætates: sed hæc sententia pendet ab ista, *Genus igitur dicendi est eligendum, quod maxime teneat eos, &c.* Nempe habes rationem, cur satietas in delectatione vitanda sit.

Sic igitur ope parentheseos sententiam restitui : *Sed etiam sine satietate delectet; (non enim a me ... et ætates;) difficile enim dictu est, &c.* Eodem etiam modo Manutius hunc locum impressit. *Pearc.*

Quanto colorum pulchritudine] Exemplis, quod dixerat, illustrat. De vario genere picturæ, singulorumque generum proprietate, superius dixit. Pictura vetus, etsi rudis, nec ita florida, ipsa tamen antiquitate delectat. Eodem pacto in musica, vox ad suavitatem infracta et inflexa, si nimium iteretur, displicet. *Petav.*

§ 99 *Magis laudari, quod terram, quam quod crocum*] Alii *ceram*, pro *terram* hic legunt, sed perperam. Juvat Plinii locum cum hoc conferre, qui ei lucem præferat. Igitur XVII. 5. 'Certe,' inquit, 'Cicero, lux doctrinarum altera, 'Meliora,' inquit, 'unguenta sunt, quæ terram, quam quæ crocum sapiunt.' Hoc enim maluit dixisse, quam redolent. Ita est profecto: illa erit optima, quæ unguenta sapiat. Quod si admonendi sumus, qualis sit terræ odor ille qui quæritur; contingit sæpe etiam quiescente ea sub occasum solis, in quo loco arcus cœlestis dejecerit capita sua; et cum a siccitate continua immaduit imbre: tunc emittit illum suum halitum divinum ex sole conceptum, cui comparari suavitas nulla possit.' *Idem.* Tuetur hanc eandem lectionem in suis notis et emendat. ad Plin. XIII. 6. Harduinus. *Oliv.*

§ 100 *Sensus in nimia voluptate natura, non mente satiantur*] Illum, qui satiatur mente aut natura, natura aut mens satiat: neque enim alio sensu, vox *satiatur* cum ablativo intelligi potest: sed non hoc voluit Cicero; imo aliud longe diversum voluit. Quod si intelligere possimus *mente satiari*, quid, quæso, est natura satiari? Lambinus hanc labem vulgatæ lectionis vidit, et sic corrigere voluit, *quod sensu in nimia voluptate natura, non mente, satiatur:* ubi *natura* est nominativi casus. Sed manet interim eadem vitiosa locutio *mente* et *sensu satiari;* et nec sententia satis numerosa videtur, nec ordo verborum elegans conservatur. Restat etiam hoc vitium, et in vulgata, et in Lambini lectione, quod hæe verba *in nimia voluptate* nimis universa sunt, et de omnimoda voluptate dicuntur: sed Cicero de uno solo genere voluptatum nunc loquitur, sc. earum, quæ ex sensibus oriuntur. Opus igitur esse emendatione, ut opinor, lector fatebitur, sententiamque leviori, quam illa Lambini, mutatione, sic forsitan restituet: *Quod sensus in nimia voluptate naturæ, non mentes satiantur; in scriptis et in dictis, non aurium solum, sed animi judicio etiam magis infucata vitia noscuntur.* Id est: in gustatu, auditu, reliquisque voluptatibus, quæ a natura nobis sunt datæ, si nimiæ sint, non mentes gustantium, aut audientium, sed sensus soli satiantur: in iis autem voluptatibus, quæ ex arte proficiscuntur, ut in poësi et oratione, si nihil varietatis habeant, istud nimiæ similitudinis vitium noscitur non solum aurium, sed etiam magis animi judicio. *Voluptas naturæ* est voluptas a natura data. Sic noster de Fin. l. v. 'Quod in pueritia facillime se arbitrentur naturæ voluptatem posse cognoscere.' Sic de Orat. lib. II. 84. 'naturæ bona' eadem sunt, quæ in c. 11. dicuntur 'natura data hominibus.' Facillime autem ultima littera vocis *mentes* a sequenti *s* absorberi potuit. *Pearc.*

CAP. XXVI. § 101 *Quare bene et præclare*] Solebant non modo in scholis auditores, sed in foro populus oratoribus acclamare, cum aliquid impensius placeret: atque hæ erant acclamationes usitatæ, 'bene,' 'præclare,' 'belle,' 'festive,' 'euge,' cujusmodi assentationum insaniam reprehendit Persius, Sat. I. 47. et Plu-

tarchus, tractatu de Audiendo. Atque eo etiam morbus iste pervasit, ut nonnullos subornatos homines haberent, qui in exclamando cæteris præirent. Hinc natum fortasse, ut Græci *θαυμάζειν,* quod est *admirari,* pro eo quod est discipulum esse et auditorem, sumerent, ut est apud Hesychium. Cæterum hunc locum ita accipit Strebæus, quasi *bene, præclare,* et *belle* ac *festive* ad idem exclamationis et admirationis genus pertineant. Existimo tamen duo illa esse genera ac diversa exclamandi; ut cum alia sit orationis commendatio, ex eo quod apta sit, et artificiosa, et accommodata rebus, ex quo *bene* et *præclare* exclamari soleat, id in ea deberet esse frequentissimum; alia vero cum sit laus ex nitore ac lepore, quæ lumina dicuntur, hoc est, insignior quidam ac fucatior ornatus, ut propterea *belle* ac *festive* acclametur; nonnunquam quidem erit istud adspergendum, sed parcius et rarius. *Petav.*

Cap. xxvii. § 106 *Consequentur etiam illi loci*] Usum locorum communium commendat. Erant hi communes loci sententiæ quædam, sive promptuaria argumentorum vel disputationum variis scilicet de rebus institutarum et generalibus, cujusmodi tria genera distinguit. Alii enim loci insectationes criminum quorundam continebant, de quibus nemo dubitat quin pessima sint. Alii, deprecationis aut miserationis excitandæ rationem continent. Tertium genus habet earum quæstionum tractationem, quæ utramque in partem disputando trahuntur, ut sunt de virtute, de justitia, cæterisque id genus rebus institutæ disputationes. *Idem.*

§ 107 *Nunc propria duarum philosoph.*] Quasnam significet, planum est et facile: Peripateticos enim et Academicos innuit. *Idem.*

§ 110 *Atque hactenus loquuntur. Etiam hac*] Omitto, *loquuntur:* ut sensus sit, Atque hactenus etiam hac instituendo divisione utuntur, scilicet rhetores, etsi in eorum provinciam invaserint philosophi. *Muret.*

Surculo defringendo] Ita philosophos illos de rhetorica tradere aliquid docet, ut non sibi penitus illam vindicent, neque in eam tanquam possessionem manus injiciant, sed de ea etiamnum contendentes imaginaria vindicatione usurpent in exigua aliqua parte. Olim enim petitor possessorem una cum prætore in rem præsentem ducebat: unde adversarium manu prehendens, rem, de qua erat contentio, sibi vindicabat; quod 'manum conserere' appellabant. Posteaquam vero propagatis Italiæ finibus, prætores negotiis occupati proficisci ad longinquas res gravabantur, institutum est ut litigantes non apud prætores manum consererent, sed 'ex jure,' id est, ex eo loco ubi jus reddebatur, 'manum consertum vocarent,' id est, alter alterum ad manum conserendam in rem de qua ageretur, vocaret; atque profecti simul in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad prætorem deferrent, et in ea gleba, tanquam in toto agro, vindicarent. Nonnunquam et surculum ex arbore defractum ferebant. Multa de eo ritu Brissonius in Formulis. Itaque similitudo Ciceroniana hæc est: Quo illi modo litigantes in parte agri exigua hærent, nec dum totum obtinuerunt; sic philosophos, dum paucula quædam delibant ex rhetoricis, non veterem possessionem ex toto usurpare, quasi postliminio, sed particulam illius quasi adhuc alienæ rei arripere. *Petav.*

Lacinia] Lacinia aliquid tenere vel obtinere, idem valet, ac rem nonnisi leviter tenere. Phrasis eadem in Plauti Asin. iii. 2. 41. *Pearc.*

Cap. xxix. § 115 *Ut cum quæri-*

tur] Mutavi vulgatum *ut* in *aut*, quia exemplum non subjicitur, sed species quædam definitionis. Quatuor ejus sunt species. Prima est, cum quæritur, quid in communi mente quasi impressum sit, quam Cicero in Topicis vocat notionem, et ejus speciei exemplum est, *Idne est jus, quod maximæ parti sit utile?* Secunda est, cum, quid cujusque sit proprium, exquiritur: quod Cicero in Topicis vocat proprietatem. Tertia, cum res distribuitur in partes: quod vocat divisionem. Quarta, cum quæ forma et quasi naturalis nota cujusque sit, describitur: quam vocat descriptionem. Vides igitur, lector, *aut* legendum esse, quod præponitur tribus postremis speciebus. *Idem.*

Aut, cum, quæ forma] Notationes, sive descriptiones morum indicat, quos characteres Græci vocant; quando res non simplici definitione aperitur, sed per multiplicia signa et quasi vestigia explicatur. Cujusmodi sunt morales Theophrasti characteres, quæ in oratione collocata ethopœiam faciunt, et præcipue ad comœdias pertinent. *Petav.*

CAP. XXXII. § 129 *Delphis non inaurata statua*] Immo non a Græcis erecta illa statua, sed ab ipso sophista sibi posita, si audiendus Plinius, qui XXXII. 1. 'Hominum,' inquit, 'primus et auream statuam et solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit, septuagesima circiter Olympiade: tantus erat docendæ oratoriæ artis quæstus.' Sed nihil hac in parte fidei habeas Plinio. Præstat et Ciceroni credere, et Valerio VIII. 15. et Pausaniæ, qui tamen non auream, sed inauratam esse ait, lib. X. *Idem.*

CAP. XXXIV. § 138 *Clamator*] Vict. Man. *declamator.* Oliv.

Ad clepsydram] Oratoribus ad causas agendas certum tempus definiebatur per clepsydram, quo elapso silere necesse erat; fiebatque non raro quod ait Quintil. XII. 6. 'Laboratam congestamque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit.' De forma clepsydræ atque usu nonnulla scitu necessaria ex antiquis scriptoribus juvat hic breviter exponere: præsertimque ex Aristophanis interprete, Acharn. vs. 693. et Vesp. vs. 93. Ἡ κλεψύδρα ἀγγεῖον, κ. τ. λ. Clepsydra vas est habens exiguum foramen in fundo, quod in judicio plenum aqua ponebatur, ad quam oratores dicebant: hoc est, tamdiu dicere poterant ac perorare, quamdiu aqua per angustum foramen fluebat. Apuleius Met. lib. III. 'Præconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exsurgit, et ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo infusa aqua, populum sic adorat.' Falso sibi persuaderet aliquis, clepsydram nostris fuisse clepsammidiis similem, hoc est, horologiis, ut quidam vocant, pulverariis, quibus scilicet horarum intervalla partimur effluxu arenæ. Nam neque duobus ex vasculis veterum clepsydra constabat, quorum ex altero aqua in alterum per vices deflueret; sed uno tantum. Neque in eo aqua erat perpetua; sed quæ effusa identidem transmitteretur, subjecto, ut opinor, vase recepta; aut certe quæ singulis causis nova atque appensa transfunderetur. Eam publicus lictor appendebat; quæ ubi omnis effluxerat, monebatur orator esse desinendum. Quod si sermonem interrumperet casu quopiam, aut aliquid de scripto recitaret, jubebat præconem aquam sistere. Apuleius in Apolog. 'At tu, interea dum legis, aquam sustine.' Πρὸς ὕδωρ λέγειν, *ad aquam dicere*, perinde est, ac dicere ad clepsydram. *Petav.*

CAP. XXXV. § 141 *Cum barbaros; hic autem, &c.*] Versus, ad quem alludit Cicero, exstat apud Quint. III. 1.

et Diog. Laërtium in vita Aristotelis: *Αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾷν λέγειν.* Versus autem ipsius Euripidis in Philocteta sic se habet: *Αἰσχρὸν σιωπᾷν, βαρβάρους δ' ἐᾷν λέγειν.* Ex quo apparet, non *barbaris*, ut vulgo, sed *barbaros* legendum esse; quod et ipse Cicero indicat, cum dicit in accus. casu *Isocratem:* nempe sic expletur sententia, *cum barbaros pateretur dicere.* Hanc mendam sæpe observarunt viri doctissimi: nemo tamen adhuc *barbaros* in textum reposuit. Adde, quod Ms. Bal. Harl. 1. et Joan. *barbaros* rectissime exhibent. *Pearc.*

Cap. xxxviii. § 153 *Sed tamen raro habet etiam, &c.*] Legendum esse *non raro*, aperte ostendunt verba illa, *sed tamen.* Tum ea, *etiam in oratione.* Muret. Vox *raro*, cum adjecta, ut hic, voce *etiam*, significat 'aliquando,' 'nonnunquam:' quo sensu iterum noster idem adverbium usurpat cap. 52. 'Translatis utamur frequenter, interdumque factis, raro autem etiam pervetustis:' et in ii. 25. 'plerumque ex futuri, raro etiam ex instantis,' &c. *Pearc.*

Poëticum aliquod] Manifestum est singulas hujus loci partes rimanti, Ciceronem de solis inusitatis et priscis verbis sermonem habere: et, cum exempla proferat, num poëtica verba affert? Annon verba quædam, quæ poëtis sunt inaudita, adducit? 'Opinabar,' 'nuncupari,' et alia nonnulla apud oratores invenienda sunt, apud poëtas nullum habent locum. Si hoc modo locum recudas, *sed tamen raro habet etiam in oratione pervetustum aliquod verbum dignitatem;* idem hic dicet Cicero, quod in c. 52. mox dicturus est, 'ut translatis utamur frequenter, interdumque factis, raro autem etiam pervetustis.' Adde, quod Quintil. viii. 3. dicit, 'Propriis dignitatem dat antiquitas:' mox addit, 'Quædam tamen adhuc vetera vetustate ipsa gratius nitent; quædam etiam necessario interim sumuntur, nuncupare, et fari.' *Idem.*

Cap. xxxix. § 157 *Similitudinis est ad verbum*] Metaphoram quandam esse similitudinem docet Aristoteles, Rhet. lib. iii. sed inter utramque nonnihil tamen interesse: nam cum de Achille loquens Homerus dicit, 'ut leo prosiliit,' similitudo est; sin dicat 'leo prosiliit,' metaphora. *Petavius.*

§ 158 *Quandoquidem iste circumvestit, &c.*] Gruterus conjecit legendum divisim *is te:* sed ad sensum verborum præcedentium parum attendisse videtur: hæc enim de eo dicuntur, qui *consulto occultat, ne id quid* (ab ipso) *ageretur, intelligi posset.* Unde ego rescribendum esse censeo *is se,* quæ lectio et sensui satisfacit, et post verbum *circumvestit* supplet accusativum casum, quem Gruterus recte vidit hic prorsus defuisse. *Pearc.*

Cap. xl. § 159 *Ut pes in navi*] Pedem in navi partem extremam veli appellant Latini, æque ac Græci; quæ pars acutior et inferior ad navis latus religari solet. Alii vero funem esse dicunt, quo velum tenditur aut relaxatur. Virg. Æn. v. 830. 'Una omnes fecere pedem,' id est, vela tetenderunt. Catull. iv. 20. 'Sive utrumque Jupiter simul secundus incidisset in pedem.' *Petav.*

Ut nexum] Quid sit nexum, sive nexus, cum ad jus civile pertinet, vide ad Topica, cap. 5. *Idem.*

§ 162 *Radiatum*] Muretus Var. Lect. xi. 9. putat legendum *radiantis,* quo nomine solem appellabant veteres poëtæ. *Oliv.*

Cap. xli. § 164 *Nolo morte dici Africani*] Eadem metaphoræ vitia tanquam scopulos caveri oportere monet Aristoteles, et sophistam merito reprehendit, qui diceret, non debere religioni esse, qua quisque voce uteretur, etiam in re turpi, cum voces omnes eandem turpitudinem ex-

primant. Sed quemnam hoc loco Africanum loquitur? Juniorem, opinor; ad idque inducor, quod alterius tempore viri multi, hoc est, insignes duces Romæ fuerunt, nec ejus morte respublica evirari potuit: at Africani alterius tempore ferme duces instrenui, avari, nihili homines. *Petav.*

Quidnam est] Versus ex Ennii fabula, ut colligitur ex Tuscul. III. 12. *Oliv.*

CAP. XLIII. § 171 *Quam lepide lexeis compostæ, &c.*] Sensus est: Lexeis, id est, verba tua, o Albuti, lepide et eleganter composita coagmentataque sunt in oratione, ut in pavimento, vel in emblemate vermiculato omnes tesserulæ sunt arte compositæ. Tesserulæ sunt lapilli aut lateres quadrati, quibus ædium solum consternitur. Opus tesserulis apte consertum, et effigie rerum animaliumque distinctum, emblema vermiculatum vocatur. *Streb.*

Arte pavimento] In veteribus quibusdam libris, quos ego vidi, pro *arte* scriptum est *endo*, ut sit ἐν τῷ, quæ scriptura perspicue exstat apud Plin. XXXV. 25. Constat autem Lucilium Græcas voces Latinis versibus non semel immiscuisse. *Ursin.*

Rhetoricotero'] Vox Græca, ῥητορικώτερος, *artis rhetoricæ peritior.* Oliv.

CAP. XLIV. § 173 *Interspirationis*] Scilicet clausulas, quæ vox infra occurrit, et hic subintelligenda est. Interim vix dubito, quin in sequentibus aliquid insit vitii: quid enim voluit Cicero per voces *defatigationis nostræ?* a quo pendent, et, ut grammatici dicunt, reguntur? an a *notis?* at quænam sunt *notæ defatigationis?* prorsus nescio. Opinor equidem legendum esse, *Interspirationis enim, non defatigatione nostra, neque librariorum notis, sed verborum et sententiarum modo, interpunctas clausulas, &c.* Similemque prorsus huic habemus locum in Orator. cap. 68. 'Oratio, non aut spiritu pronunciantis, aut interductu librarii, sed numero coacta, debet insistere:' ubi 'insistere spiritu pronunciantis' idem est ac *defatigatione nostra* (id est nostri spiritus) *interpungi;* et 'interductus librarii' non alia res est, quam *notæ librariorum.* Pearc.

Modis et forma relaxat] Sic Man. et Lamb. Sensus loci erit: Orator non eandem dimensionem sententiæ, nec eosdem pedes semper repetit: sed nonnunquam membris, aut periodis utitur; et alibi alios pedes in principio, et fine sententiæ collocat. *Idem.*

CAP. LII. § 201 *In perpetua autem oratione*] Hunc locum ac deinde cap. 53. 54. et 55. descripsit Quintil. IX. 1. atque ibi τεχνικὰς, quæ hic acervatim occurrunt, voces illustravit eruditus. *Capperon.*

CAP. LX. § 224 *Nam ad vocem obtinendam*] Corruptus procul dubio locus est: paulo enim ante dixerat Crassus, se nolle hic præcepta dare, 'quemadmodum voci serviatur,' id est, quo modo *vox obtineatur,* sive melior fiat usu et exercitatione. Illud solum hic notat, quam id quod *maxime utile est, etiam decet maxime.* Ut hoc de voce verum esse probet, dicit nihil crebra mutatione utilius, nihil non intermissa contentione perniciosius *ad vocem,* &c. quid? certe non *obtinendam:* de eo nihil hic dicturus fuit. Tum addit, nihil varietate auribus nostris suavius aptiusque esse. Omnes fere vet. editiones et nonnulli Mss. habent *ad vocem* in dicendo *obtinendam:* unde Lambinus bene conjecit legendum *ad vocem in dicendo tuendam.* Sic in initio hujus cap. de voce Crassus dicit, 'quæcumque erit, ea tuenda:' et in sequente cap. cum doctrinam suam de voce breviter repetit, sic concludit: 'Hæc varietas et hic per omnes sonos vocis cursus, et se tuebitur, et actioni afferet suavitatem.' *Pearc.*

BRUTUS,

SIVE

DE CLARIS ORATORIBUS.

Argum.—Est ea plerisque usitata interpretibus ratio, ut de quoque homine, quoties ejus nomen occurrerit, toties quæcumque vel alieno habent labore congesta, vel suo, ingerant lectoribus atque inculcent. Illam ego profusam intemperantemque copiam etsi nunquam probavi; tamen, ut facilius est intelligere quid insit in ea re vitii, quam persuadere multis, vitiosum id esse quod sibi commodare sentiunt; hoc sublevandi laboris remedio carere hanc editionem nolui, quam esse cupio omnibus instructissimam. Tantum hanc peto veniam, ut ne plus semel necesse mihi sit ejusmodi singulares historias describere. Quin etiam, ut denique sint certi fines, de Græcis non agam, sed tantum de Romanis. Cum ergo in librum de Claris Oratoribus, sic quasi in equum Trojanum, uti Sebastianus inquit Corradus, omnes propemodum inclusæ sint personæ Ciceronianæ; cumque in singularum comparanda notitia nemo hujus ipsius Corradi diligentiam aut vicerit hactenus, aut æquarit, eum hic adhibebo potissimum; sic tamen ut supplementi quidpiam aliunde, si quando fuerit opus, petere non pigeat. Video satis ampla hæc fore excerpta historica, nihil ut spatii criticis relinquant, vel oratoriis: neque horum generum ulla, si verum fatemur, hic Brutus admodum desiderat. *Olivetus.*

Cap. viii. § 31 *Solebat*] Vict. *solebat vir is, cujus.* Oliv.

§ 33 *Magis tum*] Vict. Man. *magis, tum casu nonnunquam.* Oliv.

Cap. xiv. § 53 *Bruto*] L. Junio Bruto, qui Marci filius fuit. Marcus vero Junius cum, ut auctor est Dionysius, duceret originem ab uno eorum, qui cum Ænea coloniam deduxerant in Italiam, et dives esset, dignus est judicatus, cui Tarquinius Priscus Tarquiniam filiam uxorem daret: ex qua duos filios sustulit, M. Junium, ut nos putamus, et hunc L. Junium, qui postea Brutus est appellatus; quod cum patrem primum, deinde Marcum fratrem, quod divites et prudentes essent, a Tarquinio Superbo et quidem avunculo suo interfectos intellexisset, ne et ipse interficeretur, se stultum esse simulavit. *Corrad.*

De matre suavianda] Cum vox, inquit Livius, ex infimo specu sic reddita fuisset, 'Imperium summum Romæ habebit, qui vestrum primus, o juvenes, osculum matri tulerit;' cumque Tarquinii de osculo matri suæ ferendo cogitarent, L. Brutus alio ratus spectare Pythicam vocem, velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit, scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset. *Idem.*

§ 54 *M. Valerium*] M. Valerium Volesi filium, et P. Valerii Publicolæ fratrem, ut Livius et Dionysius sunt auctores. *Idem.*

L. Valerium Potitum] P. Valerii, qui consul iterum Ap. Herdonium Capitolium tenentem obsedit, et interfectus fuit, filium; et P. Valerii Publicolæ, qui reges ejecit, nepotem, ut docet Dionysius lib. xi. ubi scribit ille quidem hunc cognomine *Potitum* dictum fuisse; sed causam nec ipse,

nec alius, quem nos viderimus, refert. *Idem.*

§ 55 *Appium Claudium*] Appium Claudium Crassum, cui Cæco cognomen fuit. *Idem.*

C. Fabricium] Hic est C. Fabricius Luscinus, qui cum Q. Æmilio bis consul, et censor fuit; cui paupertas, quam negant alii se ferre posse, ut ait Cicero, tolerabilis fuit; et quidem ita, ut cum Samnites, quos universos in clientelam habebat, ad eum decem æris, et quinque pondo argenti, totidemque servos misissent, ipse in Samnium, ut scribit Valerius IV. 3. remiserit; illud, quod refert Gellius I. 14. præfatus: sibi, dum membris, quæ cupiditate moventur, obsistere atque imperare posset, nunquam quidquam defuturum. Hinc missus ad Pyrrhum regem, ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, ab eo tentatus est. Ejus enim amicitiam et aurum, atque adeo quartam regni partem, ut scribit Eutropius, sprevit. Illud etiam Fabricii factum laudatur, de quo Cicero de Offic. lib. III. ita scribit: 'Perfuga a Pyrrho venit in castra Fabricii, eique est pollicitus, si præmium sibi proposuisset, se, ut clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum, et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum, idque ejus factum a senatu laudatum est.' Cum Cicerone Livius, Eutropius, et Frontinus sentiunt, Quadrigarium, ut arbitror, secuti; sed alii scriptores, pæne omnes, dissentiunt. Nam Valerius Maximus et A. Gellius, Valerium Antiatem secuti, dicunt Timocharem medicum Ambraciensem id Fabricio pollicitum, quod ipsius filii vinum regi miscerent. *Idem.*

T. Coruncanium] Hic anno U. C. 473. consul cum P. Valerio Lævino fuit: et primus ex plebe pontifex maximus creatus est, ut lib. XVIII. refert Livius, qui tamen lib. X. scripserat, legem latam fuisse multo ante, ut quatuor pontifices de plebe adlegerentur: sed illi pontifices erant minores, hic pontifex maximus appellabatur. Hinc sunt illa Ciceronis verba in Orat. pro Domo: 'Omnia ex Coruncanii scientia, qui peritissimus pontifex fuisse dicitur, acta esse constaret.' Hunc sapientem veteres judicabant, ut in Lælio Cicero testatur, ubi illum cum Fabricio, et Curio etiam conjungit. *Corrad.*

M' Curium] Hic est Manius Curius, Dentatus appellatus, quod, ut ait Plinius, cum dentibus sit natus, vir ab omnibus scriptoribus magnopere commendatus: qui consul cum P. Cornelio Rufino, Samnitibus cæsis, et Sabinis, qui rebellarant, victis, atque, ut Livius lib. XI. refert, in deditionem acceptis, bis in eodem magistratu triumphavit: ac consul iterum factus cum L. Cornelio Lentulo, cum delectum, ut Livius et Valerius scribunt, haberet, ejus qui citatus non responderat, bona vendidit: Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reversum vicit, et Italia expulit; atque de illo triumphavit. Primus etiam, ut auctor est Eutropius, Romam quatuor elephantes duxit, Lucas boves tunc appellatos, quod in Lucanis tum primum visi fuissent. Extremum vero tempus ætatis in vita rustica consumpsit, ita quidem, ut agrum, quod ait Plutarchus in Catone, foderet: cui ad focum sedenti magnum auri pondus cum Samnites attulissent repudiati sunt. Non enim aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed iis qui haberent aurum, imperare. *Idem.*

§ 56 *M. Popillii*] Qui quater consul fuit, et in primo quidem et secundo consulatu Tiburtes vicit; in tertio vero cum Gallis bellum gessit, in quo etiam vulnus accepit, sed eos tandem cum vicisset, triumphavit; in quarto, cum foris pax et domi concordia esset, nihil, quod magni fuerit momen-

ti, gessit. Popillii autem erant plebeii, ut Livius ostendit, vel de hoc M. Popillio ista verba scribens: 'M. Popillius Lænas a plebe consul, a patribus L. Cornelius Scipio datus.' Et Paterculus P. Lænatem tribunum plebis vocat. *Corrad.*

§ 57 *C. Flaminius*] C. Quintius Flaminius. Fuit enim ex Quintiis, quos scribit Livius a Tullo rege in patres lectos, cum inter Albanorum principes essent, unde postea semper ea gens patricia fuit; in qua, quod refert Plinius, aurum ne feminas quidem habere mos fuit, tantum aberat, ut viri haberent. Quintia gens, inquam, fuit patricia: sed cum Flaminius hic dicatur tribunus plebis, apparet vel eam duplicem, patriciam et plebeiam, vel eum ex alia gente potius fuisse. *Idem.*

Q. etiam Maximus] Q. Fabius Maximus Verrucosus, Ovicula, Cunctator. Fabios patricios fuisse cum veterum monumenta pæne omnia, tum Livius lib. II. sæpe testatur. Verrucosus autem dictus est a verruca in labris, ut ait auctor libelli de Viris Illustr. A Plutarcho vero scribitur Βεῤῥούκωσος, quod in superiore labro carunculam haberet. Ovicula dictus est a clementia, ut inquit idem auctor de Viris Illustr. et Plutarchus. Cunctator autem, quod, ut inquit Ennius, 'Unus homo nobis cunctando restituit rem.' *Idem.*

Q. Metellus] Quintus Cæcilius Metellus; Cæculus enim Præneste condidit, unde putant Cæcilios ortos, quorum erat nobilis apud Romanos familia. Alii aliter sentiunt. Hic autem Q. Cæcilius Metellus ædilis cum C. Servilio, legatus cum L. Veturio M. Livii et C. Claudii consulum, magister equitum ejusdem M. Livii dictatoris, consul cum eodem L. Veturio, dictator comitiorum causa, ac tandem decemvir apud Livium cognoscitur. Plura invenire non potuimus, quamvis etiam diligenter quæsiverimus. Itaque ne scire quidem potuimus, quare orator sit habitus. *Corrad.*

Cap. xv. *Cethegus*] Is est M. Cornelius Cethegus, qui censor ante consulatum fuit, deinde consul Etruriam provinciam sortitus est; postremo proconsul in Gallia cum Magone collatis signis feliciter pugnavit: quæ quidem omnia tu apud Liv. lib. XXVII. XXIX. et XXX. invenies. Horatius poëta Cethegos 'cinctutos' appellat, quod is mos esset Cethegis, ut cincti et pæne nudi in bellum proficiscerentur; unde Lucanus et Silius eos nudos et exsertos vocarunt. *Idem.*

§ 61 *Cato*] Marcus Porcius Cato, de quo Plin. VII. 27. 'Primus,' inquit, 'Porciæ gentis, tres summas in homine res præstitisse existimatus, ut esset optimus orator, optimus imperator, optimus senator.' Quartam addit Valerius Max. VIII. 7. 'ut esset juris civilis quoque peritissimus.' Vide Liv. XXXIX. 40. ubi multa de illius indole, atque inter cætera, 'Huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcumque ageret.' *Anonymus.*

Cap. xviii. § 73 *Si æqualis*] Vict. Lamb. Grut. *cum æqualis.* Oliv.

Cap. xix. § 75 *Illius*] Nævii. *Oliv.*

§ 77 *C. Varro*] C. Terentius Varro, qui, ut ait Livius, loco non humili solum, sed etiam sordido ortus est. Patrem lanium fuisse ferunt, ipsumque institorem mercis, filioque hoc ipso in servili ejus artis ministerio usum. Is juvenis, ubi ex eo genere quæstus, pecunia a patre relicta, animum ad spem liberalioris fortunæ adjecit, consul cum L. Æmilio Paulo factus, apud Cannas culpa sua vires P. Romani, ut ait Val. Max. exhausit. *Corrad.*

P. Lentulus] P. Cornelius Lentulus Claudinus, qui cum C. Licinio Varrone anno ab U. C. 517. consul

fuit. Nullus enim præter eum fuit his temporibus, qui consul, major natu Catone, fuerit, et P. Lentulus sit dictus. Duos quidem P. Lentulos apud Livium, sed prætores agnoscimus. An vero Cicero hic inter tot consulares prætorium nominarit, dubitari ut potest, ita verisimile non videtur. *Idem.*

P. Crassus] P. Licinius Crassus Dives, pontifex maximus: qui cum ante nec prætor nec consul fuisset, magister tamen equitum et censor est factus. Ex ædilitate enim gradum ad censuram fecit; sed cum L. Veturius collega decessisset, censura se abdicavit: cui postea prætori facto provincia peregrina evenit, et quæ senatus censuisset, ut ait Livius. Hunc Cicero in Catone pontificii et civilis juris fuisse peritissimum ostendit. Quin vero Dives hic etiam sit appellatus, qui veterum monumenta viderit, dubitare non poterit. *Corrad.*

Scipionem] P. Cornelium Scipionem, qui Africanus primus est appellatus, cujus res gestas et totam denique vitam, præter alios Livius et Plutarchus scripserunt, si modo Plutarchus unquam scripsit eam, quæ circumfertur. *Idem.*

Filius quidem ejus] Qui Cn. Scipio a Val. Maximo vocatur, et inter eos etiam numeratur, qui a parentibus degenerarunt; atque in eo potissimum accusatur, quod in tanta domestica gloria ortus, a parvulo admodum regis Antiochi præsidio capi sustinuit. Et captum quidem Livius, Justinus, Plutarchus, et alii consentiunt; de causa dissentiunt. *Id.*

Cap. xx. § 78 *Sex. Ælius*] Pætus Catus; nam gentis cognomine Pætus a Livio, et suo Catus ab Ennio illo carmine fuit appellatus: 'Egregie cordatus homo, Catus Æliu' Sextus:' quod apud Ciceronem Tusc. I. et lib. I. de Oratore invenies. Hic consul cum T. Quintio Flaminio Galliam provinciam sortitus est, sed nihil memorabilis rei gessit, ut Livius loquitur. Censuram vero cum C. Cornelio Cethego præclare administravit, quod Livius lib. xxxiv. refert. Ælii plebeii fuerunt: quod cum multa ostendunt, tum P. Ælius, qui fuit ædilis plebis, et Q. Ælius Tubero, qui fuit tribunus plebis. Scriptores eos laudant, quod nobiles, et pauperes fuerint. *Corrad.*

C. Sulpicius Gallus] Hunc et L. Æmilium Paulum patronos populi ulterioris Hispaniæ olim sumpserunt, ut Liv. lib. xliii. scribit, qui testatur, illum etiam non ita multo post prætorem factum fuisse. Multa de eo passim apud auctores reperiuntur. Hunc Sulpicium Gallum affirmo significari Famil. lib. iv. ubi scribitur, 'Vester Gallus.' Scribit enim ad Ser. Sulpicium, qui fuit ex eadem gente Sulpicia, quæ duplex videtur fuisse. *Idem.*

Ludos Apollini] Hæc sunt verba ex carminibus Marcii vatis a Livio lib. xxv. relata: 'Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se suisque. Iis ludis faciendis præerit prætor is, qui jus populo plebique dabit summum.' Q. igitur Fulvio Flacco et App. Claudio Pulchro consulibus, id est, anno ab U. C. 542. ludi Apollinares a P. Cornelio Sylla prætore urbis primum facti sunt: inde omnes deinceps prætores urbani fecerunt, sed in unum annum vovebant, dieque incerto faciebant. Consulibus vero M. Claudio Marcello, et T. Quintio Crispino, id est, anno ab U. C. 546. P. Licinius Varus prætor urbis legem ferre ad populum jussus est, ut hi ludi in perpetuum in statum diem voverentur. Itaque ipse primus ita vovit, fecitque ante diem ter. Non. Quint. Is dies deinde solennis servatus est. *Idem.*

§ 79 *Tib. Gracchus*] Hic est Tib. Sempronius Gracchus, qui magnam laudem est adeptus, quod tribunus plebis solus ex toto illo collegio L. Scipioni fuit auxilio, inimicissimus et ipsius et fratris ejus Africani. *Idem.*

Eloquentem] Lib. I. de Orat. inquit, 'Haudquaquam eloquens:' hic tamen eloquentem vocat, ut rem suam agat, id est, ut, quos hic enumerat, ostendat eloquentes fuisse: ut Catonem hic summum facit oratorem, quem tamen alibi in eloquentia non tantopere commendat. Accedit, quod in libris Oratoriis oratorem perfectiorem quærebat, hic quemlibet oratorem nominat. Atque hic quidem Gracchum Nasicæ, in Lælio vero Nasicam Graccho præponit: sed ibi Cicero vel generis nobilitatem, vel uxorum ætates secutus videri potest. Nasica enim patricius, Gracchus vero plebeius fuit, et Nasica Corneliam majorem, Gracchus vero minorem duxit, ut Liv. lib. XXXIX. est auctor. Hoc vero loco Cicero, ubi ætates oratorum, et tempora, ut supra dixit, persequitur, eo ponit ordine, quo consules fuerunt: unde cognosci etiam potest Nasicam Graccho minorem natu fuisse, qui post secundum Gracchi consulatum consul ipse primum fuerit. *Corrad.*

P. Scipionem Nasicam] Fuit etiam hic Nasica pontifex maximus, quod hic omittit Cicero, sed in Catone testatur, et lib. III. de Orat. *Idem.*

Sacra acceperit] Eandem rem tangit in Orat. de Arusp. Resp. et Liv. lib. XXIX. pluribus verbis describit, et quidem P. Sempronio, M. Cornelio consulibus, hoc est anno ab U. C. 550. ex quo tempore ad consulatum P. Scipionis Nasicæ, qui Jugurthæ bellum indixit, anni minimum 92. numerantur. Unde facile apparet error Val. Maximi, qui VII. 5. Nasicam eundem fuisse credidit, qui sacra accepit, et bellum Jugurthæ indixit, et repulsam passus est, quod in manum rustici jocatus esset: quem tamen errorem ne Plinius quidem, diligens scriptor, vitavit, Val. Max. fortasse imitatus. Unus Paterculus recte distinxit. *Idem.*

L. Lentulum] L. Cornelium Lentulum Lupum, Cn. F. L. N. ut in veteribus Coss. scriptum vidimus. Is mihi videtur esse, qui M. Catoni, ut Cicero Tusc. III. refert, de bello Punico est adversatus: de quo quidem præterea nihil dicere possumus, nisi, quod omnes sciunt, Lentulos a serendis lentibus appellatos fuisse. *Idem.*

Q. Nobiliorem] Q. Fulvium Nobiliorem, qui cum T. Annio consul fuit, anno ab U. C. 601. qui bellum in Hispania non satis feliciter gessit; quod Appianus in lib. de Rep. Hisp. scribit. *Idem.*

T. Annium Luscum] Ita Livius lib. XLII. vocat, cum inter legatos, qui in Macedoniam ad res repetendas missi sunt, numerat, et quidem annis duodeviginti ante consulatum. Viderint igitur, qui in consulibus T. Annium Fusium scribunt, an recte faciant. Anniorum gentem plebeiam fuisse cognoscimus ex eo potissimum, quod T. Annius Milo apud Ciceronem, et L. Annius apud Sallustium, tribuni plebis leguntur. *Idem.*

§ 80 *L. Paulus*] L. Æmilius Paulus, cujus res gestæ notiores sunt, quam ut sit necesse nunc quidquam de illis dicere, præsertim cum Livius, Plutarchus, Florus, et alii res illas diligentissime sint persecuti. Quare illud tantum, quod hodie quoque Romæ in tabula ærea legitur, huc transferemus: 'Paulus Æmilius Imp. Macedoniam terrarum imperio potitam cepit, cujus uno die LXXII. urbes vendidit, etiam Indiæ victor per vestigia Liberi patris atque Herculis Romana signa circumtulit.' *Corrad.*

CAP. XXI. § 81 *Albinus*] A. Post-

humius Albinus, qui P. Scipione et M. Marcello coss. prætor fuit, ut legimus apud Ciceronem in Lucullo. Posthumii vero patricii fuerunt, cum a principio multi ex his consules fuerint. *Idem.*

Græce scripsit historiam] In cujus principio veniam petiit, si Romanus homo minus eleganter Græce scripsisset: quam cum legisset M. Cato, Næ tu, inquit, Aule, nimium nugator es, qui maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Hoc apud Gellium XI. 8. et Macrob. Saturn. lib. I. leges. *Idem.*

Fulvius] Ser. Fulvius Flaccus. Is enim mihi videtur esse, qui cum Calpurnio Pisone anno 609. consul fuit, et de Vardæis triumphasse dicitur. Is etiam fortasse fuit, quem C. Curio defendit: qua de re tempore Ciceronis exstabat oratio, ut infra dicitur. *Idem.*

Fabius Pictor] Qui fuerit, ne Corradus quidem Bruti explanator exponit. Quamobrem, et de hoc quod sentimus, aperiamus. Fuerunt igitur tres Pictores, qui litterarum, et quidem antiquitatis cognitione floruerint; Q. Fabius Pictor, N. Fabius Pictor, et Ser. Fabius Pictor. Q. Fabius, omnium antiquissimus, bello Gallico Cisalpino, ut ait Orosius, et post Punico bello, ut inquit Livius, interfuit. Ex ejus Annalibus Latinis Gellius v. 4. testimonium profert. Idcirco autem *Latinis* addidi, ut eos redarguerem, qui hunc Q. Fabium Græce scripsisse existimarunt. In quo alterius Fabii Pictoris, prænomine Numerii, similitudine, ut credo, decepti sunt: cujus meminit Cicero de Divinat. I. 21. Serv. autem Fabius Pictor, quem 'juris, et antiquitatis bene peritum' vocat Cicero, is est, cujus meminit Macrobius lib. III. 'Primo,' inquit, 'pontificii juris libro apud Pictorem hoc verbum positum est, 'Vitulari.'' Et Nonius: 'Fabius Pictor rerum gestarum libro primo ... Idem juris pontifex libro tertio.' ... Quibus in verbis illud esse peccati puto, quod 'pontifex' pro 'pontificii' scriptum sit. Quare cum dixit Cicero, eum antiquitatis bene peritum esse, libros ejus rerum gestarum intellexit; cum juris, de jure pontificio. *Sigon.* in Fragm.

Q. Fabius Labeo] Dubitamus, an is sit, quem Cicero de Offic. lib. I. et Val. Maximus scribunt, a senatu Nolanis, et Neapolitanis arbitrum de finibus datum, ita terminasse, ut multum agri, quod in medio esset relictum, populo Romano adjudicarit. Cæteras res ejus desideramus: nisi forte Cicero regreditur ad eum, qui consul cum M. Claudio Marcello, an. 571. fuit: quem Donatus etiam poëtam vocat. *Corrad.*

Q. Metellus] Qui Andriscum, Pseudophilippum vocatum, vicit, Macedoniam domuit, Achæos prælio fudit, et de Andrisco, sive Macedonia triumphavit, ut ostendit Cicero in Orat. in Pisonem; atque hæc quidem omnia fecit, cum prætor esset, ut Livius, Paterculus, et auctor libelli de Viris Illustr. scribunt. Unde cognoscitur error Flori, et aliorum, qui credunt Metellum tunc consulem fuisse, cum Macedoniam domuit, a qua Macedonicus est appellatus. Quod si nullus scriptor nominatim dicat eum tunc prætorem fuisse, ex ordine tamen historiæ et temporum id ipsum cognoscimus. Livii ætate exstabat oratio Metelli, quam Cæsar Augustus, cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam in senatu recitavit, ut testatur etiam Suetonius in Augusto; quo tamen loco interpretes putant orationem Metelli Numidici, non Macedonici significari, Gellium secuti, qui I. 6. multa, tanquam ex oratione Metelli Numidici, recitat. Sed vel Gellius erravit, vel male descriptus est liber, et 'oratio Metelli Macedonici' legi debet: vel dicendum Metellum

quoque Numidicum ea de re orationem scriptam reliquisse. *Idem.*

Consulares fuerunt] Fuerunt illi quidem consulares, ut ait Philippica VIII. sed non omnes ante patris mortem; siquidem Cic. de Fin. lib. v. ita scribit: 'Q. Metellus tres filios consules vidit, e quibus unum etiam censorem et triumphantem, quartum autem prætorem.' Quæ verba Val. Max. VII. 1. videtur ita male descripsisse: 'Fecit, ut eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium, duos triumphales, et quartum prætorium videret.' Reliquit etiam tres filias nuptas: hinc Cicero Tuscul. I. sic ait: 'Metellum multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum imposuerunt.' Idem propemodum Val. Max. et Plinius testantur. *Idem.*

L. Cotta] L. Aurelius Cotta, qui cum Ser. Sulpicio Galba consul an. 610. fuit: qui cum in senatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur, Scipio dicto, ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit, ut refert Val. Max. VI. 4. *Idem.*

§ 82 *Veterator*] 'Veteratores,' inquit Sex. Pompeius, 'callidi, dicti a multa rerum gerendarum vetustate.' Ob id hunc eum esse credimus, qui nihil habebat, ut Africanus ait apud Valer. Max. VI. 4. cumque tribunus plebis esset, fiducia sacrosanctæ potestatis, creditoribus suis satisfacere nolebat, nisi a collegis fuisset coactus, ut Val. Max. VI. 5. scribit. Unde cognoscimus Aureliam gentem plebeiam fuisse, in qua fuit cognomen Cotta, ductum, ut quidam volunt, ἀπὸ τοῦ κότου, quod iracundus et oris torvi fuerit is, qui primus Cotta fuerit appellatus. *Idem.*

C. Lælius] Hic, ut Cicero Philipp. XI. refert, fuit filius illius C. Lælii, qui majoris Africani in Hispania et in Africa semper comes fuit, ita ut a multis Africanus ipse quoque sit appellatus. Certe cum Africano majore arctissima familiaritate junctus fuit; ut Lælius hic et Africanus amicitiam, tanquam hereditatem quandam, crevisse, et postea sic auxisse videantur, ut ea maxime illustris habeatur, quod Lælius Ciceronis ostendit. Fuit igitur hic Lælius prætor, fuit consul cum Q. Servilio Cæpione, an. 614. Fuit augur, et Sapiens est appellatus. Hic ante Scipionem ponitur, quia major natu fuit. *Corrad.*

P. Africanus] P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus, de quo præstat silere, quam pauca dicere. *Idem.*

Ser. Galba] Servius Sulpicius Galba, qui prætor male adversus Lusitanos pugnavit, ut Liv. lib. XLVIII. scripsit. Deinde cum L. Aurelio Cotta anno ab U. C. 610. consul fuit. Sciendum est prænomen Servium frequenter in gente Sulpicia inveniri. Male igitur faciunt, qui describunt, vel legunt usquam 'Sergium Galbam,' cum 'Sergius' sit nomen gentis, non autem prænomen, ut satis constat. Male igitur Plutarchus in Catone hunc Σερούΐλιον Γάλβαν vocat. *Idem.*

§ 83 *Oratio Lælii de collegiis*] Vide lib. de Amicitia, cap. 25. *Oliv.*

§ 84 *Viriati bello*] Viriatus ex pastore venator, e venatore latro, mox justi quoque exercitus dux factus, universam Lusitaniam occupavit, et bellum cum Romanis per quatuordecim annos, ut Florus et Orosius scribunt, vel octo continuos, ut placet Appiano, gessit, multosque Romanos duces vicit; ac tandem a suis, quos Servilius Cæpio corruperat, est interfectus. Historia est apud Liv. lib. LII. et LIV. et alios. Aliter *Viriatico*, fortasse recte, ut bellum Viriaticum dicatur, ut 'bellum Mithridaticum:' quanquam Suetonius 'bellum Viriatinum' vocat. *Corrad.*

CAP. XXII. § 85 *Scantia*] Turnebus *Sila*, quem vide Advers. XI. 1. et XXVI. 12. *Oliv.*

Picarias] Fortasse loca ubi pix fieret, cujus apud veteres magnus fuit

usus, cum ad alias res, tum ad vina condienda. Et fortasse tum censores picarias locabant, quod nos tamen adhuc non legimus: illud legimus, quod scribit Plin. in tabulis censoriis pascua dicta fuisse omnia, ex quibus populus reditus haberet; quia diu hoc solum vectigal fuerat. Hoc significat Cicero, cum in Orat. I. contra Rull. ita scribit: 'Veniat,' inquit, 'silva Scantia: utrum tandem hanc silvam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis invenisti?' Ex his existimamus legi oportere, vel *pecuaria*, ut hic etiam scriptum vidimus, vel *pecuarias*, præsertim cum in aliis libris *picarias*, in aliis *piarias* hoc loco legamus. Et *pecuaria*, loca ubi pecora nutriantur, id est pascua, interpretamur: *pecuarias* vero, eodem pæne modo, quod Varro de R. R. lib. II. ita scribat: 'Facilius faciam, quod et ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ovarias, et Reatino equarias.' Itaque rem sic explicare possumus: silva Scantia erat in pascuis censorum: pecuaria item, sive pecuariæ erant in iisdem pascuis. Cum igitur publicani redemissent has pecuarias, sive pecuaria, in silva Scantia, quæ in his erat, facta est cædes. *Corrad.*

Cap. XXIII. § 89 *Lusitanis*] Ser. Galba est accusatus a Libone, quod Lusitanorum magnam manum, interposita fide, prætor in Hispania interemisset, ut Val. Max. VIII. 1. refert, qui IX. 6. scribit ad hunc modum: 'Ser. quoque Galba summæ perfidiæ: trium enim Lusitaniæ civitatum convocato populo, tanquam de commodis ejus acturus, novem millia, in quibus flos juventutis consistebat, electa, et armis exuta, partim trucidavit, partim vendidit: quo facinore maximam cladem barbarorum magnitudine criminis antecessit.' Triginta millia Lusitanorum trucidata fuisse Suetonius in Galba testatur; Appianus vero, in libro de rebus in Hisp. gestis, rem pluribus exponit. *Idem.*

L. Libone] Aliter *L. Scribonio.* Utrumque recte. Is enim dicebatur L. Scribonius Libo, ut invenies de Orat. lib. I. et II. Epist. ad Attic. XII. 5. apud Val. Max. VIII. 1. et apud Liv. lib. XLIX. Scribonii plebeii fuerunt, ut vel ex hujus Scribonii Libonis tribunatu constat. Libo vero cognomen etiam in aliis gentibus, ut Petiliis et Octaviis, invenitur. *Idem.*

§ 90 *Tum igitur recusans Galba pro sese*] 'Miserabiliter pro se Galba locutus,' inquit Liv. lib. XLIX. Quanquam vereor ego, ne legendum sit hoc loco, *Tum nihil recusans Galba pro se.* Nam 'recusare' verbo sic utitur Cicero; et Valer. Max. qui non res modo, sed verba etiam solet mutuari, hanc rem sic in suum lib. VIII. transtulit: 'Reus Galba pro se jam nihil recusans, parvulos liberos suos, et Galli sanguine conjunctum sibi filium, flens commendare cœpit.' Quæ vero lib. I. de Orat. de Galba referuntur, ostendunt, eum de se prorsus desperasse, ut merito dici possit hoc loco, *nihil pro se recusans.* Idem.

Cap. XXV. § 94 *L. et Sp. Mummii*] L. Mummius novus, ut ait Paterculus, et pæne ignobilis a principio fuit, quando, τρίτον οὐκ ἔχομεν αἰτεῖν ὄνομα, ut Plutarch. in Mario scribit; cum Romani nobiliores nomina minimum tria haberent. Nam quod L. Mummius Achaicus postea dictus est, quartum potius quam tertium nomen est, et a quibusdam agnomen appellatur. Hic L. Mummius cum Cn. Cornelio Lentulo consul fuit, anno ab U. C. 608. quamvis alii collegam L. non Cn. vocent. Consul Achæos vicit, unde Achaicus est appellatus, et Corinthum delevit, ac triumphavit. Hoc bellum scripserunt Livius lib. LI. LII. Justinus lib. XXXIV. auctor libelli de Viris Illustr. cap. 60. et alii. Sp. Mummius bellum in Hispa-

nia gessit, et de Lusitanis triumphavit, ut Appian. in lib. de Reb. in Hisp. gestis scribit, et fuit in decem legatis L. Mummio fratri, ut Epist. ad Att. XIII. 38. Cicero docet. Fuit hic Sp. Mummius etiam legatus in Ægypto cum Africano, quod Justinus lib. XXXII. refert. Quare autem Mummii sint dicti, nos adhuc invenire non potuimus. Illud quidem satis auctore Paterculo constat, eos homines novos fuisse ac plebeios, quando L. quidam Mummius apud Ciceronem in Orat. post Redit. tribunus plebis agnoscitur, quem tamen Dio, lib. XXXIX. Λούκιον Νίννιον Κουαδράτον, opinor, appellat. *Corrad.*

Sp. Albini] Sp. Postbumii Albini, qui cum M. vel, ut est in Sallustio, Q. Minucio Rufo consul anno ab U. C. 645. fuit, unde consularem infra Cicero vocat. Hic est enim Sp. Albinus, qui, quod scribit Sallustius, Massinissæ persuasit, ut regnum Numidiæ ab senatu peteret, et alia gessit, quæ apud eundem possunt legi. *Idem.*

L. et C. Aureliorum Orestarum] Lucius cum M. Æmilio Lepido consul fuit, anno ab U. C. 628. et Sardos subegit. Alicui tamen possit ille videri, qui consul cum Sex. Julio Cæsare fuit anno 597. De Caio adhuc nihil scriptum videre potuimus, sed conjicimus tantum hunc Lucii fratrem fuisse, ut hic L. et C. Aurelios fratres conjungat, ut statim L. et Sp. Mummios conjunxit. *Idem.*

§ 95 *P. etiam Popilius*] P. Popilius Lænas, qui cum P. Rutilio consul fuit, anno ab U. C. 622. Hic igitur Popilius consul fuit, quo anno in judicium vocati sunt, qui cum T. Graccho senserant. Ergo cum quosdam T. Gracchi amicos, ut refert Plutarchus, urbe ejecisset, postea cognovit latam esse legem a C. Graccho similem privilegii, ut in judicium vocaretur quicumque in magistratu constitutus indicta causa quempiam ejecisset. Quare ipse ex urbe discessit; nec ita multo post fuit restitutus. Hinc ait infra Cicero: ' L. Bestia, bonis initiis orsus tribunatus, nam P. Popilium, vi C. Gracchi expulsum, sua rogatione restituit.' *Idem.*

C. Tuditanus] C. Sempronius Tuditanus, qui cum M' Aquilio, quem Paulus Orosius M. Acilium Capitonem vocat, consul fuit anno ab U. C. 625. His consulibus novendialibus feriis sermo de Rep. fuit a Cicerone institutus paulo ante mortem Africani; ut lib. III. ad Q. Fratrem refert. Hunc Tuditanum prætorem P. Popilio et P. Rutilio consulibus fuisse scribit Libo, ut Cicero testatur lib. XIII. ad Attic. ubi dubitat, an hic in decem legatis Mummio fuerit. *Idem.*

M. Octavius] M. Octavius Cecinna vocatur a Julio Obsequente. De familia vero Octaviorum nihil ad ea, quæ Suetonius in Augusto scribit, videtur addendum. *Idem.*

M. Æmilius] Ex Æmilia gente, quam scribit Sex. Pompeius appellatam a Mamerco Pythagoræ philosophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Æmilos; alii, quod ab Ascanio descendat, qui duos habuit filios, Julium, et Æmilon. *Idem.*

Lepidus] Idem pæne significat Lepidus, unde credimus veteres Æmilium per Lepidum interpretatos, et sic deinceps Lepidum cognomen Æmiliorum fuisse. Hic M. Æmilius Lepidus Porcina cum C. Hostilio Mancino consul fuit, anno ab U. C. 617. Appianus libro de Rebus in Hisp. gestis, pluribus de eo agit, et eum ob cladem in pugna adversus Vaccæos acceptam condemnatum fuisse: sed Val. Max. VIII. 1. scribit a L. Cassio accusatum crimine nimis sublime structæ villæ in Alsiensi agro, gravi multa affectum fuisse. Quare *Porcina* sit dictus, nos adhuc quærimus. *Idem.*

§ 96 *Q. Pompeius*] Is, quem Val. Max. VIII. 5. Q. Pompeium Aufidium vocat, qui consul cum esset cum Cn. Servilio Cæpione, anno ab U. C. 613. in Hispaniam profectus, Thermestinos, ut Livius lib. LIV. videtur scripsisse, cum Termantini ab Appiano vocentur, subegit: deinde, non semel a Numantinis cum fuisset victus, veritus, ne postea Romæ accusaretur, clam cum illis de pace cœpit agere; deinde vero cum M. Pompilius Lænas successor venisset, ille jam metu belli præsentia successoris liberatus, infitiatus est quidquid fecerat. Cicero lib. II. de Finib. illum 'callide improbum' vocat, quod fœdus cum Numantinis sit infitiatus. Hunc etiam Cicero Acad. Quæst. lib. II. inter populares ponit. *Corrad.*

Per se cognitus] Sua, non majorum, virtute nobilitatus. Q. enim Pompeius humili atque obscuro loco natus est, ut Cicero ait Verrina I. 'Εδόκει γὰρ ὁ Πομπήϊος υἱὸς αὐλητοῦ γεγονέναι, ut scribit Plutarch. in Apopht. ubi jocus est Scipionis. Hinc a Cicerone in Oratione pro Fonteio, et in Orat. pro Murena Q. hic Pompeius 'homo novus' appellatur. Inimicitias cum Cæpionibus et Metellis gessit, ut in Orat. pro Fonteio et apud Val. Max. videbis. Ab ejus etiam amicitia Scipio Lælii nomine se removit, ut Lælius apud Ciceronem testatur, ob eam fortasse causam, quam Plutarchus in Apopht. scribit, quod cum Lælio consulatum petente, pollicitus Scipioni fuisset se non petiturum, postea tamen petierat. *Idem.*

§ 97 *L. Cassius*] L. Cassius Longinus, a quibusdam Ramilia dictus, qui fuit consul cum L. Cornelio Cinna, anno ab U. C. 627. et censor cum Cn. Servilio Cæpione, ut Frontinus refert in libris de Aquæductibus. Gens vero Cassia duplex videtur fuisse, patricia et plebeia; nam multi Cassii inter primos consules, et multi tribuni plebis in veterum scriptis inveniuntur. *Idem.*

Tristitia et severitate] Idem pæne bis videtur dicere κατ' ἐπεξήγησιν, nam 'tristis' et 'severus' sæpe convertuntur, ut ostendit etiam Servius, illud Virgilii interpretatus, 'Amnemque severum.' Et Donatus apud Terentium ita scribit: 'Tristis ad laudem interdum sumitur, non ad amaritudinem: Cicero, 'judex tristis et integer.'' L. igitur Cassius ita tristis et severus fuit, ut, quod Val. Max. III. 7. scribit, olim cum prætor esset, ejus tribunal, propter nimiam severitatem, scopulus reorum diceretur. Hinc Cicero Verr. III. ita scribit: 'Non quæro judices Cassianos, veterem judiciorum severitatem non requiro.' Nec ita multo ante ibidem, Patamonem judicem Cassianum et hominem severum εἰρωνικῶς appellat. *Idem.*

Legi tabellariæ] Tabella data, inquit infra, quam legem L. Cassius, Lepido et Mancino coss. id est anno ab U. C. 617. tulit. Voce Romani suffragium tulerunt usque ad annum fere 614. Tunc enim Gabinia lex de suffragiis per tabellam ferendis est lata; secuta biennio post Cassia est; tertia Papiria; quarta Cælia; quæ tabellariæ sunt appellatæ: quibus latebra populo data est, in qua, bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium, ut Cicero de Leg. lib. III. scribit. Sic enim quisque suam tabellam in cistam conjiciebat, ut occulte posset adversari. *Corrad.*

Duo Cæpiones] Cn. et Q. ut ipse Cicero in Orat. pro Fonteio, et Val. Max. VIII. 5. vocant. Illud addit Valerius Maximus, iisdem parentibus illos natos fuisse, et per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem pervenisse. *Idem.*

CAP. XXVI. § 98 *P. Crassum*] P. Licinium Crassum Mucianum Divitem; nam cum P. Mucii Scævolæ filius fuisset a P. Licinio Crasso adop-

tatus, ita de more fuit appellatus. Anno ab U. C. 623. consul fuit, quo tempore Claudius consul designatus de C. Carbonis seditione retulit, et senatus id decrevit, quod Cicero de Leg. lib. III. scribit. *Idem.*

§ 99 *Duo C. Fannii, Caii et M. filii*] Victorius, Manutius, et Corradus ediderunt, *Duo C. Fannii, Caii Marci filii*, omissa inter hæc duo *Caii Marci* particula *et*, quam admittunt Lambinus et Gruterus, et admittere, ni fallor, debuerunt, cum duo sint Caii Fannii, quorum unus orator, Caii filius, de quo nunc agitur; alter historicus, Marci filius, de quo paulo post. Qui erat filius Caii, consul creatus est anno U. C. 632. cum Domitio. *Anonymus.*

Contra Gracchum] C. Gracchum. Sic enim Cicero sæpe propter excellentiam vocat, ut infra, et de Orat. lib. III. videre licet. Hic vero illum significari, res etiam ipsa docet, quod cum ipse C. Gracchus C. Fannium consulem faciendum curasset, ille tamen a patribus stetit; nam cum C. Gracchus leges quasdam promulgasset, et quotidie magna sociorum multitudo ad eum conveniret, senatus Fannio consuli persuasit, ut juberet omnes, præter Romanos, urbe exire: id quod fecit. Gracchus vero contra edictum fecit, et sociis, si manerent, opem contra consulem pollicebatur: hinc nata simultas. *Corrad.*

C. Persio] Cf. de Orat. II. 6. *Oliv.*

§ 101 *C. Fannius*] Marci filius, qui scripsit Annales: de quo plura Vossius de Hist. Lat. I. 7. *Oliv.*

§ 102 *Mucius*] Q. Mucius Scævola, qui fuit alter Lælii gener, ut in Lælio scribitur, et L. Licinii Crassi oratoris socer, ut de Orat. lib. I. cognoscitur, ubi testatur ipse se Panætium audivisse, et quædam, quæ ab eo acceperat, cum Rhodum venisset, cum Apollonio contulisse. Fuit hic consul cum L. Cæcilio Metello, anno ab U. C. 637. *Corradus.*

Quod pro se opus erat, &c.] Sic viri eruditi emendarunt, qui videbunt, an Latine dicatur, *quod opus erat pro se*. Quod si, cognoscentes id non recte dici, velint *pro se* ad verbum *dicebat* referre, ut sit *dicebat pro se*, videant, ne sit ὑπέρβατον, ac rem aliter intelligant, atque Cicero videtur scripsisse. Nos igitur libenter ita legeremus, *quod opus erat, per se ipse dicebat:* hoc est, dicebat quod opus erat, et dicebat per se, non ut alii, quibus orationes scribebantur, ut supra de Fannio dubitavit, et infra de Cæpione confirmabit. *Idem.*

De pecuniis repetundis] De quibus T. Albucius, ut opinor, a Scævola fuerat accusatus, ut Apuleius etiam in Apolog. lib. II. videtur ostendere, quamvis ibi C. Mucius et A. Albucius legatur. Cicero, in Orat. in Pisonem, ita scribit: 'Albucius, cum in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est.' C. enim Julius Cæsar a Sardis rogatus eum accusavit, quamvis Cn. Pompeius Strabo, qui fuerat Albucii quæstor, accusare voluisset, ut Cicero Div. scribit. Unde nos de Offic. lib. II. ita legendum putamus, *Pro Sardis in Albucium Julius Cæsar.* Ipsi Cæsari credimus, Q. Mucium augurem subscripsisse, præsertim cum inimicitias cum T. Albucio gereret, ex quo tempore Athenis illum Scævola Græce salutavit: quam rem Lucilius complexus est carminibus, quæ lib. I. de Finib. leguntur; quo tamen loco nos illa verba sic legimus, *A Scævola est prætore salutatus Athenis Albucius*, ut prætor sit Scævola, non Albucius, qui fuit Athenis adolescens. *Corrad.*

L. Cælius Antipater] De quo de Leg. lib. I. leges. In Oratore simplex et rudis appellatur, quod in proœmio belli Punici negasset se, nisi necessario, facturum, ut orationis numerum servaret. Hunc tamen Hadrianus Sallustio prætulit, quamvis

apud Spartianum in Hadriani vita *Cæcilium* non *Cœlium* descriptum videamus. Cœlia porro familia plebeia fuit, ut Cœlius Caldus, qui 'novus homo' a Cicerone solet dici, et M. Cœlii tribunatus plebis ostendit. *Idem.*

Cap. xxvii. § 103 *Turbulentissimum tribunatum*] In quo leges agrarias promulgavit, M. Octavio collegæ magistratum abrogavit, leges tulit, et triumviros ad dividendum agrum creavit, ac iterum tribunus plebis fieri voluit, ut Livius lib. lviii. Plutarchus, et alii scripserunt. *Idem.*

Ad quem ex invidia fœderis, &c.] Hæc verba Vell. Paterc. interpretatur ii. 2. sed et ipse Cicero Orat. pro Domo. Plura Plutarch. et alii historici scribunt. *Idem.*

Alter] C. Papirius Carbo, qui cum Tib. Gracchum fuisset secutus, ut in Lælio scribitur, postea tribunus plebis fuit, Claudio et Perpenna consulibus, anno ab U. C. 624. vel anno superiore, ipso Claudio consule designato. *Idem.*

§ 104 *Diligentia Corneliæ matris*] De qua videndus Plutarchus in Gracchis. Quintilianus quoque i. 1. sic ait: 'Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cujus doctissimus sermo in posteros quoque epistolis traditus est.' Et Cicero infra: 'Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quam in sermone matris.' Illa autem fuit Scipionis Africani majoris filia, et Tib. Sempronio Graccho nupsit, cui duodecim filios, ut Plutarchus scripsit, genuit, quos tanti fecit, ut eorum causa Ptolemæi regis nuptias spreverit. A populo Romano non minus ob virtutem filiorum, quam ob patris memoriam colebatur. Unde statuam illi positam Plinius et Plutarchus testantur. Et sane mulier illa digna fuit immortalitate: quæ non solum in cæteris rebus prudentissimæ feminæ officio est functa, sed casus etiam filiorum ita fortiter tulit, ut viri etiam fortissimi mirarentur. *Corrad.*

Diophanem Mitylenæum] Rhetorem tunc in Italia exulantem, ut scribit Plutarchus, qui refert item illum, et Blossium Cumanum, Antipatri Tarsensis philosophi discipulum, auctores fuisse, ut Tib. Gracchus actionem illam susciperet. Quare paulo post ipsius Tib. Gracchi mortem Diophanes necatus est, et Blossius aufugit. *Idem.*

Quæstiones perpetuæ] Quibus Romani perpetuo uterentur. Unde queritur Cicero in Orat. pro Milone, novam quæstionem latam fuisse, cum veteres essent quæstiones. Sic, opinor, JCti 'perpetuum edictum' vocant. Videor tamen mihi audivisse, esse, qui *perpetuas quæstiones* interpretentur, in quibus patroni perpetuis orationibus uterentur. Nos, ut nunc est, librum veterem libenter sequimur, in quo scriptum est *P.* ut interpretemur *Publicæ,* quod quæstiones essent publicæ. *Corrad.* Videndus est Janus Vincentius Gravina, de Ortu et Progressu Juris Civilis, § 37. *Oliv.*

§ 106 *Piso*] L. Calphurnius Piso. Calphurnii, auctore Sex. Pompeio, a Calpo, Numæ regis filio, sunt oriundi. Unde dixit Horatius, 'Vos o Pompilius sanguis.' Sed cum Calpurnius a Calpo deducatur, 'Calpurnius,' non 'Calphurnius' scribi deberet. Ita quoque scribitur apud scriptores Græcos et in veterum monumentis. Hanc gentem multi putant patriciam fuisse, sed plebeiam vel hujus Pisonis tribunatus plebis fuisse demonstrat. Nisi forte a principio patricia fuit, sed postea paulatim, ut fieri solet, defecit. Certe constat eam jacuisse, donec eam L. hic Piso primus excitavit: quare post illum multi Calpurnii Pisones celebrantur. *Corrad.*

Dissuasor] Dissuasor legum, ut legis frumentariæ C. Gracchi, de qua re Tusc. III. 20. scriptum videbis. Lege Orationem pro Fonteio. Censorium etiam Dionysius lib. II. videtur vocare; sed quicum censor fuerit, nos invenire non potuimus. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 107 *D. Brutus*] D. Junius Brutus, qui cum P. Cornelio Scipione Nasica Serapione anno ab U. C. 616. consul fuit. De Galleciis et Lusitanis, ut auctor est Eutropius, cum magna gloria triumphavit: unde 'Gallecius,' ut ait Paterculus, est appellatus, quamvis apud Strabonem lib. III. 'Callaicus' legatur. Augurem fuisse e Lælio Ciceronis intelligimus, et apud Plutarchum est hujuscemodi quæstio: 'Quid est, quod cum cæteri Romani Februario mortuis inferias mittere, et parentare consuessent, D. Brutus, ut scribit Cicero, id Decembri faciebat?' Id Cicero de Leg. lib. II. scripsit, sed nunc ea res pæne tota desideratur, vix ut intelligi possit: nec intelligeretur omnino, nisi Accium ibi quoque nominaret. *Idem.*

Q. Maximo] Q. Fabio Maximo, Q. F. ejus, qui cum L. Æmilii Pauli filius esset, adoptatus a nescio quo Fabio, Q. Fabius Maximus Æmilianus est appellatus, et cum L. Hostilio Mancino, anno ab U. C. 609. consul fuit. Hic vero filius cum L. Opimio, anno ab U. C. 633. consul fuit, et adversus Allobroges, et Bituitum regem Arvernorum feliciter pugnavit. Ex hac victoria cognomen Allobrogicus est inditum: quod Paterculus refert. *Idem.*

Scipionem] P. Cornelium Nasicam Serapionem, ejus, qui Corculum est appellatus, filium; ejus, qui sacra accepit, quique vir optimus est judicatus, nepotem. Hunc Scipionem nos arbitramur in Orat. pro Planc. his verbis significari: 'Avus tuus P. Nasicæ tibi ædiliciam prædicaret repulsam; quo cive ego neminem statuo in hac rep. fortiorem.' *Idem.*

§ 108 *Lentulus ille princeps*] P. Cornelius Lentulus, de quo Valer. Max. v. 3. Hunc Cicero Orat. IV. in Catil. bis verbis significat: 'Illo tempore hujus avus Lentuli clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus. Ille grave tum vulnus accepit, ne quid de summa dignitate reip. immiuueretur.' Hic P. Lentulus olim missus est, ut privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, coëmeret, ut in Oratione secunda contra Rullum scribitur, e qua, atque e Div. patet eum principem senatus fuisse: atque ita putant eruditi Philippica VIII. legendum esse, quamvis librarii multi 'principem senatorem' descripserint. Quod tamen dici posse ostendunt frequentes illæ locutiones, 'princeps locus,' 'princeps civis.' Illud me magis movet, quod hic Lentulus tam sæpe 'princeps senatus' a Cicerone dicitur, et in consulibus illius temporis, quantum ego legere potui, non invenitur; cum tamen is esset mos, ut qui primus censor ex iis, qui viverent, fuisset, is princeps legeretur; et raro fiebat censor, qui consul ante non fuisset. Suspicari possumus igitur hunc consulem fuisse, sed vel ejus annum desiderari, vel eum C. Claudio, qui cum M. Perpenna consul fuit, suffectum fuisse, et ob id cognomen ejus in consulibus ad Claudium fuisse translatum: quod in aliis etiam factum animadvertimus, ut in consulibus anni ab U. C. 578. quivis facile videre poterit. *Corrad.*

Philus] Philus est gentis Furiæ cognomen, ut Philo Veturiæ. Quare qui Furium Philonem scribunt in consulibus, errant, cum Furii semper a Livio Phili vocentur; hic tamen etiam *Pilus* legitur, ut in scholiis Epist. ad Att. lib. IV. monuimus, et nunc eo magis monemus, quod in veteribus consulibus, anno ab U. C. 531. sic legitur: 'P. Furius Sp. F.

M. N. Philus.' Hic vero consul fuit, si modo consul fuit, anno ab U. C. 618. cum Sex. Atilio Serrano. Hic est certe is, qui in libris de Rep. contra justitiam disputavit, ut in scholiis Epist. ad Att. lib. IV. retulimus. *Idem.*

M. Manilius] Manilia familia, inquit Sextus Pompeius lib. XI. progenita fuit a Manilia filia Telegoni, quam Tusculi procreavit, cum id oppidum ipse condidisset. Hic vero Manilius is est, de quo in Somnio Scipionis. Consul anno Urbis 604. *Idem.*

Appii Claudii] Hic Appius Claudius Pulcher cum Q. Cæcilio Metello Macedonico, anno ab U. C. 611. consul fuit, et Salassos, gentem Alpinam, ut lib. LIII. Livius ait, domuit; qua de re etiam Paulus Orosius scribit. Hunc Plutarchus in Gracchis scribit fuisse non modo ὑπατικὸν, sed τιμητικὸν etiam, et προγεγραμμένον κατ' ἀξίωμα τῆς Ῥωμαίων βουλῆς, qui Tib. Graccho Claudiam filiam ultro despondit, a quo postea triumvir ipse creatus est. *Idem.*

M. Fulvius Flaccus] Qui cum M. Plautio Hypsæo, anno ab U. C. 629. consul fuit, et quod Liv. lib. LX. scripsit, primus omnium Transalpinos Ligures bello domuit, missus auxilio Massiliensibus adversus Falanios Gallos, qui populabantur fines Massiliensium. Et de his, ut apud Plutarchum cognosces, triumphavit; unde Paterculus illum triumphalem vocat. Non verisimile videtur mihi, quod scribit Appianus, eum post consulatum tribunum plebis fieri; (hoc est ab equis ad asinos, quod aiunt, transire voluisse) aut cum C. Graccho in Africam esse profectum; cum Plutarchus ostendat Romæ mansisse, et tunc ejus calumniis Drusi potentiam crevisse. Reversum certe C. Gracchum semper incitavit, donec ipse quoque cum reliquis pœnas dedit. Armatus enim in Aventino, ut Paterculus ait, ad pugnam ciens, cum filio majore jugulatus est. Nec ita multo post alter filius, quem pater legatum de conditionibus miserat, ab Opimio interemptus est. *Idem.*

C. Cato] C. Porcius Cato, qui, cum M. Acilio Balbo, fuit consul anno Urbis 640. *Idem.*

P. Decius] Videtur oriundus a Deciis, qui Mures cognomine sunt dicti, et plebeii fuerunt, ut e lib. IX. et X. Livii cognoscitur, ubi Decios plebeios vocat, in quibus fuerunt illi, qui se pro patria devoverunt. Prætor fuit M. Æmilio Scauro et M. Cæcilio Metello consulibus, ut auctor libelli de Viris Illustr. in Scauro docet. *Idem.*

§ 109 *M. Drusus*] Marcus Livius Drusus, qui ob eximiam adversus Gracchos operam patronus senatus est dictus, ut ait in Tiberio Suetonius. Tribunus enim plebis, ut refert Plutarchus, partes senatus est secutus, et C. Graccho collegæ semper est adversatus. Prætor urbanus hic fuit, ut auctor Rhet. ad Herenn. ostendit, et Cicero ad Att. lib. VII. Consul anno ab U. C. 642. cum L. Pisone fuit, et adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnumque honorem tulit, quod Livius lib. LXIII. scripsit. *Idem.*

C. Drusus] C. Livius Drusus, qui cum P. Africano consul anno U. C. 607. fuit. *Idem.*

Gentilis] Quod M. Junius Brutus ipse quoque, ut tu, sit appellatus; et ex eadem gente Junia, ex qua tu quoque, sit natus. Nos ita sentimus. Si quis tamen sententiam nostram minus probat, videat ille, quid viri eruditi hac ipsa de re scripserunt, et inprimis, quid dicat Bartholomæus Riccius in libello, quem hac de re scripsit, vir, quem nos multis nominibus observamus. *Idem.*

M. Pennus] M. Junius Brutus Pennus, qui tamen *Pœnus* a quibusdam

scribitur; sed cum Pœnus cognomen Quintiorum fuerit, ut Livius lib. IV. ostendit, et hic *Pennus* semper scribatur, et pater hujus eodem modo in veteribus consulibus legatur, nos nihil mutandum censemus. *Idem.*

T. Flaminino] T. Quintius Flamininus, qui cum Q. Metello consul fuit, ut dicetur infra, cap. 74. Plerique, et Corradus ipse, *Flaminium*, non *Flamininum* legunt; sed male, si Langium ac Lambinum audiamus in cap. 1. de Senectute. *Flamininus*, inquit Langius, Quintiorum cognomen est, qui patricii erant. *Flaminii* familiæ nomen, sed plebeiæ et sine cognomine. *Anonymus.*

Cap. XXIX. § 110 *C. Curio*] C. Scribonius Curio, quem supra in ordine M. Scauro, P. Rutilio, et C. Gracchо præposuerat. Hic pater fuit ejus, qui postea cum Cn. Octavio consul fuit; avus ejus, qui postea tribun. pleb. et tribunicius remp. Cæsaris causa perturbavit: de quibus suo loco dicetur, præsertim cum pater, filius, et nepos oratores fuerint, ut auctor est Plin. VII. 41. Et pater hic quidem de Orat. lib. II. ab Antonio dicitur fuisse eloquentissimus illis temporibus. *Corrad.*

M. Scaurus] M. Æmilius Scaurus, qui cum M. Cæcilio Metello an. 639. consul fuit: etsi bis consul videtur fuisse. Hujus vitam auctor libelli de Viris Illustribus breviter est complexus. *Idem.*

P. Rutilius] P. Rutilius Rufus, qui cum C. Manlio anno 649. consul fuit. Rutilium, inquit Sextus Pompeius, rufum significat: hinc Rutilii Rufi videntur appellati: qui plebeii fuerunt, ut ostendit vel hic P. Rutilius, quem Cicero in Orat. pro Plancio, et de Orat. lib. I. tribunum plebis fuisse demonstrat. *Idem.*

C. Gracchus] C. Sempronii Gracchi vitam Plutarchus scripsit. *Oliv.*

§ 112 *L. Fufidium*] Forte patrem illius Fufidii, equitis Romani, quem L. Piso suis debitoribus addixit, ut in Orat. in Pisonem scriptum est. Aliter *Fusidium*, ut Plin. XXXIII. 1. vocat. *Corrad.*

Cap. XXX. § 115 *Sororis erat filius*] Rutiliæ, de qua Seneca in Consol. ad Albinam ita scribit: 'Rutilia Cottam filium secuta est in exilium, et usque eo fuit indulgentia constricta, ut mallet exilium pati, quam desiderium; nec ante in patriam, quam cum filio rediit: eundem jam reductum, et in rep. florentem tam fortiter amisit, quam secuta est. Nec quisquam lacrimas ejus post elatum filium notavit. In expulso virtutem ostendit, in amisso prudentiam.' Hanc historiam Cicero Epist. ad Attic. lib. XII. quæsivit, et Atticus ipse dubitavit. Videtur tamen Cicero illam postea alicunde in suum librum de luctu minuendo transtulisse, unde Seneca sit mutuatus. *Corrad.*

Q. Mucius] Q. Mucius Scævola pontifex, qui Asiam sanctissime administravit, ut Valer. Max. lib. VIII. c. ult. scribit. Quanquam nos augurem potius significari credimus. Id enim verba demonstrant, quibus hic et de Orat. lib. I. testatur, Rutilium a Q. Mucio nullo apparatu defensum fuisse: quod auguri convenit, quem supra dixit in oratorum numero non fuisse, ut hic etiam separat ab oratoribus, cum ostendit non ut oratorem dixisse: at Scævolam pontificem infra describit, et de Orat. lib. I. vocat eloquentissimum. Verisimile item est, ab eo defensum fuisse, cujus ipse quæstor fuisset. *Idem.*

Quos statarios appellant] Interpretatur Turnebus Advers. I. 10. *Grut.*

Cap. XXXI. § 117 *Quintus Ælius Tubero*] Panætii auditor, a Stoicorum doctrina morum et orationis tristitiam suscepit cum dialectica subtilitate. Avita decora, et honores, honorum ipse contemptu longe superavit. Nam paupertatem generis, ab suis majoribus fascibus et triumphis

ornatam, ipse, prælata honoribus continentia, magis nobilitavit per acceptam repulsam. Epulum enim P. Africani nomine populo Rom. cum daret Fab. Maximus, ipse rogatus ut triclinium sterneret, lectulos ligneos Punicanos pellibus texit hædinis, et fictilia veterum pro argenteis vasis exposuit. Quam obsoletam jam frugalitatem populus mirari malebat, quam experiri, plusque apud eum valuit tenuis illius apparatus indignatio, quam Lucii Pauli Tuberonis avi, ejusque avunculi Africani merita; quibus hic in comitiis prætoriis, justum suffragiorum numerum minime tulit. Doctrina juris præstitit omnibus quotquot ante se floruerant. Scripsit historias, et librum de Officio Judicis ad Caium Oppium. Hunc vero consulem fuisse, a nullo veterum, præter Pomponium, accepimus. *Gravina* de Ortu Juris.

Vacationem] Q. Tubero judicavit augures vacationem non habere, quo minus judiciis operam darent. Tempore certe Ciceronis non videntur habuisse: nam Cicero ipse, cum esset augur, verebatur tamen, ne sors de judicatu sua educeretur, ut Epist. ad Attic. lib. XII. videre poteris. Q. igitur Tubero contra P. Africani testimonium judicavit, augures cogi posse, ut judices fierent, et sic judiciis operam darent; quod hujus rei nullam vacationem haberent. *Corrad.*

Graccho] Tiberiumne an Caium significet, vix sciri potest; nisi quis putet Tiberium significari, quod ejus mentio supra sit facta suo loco, et ea dicta, quæ fuerunt dicenda: Caius vero in suum locum dilatus. Nec ego contendam, si quis hunc dicat esse Caium, vel ob id, quod Cicero sæpe Gracchum, cum sine prænomine dicit, Caium, ut de Orat. lib. III. significet. *Idem.*

§ 119 *Tuus autem avunculus, quemadmodum scis*] M. ipse Cato, Serviliæ matris tuæ frater, ut Cicero de Fin. lib. III. et Plut. in Bruto scribunt. Dicit *scis*, ut sororis scilicet filius, ipsius in Cypro comes, et tandem gener, ut Plutarchus ostendit. Sic de Fin. 'Erat, ut scis, in Catone inexhausta aviditas legendi.' *Idem.*

CAP. XXXIII. § 127 *C. Galba*] C. Sulpicius Galba, de quo nihil scriptum invenio, præter hoc ipsum, quod hoc loco scribit Cicero. *Corrad.*

Rogatione] Uti quæreretur in eos, quorum consilio Jugurtha senatus decreta neglexisset, quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent; itemque, qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent, ut scribit Sallustius. *Idem.*

CAP. XXXIV. § 128 *P. Scipio*] P. Cornelius Scipio Nasica, P. illius, qui Tib. Gracchi conatus perditos vindicavit, filius, ut de Offic. lib. I. dicitur: qui cum L. Calpurnio Bestia consul fuit anno 643. *Idem.*

L. Bestia] L. Calpurnius Bestia, qui consul bellum cum Jugurtha gerere jussus, pacem cum eo injussu populi et senatus fecit, ut Liv. lib. LXIV. scripsit, quod ipse quoque, ut Sallustius ostendit, pecunia fuisset a rege corruptus: qui postea, ut ex lib. II. de Orat. cognoscitur, a C. Memmio fuit accusatus. Fuit autem consul cum P. Cornelio Scipione Nasica anno ab U. C. 643. *Idem.*

L. Opimium] Qui prætor et consul maximis remp. periculis liberavit, ut in Orat. in Pisonem dicitur. Nam prætor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit, Fregellas diruit, ut scripserunt Liv. lib. LX. et Ascon. in Orat. in Pisonem. Consul vero L. Opimius cum Q. Fabio Maximo, anno ab U. C. 623. C. Gracchum interfecit. Hic est Opimius, a quo consule celeberrimum Opimiani vini nomen est; de quo Cicero infra meminit, Paterculus lib. II. Plin. XIV.

4. Credimus Opimiorum cognomen Pansam fuisse, quod Liv. lib. XL. Opimium Pansam quæstorem agnoscat. *Idem.*

§ 129 *Nerva*] Credimus hunc esse C. Licinium Nervam, quem Varro de Re Rust. II. 4. scribit in Macedonia prætorem fuisse. Nerva porro fuit cognomen Liciniorum, Cocceiorum, et Sylliorum, ductum a 'nervis,' id est a robore, ut quidam scribunt. *Idem.*

C. Fimbria] C. Flavius Fimbria. In consulibus enim, apud Paterculum, Frontinum, et alios ita legitur. Et Flavii quidem plebeii fuerunt, ut vel hic C. Flavius Fimbria ostendit, qui tribunatum plebis petiit, et repulsam tulit, sed postea consul, ut ait in Orat. pro Plancio, factus est, et quidem anno ab U. C. 650. Quin Cicero in Oratione pro Cluentio C. Flavium Pusionem inter robora populi Romani tempore M. Drusi fuisse scribit. *Corrad.*

Idem tolerabilis patronus, nec rudis, &c.] Assentior Pighio nostro autumanti illud *tolerabilis patronus*, introductam a margine glossulam. *Grut.*

C. Sextius Calvinus] De hoc nos adhuc nihil reperire potuimus, nisi forte putet aliquis, eum esse quem Cicero de Orat. lib. II. luscum fuisse refert. *Corrad.*

L. Cæsulenus] Opinor *Cæsidienus* scribendum esse; nam a Cæsio Cæsidius, ut a Jusio Jusidius, et inde Cæsidienus, ut a Nasidio Nasidienus, deductum est. *Ursin.* De quo dici nihil a nobis potest, qui non sane multum operæ in quærendo ponendum putavimus; quod ille indignus videatur, de quo multum laboremus. *Corrad.*

CAP. XXXV. § 132 *Q. Catulus*] Q. Lutatius Catulus, Κάτλος Λουτάτιος fere semper a Plutarcho dictus: idcirco *Lutatius* Latine scribi debet, præsertim cum semper in veterum monumentis, et in libris etiam manuscriptis ita scribatur. Cum C. Mario, anno ab U. C. 652. consul fuit, et cum eodem Mario de Cimbris triumphavit, ut scribit Plutarchus. Postea vero in civili bello victor Marius, necessariis Q. Catuli deprecantibus, non semel respondit, Moriatur, ut Cicero Tusc. lib. V. refert. Vita igitur se ipse privavit, ut Val. Max. IX. 12. scribit, recenti calce illito, multoque igni percalefacto cubiculo. De hac re videndus etiam Paterculus. *Idem.*

§ 133 *Sed nec mea culpa est*] Sic enim corrigitur a doctis, et describitur, ut sit sententia: Illi libri mihi non sunt noti, sed nec mea culpa est; nunquam enim in manus inciderunt meas, quod illi sese ultro ad legendum offerre debuerunt: quod sine joco ita frigide dicitur, ut ne cum joco quidem satis probem, malimque libros veteres sequi, in quibus est scriptum, *sed hæc mea culpa est.* Idem.

Filium cognovisti] Q. Lutatium Q. F. Catulum, qui fuit consul cum M. Æmilio Lepido, anno ab U. C. 677. quo tempore M. Lepidus, cum acta Syllæ tentaret rescindere, bellum excitavit, et ab ipso Q. Catulo collega Italia pulsus est, et in Sardinia frustra bellum molitus, periit. *Corrad.*

§ 135 *L. Metellus Numidicus*] Q. Cæcilius Metellus Numidicus, quem Cicero Famil. lib. I. et in Orat. pro Corn. Balbo L. filium vocat, qui consul cum M. Silano anno ab U. C. 645. cum duobus præliis Jugurtham fudisset, et universam Numidiam vastasset, triumphavit, et Numidicus est appellatus. Multa de eo passim Cicero, qui cum hoc uno potissimum se conferre solet, quod uterque in exilium fuerit actus, et postea in civitatem restitutus, sed ita tamen, ut rem suam præferat. Hic Metellus adolescens Athenis Carneadem jam affectum senectute multos dies au-

divit, ut L. Crassus ejus familiaris de Orat. lib. III. testatur. Itaque ut docto doctus Archias illi jucundus erat, ut in Orat. pro Archia scriptum videmus. Ob id hic a Cicerone et a Paterculo lib. II. inter oratores numeratur. *Idem.*

M. Silanus] Hic est M. Junius Silanus, qui adversus Cimbros infeliciter pugnavit, ut Liv. lib. LXV. et Ascon. in Orat. pro Cornelio scribunt; quamvis Eutropius dicat Cimbros ab eo in Italia victos fuisse. Hic plures leges, quibus militiæ stipendia minuebantur, abrogavit, quod Ascon. ibid. refert. *Idem.*

M. Aurelius Scaurus] Is est M. Aurelius Scaurus, quo postulante, quod is Ephesi se quæstorem vi prohibitum esse dicebat, quo minus e fano Dianæ servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Pericles Ephesius, homo nobilissimus, Romam evocatus est, quod auctor injuriæ illius fuisse argueretur; ut Verr. III. relatum est. Huic nominis deferendi in L. Flaccum potestas non est data, quod quæstor ejus fuisset. *Idem.*

A. Albino] Sp. Albini, ut nos putamus, fratre; qui cum esset fratris in Africa legatus, proprætor ab eo relictus, infeliciter prælio adversus Jugurtham gesto conflixit, pacemque etiam multum ignominiosam adjecit, quam quidem minime esse servandam senatus censuit, ut Liv. lib. LXIV. scriptum reliquit. Ob eam causam nos credimus eum post fratris consulatum annos decem jacuisse, ac tandem cum M. Antonio consulem anno ab U. C. 655. factum fuisse; cujus consulatus Cicero in Orat. post Reditum ad Quirit. Plin. VIII. 7. et Gell. IV. 7. meminerunt: nisi forte quis alium Albinum fuisse putet. *Idem.*

Flamen Albinus] Quærimus historiam. *Idem.*

Q. etiam Cæpio] Q. Servilius Cæpio cum C. Atilio Serrano consul anno ab U. C. 648. fuit, et, ut scribit Cassiodor. judicia equitibus et senatoribus communicavit; quam rem Cicero de Invent. lib. I. significavit. Hic proconsul, vel, ut est apud Gellium, consul, capta urbe Gallorum, cui nomen est Tolosæ, centum M. ponderis auri, et argenti CX. M. e templo Apollinis sustulit; quod cum ad Massiliam, amicam populo Romano urbem, cum præsidiis misisset, interfectis clam (sicut quidam contestantur) quibus ea custodienda et pervehenda commiserat, cuncta per scelus furatus fuisse narratur. Unde etiam magna quæstio post Romæ est acta, ut apud Orosium V. 15. legimus. Vid. Gell. III. 9. et Strabon. lib. IV. *Idem.*

CAP. XXXVI. § 136 *C. et L. Memmii*] Memmii a Mnestheo Trojano dicti, ut poëta V. 127. sic ostendit: ‘ Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi:’ qui plebeii fuerunt, ut tribunatus ostendunt, et Cicero Epist. ad Att. IV. 16. testatur. Memmii tamen a Lucretio lib. I. ‘ clara propago’ vocatur. *Corradus.*

Sp. Thorius] Tribunus plebis, anno 647. De lege Thoria, vide de Orat. II. 36. *Oliv.*

M. Marcellus Æsernini pater] M. Claudius Marcellus. Fuerunt vero duæ familiæ Claudiæ: ea quæ Marcellorum appellata est, plebeia; quæ Pulchrorum, patricia, ut Asconius in Orat. pro Scauro, et Sueton. in Tiberio docent. Hic videtur esse Marcellus, de quo L. Crassus de Orat. lib. I. loquitur. Quia deditus erat eloquentiæ studiis, hic illum Cicero inter oratores ponit: quanquam dubitari potest, cum ante L. Crassum collocet. Ille enim L. Crasso multo erat junior. Quare fortasse sit ille Marcellus, qui cum L. Crasso ipse gessit inimicitias; et in quem testimonium dixit: ut Orat. pro Font.

refertur. Filius ejus forte Æserninus est appellatus, quod patrem cum Æsernia captum liberarit, ut ex Liv. lib. LXXIII. conjicere licet. *Corrad.*

Ut filius ejus, P. Lentulus] Dubitari posse video, quo pacto, cum et Marcellus esset ipse, et Marcelli Æsernini pater esset, nunc etiam P. Lentulum filium habere dicatur; cum Claudia et Cornelia gentes sint diversæ. Sed hic aliqua fuerit adoptio necesse est; ut vel hic P. Lentulus, cum esset prius Claudius Marcellus, ut Claudii Marcelli filius, ab aliquo Cornelio Lentulo fuerit adoptatus, et ita P. Cornelius Lentulus appellatus: vel certe M. ipse Marcellus pater, postquam jam Marcellum Æserninum habuerat filium, in Corneliam familiam sit adscitus, et Cn. Cornelius Lentulus Clodianus sit appellatus, qui fuerit consul anno ab U. C. 657. cujus postea filius hic P. Lentulus fuerit. *Idem.*

§ 137 *L. Cotta*] Illius, ut puto, filius, qui anno 610. fuit consul. *Idem.*

CAP. XXXVII. § 139 *Antonio*] M. Antonius, cum esset prætor, vel potius consul designatus, quo anno Saturninus est interfectus, extra urbem cum præsidio fuit, Orat. pro C. Rabirio. Anno sequenti, id est 655. cum A. Posthumio Albino consul fuit, Orat. post Reditum ad Quir. Deinde proconsul in Ciliciam est profectus, de Orat. l. I. et II. ubi etiam censor fuisse dicitur. Fuit etiam legatus, ut infra dicitur. Hunc Cicero de Orat. lib. II. putat nullius rei, quæ quidem esset in his artibus, de quibus aliquid existimare ipse posset, rudem aut ignarum fuisse; sed quia nolebat ipse videri didicisse, opinio fuit, illum omnino omnis eruditionis expertem, atque ignarum fuisse, usque adeo, ut ne tabulas quidem conficere existimaretur, ut lib. eodem II. de Orat. scribitur: quæ fuit opinio falsa, Verr. I. quamvis Asconius alium Antonium significari male putet. Ipse M. Antonius de Orat. lib. I. se litteras Græcas sero ac leviter attigisse testatur. Eas vero sic attigit, ut cum de Orat. lib. II. historicos Græcos nominasset, ac scienter et proprie de unoquoque dixisset, ita Cæsar exclamarit: 'Ubi sunt, qui Antonium Græce negant scire?' Jus certe civile affirmat ipse, neque se unquam didicisse, neque tamen in his causis, quas in jure posset defendere, unquam istam scientiam desiderasse. Nihil se arbitrabatur ad judicia causasque amicorum, præter fidem et ingenium, afferre oportere, Div. in Cæcil. et quascumque causas erat acturus, eas diligenter penitusque volebat cognoscere, id quod omnibus faciendum ipse de Orat. lib. II. præcipit. Cicero Tusc. V. scribit Cinnam jussisse caput M. Antonii præcidi, cum Plutarchus et Appianus affirment id jussu Marii factum fuisse; sed Val. Max. VIII. 9. demonstrat utrumque verum fuisse; caput certe M. Antonii abscissum suis manibus Marius inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquamdiu tenuit, quod Valer. Max. IX. 2. Liv. lib. LXXX. Flor. III. 21. et Lucan. lib. II. scripserunt. Libellum unum reliquit, in quo dixit illud, quod refertur in Oratore, ac lib. I. et II. de Orat. 'Disertos se vidisse multos, eloquentem omnino neminem.' *Id.*

CAP. XXXVIII. § 143 *L. Crassum*] De quo vide Commentarium, de Orat. I. 7. *Oliv.*

CAP. XXXIX. § 144 *In M' Curii causa*] Vide Commentarium in lib. I. de Orat. cap. 39. et infra, cap. 52. *Oliv.*

CAP. XL. § 147 *Scævolæ nostri*] Aliter *Scævolæ*, omisso *nostri*. Hoc ait: Scævola pontifex utebatur Rutilio, propter familiaritatem, quam habebat cum altero Scævola, quicumque is fuerit; quanquam locus non caret mendi suspicione. *Cor.*

§ 150 *De Ser. Sulpicio*] Vide Gravinam, de Ortu Juris, § 65. *Oliv.*

Nihil, aut non fere multum differunt] Nam Cicero, quod scribit ipse, suo, id est quadragesimo tertio ætatis anno consul fuit; et Ser. Sulpicius consulatum petiit, ut suo anno consul esset, id est anno, qui Ciceronis consulatum secutus est; sed repulsam tulit, ut in Orat. pro Muræna videmus. Itaque Cicero videtur anno duntaxat major fuisse, si modo Ser. Sulpicius anno suo prætor fuerat. *Corrad.*

Cap. xlii. § 154 *L. Lucilio Balbo*] Credimus L. Lucilium, quem Fam. lib. iii. commendat, hujus filium, Q. vero Lucilium Balbum, qui in libris de Nat. Deor. loquitur, fratrem fuisse; atque Lucilios, post Lucilium poëtam, qui dicitur alumnus Auruncæ a Juvenale, Romæ esse cœpisse, quidquid alii scribant. *Idem.*

C. Aquilio Gallo] Cum C. Aquilius Gallus fuerit Ciceronis collega in prætura, et ob id etiam Ciceronis et Sulpicii æqualis, quæri potest, an idem Sulpicii præceptor esse potuerit; an potius pater Sulpicii præceptor, et filius Ciceronis collega: quod ut simile vero videatur, nihil tamen affirmemus, præsertim cum Pomponius ostendat Sulpicium jam grandem juri operam dare cœpisse, ita ut etiam filium audire potuerit. Et filium dicimus, quoniam supra, ubi de lege Aquilia mentio facta est, ostendimus duos Aquilios fuisse, quamvis recentiores scriptores uni omnia tribuant. Aquilii porro patricii videntur fuisse, quando C. Aquilius a Livio lib. ii. consul dicitur, multo ante quam plebeii consules fierent, quamvis Ulpianus lib. ix. tit. 2. Digestor. scribat, legem Aquiliam ab Aquilio trib. plebis fuisse latam. Nam si Aquilius trib. plebis fuit, certe plebeius fuit. Dicamus igitur, quod sæpe diximus, duplicem gentem fuisse, vel Ulpianum esse deceptum. *Idem.*

§ 155 *Nolebat*] Aliter *solebat*, (sic Vict.) aliter *volebat*, (ita Man. et Lamb.) sed *nolebat* rectum est. Nolebat certe Crassus de jure respondere, ne, cum in orandis causis superior esset, si de jure respondisset, aliqua in re videri posset Scævola ipso, qui disciplina juris civilis omnium esset eruditissimus, inferior. Malebat igitur Crassus in arte dicendi primus, quam in jure civili secundus esse: ut Ser. Sulpicius contra maluit in secunda primus, quam in prima secundus esse; ut supra dixit. *Idem.*

§ 156 *Audivi enim nuper*] Etsi videtur pæne ἀδυνατὸν de tempore hoc ipso divinare, nos tamen conjicimus annum fuisse, quo Cæsar consul iv. fuit, et bellum in Hispania cum Pompeii filiis gessit; quo quidem anno Tullia Ciceronis decessit, et Brutus ac Ser. Sulpicius in Asia fuerunt. Et quidem Brutus ita, ut litteras inde consolatorias ad Ciceronem scripserit; Ser. vero Sulpicius scripsit, cum ex Asia rediisset, ut ex ejus litteris cognosces. Fieri igitur potuit, ut vel simul ex Asia decedentes Samum venerint, vel alter decedens, alter in Asiam proficiscens, Sami obvii sint facti, et ita sint collocuti. Sic etiam Marcellum Mitylenis Brutus vidit. *Idem.*

Pares honorum gradus] Nam fuit uterque quæstor, ædilis, prætor, et consul. De magistratibus Ser. Sulpicii in Orat. pro Mur. et Famil. *Idem.*

Cap. xliii. § 160 *Liciniam virginem*] Ut propinquam; nam Crassus erat Licinius; certe summo loco natam, ac sanctissimo sacerdotio præditam, ut in Orat. pro Domo dicitur; de incestu vero accusatam. L. enim Veturius eques Romanus Æmiliam virginem Vestalem furtivo stupro polluit. Duas præterea virgines Vestales eadem Æmilia ad participationem incesti sollicitatas contubernalibus

sui corruptoris exposuit ac tradidit. Videant tamen eruditi, an is fuerit T. Betutius. Indicium per servum est factum. Historia legitur apud Paulum Orosium v. 15. tunc igitur L. Crassus, ut hic ait Cicero, Liciniam defendit. Itaque Æmilia condemnata est, sed Licinia et Marcia sunt absolutæ, postea tamen cum pluribus aliis condemnatæ, ut refert Asconius. *Corrad.*

Colonia] Civium Romanorum, ut in Orat. pro Fonteio leges. Decumanorum, inquit Plinius III. 4. quod, ut quidam volunt, milites decimæ legionis in eam coloniam sint deducti. Alii tamen putant a Cæsare dictatore milites Martiæ legionis in eam coloniam missos, et ob id Narbonem Martium a scriptoribus appellari; nec vident a Cicerone Marcium dici in Orat. pro Fonteio, quæ dicta fuit multos annos ante quam Cæsar dictator fieret. Nec me movet, quod in Tiberio scribit Sueton. Tiberii patrem ad eam coloniam deducendam missum fuisse. Sic enim interpretor. Prius a L. Crasso deducta est colonia, et Narbo Marcius forte a Q. Marcio, qui tunc erat consul, appellata: deinde a Cæsare missis novis colonis quasi instaurata. *Idem.*

Granium] Quo nemo fuit dicacior, ut lib. II. de Orat. describitur. Is L. Crassi et M. Antonii voluntatem asperioribus facetiis sæpe perstrinxit impune, ut in Orat. pro Plancio scribitur; quamvis illorum esset familiaris, ut hic cognoscitur, et lib. II. de Orat. dicitur. Is est Granius, de quo multa Lucilius, ut ait infra, scripsit. *Idem.*

CAP. XLIV. § 162 *Aut jam*] Quasi correctio: et hæc particula videtur ostendere, legendum esse sine interrogatione; quod affirmet, non quærat, et affirmans eum significat esse Ciceronem; ut M. Antonius lib. I. de Orat. eodem pæne modo, ita quasi divinat: 'Qui eloquens dici posset, aut hic est jam Crassus; aut si quis pari fuerit ingenio,' &c. Per me tamen licet, ut quivis cum interrogatione legat, præsertim cum Cicero quasi rogatus respondeat. *Idem.*

Scævolæ dicendi elegantiam] P. Scævolæ filius fuit, quod etsi difficile cognoscitur, tu tamen ita colliges: P. Licinius Crassus P. Scævolæ frater fuit. Porro Scævola pontifex hujus P. Scævolæ fratris filius fuit, ut L. Crassus lib. I. de Orat. dicit. Quare dubium non est, quin is significetur lib. III. de Officiis, illis verbis: 'Q. Scævola, P. filius, cum postulasset, ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur, idque venditor ita fecisset, dixit, se pluris æstimare, et addidit centum millia.' Hic est, quem Fimbria vulneravit, quem postea Damasippus interfecit, velut faventem Syllæ partibus, et quidem ante simulacrum Vestæ, Carbone III. Mario filio consulibus. *Idem.*

CAP. XLV. § 165 *Domitium*] C. Domitium Ænobarbum, qui tribunus pleb. Caio Mario III. L. Aurelio Oreste consulibus legem tulit, ut sacerdotes, quos antea collegæ sufficiebant, populus crearet, quod Paterc. lib. II. refert. Pontificibus enim offensior, quod alium potius quam se in patris sui locum cooptassent, jus sacerdotum subrogandorum a collegis ad populum transtulit, ut Suet. in Nerone testatur. In consulatu vero, quem gessit cum C. Cassio Longino, anno ab U. C. 658. Allobrogibus, Arvernisque superatis, elephanto per provinciam invectus est, turba militum quasi inter solennia triumphi prosequente; quod Sueton. in Nerone refert. Tanta in eo fuit gravitas, tanta auctoritas, ut quod esset ab eo objectum L. Crasso in censura collegæ, lepore magis elevandum, quam contentione frangendum videretur, ut lib. II. de Orat. dicitur. *Idem.*

C. Cœlio] C. Cœlio Caldo, qui fuit

homo novus, ut leges lib. I. de Orat. et Verr. v. et apud Q. Frat. in libro de Petit. Consul. Fuit æqualis Crassi, cui maximo honori fuit illa ipsa, quamcumque assequi potuit, in dicendo mediocritas, lib. I. de Orat. Hic judex absolvit eum injuriarum, qui Lucilium poëtam in scena nominatim læserat, lib. II. ad Herenn. Consulatum anno ab U. C. 660. cum L. Domitio Ænobarbo gessit. *Corrad.*

§ 166 *C. Clodius*] C. Clodius Ap. F. Pulcher, qui magnificentissime ædilitate lib. II. de Offic. functus esse dicitur. Hinc Verr. IV. sic ait: 'C. Clodius, cujus ædilitatem magnificentissimam scimus fuisse,' &c. Prætor in Sicilia fuit, et leges Halesinis dedit, Verr. II. Deinde cum M. Perpenna, anno 652. consul fuit. *Oliv.*

§ 167 *C. Titius*] De quo scriptum nihil nos præterea vidimus. *Corrad.* Viro docto ac diligenti (Corrado) non venit in mentem Macrob. Saturn. II. 12. *Muret.*

§ 168 *Propinquus noster*] Avus enim noster Marii Gratidii sororem in matrimonio habuit, lib. III. de Leg. *Oliv.*

M. Gratidius] M. Marius Gratidius: cujus videtur is vel filius, vel propinquus fuisse, qui fuit Q. fratris legatus, ut Epist. ad Q. Frat. I. 1. et in Orat. pro Flacco legitur: quem Cicero magni faciebat, Famil. VII. 1. 2. 3. 4. *Oliv.*

M. Marii Gratidiani] Non dubito, quin hic sit ille, qui lib. I. de Orat. et lib. III. de Offic. dicitur cum Sergio Aurata de venditis ædibus litigasse, quem postea Sergius Catilina, vel ob id fortasse, quod cum suo propinquo litigasset, vel quod Marianus esset, interfecit, ut Q. frater in libello de Petit. Consul. Ascon. in Orat. contra Catilinam, et alii testantur. Nunc quærimus, qua ratione M. Marius Gratidianus dicatur; nam si natus e M. Mario Gratidio est, et a Fimbria adoptatus, C. Flavius Fimbria Gratidianus debuit appellari; sive Fimbria natus, et in Marios sive Gratidios per adoptionem translatus, Marius Gratidius Flavianus debuit vocari; nisi Cicero, ut alii, vetus nomen voluit retinere, ut in T. Pomponio Attico fecit, quamvis sciret illum Q. Cæcilium Pomponianum Atticum vocari debere. Diximus autem, videri a Fimbria adoptatum fuisse, quia in libris veteribus ita legimus, *qui accusavit C. Fimbriam, M. Marii Gratidiani patrem.* Atque ita Victorius et Lamb. Verum, si *pater* legatur, ut in pluribus libris legitur, non erit dubium, quin M. Marius Gratidianus M. Gratidii, de quo loquitur Cicero, filius fuerit, a quocumque sit adoptatus. *Corrad.*

CAP. XLVI. § 169 *Q. Vectius Vectianus*] De quo quidem nihil nos invenimus. *Idem.*

C. Rusticellus Bononiensis] *Rusticelius* corrigendum est, ex auctoritate vetustissimi numismatis ærei, quod est apud me cum inscriptione C. RVSTICELIVS CORDVS IIVIR. *Ursin.*

T. Betucius Barrus] Is fortasse, quem maledicum et mordacem significat Horat. Sat. VII. et Porphyrion ejus interpres Sat. VI. scribit incestum cum Æmilia Vestali fecisse. *Corrad.*

§ 170 *L. Papirium Fregellanum*] De quo scriptum nihil legimus. *Idem.*

§ 172 *T. Tincam Placentinum*] De quo Quintil. I. 5. *Oliv.*

CAP. XLVII. § 173 *L. Philippus*] L. Marcius Philippus; qui gloriari solebat, se sine ullo munere adeptum esse omnia, quæ haberentur amplissima, lib. II. de Offic. Primum in consulatus petitione a M. Herennio fuit superatus; deinde tamen consul est factus cum Sexto Julio Cæsare, anno ab U. C. 663. Hujus Philippi exstat oratio apud Sallust. in qua censet, ut Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconsule et cæteris, quibus imperium est, urbi præsidio

sint: operam dent, ne quid resp. detrimenti capiat. *Corrad.*

§ 174 *L. Gellius*] L. Gellius Publicola, qui omnibus honoribus ad censuram usque defunctus est, ut Val. Max. v. 9. refert. Nam prætor fuit, et ex prætura proconsul in Græciam venit, ut lib. I. de Leg. est scriptum. Consul item fuit cum Cn. Cornelio Lentulo, anno ab U. C. 682. et Chrysum acerrime pugnantem prælio oppressit, ut ait Oros. v. 24. sed ipse a Spartaco victus est acie, ut Liv. lib. XCVI. scripsit. Nos igitur credimus Verr. II. sic legi oportere, 'Cn. Lentulus et L. Gellius consules,' non autem 'Cn. Lentulus et Lucullus,' ut nunc legitur. Bello Piratico Gellius idem Pompeii fuit legatus, ut Florus III. 6. et Appianus in Mithridatico scribunt. *Idem.*

§ 175 *D. Brutus*] Qui Julianus in consulibus appellatur. Fuit consul anno 678. *Idem.*

L. Scipio] L. Cornelius Scipio Asiaticus, ut in consulibus legitur, quem tamen alii Nasicam vocant, quod in Dione Græco lib. XL. Scipionem Pompeii socerum Nasicæ filium dici videant, quem hunc esse arbitrantur. *Idem.*

Cn. Pompeius] Cn. Pompeius Strabo, qui prætor a Picentibus victus, non ita multo post eosdem fudit. Liv. auctor lib. LXXIV. et Orosius v. 18. Consul cum L. Porcio Catone, anno ab U. C. 665. Marsos acie vicit, quo tempore Cicero in exercitu fuit, Philippica XII. et multi nobiles legati, in Orat. pro Fonteio: et Vestinos in deditionem accepit, ut Liv. lib. LXXIV. et sequenti retulit. Tunc, ut opinor, etiam Transpadanas colonias deduxit, ut Asconius est testis. Cum bellum, quod Cinna et Marius inferebant urbi, opprimi inter initia potuisset, ejusdem fraude confirmatum est, qui utramque partem fovendo Cinnæ vires dedit, nec, nisi profligatis optimatium rebus, auxilium tulit, ut ait Liv. l. LXXIX. Hic tandem fulgure, ut scribit Appianus, est extinctus; cujus cadaver e lecto detraxit, et projecit populus, qui illum oderat tantum, quantum postea filium dilexit. Plutarch. in Pompeio. *Idem.*

M. Brutus] Credimus hunc esse patrem Bruti accusatoris, de quo supra. *Idem.*

§ 176 *Cn. Octavii*] Hunc nos putamus filium fuisse illius Cn. Octavii, qui lib. I. de Orat. consularis appellatur. Consul armis ex urbe collegam suum L. Cinnam expulit, in Orat. III. in Catilin. qui quidem Cinna non ita multo post reversus, illi præcidi caput jussit, Tusc. v. et exponi pro rostris, ut Flor. III. 21. scribit. *Idem.*

CAP. XLVIII. § 177 *C. Julius*] C. Julius Cæsar Strabo, ut Paterculo et Suetonio vocatur; qui rogatus a Sardis T. Albutium accusavit, Div. et lib. II. de Offic. et orationem pro Sardis, ut ait Sueton. in Cæsare, reliquit. Ædilis curulis, L. Cæsare, P. Rutilio consulibus, fuit, et ædilicius quidem occisus est: sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio ejus cum Sulpicio tribuno pleb. fuerit. Nam sperabat, et id agebat hic Cæsar, ut omissa prætura consul fieret; cui cum primis temporibus jure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et arma processit, ut ait Asconius: eam petitionem extraordinariam infra Cicero vocat. Ob hæc illi postea Cinna præcidi caput jussit, Tusc. v. *Idem.*

§ 178 *Q. Lucretius Vespillo*] Quis hic fuerit, ignoramus: illud scire videmur, Lucretios patricios fuisse, cum tot Lucretii consules legantur ante, quam plebeii crearentur. *Corrad.*

T. Juventius] Invenire adhuc historiam non potuimus: illud in Orat. pro Plancio invenimus, Juventiam gentem ex municipio Tusculano ori-

undam consularem fuisse, sed tamen plebeiam, quando Juventius Laterensis ibi dicitur petere tribunatum plebis cœpisse. *Idem.*

§ 180 *Q. Sertorium*] Cujus vitam scripsit Plutarchus. *Oliv.*

C. Gorgonium] Hominem nobis prorsus ignotum. *Corrad.*

T. Junius] Tribunus plebis anno Urbis 652. *Oliv.*

P. Sextius] Existimabamus olim hunc esse P. Sestium, pro quo Ciceronis exstat oratio: nunc vero aliter sentimus, et P. Sestium, quem Cicero defendit, non posse significari, e temporum ratione colliges. Possit igitur hic videri vel pater P. Sestii, præsertim cum P. dicatur, ut filius patris prænomen, quasi de more, referat: nisi Cicero P. Sestium L. filium vocet, Epist. Famil. v. 6. quæ res facit, ut ego nunc demum putem hunc, de quo nunc loquitur, vel illum esse, vel potius patrem illius P. Sestii esse, ad quem Epist. Famil. v. 17. scribit. *Corrad.*

CAP. XLIX. § 182 *C. Cotta, P. Sulpicius*] Quos in libris de Oratore loquentes inducit: ubi de illis dictum est. *Oliv.*

Q. Varius, &c.] De singulis inferius, ubi seorsum appellabuntur. *Idem.*

CAP. LI. § 192 *Aut si auditor omnino tanquam equus non facit*] Id sine omni gratia leporeque dictum videtur: sed et varie explicatur. Ego ne quem reprehendam, qui satis ipse pecco, ut censores potius fatigare debeam, quam in aliis censendis me occupare; puto 'facere' verbum esse circense: quod ex eo apparet, quia 'factiones,' quæ a 'faciendo' nomen adeptæ sunt, in circo quatuor erant: et in lusu pilæ 'factores' etiam Plautus dicit. Equum igitur puto non 'facere,' qui aurigæ non paret, nec curriculo corripit spatium, nec adjuvat in partem ad victoriam; sed segnis et ignavus est, nec sentit stimulos, nec aurigam audit. *Turneb.* Advers. XIV. 22.

CAP. LVI. § 206 *Q. Metello*] Vix sciri posse certo credimus, quis hic Q. Metellus fuerit, cum tot eo tempore fuerint Metelli: quia tamen cum duobus consularibus numeratur, et videtur accusatus fuisse, sic ut L. Ælii oratione usus ad se defendendum dicatur, putamus hunc esse Q. Cæcilium Metellum Nepotem, Balearici filium, qui consul cum T. Didio, anno ab U. C. 656. fuit, et a C. Curione patre fuit accusatus, ut Asconius scribit. *Corrad.*

Q. Pompeio Rufo] Qui prætor urbanus paucis diebus antequam L. Crassus de Oratore loqueretur, lib. I. de Orat. et postea consul cum L. Cornelio Sylla, anno ab U. C. 566. fuit, ut Cicero Orat. I. et II. contra Rullum meminit: cujus etiam consulis filium, eundemque Syllæ generum P. Sulpicius per emissarios factionis suæ interfecit, ut Liv. lib. LXXVII. et Paterc. lib. II. scribunt. Nec ita multo post Q. ipse Pompeius adhuc consul ab exercitu Cn. Pompeii, Strabonis proconsulis seditione, sed quam dux excitaverat, interfectus est. *Idem.*

CAP. LVIII. § 210 *Curio*] C. Scribonius Curio, Curionis oratoris filius. tribunus plebis fuit, L. Cæsare, P. Rutilio coss. Videtur prætor in Asia fuisse: certe ibi cum esset, illi Sylla imperavit, ut Nicomedem et Ariobarzanem in Cappadociam deduceret, ut Appianus in Mithridatico refert. Ejus etiam opera in capiendis Athenis usum Syllam fuisse testis est Plutarchus. Deinde cum Cn. Octavio. anno ab U. C. 678. consul fuit, ut Plinius ostendit II. 35. Proconsul postea Dardanos in Thracia domuit, ut Frontinus IV. 5. refert, ubi tamen 'M. Curio,' pro 'C. Curione' male legitur. Videndus etiam Marcellin. lib. XXIX. ex quo cognoscimus in eo fuisse prudentiam, quam Cicero in Orat. pro Leg. Manil. commendat.

Fuit etiam pontifex, ut in Orat. de Responsis apparet: cujus locum tum filius videtur petiisse, cum Cicero Fam. lib. II. scripserit ad eum, se de sacerdotio laborasse; etsi scio auguratum posse significari. Hic Ciceronis amicissimus fuit, ita ut ejus consulatum ἀποθέωσιν, ut ad Attic. lib. I. leges, appellaret. Cicero tamen illum sæpe mordebat. Decessit non ita multo ante quam Cicero in Ciliciam proficisceretur, ut ex Famil. lib. II. cognoscimus: cum vir optimus fuisset, ut Val. Max. IX. 1. ostendit. *Corrad.*

§ 211 *Mucias ambas*] M. Mucii Scævolæ auguris et Læliæ filias, et *Mucias* a patre de more nominatas, quarum altera L. Crasso nupsit, lib. I. de Orat. altera C. Mario, ut nos putamus. Certe Plutarchus Mucium Marii πενθερὸν vocat. Ob id fortasse Marius L. Crassi affinis a Cic. lib. I. de Orat. et in Orat. pro Corn. Balbo vocatur. Scimus quidem quod idem Plutarch. in Cæsare scribit, Marium Juliam uxorem habuisse, sed duas habere potuit. Videtur etiam Marius filius L. Crassi filiam uxorem duxisse, unde Marius quidam, qui se M. filium esse dicebat, L. Crassum avum suum vocabat, ut Epist. ad Att. XII. 41. leges. *Idem.*

Licinias] L. Licinii Crassi et Muciæ filias. *Idem.*

Scipio] Publius, ut putamus, vel Lucius, ut est apud Appianum lib. II. Scipio, L. Scipionis et Liciniæ alter filius, qui et ipse adoptatus, Q. Metellus Q. F. Pius Scipio fuit appellatus, ut Epist. Famil. VIII. 8. legitur: qui cum fuisset consul cum Pompeio genero, et bellum cum Cæsare in Africa gessisset, se ipse tandem interfecit: quod etsi factum est antequam dialogus hic fieret, Brutus tamen de illo tanquam vivo loquitur; nisi forte prius hic dialogus fuerit cœptus, et postea absolutus: vel hic alius sit Scipio, cujus historiam nos invenire non potuerimus. Brutus autem illum vocat collegam suum, nam Brutus pontifex fuit. *Idem.*

Percomis] Man, *idemque patronus est.* Oliv.

C. Lælii] De quo jam supra. Is pater fuit Læliæ, quæ nupsit Q. Scævolæ auguri: unde nata est Mucia L. Crassi uxor, et mater Liciniæ, ex qua natus est hic Scipio, cujus ipse Lælius ob id avus fuit. *Corrad.*

CAP. LX. § 216 *Loqueretur e lintre*] Nam qui vacillant in utramque partem loquentes, e lintre loqui videntur; quod linter, cum sit navicula, facile in utramque partem vacillat, si quis modo velit in eo stare et loqui. *Corrad.*

Cn. Sicinius] Illum esse credimus, de quo Plutarchus in Crasso. Sicinii vero plebeii fuerunt. Nam Sicinius primus tribunus plebis fuit, ut Liv. lib. II. scribit: et hic Sicinius tribunus plebis hoc loco dicitur. *Idem.*

CAP. LXII. § 221 *C. Carbo*] Hunc inserit hoc loco, cum supra de illo cum aliis non proposuerit: sed facit, ut opinor, ne meditatus in dialogo dicere videatur. Hic tribunus pleb. fuit, ut est in Oratore; de quo etiam Val. Max. III. 7. Haud equidem certo scio, an ille sit, quem Damasippus interfecit, ut legimus apud Ciceronem Epist. ad Famil. IX. 21. *Corrad.*

Q. Varius] Q. Varius Sucronensis a Quintil. V. 12. et ab auctore libelli de Viris Illustribus appellatus, ab oppido Hispaniæ. De Vario Crassus lib. I. de Orat. ita loquitur: 'Quis vestrum æqualem meum Q. Varium,' &c. Nec me movet, quod Crassus suum vocet 'æqualem,' et hic Cicero Cottæ et Sulpicio faciat æqualem; quoniam potuit aliquanto minor natu Crasso, et aliquanto major Cotta et Sulpicio ita esse, ut et Crasso et his duobus æqualis appellari posset:

nisi, quod ego minus probo, credat aliquis alterum fuisse. Hic ' summo cruciatu suppliciοque periit,' ut legimus Nat. Deor. III. 33. Val. Max. quoque IX. 2. hominem seditiosissimum et abjectissimum vocat, qui etiam videndus est VIII. 6. *Idem.*

§ 222 *L. Fusius*] Quem furere dicit Antonius, de Orat. II. 22. ad nomen ejus respiciens. *Furius* enim et *Fusius*, quemadmodum *Valerius* et *Valesius* commutantur, ut observat Quintil. I. 4. *Idem.*

Ex accusatione M' Aquilii diligentiæ fructum ceperat] Fuit M' Aquilius consul cum C. Mario, anno ab U. C. 553. unde Marii collegam lib. II. de Orat. vocat. Illum Romani multis avaritiæ criminibus, testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, liberaverunt, ut ait Cicero in Orat. pro Flacco. *Idem.*

M. Drusum] M. Livium Drusum, M. Drusi et Corneliæ, ut in Consol. ad Marciam Seneca refert, filium; qui pupillus adhuc cum esset et prætextatus, judicibus reos commendabat, et se sic interponebat, ut quædam judicia ab illo rapta constet. Unde solebat dicere, sibi uni, nec puero quidem, unquam ferias contigisse: quod Seneca in libro de Brev. Vitæ scribit. Ob id Cicero lib. I. de Offic. dixit, in eo adolescente gravitatem singularem fuisse. Hic quæstor in Asia nullis insignibus uti voluit, ne quid ipso esset insignius. Morbo comitiali elleboro in Anticyra insula constat esse liberatum, ut Plinius XXV. 5. et Gellius XVII. 15. retulerunt. Inter hunc et Cæpionem ex annulo in auctione venali inimicitiæ cœperunt; unde origo socialis belli et exitia rerum, ut ait Plin. XXV. 5. et Gell. XVII. 15. In atrio domus suæ cultello est percussus, quod scribunt Paterculus lib. II. Liv. lib. LXX. Appianus lib. I. Oros. V. 18. et Cicero ipse Orat. pro Milone. *Idem.*

Magnum avunculum] Maternæ aviæ fratrem, ut grammatici docent, et tu ita colliges: M. Livius Drusus, qui senatus est patronus appellatus, habuit filios M. Livium Drusum, de quo loquimur, et Liviam, quæ mater fuit Catonis. Ita Drusus pater Catonis fuit avus maternus: lib. IV. de Fin. Drusus vero filius ejusdem Catonis avunculus fuit, ut Liviæ matris frater, ut a Cicerone in Orat. pro Milone, a Valer. Max. III. 1. et a Plutarcho vocatur. Eadem porro Livia, mortuo priore marito, nupsit Q. Servilio Cæpioni, unde nata est Servilia mater Bruti, quæ ex matre soror fuit Catonis. Et sic Cato, ut Serviliæ frater, Bruti fuit avunculus, Livia fuit avia materna, et M. Drusus, ejus frater, magnus avunculus. *Idem.*

M. Lucullum] L. Luculli fratrem ut Plutarch. in Lucullo docet, quamvis Eutropius consobrinum vocet. In lapidibus certe Romanis L. Lucullus, L. F. et hic M. F. dicitur, qui L. Syllæ imperatoris quæstor fuit, et postea, ut unus e Syllanis ducibus ad Fidentiam feliciter pugnavit. Cum fratre fuit ædilis; apud Plin. VIII. 7. Hic prætor inter peregrinos jus dixit, et contra C. Antonium, quod Græci postulabant, decrevit, ut Asconius ostendit. Consul cum C. Cassio fuit, ut in Orat. pro Cluent. legimus; unde Verr. I. sic esse legendum cognoscimus: ' Nobis respondit, cum ab eo tabulas postularemus, usque ad M. Licinium et C. Cassium coss. confecisse, postea destitisse.' Proconsul hic in Macedonia Curioni successit, et totam Bessorum gentem, bello appetitam, in deditionem accepit, ut auctor est Oros. VI. 3. et ad terminum gentium Tanaim lacumque Mæotin pervenit, ut Flor. III. 4. refert. Huic postea L. Luculli fratris tutela permissa est, cum ille alienata mente desipere cœpisset. Ante Ciceronis exilium videtur

L. Lucullus vel decessisse vel secessisse, vel certe nihil curasse, quando nusquam dicitur Ciceronem adjuvisse, ut si vixisset vel valuisset, prorsus adjuvisset, ab eo in triumpho adjutus, Acad. Quæst. lib. II. ut M. ipse Lucullus adjuvit, ut testatur in Orat. in Pisonem, et de Resp. ubi pontifex etiam vocatur, ut Epist. ad Attic. IV. 2. significatur. Hic M. Lucullus ante bellum civile decessit, cui vel ob id Paterculus gratulatur. *Idem.*

M. Octavium] Illum fortasse, quem Verr. I. Ligurem vocat, et laudat: vel illum, quem cum C. Cotta consulem anno 679. esse, et Lucium vocari videmus. Ille certe Cn. F. in lapidibus Romanis appellatur. *Corradus.*

M. Catonem] M. Porcium Catonem, qui tribunus plebis fuit, et præturam petens, mortem obiit, ut Gellius XIII. 19. scribit. *Idem.*

§ 223 *Cn. Carbonem*] Cn. Papirium Carbonem, qui Marianus fuit, etiam ante, quam consul fieret, ut Liv. lib. LXXIX. et seq. scripsit: deinde cum L. Cinna et ipse Carbo a se ipsis consules per biennium creati, bellum contra Syllam parassent, ac tandem Cinna ab exercitu suo interemptus esset, consulatum Carbo solus gessit, ut Liv. lib. LXXXIII. et Paterc. lib. II. præter alios ostendunt. Tandem illum consulem III. cum C. Mario C. F. Sylla, exercitu ejus ad Clusium, ad Faventiam, Fidentiamque cæso, Italia expulit, ut ait Liv. lib. LXXXVIII. quem Pompeius in Sicilia captum occidit. Auctores laudo Livium, Val. Max., Paterculum, Plutarchum, et Appianum, qui res istas pluribus explicavit. *Idem.*

M. Marium] M. Marium Gratidianum, M. Marii Gratidiani filium, cujus caput abscissum per urbem sua manu Catilina tulit, et alia fecit, quæ scribunt Q. Cicero de Petit. Consul. et alii. Hunc bis prætorem fuisse scribit Asconius. Cum vero prætor esset, collegas, tribunosque plebis eo modo decepit, quem Cicero, qui fuit affinis, lib. III. de Offic. non probavit. Lis ei cum Sergio Aurata fuit ea, quam Cicero l. I. de Orat. et l. III. de Offic. ponit. *Idem.*

Palicanus] M. Lollius Palicanus, qui et ipse tribunus pleb. fuit, annis duobus post L. Quintium, L. Gellio et Cn. Lentulo consulibus. Val. Max. III. 8. testatur ita seditiosum fuisse, ut C. Piso consul illum suffragiis populi consulem creatum renunciare noluerit, quod diceret non existimare se, tantis tenebris offusam esse remp. ut huc indignitatis veniretur. Hinc Cicero Epist. Attic. I. 1. scripsit, 'De Palicano non puto te expectare, dum scribam:' quod verisimile non esset illum, qui tam turpiter repulsus fuisset, iterum consulatum petiturum. Lollius ab Asconio dicitur, et ita gens Lollia plebeia cognoscitur. *Corrad.*

§ 224 *L. Apuleius Saturninus*] Tribunus pleb. per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, gessit. Gracchanas enim leges asserere non destitit, ut ait Flor. III. 16. Nam legem agrariam tulit, ut Liv. lib. LXIX. scripsit, quam Plutarchus in Mario τὸν περὶ τῆς χώρας νόμον appellare videtur. Turbulentissimi hujus hominis res narrantur a Livio, Paterculo, Appiano, Floro, Orosio, et aliis. *Idem.*

C. Servilius Glaucia] De quo loquuntur omnes historici, qui de L. Apuleio Saturnino scribunt. Is populum solebat monere, ut, cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet: si esset dictator, consul, prætor, magister equitum, ne laboraret; sciret nihil ad se pertinere: sin autem, 'Quicumque post hanc legem;' videret ne qua nova quæstione alligaretur. Hoc Cicero in Orat. pro Rabirio Posthumo scribit. *Idem.*

Legis] Quam primus ipse Glaucia

tulit, ut comperendinaretur reus, Verr. I. quam legem 'Glauciam' vocat Asconius, ob id fortasse, ne, si lex 'Servilia,' ut debuit, diceretur, cum legibus aliis Serviliis confunderetur. Tulit certe legem ad judicia pertinentem, quæ tunc equites exercebant. Hinc Asconius ita scribit: 'Q. Servilius Cæpio Scaurum ob legationis Asiaticæ invidiam, et adversus leges pecuniarum captarum, reum fecit repetundarum, lege, quam tulit Servilius Glaucia.' In quibus quidem verbis Asconii, *legationis Africæ*, de qua scribit Sallustius, videtur legendum. *Idem.*

Hyperboli] Lucernarum faber improbus: quippe qui faciendis lucernis non ære solum, sed plumbo etiam uteretur, quo pluris eas, ut graviores, venderet, et sic emptores decipiebat: qui tamen *μετὰ τὴν τοῦ* Κλέωνος *δυναστείαν διεδέξατο τὴν δημαγωγίαν*, ut Aristophanis interpres in Nubibus et in Pace scribit. Fuit etiam *στρατηγὸς* 'Αθηναίων, ut idem interpres ait in Acharn. 'Απώλετο δὲ περὶ τὴν Σάμον, πολεμούντων αὐτῷ τῶν Σαμίων, ut interpres idem in Ranis refert. *Idem.*

Cap. lxiv. § 228 *L. Sisenna*] Sisennam cognomen in Gabiniis apud Val. Max. viii. 1. et Dion. lib. xxxix. et in Statiliis apud Paterculum lib. ii. invenio, neque tamen scire certo possum, ex qua gente L. hic Sisenna fuerit, de quo Paterculus ita scribit: 'Historiarum auctor jam tum Sisenna erat juvenis, sed opus belli civilis Syllani post aliquot annos ab eo seniore editum est.' Videtur Latine Sisenna id bellum scripsisse, ut patet ex l. i. et ii. de Divin. Ovid. Trist. lib. ii. hoc addit: 'Vertit Aristidem Sisenna, nec obfuit illi Historiæ turpes inseruisse jocos.' *Corrad.*

Cap. lxv. § 232 *Discendi*] Vict. Man. Grut. *dicendi. Oliv.*

Cap. lxvi. § 233 *C. Fimbria*] C. Flavius Fimbria, qui L. Valerii Flacci consulis legatus fuit, ut Liv. lib. lxxxii. scripsit. Cum L. Valerium Flaccum in Bithynia apud Nicomediam interfecisset, et imperium ad se transtulisset, Ilium, quod sibi portas clausisset, undecimo die cepit, et evertit: et cum ob id gloriaretur, quod quam urbem Agamemnon decimo anno vix cepit, cum mille navium classem et universam Græciam secum haberet, eam ipse undecimo die cepisset, respondit quidam ex Iliensibus: 'Non enim Hector aderat, qui pro civitate pugnaret.' Sed ille paulo post apud Thyatiram, cum ab exercitu Syllæ obsideretur, in templo Æsculapii sua et servi manu interfectus est, ut videbis apud Liv. l. lxxiii. Strab. l. xiii. Plut. in Sylla, Appian. in Bell. Mithrid. Oros. vi. 2. et Paterc. lib. ii. Addit autem Cicero; 'Non ita diu jactare se potuit;' quod scilicet 'se interemit, adolescens, quæ ausus erat, fortiter exsecutus,' ut ait Paterc. loco citato; et recte 'ausus erat,' quoniam fuit 'homo longe audacissimus,' ut ait Cicero in Orat. pro Roscio Amerino. *Corrad.*

§ 235 *Cn. Lentulus*] Multa huic cum L. Gellio, de quo supra, sunt communia, cum et in censura, et in consulatu collegæ fuerint; illud est hujus proprium, quod male adversus Spartacum pugnavit, ut Liv. lib. xcvi. et Oros. v. 24. scripserunt. Censor dicitur Verr. v. in Orat. pro Flacco, et in Orat. pro Domo. In eo vero summum consilium, et summam gravitatem fuisse, testatur in Orat. pro lege Manil. Is videtur esse, qui Philippo et Marcellino coss. decessit, Epist. ad Attic. iv. 6. quamvis aliter olim scripserimus. Temporibus Marianis abfuit. *Idem.*

P. Lentulus] P. Cornelius Lentulus Sura, is qui cum L. Sergio Catilina conjuravit; quem putat Asconius P. Lentuli illius, quem Cicero Div. principem senatus appellat, fi-

lium fuisse: quod tempora non pati videntur, ut hic Sura filius fuerit illius, quem Cicero loco citato, et lib. I. de Orat. P. Africano vel majorem natu vel æqualem fuisse ostendit. M. Antonius certe lib. I. de Orat. de illo sic loquitur, ut de homine, qui tot annis ante obiisset, ut hujus Lentuli pater vix esse potuerit. Quin si vir tantus hujus P. Lentuli pater fuisset, Cicero ei aliquando objecisset, ut avum, in Orat. III. in Catilinam; cujus imaginem Sura non potius quam patris in annulo gestasset, si talem patrem habuisset. Videri potest igitur M. Marcelli filius. Quæstor Syllæ fuit, postea prætor, ac deinde consul cum Cn. Aufidio Oreste, anno ab U. C. 682. Sed cum vita ejus semper, ut ait Porcius Latro, in obeundis libidinibus versaretur, ac societate turpissimorum hominum nobilitaretur, bis accusatus, et, ut ad Attic. l. I. Cicero scribit, absolutus est; quod judices, ut auctor est Plutarchus in Cicerone, corrupisset. Non ita multo post tamen senatu motus est, et ut amissam dignitatem recuperaret, prætor iterum factus fuerat, quando cum L. Catilina conjuravit. *Idem.*

Cap. LXVII. § 236 *M. Piso*] M. Pupius Piso Calpurnianus, sic appellatus a quibusdam, quod eum M. Pupius in Orat. pro Domo dicatur adoptasse. Hic quæstor cum L. Pisoni consuli obtigisset, non attigit pecuniam, non ad exercitum profectus est, Verr. I. Hic idem in ædilitate offensiuncula (nam populus illi M. Seium prætulit) accepta, summos a populo honores, ut in Orat. pro Plancio legimus, est adeptus. Nam proconsul in Hispania fuit, unde triumphavit, ut Cic. in Orat. pro Flacco, et in Pison. significat. Illum, lib. I. ad Att. hominem perversum, vitiosum, inertem, somni plenum, imperitum appellat; quod forte facit iratus: alibi certe fere semper illum laudat. *Idem.*

Ex virginum judicio] Post quarum absolutionem decimus annus fuit in Ciceronis consulatu, ut ait in Orat III. in Catilin. Accusatus enim fuit Catilina incesti, quod cum Fabia virgine Vestali commisisse arguebatur: sed Catuli gratia fultus evasit, ut Orosius VI. 3. scribit. Sed et Fabia ipsa causam incesti dixerat, cum ei Catilina objiceretur, eratque absoluta hæc Fabia, quia soror erat Terentiæ Ciceronis, ut ait Asconius. Virgines vero ipsas P. Clodius accusavit, et M. Cato defendit, ut Plutarchus in Catone scribit. In eo judicio M. hic Piso magnam laudem est adeptus, ut hic ait. *Idem.*

§ 237 *P. Murœna*] P. Licinius Muræna, qui sublatus infra fuisse dicitur: cujus historiam quærent alii. Nos apud Macrob. Saturn. lib. III. invenimus, Varronem asseruisse, eodem modo Licinios appellatos Murænas, quo Sergius 'Aurata' cognominatus; quod ei pisces, qui auratæ vocantur, carissimi fuerint. Hanc gentem plebeiam fuisse Cicero in Oratione pro Muræna testatur. *Idem.*

L. Turius] De quo nihil, quod sciam, exstat. *Corrad.*

§ 238 *C. Macer*] C. Licinius Macer, de quo Cicero prætor incredibili ac singulari populi voluntate transegit. Damnatus est autem, ut κρινόμενος κλοπῆς, ut ait Plut. in Cicerone, id est *repetundarum*, ut scribit Val. Max. IX. 12. *Idem.*

Cap. LXVIII. § 239 *C. Piso*] C. Calpurnius Piso, quo prætore Cicero Q. Roscii comœdi causam defendit, quemque in causa Cæcinæ adversarium habuit. Is cum M' Glabrione consul fuit, anno ab U. C. 687. et tum Pompeium voluit impedire, ne adversus piratas proficisceretur. Tunc etiam legem Calpurniam de ambitu tulit, in qua præter alias pœnas pecuniaria quoque est adjecta, ut scribit

Asconius, et Cicero meminit in Orat. pro Muræna. Postea proconsul in Galliam profectus est, sed domum cum rediisset, repetundarum postulatus est, et a C. Julio Cæsare oppugnatus propter cujusdam Transpadani injustum supplicium ; quare postea cum illo graves exercuit inimicitias, ita ut impellere Ciceronem tentarit, ut Cæsar inter conjuratos nominaretur, ut ait Sallustius. Piso, Cicerone consule defendente, quia consul fortis constansque fuerat, incolumis est reip. conservatus, ut leges in Orat. pro Flacco. Nondum mihi satis constat, an is ille sit, quem Plutarchus ἄνδρα ἱστορικὸν vocat, cum Cicero nihil hac de re dicat: quod mirum sit, cum Plutarchus testetur illum de Mario scripsisse, ne quis forte putet illum esse, quem supra diximus L. Pisonem vocatum fuisse, et multo ante vixisse. *Idem.*

M' Glabrionem] M' Acilium Glabrionem: et Acilium, non Attilium, ut in libris sæpe leges, scribere debemus, quoniam gens hujus Glabrionis Acilia fuit, et pater ab Asconio M' Acilius appellatur, qui legem Aciliam tulit de pecuniis repetundis severissimam, in qua ne comperendinari quidem licebat reum, ut legitur Act. Verr. I. Hujus gens plebeia fuit, ut ostendit Livius, qui lib. XXXV. scribit, P. Scipioni de plebe M' Acilium Glabrionem collegam additum fuisse. Hoc vero M' Glabrione prætore Cicero Verrem accusavit, ut Asconius scribit, et in ipsis Verrinis apparet. Hic et cum C. Pisone consul fuit, et, ut Plutarchus scribit, in Bithyniam profectus est. *Corrad.*

L. Torquatus] L. Manlius Torquatus, et quidem patricius, ut in Orat. pro P. Sylla cognosces, cum Manliorum familia duplex esset, ut supra diximus. Hic Ciceronis et Attici condiscipulus, ut Nepos ait in Attico, fuit. Cum L. Aurelio Cotta consul est factus anno ab U. C. 689. quos Autronius, Catilina, et alii in Capitolio Cal. Jan. ut scribit Sallustius, interficere pararunt. Post consulatum videtur in Macedonia res ita magnas gessisse, ut Cicerone, jam tum consule, referente, absens imperator sit appellatus, ut in Orat. in Pisonem dicitur. *Idem.*

§ 240 *D. Silanus, vitricus tuus*] Bruti mater Servilia, cum esset vidua, ipsi Silano nupsit. Silanus autem consul designatus censuit eos, qui remp. delere conati fuerant, morte esse multandos. Lege Orat. IV. in Catilin. Fuit vero consul cum L. Muræna, anno ab U. C. 692. *Idem.*

Q. Pompeius, A. F. qui Bithynicus dictus est] De quo nullam mentionem, nisi in hoc dialogo, fieri vidimus, et apud Oros. VI. 15. in Ægypto interfectum fuisse legimus. *Auli filius :* credimus eum esse istius filium, qui obiit in Capitolio, cum Deos salutasset, ut Plin. VII. 53. scribit. *Idem.*

§ 241 *P. Autronius*] Qui se Ciceronis condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in quæstura commemorabat fuisse: qui consul designatus, cum accusaretur ambitus, judicium tollere ac disturbare primo conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu, deinde lapidatione atque concursu ; sed damnatus ita se gessit, ut Cicero in Orat. pro P. Sylla scribit: ubi nobis illum hominem, ut paucis dicam, scelestissimum describit. *Idem.*

L. Octavius Reatinus] De quo nihil nos aliud invenimus. *Idem.*

C. Stalenus] C. Stalenus Pætus. Hoc enim sibi cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, ne, si se Ligurem fecisset, nationis magis suæ, quam generis uti cognomine videretur, ut ait in Orat. pro Cluentio. Sed in Orat. pro Sextio ita scribit: 'Ex novem tribunis plebis, quos tunc habueram, unus, me absente, defluxit, qui cognomen sibi ex Æliorum imaginibus arripuit, quo magis nati-

onis ejus esse quam generis videretur.' De eo pluribus agit Cicero in Orat. pro Cluentio, et in Topicis. *Idem.*

CAP. LXIX. § 242 *C. et L. Cæpasii*] Homines industrii, atque eo animo, ut quæcumque dicendi potestas est data, in honore atque beneficio ponerent, ut in Orat. pro Cluentio loquitur; ubi ita de illis verba facit, ut eos irridere potius quam laudare videatur. *Idem.*

Oppidano genere dicendi] Oratio est non urbana, nec elegans, nec nitida; sed velut vicana et municipalis, aut castellana: quod in oppidis, vicis, castellis, municipiis non tam integre incorrupteque, quam in urbe loqui solerent. Sed et 'homo repentinus' ibidem dicitur homo novus, qui subito repenteque in hominum cognitionem, famam, commendationemque pervenit. Sic autem scribit, *Ignoti homines et repentini, quæstores celeriter facti sunt, oppidano quodam et incondito genere dicendi.* Turneb. Advers. XIV. 22.

C. Cosconium] Qui in Orat. pro Sylla videtur prætor fuisse, consule Cicerone; cum tamen eodem Cicerone prætore fortasse extra ordinem in Illyrico proconsul fuisset; nisi fuit alter, præsertim cum *Cneus*, non *Caius* ab Eutropio lib. VI. ille dicatur. Hic certe in Orat. pro Cluent. Caius appellatur. *Idem.*

Q. Arrius] Is videtur esse, qui prætor Chrysum fugitivorum ducem cum viginti millibus hominum cecidit, ut Liv. lib. XCVII. scripsit; quique C. Verri successurus putabatur, ut Verr. II. et IV. dicitur. Is cum esset loco infimo natus, ut hic ait, post præturam diu jacuit: sed Cæsare et Bibulo consulibus, cum Pompeius, Crassus, et ipse Cæsar remp. tenerent, se consulem fieri posse speravit: verum destitutus ægre tulit sibi ereptum fuisse consulatum, ut Epist. ad Att. II. 5. et 6. videbis. *Id.*

CAP. LXX. § 245 *T. Torquatus*] Alii quærent historiam. *Corrad.*

§ 246 *M. Pontidius*] Idem fortasse, qui laudatur de Orat. II. 68. *Oliv.*

M. Messalla] M. Valerius Messalla, quem Cicero consul constituit cum aliis, qui omnia judicum dicta perscriberent, cum tunc ille præturam peteret, ut in Orat. pro P. Sylla testatur. Hic postea cum M. Pisone, anno ab U. C. 693. consul fuit, et quidem egregius, fortis, constans, diligens, Ciceronis laudator, amator, imitator, ut lib. I. ad Attic. describitur. *Corrad.*

§ 247 *Cn. autem Lentulus Marcellinus*] Hunc nos a principio credimus Claudium Marcellum fuisse, sed ab aliquo Cornelio adoptatum, Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum, non autem Cn. Cornelium Lentulum Clodianum, ut mos erat, appellatum, ut cognosci posset, utra ex familia fuisset, cum duæ familiæ Claudiæ essent; quarum quæ Marcellorum appellata est, plebeia; quæ Pulchrorum, patricia fuit. Cicero certe Famil. lib. XV. et Div. Marcellos et Marcellinos ita conjungit, ut fuisse propinquos ostendat. Consulatum iniit cum L. Marcio Philippo anno ab U. C. 698. *Idem.*

C. Memmius] C. Memmius Gemellus, Epist. Famil. XIII. 19. tribunus pleb. M. Lucullum accusavit, et diu prohibuit, ne L. Lucullus triumpharet, ut Plutarch. in Lucullo et Catone scribit; atque id ipsum triennio ante Ciceronis consulatum. Nam Cicero consul, ut ait Acad. Quæst. lib. II. currum Luculli in urbem introduxit. L. Pisone et A. Gabinio consulibus prætor fuit, ut Epist. ad Q. Fratr. I. 2. cognoscimus. Post vero præturam Bithyniam provinciam sortitus est, quo secum Val. Catullum poëtam duxit; ut ipse Catullus, ad Veranium et Fabullum scribens, testatur, quo loco illos Pisonis comites vocat. Inde reversus cum

M. Scauro, M. Messala, Cn. Domitio, consulatum petiit, et quidem Cæsaris auxilio fretus, cujus opibus et militia confirmabatur, et commendabatur, ut lib. IV. ad Attic. et lib. III. ad Q. Fratrem videre licet. Ille tamen repulsam tulit, et ambitus a Q. Curtio fuit accusatus, et Pompeio consule III. fuit condemnatus, ut Appian. lib. II. scribit; quamvis Ciceronis esset cliens, ut Epist. ad Fam. XIII. 19. refert Cicero, et ostendit illum Patris exulasse. Lucretius huic, ut poëta poëtæ, et Epicureus Epicureo suos libros de Rerum Nat. scripsit. Nam C. Memmius poëta fuit etiam lascivus, ut Plin. Epist. V. 3. et Ovid. lib. II. de Trist. affirmant. *Idem.*

CAP. LXXI. § 248 *Cæsare*] C. Julio Cæsare dictatore. *Idem.*

Marcello] M. Claudio Marcello, quem Cicero in Orat. I. in Catilin. Catilinæ quidem sodalem, sed virum tamen optimum et fortissimum vocat; de cujus magistratibus nihil pene possumus affirmare, nisi illum anno ab U. C. 703. cum Servio Sulpicio Rufo consulem fuisse. Post bellum civile, in quo Pompeium secutus est, timens Cæsarem veterem suum inimicum, Marcellus exulabat; quo tempore Cæsar ejus acerbitatem accusavit, sed tamen repente præter spem dixit, se senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. Quare, cum reliqui gratias Cæsari egissent, Cicero longa satis oratione, quæ nunc extat, idem fecit, ut ait lib. IV. Famil. ubi sæpe monet illum, ut domum revertatur: quod cum ille jam facere cogitaret et vellet, a P. Magio Chilone, familiari suo, fuit interfectus, ut lib. IV. Famil. lib. XIII. ad Attic. et apud Liv. lib. CXV. et apud alios etiam leges. *Idem.*

CAP. LXXII. § 253 *Ut cogitata*] Abesse non videtur posse illud *ut*, quod unus tamen Lambinus agnovit. Infra, pro *cujus*, vide an *hujus* reponendum sit. *Olivet.*

CAP. LXXVI. § 264 *C. Visellius Varro*] In Asia tribunus militum fuit C. Nerone prætore, cum Verres legatus esset Dolabellæ, ut Verr. I. videre licet. Huic cum J. Cæsare magna fuit consuetudo, ut in Orat. de Provinc. consularibus ostenditur. Atque nisi cognosceretur hic ante mortuus, dicerem ipsum cum Cicerone in Ciliciam profectum fuisse, cum dicat Cicero Epist. Fam. III. 7. se Varronem App. Claudio obviam misisse; nec M. Varronem illum doctum possit significare, qui tum Romæ fuit, ut Epist. ad Attic. V. 2. cognosces; nec ita multo post ivit legatus in Hispaniam ulteriorem. Hunc Visellium Valer. Max. VIII. 2. scribit gravi morbo correptum trecenta millia nummum ab Octacilia Laterensi, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passum fuisse, et ab Aquilio, cum postea convaluisset, absolutum. *Corrad.*

§ 265 *L. Torquatus*] L. Manlius L. F. Torquatus, qui adolescentulus eripuit P. Syllæ consulatum, et ad patrem suum retulit. De hoc Cicero in Orat. pro P. Sylla ita scribit: 'Harum omnium rerum, quas ego in consulatu pro salute omnium suscepi et gessi, L. ille Torquatus, cum esset meus contubernalis in consulatu, cum signifer esset juventutis, atque in prætura fuisset, auctor, adjutor, particeps extitit.' *Idem.*

Triarii] C. Valerii Triarii, qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulit, ut ait Asconius; unde nos suspicati sumus Verr. I. ita esse legendum, 'P. Lentulo, C. Triario quæstoribus urbanis.' Hic, ut auctor est Asconius, postea L. Luculli in Asia Pontoque legatus fuit: et ut Liv. lib. XCVIII. scribit, adversus Mithridatem parum prospere pugnavit, et quidem apud Zielam, quæ nobilis clade Triarii ob id, opinor, a Plin. VI.

3. dicitur; quam quidem cladem Plutarch. in Lucullo, et Appian. in Mithridat. pluribus describunt. Triarios vero e gente Valeria fuisse, ostendit etiam Valeria, quæ Triarii soror Epist. Famil. VIII. 7. vocatur. *Id.*

CAP. LXXVII. § 267 *M. Bibulus*] M. Calphurnius Bibulus a Plutarcho in Cæsare vocatur, quanquam Bibulus cognomen in gente Publicia frequentius, ut apud Liv. lib. XXII. et XXIII. et apud Plut. in Marcello, reperiatur. Is igitur Bibulus, ut Cæsar de B. Civ. lib. III. refert, iracundia summa fuit, inimicitiasque habuit privatas cum Cæsare ex ædilitate conceptas et prætura. Bibulus consul factus Cæsari collegæ ferenti legem agrariam cœpit adversari et obnunciare, sed armis foro pulsus est. Ac postero die Bibulum in senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere auderet, qualia sæpe multa in levioribus turbis decreta erant, in eam Cæsar coëgit desperationem, ut, quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret: in quibus Cæsarem inter conjuratos fuisse dicebat, eumque Bithynicam reginam vocabat, ut scribit Sueton. quæ quidem edicta vel ob id Cicero lib. II. ad Attic. 'Archilochia' vocat. De rebus hujus Bibuli Plutarch. Dio, et Appian. plura scribunt. *Corrad.*

Appius Claudius] Appius Claudius Pulcher, ejus Appii, qui cum P. Servilio consul fuit, filius, ut in Orat. de Responsis agnosces. Hic pauper cum duobus fratribus et duabus sororibus est relictus, ut Varro de R. R. III. 16. testis est. P. Clodium ejus fratrem fuisse cognosces ex orationibus pro Domo, et in Pisonem. Tandem cum L. Domitio consul fuit, ad quod usque tempus videtur durasse, quod inter eum et Ciceronem simultatis fuit. Tunc enim demum sunt reconciliati, vel paulo ante, ut lib. I. Famil. cognoscimus: atque ad ipsum per Cn. Pompeium, ut ad Brutum scripsit, quod Quintil. IX. 3. refert; vel per Graios, ut Epist. ad Q. Frat. II. 10. scribit: quem reditum in gratiam 'illustrem' vocat Epist. ad Famil. III. 10. A Pompeio Achaiæ cum esset præfectus, eventum gravissimi motus explorare, ut ait Val. Max. I. 8. cupiens, Pythici oraculi fidem voluit experiri, quod Oros. VI. 15. scribit; et oraculum accepit, quod Lucanus l. V. sic explicat: 'Effugis ingentes, tanti discriminis expers, Bellorum, Romane, minas, solusque quietem Euboici vasta lateris convalle tenebis.' Et sane ibi, ante Pharsalicum certamen, morbo consumptus, prædictum a Deo locum pro sepultura possedit, ut Val. Max. I. 8. scribit. Ob id fortasse Cicero postea Tusc. I. scripsit Appium νεκρομάντια fecisse, et lib. I. de Divin. sortilegiis et ψυχομαντίᾳ uti solitum fuisse. *Id.*

L. Domitius] L. Domitius Ænobarbus, qui filius fuit Cn. Domitii, quem supra diximus cum L. Crasso censorem fuisse. Hunc adolescentem clarissimum, ac principem juventutis Ver. I. vocat; ubi scribit in eo tantum pudorem fuisse, ut Chelidonem meretricem ab se nominari vix sibi honestum esse arbitraretur. Dedit vero, quam contemneret populares insanias, jam ab adolescentia documenta maxima, ut ait Cicero in Orat. pro Milone. Dio, lib. XLI. scribit eum admodum divitem fuisse, quod Syllanis temporibus sibi divitias ingentes comparasset; quod vereor ne sit falsum, cum Domitius illis temporibus admodum adolescens, et pæne puer esset; ita ut vix rem familiarem curare posset; nisi forte pater eo modo divitias filio comparavit. De morte ejus non una est apud veteres scriptores sententia, cum Suetonius et Lucanus in acie Pharsalica cecidisse dicant, quamvis aliter legas apud Appianum. *Corr.*

§ 268 *P. Lentulus*] Cornelius Lentulus Spinter, ædilis curulis, Cicerone consule, omnium illius consiliorum particeps, periculorumque socius fuit, ut in Orat. post Redit. ad Quirit. est scriptum. Cæsare et Bibulo consulibus, ipsius Cæsaris beneficio in collegium pontificum venit, et hinc Cicero in Orat. de Resp. illum pontificem vocat, et in Orat. pro Domo cum illo, tanquam pontifice, loquitur. In Ciliciam proconsul profectus rem sic præclare gessit, ut imperator sit appellatus, ut ostendunt inscriptiones epistolarum lib. I. Famil. quas eo tempore Cicero scripsit. Quin, ut ego ex Epist. ad Attic. V. 21. conjicio, triumphavit; sed ob id tantum æris alieni videtur fecisse, ut Cicero in Cilicia proconsul audiverit, quod Epist. ad Attic. VI. 1. scripsit, eum prædium Tusculanum proscripsisse. I. bello civili Pompeio adhæsit, sed quid postea illi factum sit, nescimus: id scimus, Ciceronem multo post audivisse illum Rhodi esse, quod Epist. ad Attic. XI. 13. scripsit. *Idem.*

L. Lentulus] Ne longum faciam, mittam conjecturas, quæ multæ sunt, cur ego credam hunc esse L. Cornelium Lentulum flaminem Martialem, quem Asconius Nigrum vocat, quemque Cicero dicit in Orat. in Vatin. Gabinii competitorem fuisse; cum multo plures sint, cur arbitrer, atque adeo affirmem, esse L. Cornelium Lentulum Cruscellum, qui Pisone et Gabinio consulibus prætor fuit, ut Epist. ad Q. Fratr. I. 2. et in Orat. in Pisonem leges. Ejus res reperiuntur passim apud Plutarchum, Appianum, Dionem, Val. Max. et alios. *Idem.*

Verba non horrida sane, ut plena esset animi, et terroris oratio] Fuit qui persuadere vellet, aut mutandam esse vocem *terroris*, aut delendam negationem. At non cogitabat particulam *ut* eodem esse sensu intelligendam, quo 'etiamsi,' 'quamvis.' Hoc ergo vult Cicero, P. Lentuli *verba* fuisse *non horrida*, etiamsi *plena* esset *terroris oratio.* Posse autem sine horrore illo verborum, et cum suavitate orationis terrorem consistere, docuit ipse supra, (cap. 11.) ubi hæc de Pericle: 'Hujus suavitate maxime hilaratæ sunt Athenæ: hujus ubertatem et copiam admiratæ, ejusdem vim dicendi, terroremque timuerunt.' *Anon.*

§ 269 *T. Postumius*] Is mihi videtur esse, de quo, belli civilis initio, nominatim senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret, ut Epist. ad Att. VII. 15. scribitur. *Corrad.*

CAP. LXXVIII. § 271 *C. Cornelium*] Qui Pompeii quæstor fuerat, dein tribunus plebis, quem Cicero prætor defendit, ut ipse in Orat. in Vatinium, et alibi sæpe testatur. *Idem.*

T. Accium Pisaurensem] Quem bonum adolescentem et disertum vocat in Orat. pro Cluent. *Idem.*

§ 272 *Genero meo*] Primo. Nam Cicero tribus viris, Pisoni, Crassipedi, et Dolabellæ Tulliam filiam collocavit, ut in Quæstura diximus. Consulibus L. Julio Cæsare et C. Marcio Figulo eam C. Pisoni despondit, anno antequam consul ipse fieret, ut lib. I. ad Attic. scribit. Sed tamen Piso eam non videtur duxisse, Epist. ad Famil. XIV. 4. et priusquam Cicero Romam rediret, vel paulo post reditum, decessisse. *Idem.*

CAP. LXXIX. § 273 *M. Cælium*] Significat M. Cælium, M. F. Rufum, cujus vitam magnam partem Cicero scribit in Orat. quam pro illo dixit. Extant quædam illius epistolæ. Fortuna ei fuit adversa, nam senatus decreto ab rep. remotus, a consule senatu prohibitus et de rostris, cum vellet concionari, deductus, Turios pervenit, ubi ab equitibus Gallis atque Hispanis, qui eo missi fuerant, interfectus fuit, ut Cæsar lib. III. de Bell. Civ. Livius lib. CXI. et Paterc.

lib. II. scribunt. Quod ad mores attinet ejus, vide Senec. de Ira III. 8. *Idem.*

M. Calidio] M. Calidio Q. F. ut ait Asconius: Apollodori discipulo, ut scribit Eusebius. Is fuit ex ordine equestri: Cn. enim Calidius eques Romanus Verr. IV. nominatur, et Q. Calidius trib. pleb. sua lege Metellum Numidicum restituit; unde cognosci potest gentem Calidiam plebeiam fuisse. Is Lentulo et Metello coss. prætor fuit, qui statim designatus sententia sua, quam sibi esset cara Ciceronis salus, declaravit; ut in Orat. post Redit. in Senatu legimus. Is postea consulatum cum L. Paulo et C. Marcello videtur petiisse, et repulsam tulisse. Nos certe sic Epist. ad Famil. VIII. 4. legendum putamus, 'M. Calidium a repulsa postulatum a duobus Galliis.' In bello civili Cæsarianas partes secutus Placentiæ obiit, ut scribit Eusebius. *Idem.*

CAP. LXXXI. § 280 *C. Licinium Calvum*] C. Licinium Calvum, C. Licinii Macri filium, ut apud Valer. Max. IX. 12. videre poteris. Hujus vitam Crinitus et Lilius scripserunt. Catullus eundem non semel ut oratorem et poëtam describit. Ut poëta igitur versus in Cæsarem scripsit, ut Suetonius ostendit. Scripsit et in Tigellium; unde versum refert interpres Horat. 'Sardi Tigelli putidum caput venit.' Hinc Cicero de Tigellio loquens Epist. ad Famil. VII. 25. scribit ita, 'Eum addictum jam tum puto Calvi Licinii Hipponacteo præconio.' Hic amavit Quintiliam, ut Catullus, et Propertius lib. II. sunt auctores; et carmina cum ingentis animi plena, ut ait Seneca Controv. lib. IV. tum sæpe etiam lasciva scripsit, ut Ovid. Tristib. lib. II. ostendit. *Corrad.*

CAP. LXXXVIII. § 301 *Hortensius igitur, &c.*] Hic fuit eques Romanus, ut ait Asconius; quæstor Verr. I. et III. fuisse dicitur. Ædilis Verr. I. significatur, et ab Asconio vocatur; et sane fuit Octavio et Cotta coss. Prætor Act. Verr. I. cognoscitur, et ab Asconio in III. nominatur. Ædilis, vel prætor, cum sesquimodios populo Romano in capita descripsisset, gratissimum omnibus fecit, Verr. III. Consul fuit cum C. Cæcilio Metello Cretico, ut Asconius scribit. Fuit etiam augur, et Ciceronem in augurum collegium cooptavit, ut in initio diximus: unde Cicero Epist. ad Famil. III. 8. suum collegam vocat et familiarem, quod essent conjunctissimi omnium consiliorum societate. Cicero illum sæpe laudavit, ut hic, lib. III. de Orat. et in Orat. pro Milone, ubi vocat illum lumen et ornamentum reip. et de nomine ipsius librum, in quo cohortatus est ad philosophiæ studium, 'Hortensium' inscripsit, ut ostendit lib. I. de Fin. Tuscul. II. et III. et lib. II. de Divin. Atque in his quidem omnibus videtur Cicero *βαθύτητα*, qua de loquitur Epist. ad Attic. IV. 6. servasse; cum revera se ab Hortensio scelestissime et insidiosissime tractatum esse sentiret, ut Epist. ad Q. Fratr. I. 3. et ad Attic. III. 9. declarat. Dives admodum videtur fuisse, qui Tusculanum haberet, ut Plin. ostendit XXXV. 11. villam ad Baulos, ut Cicero Acad. Quæst. lib. II. et Varro de L. L. III. 17. testantur; quædam ad portam Flumentanam, Epist. ad Attic. VII. 3. villam in Laurenti agro cum sylva magna, ut Varro de Re R. III. 13. testis est; et domum tam pulchram, ut postea L. Lentulus eam sibi in bello civili desponderit, Epist. ad Attic. VI. 6. et super decem millia cadum heredi reliquit, ut Plin. XIV. 14. scribit. Fuit certe sumptuosus ita, ut, quod Dio, lib. XXXIX. scribit, consulibus legem sumptuariam ferre volentibus sit adversatus. Male audivit, et quod judices corrumperet, ut Cicero in Verrinis significat et

Asconius interpretatur, et quod munera a clientibus acciperet. Solitus erat gloriari, quod nunquam bello civili interfuisset, ut Epist. ad Famil. II. 16. scriptum videbis. *Idem.*

CAP. XCVII. § 333 *Si operosa est concursatio magis opportunorum*] Hic multi multa deesse, aliqui aliquid, nonnulli nonnihil, omnes fere locum mendosum esse putant: nos, ut aliquid concedamus, multa tamen non credimus deesse, cum facta et dicta sint omnia, quibus dialogi texi et finiri soleant, et Tacit. in Dial. de Orat. hanc extremam partem fuisse doceat. Fieri igitur potest, ut aliquod verbum desit, aut, quæ sunt hic verba, ita sint mendosa, ut sensus elici non possit: etsi videtur hoc modo elici posse: Tantum dico, si mihi accidisset, ut numerarer in multis, me non magni hoc studium dicendi facturum fuisse, si tamen operosa est concursatio magis opportunorum ita, ut difficile sit cognoscere, qui sint oratores magis opportuni: cum quivis id possit intelligere, et ita judicare, an ego in multis sim numerandus, an inter paucos collocandus. Ἀποσιώπησις vero post verbum *multis,* loco et dedita opera facta est, ne, si totam rem protulisset, arroganter loqui videretur. Itaque reliquit nobis intelligendum, aut addendum, *non magni facturum,* aut tale quid. Quod autem pertineat ad illa verba, *si operosa,* video etiam legi posse, *etsi operosa;* vel, *sed operosa,* præsertim cum Cicero hac particula *sed* post ἀποσιώπησιν frequenter utatur. *Idem.*

O R A T O R,

AD

M. BRUTUM.

CAP. II. § 5 *Coæ Veneris*] De hac Venere Plin. XXXV. 10. *Oliv.*

Jovis Olympii] De quo Plin. XXXV. 8. et Pausanias in Eliac. *Idem.*

Doryphori] Plin. ibid. *Idem.*

CAP. III. § 11 *E media philosophia*] Mediam philosophiam dicit illam secretissimam, quia secretiora sunt ea quæ rebus in mediis latent. *Antiquam,* accipe Platonicam. *Subobscuram,* quod idearum species non cadit in sensum, sed in mentem et cogitationem. *Streb.*

CAP. IV. § 14 *Ut palæstra histrionem*] Histriones sunt actores fabularum, qui mitti solebant ad palæstritas. Et id Quintilianus fieri suadet, ut exercitatione palæstræ membra decentius et corpus moverent, aptiusque gestum componerent: cujus exactores severos Athenienses fuisse constat, atque Romanos, recepta celebritate et magnificentia ludorum scenicorum. Ut igitur in scena videntes histrionem prudentiores, operamne palæstræ dederit, intelligunt;

ita qui dicentem audiunt oratorem, sentiunt quantum disciplina et eruditione profecerit: utque plus habet histrio quam palæstrita, sic summus orator, quam philosophus ille cui popularis eloquentia deest. *Idem.*

CAP. VIII. § 27 *Jocatur Demosthenes*] Verba Demosthenis sunt: Πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο, (οὐχ ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ· ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνεγκα· *Præclare sane se habeant fortunæ Græcorum, uti videre potes, hoc si verbum, non illud locutus sim; aut si manum huc, non illuc, protulerim.* Ex his facile est intelligere, locum Ciceronis esse corruptum, et hoc modo legendum: *Negat in eo positas esse fortunas Græciæ, hoc an illud dixerit verbum, huc an illuc manum porrexerit.* Strebæus. Emendavit Lamb. *hoc an illud locutus sit.* Quæ sit sententia, vident omnes: quæ fuerint Ciceronis verba, nemo. *Oliv.*

CAP. IX. *Atticorum igitur aures teretes*] Dixit hic Cicero *teretes aures*, sicut Horatius os rotundum: ' Graiis dedit ore rotundo Musa loqui.' Acron interpretatur os perfectum. *Aures* ergo *teretes*, perfectæ, perpolitæ, delicatæ, quæque sonis asperioribus facillime lædantur; *religiosæ* vero, quæ nihil corruptum, nihil fœdum, nihil putidum, admittunt: contra legunt pura omnia, sancta, et incorrupta, ut fieri solet in observatione cæremoniarum. *Streb.*

CAP. X. § 34 *Omnibus terris*] Post hæc verba vulgati omnes virgulam adscribunt, quæ videretur delenda esse, ut sic ordinentur voces, *Ergo Gallia una non ardet incendio communi terris omnibus.* Potest etiam scribi, *ex omnibus terris,* quo modo ante Victorianam editionem vetustiores habuerant. *Oliv.*

In Italiæ luce] In Gallia, quæ sit lux Italiæ. Ad quod faciunt hæc in Antoniana tertia: ' Nec vero de virtute, constantia, gravitate provinciæ Galliæ taceri potest. Est enim ille flos Italiæ, illud firmamentum imperii populi Romani, illud ornamentum dignitatis.' Illic Italiæ florem Galliam, hic optimorum civium florem: illic imperii firmamentum, hic optimorum civium robur varie dixit. *Streb.*

§ 35 *Catone absoluto*] Non est hic Cato Major, seu liber de Senectute, sed laudatio Catonis Uticensis, qui, ne veniret in potestatem Cæsaris, ipse sibi manus attulerat: in quem Cæsar Anticatones edidit, ut Ciceronem refutaret. *Idem.*

In quo tamen] Si culpatur judicium meum, quod opus aggressus sim, cui efficiendo non eram idoneus; laudabitur quidem voluntas dandi hujus tibi muneris. *Anon.*

CAP. XI. § 37 Ἐπιδεικτικὸν] Quod quid differat a laudatione, Quintil. III. 4. ostendit his verbis: ' Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non ita demonstrationis vim habere, quam ostentationis videtur, et multum ab illo encomiastico differre. Nam ut continet laudativum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam negaverit panegyricos ἐπιδεικτικοὺς esse? Atqui formam suadendi habent, et plerumque de utilitatibus Græciæ loquuntur.' Hæc ille. Unde scias ἐπιδεικτικὸν genus latius patere, quam quod laudativum vocatur. *Streb.*

§ 39 Λογοδαιδάλους] Id est, *artificiosi sermonis fabricatores.* Oliv.

CAP. XIII. § 40 *Leviter et erudite*] Quid si pro *leviter* legas *leniter?* Hujus quidem adverbii significatio accommodata est ad naturam M. Bruti, qui benignitate summa fuit. Quod Cicero in hoc libro testatus est. *Muret.*

CAP. XIV. § 44 *Qua tamen in causa vacua est prudentia*] Locum sane difficilem sic opinor posse explicari: ut sit correctio. Dixit invenire, judicare, propria magis prudentiæ esse,

quam eloquentiæ. Tum subjungit, quasi corrigendo: Sed tamen qua in causa esse potest eloquentia sine prudentia? Nulla causa est, nullum genus dicendi, in quo eloquentia esse possit vacua, destituta prudentia. Est enim, quemadmodum infra dicetur cap. 21. 'eloquentiæ, sicut cæterarum rerum fundamentum sapientia.' *Anon.*

§ 46 *Ut ornatius et uberius dici possit*] Lego *posset*, ut melius se habeat ratio Latinæ linguæ, quia in constructione præcedit *exercuit*, verbum perfecti temporis. Et ita legitur in Ms. Harleiensi, qui penes est honoratissimum Comitem Oxonii. *Pearc.*

CAP. XVII. § 56 *Nam et infantes*] Actionem plurimum valere probant eventus. Nam et *infantes*, id est, infacundi viri, rudesque dicendi, ut Cn. Lentulus, actionis dignitate, bona et decora pronunciatione, eloquentiæ fructum et gloriam tulerunt. Et *diserti*, quibus e diverso opponuntur infantes, deformitate agendi, hoc est indecora et fœda pronunciatione, a multis infantes et indiserti putati sunt: cujusmodi L. Cottam dicit Cicero fuisse. *Streb.*

CAP. XVIII. § 57 *Est autem cantus*] A natura datur vox, ab arte flexus, a flexu gignitur cantus. Qui si temperatus est in actione, decet oratorem maxime in affectibus movendis. *Idem.*

§ 58 *Ipsa enim natura*] Cantus hic in oratione, sicut cætera omnia, cepit a natura seminarium, arte et humana industria colendum. Natura modulata est hominum orationem, certasque voces ad agendum dedit: et ut impetu quodam proferrentur animo concepta, et aurem ferirent, in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, ut esset varietas; nec a postrema syllaba citra tertiam, ne quid spiritus laboraret. Omne verbum aut unius est syllabæ, aut duarum, aut trium, pluriumve. Si in verbo trium syllabarum pluriumve fuerit accentus in tertia ab extrema, is semper erit acutus, ut φιλόσοφος, *dóminus.* Si fuerit accentus in secunda a fine, aut acutus erit, ἀνθρώπῳ, *viríli*, λόγος, *Déus;* aut circumflexus, ut σημεῖον, μοῦσα, *Românus, Rôma.* Quod igitur inflexus ex acuto est et gravi, non defuerit acutus, si ponetur inflexus. In ultima nunc est acutus, βασιλεύς, *dúx;* nunc circumflexus, βοῦς, *bôs.* Nihil refert an unius sint syllabæ verba, an vero plurium. Nunquam gravis erit ultima, nisi cum verbum acutum ceperit aliam ab ultima sedem, propter quod mutarit accentum, ut ὁ βασιλεὺς ἔφη, *dux locutus est.* Jam gravis hic est pro acuta. Ergo natura in omni verbo posuit acutam vocem, quæ cum altius ederetur, et reliquæ summissius consonarent, jucundam e varietate cieret modulationem. Interim unum verbum duos habet accentus acutos, sed unum ab alio verbo ducit, ut φιλόσοφοί τε, *dóminíve.* An acutam vocem dicit eam quæ clarius auditur, magisque ferit aures, non illam tantum, quam proprie dicimus acutam? *Idem.*

§ 59 *Nulla mollitia cervicum*] Dixit rectum casum *mollitia*, non *mollities*, propter litteram sequentem; et *cervicum*, non *cervicis*, quod illud verbum singulariter rarius usurparetur. Nam primus Hortensius *cervicem* singulari numero dixisse fertur. *Idem.*

CAP. XIX. § 62 *Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit*] Cicero de Orat. III. 35. sic de eadem, ut videtur, re loquitur: 'Aristoteles, cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret .... mutavit repente totam formam prope disciplinæ suæ ... Itaque ornavit et illustravit doctrinam illam omnem, rerumque cognitionem cum orationis exercitatione conjunxit.' Et in Tuscul. I. 4. 'Ut Aristoteles .... cum motus esset Isocratis rhetoris gloria, docere etiam cœpit, adolescentes dicere.' Ex his duobus locis mihi videtur hic legen-

dum esse, *Aristotelem Isocrates ipsum lacessivit*. Pearc.

Et gravitate] Lambinus una voce auctior, *et suavitate, et gravitate*. Velim ex Mss. Ut ut est, non displicet sane. *Oliv.*

§ 64 *Nihil iratum*] Id est, quod iram concitet audienti; *nihil invidum*, quod invidiam moveat; *nihil atrox*, quod exaggeret facinus; *nihil mirabile*, quod audienti afferat stuporem; *nihil astutum*, quod capiat fallatque disceptatorem: sed est casta sine popularium opinionum corruptela, custos veritatis illius naturalis, virgo incorrupta quodam modo, simplex oratio, integerrima virtutis indagatrix. Intellige orationem Platonis, Xenophontis, Theophrasti, et optimorum, non istorum qui se vocant philosophos, cum sint tamen infantissimi. Oratio eloquentis invidet, atrociter adauget, admirationes inducit, nolentem trahit, se commiscet populari contagione, ut ad sanitatem reducat; audax irrumpit, et tanquam virago et Amazonum fortissima aditum rumpit, quæritque victoriam. *Streb.*

Cap. xx. § 66 *Poëtæ quæstionem*] Id est, ut dubitaremus effecerunt, quidnam esset illud quo ipsi differrent ab oratoribus. Numero maxime videbantur antea, et versu, tunc cum Homerus, Hesiodus, Euripides, aliique veteres scripserunt ante tempora Thrasymachi et Isocratis, qui primi numeros invenerunt. Ut autem cætera, sic etiam numerus poëticus ab oratorio differt. In illo certi atque numerati pedes; in hoc pedes quidem sunt, sed neque certi, neque numerati. In illo certa spatia, certi ordines, certique fines; oratorio numero neque certa spatia, neque certi ordines, neque certi fines, sed ad aurium mensuram longis et brevibus ad finem usque decurrit. *Idem.*

§ 68 *Nec vero, si quid est*] Unum inter eos simile est, judicium, electioque verborum, quod utrique, ut ante diximus, electis verbis, compositis, modificatis, numeroque comprehensis utuntur. Quod accipe dictum de elocutione: alioqui multa sunt inter eos similia, multaque dissimilia, tum in inventione, tum in collocatione. Sed id nihil habet quæstionis, id est, controversiæ; et si quid habet, ad id quod propositum est, non est necessarium; quoniam de elocutione, non ne inventione et dispositione proposita quæstio est. *Idem.*

Cap. xxiv. § 79 *Unum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus, ornatum illud suave, &c.*] Lambinus vidit hanc vulgatam lectionem ferri non posse: reposuit igitur, conjectura, opinor, *ornamentum illud suave*. At, cum Mss. habeant *ornatum*, sic legendum esse, punctis solum mutatis, censeo: *unum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus ornatum, illud suave et affluens*. Potius enim Cicero videtur dixisse *quartum ornatum*, quam *ornatum suave*. Pearc.

§ 80 *Aut translatum, aut factum aliunde, ut mutuo*] Suspicor illam vocem *factum* natam esse ex sequentibus, in quibus occurrit *aut factum ab ipso*. Quamvis enim verba aliena secundi generis proprie dicantur *facta* esse, hæc de quibus Cicero jam loquitur, *aliunde sumpta* potius, vel *ducta*, esse dicenda sunt. Adde, quod non diversæ sunt res, id quod *factum*, sive *sumptum* sit *aliunde*; et id quod *translatum* sit. Unde libenter assentior Lambino legenti *aut translatum et sumptum aliunde, &c.* Quam quidem lectionem firmant ea, quæ Cicero dicit de Orat. III. 38. 'Hæ translationes quasi mutuationes sunt; cum quod non habeas, aliunde sumas.' *Idem.*

Aut factum ab ipso, aut novum] Disjungi non debere videntur voces *factum* et *novum*: quæ enim 'facta sunt ab ipso' ideo sunt 'nova.' Nec aliter Cicero de Orat. III. 38. 'Novan-

tur verba quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt, vel conjungendis verbis . . . vel sine conjunctione.' Aut igitur legamus cum Lambino *ut novum*, aut, ut ego malim, *et novum*. Utrovis modo rectius se habebit sententia, quam si sequamur Mss. Harl. qui, deleto *aut*, exhibet *aut factum ab ipso novum*. Idem.

CAP. XXX. § 107 *Quid enim tam commune*] Pro Roscio Amerino, cap. 26. *Oliv.*

CAP. XXXII. § 113 *Quanquam aliud*] Lamb. *Quanquam enim aliud videatur esse oratio, aliud disputatio ; nec idem loqui esse, quod dicere : et quanquam disputandi ratio, et loquendi, dialecticorum sit ; oratorum autem, dicendi, et ornandi : attamen utrumque in disserendo est. Zeno quidem, &c.* Oliv.

CAP. XXXIV. § 120 *Quid est ætas, &c.*] Quomodo differant *res veteres* a *superioribus* non intelligo, cum *superiora* dicantur quæcunque sunt præterita; adeoque non minus vetera, quam proxime, ut ita dicam, superiora. Videtur omnino hoc velle Cicero, nihil esse vitam hominis ad comparandam prudentiam, si ea tantum teneamus quæ vidimus, et ab oculatis testibus audivimus; sed oportere ea, quæ tempore nostro contigerunt, cum superioribus veteribusque contexi, ut seriem totius historiæ animo comprehensam teneamus. Verum, ut hoc diceretur, oporteret scribi, *Quid est ætas hominis nisi memoria rerum nostrarum cum superiorum ætate contexitur ?* aut *recentiorum* loco *superiorum ;* sed prius magis placet. Videtur primum oscitans librarius, pro *nostrarum* scripsisse *vestrarum*, ob soni et significationis adfinitatem, aut etiam ob similitudinem ductuum. Cum vero vocis *vestrarum* nullus esset sensus hoc in loco, grammatici ex ea fecisse videntur *veterum*, quod tam manifesto ineptum est. *Cleric.* Art. Crit.

CAP. XXXVII. § 129 *Pro familiari reo*] Pro Verre, qui familiaris erat Hortensii. *Oliv.*

Privata in causa] Vide Cic. in Bruto, cap. 60. *Idem.*

CAP. XXXIX. § 134 *Et reliqua, ex collocatione verborum*] Tullium ab his ipsis verbis ad finem usque capitis, quod proxime sequitur, describit Quintil. IX. I. apud quem τεχνικὰ hæc omnia diligenter, ut solet, expendit vir singulari doctrina, Claudius Capperonnerius, quo non ῥητορικώτερος alter. *Idem.*

CAP. XLIV. § 150 *Quin*] Lego, *qui vocales nolit conjungere.* Id valet quoties vocales concurrunt, quasi de duabus unam facere, et, ut paulo post dicit, 'contrahere;' ubi idem præcipit, cujus contrarium est 'distrahere.' 'Nobis,' inquit, 'ne si cupiamus quidem, distrahere voces conceditur.' Est igitur hic *conjungere*, et *contrahere*, Græcis συναλείφειν, a quo est συναλοίφη, quod Eustathius κρᾶσιν et συναίρεσιν recte interpretatus est : *distrahere* autem διαιρεῖν, et συγκρούειν, et διασπᾶν. Utriusque rei luculentum exemplum est apud Demetrium in aureolo libro illo περὶ ἑρμηνείας, ubi διαιρεθέντα δὲ καὶ συγκρουσθέντα, inquit, εὐφωνότερα, ὡς τὸ, πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστίν· εἰ δὲ συναλείψας εἴποις, καλὰ ἐστίν. Hoc eo dixi, quod Victorius in variis lectionibus et commentariis in hunc Demetrium, et qui Victorium sequitur Lambinus, corrigunt, et legunt in Cicerone, *Nemo ut tam rusticus sit, quin vocales nolit conjungere.* Video quid velint : quod si illis conceditur, quid fuerit Cicerone ipso rusticius ? in ipso ingressu primæ ep. ad Lentulum, 'Ego omni officio ac potius pietate erga te,' &c. ut mittam alia ejusmodi infinita. Ac prope eram oblitus Lambinum pro *vocum* et *voces* ibidem reponere *vocatium* et *vocales.* Certe immerito: sic enim vocalis I in Ausonii monosyllab. 'vox,' et a Terentiano E, 'vocula' dicitur : et sic poëta vetus apud Athenæum in gri-

phis lib. x. Τὸ Ω τῶν ἑπτὰ φωνῶν, κ. τ. λ. quippe quod eæ litteræ, ut ait Plato in Theæteto, cum de vocalibus disputaret, φωνὴν μόνην ἔχουσι. *Faber*, in Acad. I. 1. Vide Victorii Var. Lect. XII. 17. et Turnebi Adv. VIII. 3. *Oliv.*

§ 154 *Ex eo est mecum*] Quæret aliquis, cur ergo dicimus, *mecum, tecum, secum, quicum, vobiscum*, et cætera id genus, quæ nullam fugiunt αἰσχρολογίαν· 'Ut esset,' inquit, 'simile illis nobiscum,' &c. Hoc igitur ad effugiendum cacophaton, illa ad analogian quandam reperta sunt. Cicero de Oratore: 'Noluimus, 'cum me,' et 'cum te' dicere, ne eidem computationi adjungendum esset 'cum nobis:' sed potius 'mecum' et 'tecum,' et 'secum,' et 'nobiscum' diximus,' cum præpositione, quæ facit obscœnum, assidue postposita. *Streb.*

CAP. XLVI. § 156 *Censoriæ tabulæ*] Commentarii et litteræ censorum, in quas referunt civium nomina, et singulorum censum. Sunt et censoriæ tabulæ, quibus ignominiosi notantur, in quos a censoribus subscriptum est. *Idem.*

CAP. XLVIII. § 160 *Aliquando, idque sero*] Consuetudo et usus aspirandi veteribus Romanis fuit, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, ut 'homo,' 'inhumanus,' 'vehicula,' 'trahebat.' Hanc veluti legem secutus Cicero, reclamante populo, dicebat sine aspiratione 'pulcros,' 'Cetegos,' 'triumpos,' 'Cartaginem,' et cætera id genus. Aliquando tamen, idque sero, cum veritas, id est vera loquendi ratio extorta esset homini aurium convicio, hoc est auribus ipsius indignantibus, et tacite conviciantibus illa sicciora durioraque sentiri; tum cœpit ire per viam publicam, et cum populo dicere 'pulchros,' 'Cethegos,' 'triumphos,' 'Carthaginem,' quæ nunc quoque scribendo servamus aspiratione mollita: sed ut plerisque pronunciatio est, aspiratio non auditur. 'Usum,' inquit, 'populo concessi, scientiam mihi reservavi.' Ex arte præceptisque scientia comparatur, a qua si loquendi consuetudo dissentit, tum censet consuetudini potius et auribus quam scientiæ parendum. *Idem.*

CAP. XLIX. § 163 *Qua pontus Helles*] Non dubium est, quin admittenda sit scriptura, quam e Seneca eruit Lipsius noster, Quæst. Epist. v. 5. et Senec. Ep. 81. *Qua ponto ab Helles* Gruter.

CAP. LIV. § 182 *Quod voce jucundum est, et quod moderatione absolutum*] Fortasse *modulatione*, ut et de Orat. I. 60. ubi omnes vulgati, 'adstrictus certa quadam numerorum moderatione, et pedum.' Hic etiam placeat *modulatione*. Muret.

CAP. LV. § 183 *Neque enim ipse versus ratione est cognitus*] Si rhythmus et metrum ratione cognita essent, ratio redderetur: sed a natura parta sunt, a sensu notata, ratione dimensa. Quamobrem tantum dici potest, rationem mensura comprehendisse, quæ a natura peperisset. Ergo ratio versum numerumque metitur, sed non parit. *Streb.*

CAP. LXII. § 211 *Quam ipse includit*] Hæc verba arbitror non esse Ciceronis, sed aliena, atque ab aliquo ad oram libri adscripta, quibus significabat ille, quisquis fuerit, perorationem numeratam, et quodam modo inclusam esse in iis orationis partibus, in quibus numerose fusam orationem locum habere dicit M. Tullius. Quod si quis contendat esse Ciceronis, ita esset legendum, *quam ipse inclusi:* quod tamen loquendi genus non esset satis concinnum. Quod autem alii hæc verba, *quam ipse includit,* sic interpretantur, quam ipse orator terminat, ut sit hæc hujus loci sententia, De peroratione non esse opus præcipere, quamdiu hæc numerosa oratio in ea sit retinenda; utpote quam ipse

orator includit ac terminat, ut longior esse non possit; multo minus probo. Dixisset enim potius, *quam ipse finit ac terminat*, vel, *claudit ac terminat*. Lamb.

CAP. LXIV. § 216 *In incisionibus vero multo magis, et in membris*] Sensus indicat legendum, *multo magis, quam membris*. Incisa enim Cicero distinguit nominatim a membris, quod manifesto exponet paulo posterius. Et quod sequitur, nostram sententiam confirmat: 'Paucitatem enim pedum gravitate sive tarditate compensat.' Scilicet, cum in *incisionibus* pauciores sint pedes, quam in *membris*, spondeus in illis compensat 'paucitatem sua tarditate.' Etenim si spondeus aptus sit *incisionibus*, et *membris*, nullum video tertium, cui minus aptus esse possit. *Anon.*

§ 218 *Dochmius*] Vulgo *Dochimus*. Primam habet brevem, deinde duas longas, quartam brevem, ultimam longam, ut 'amicos leves.' Grammatici nonnulli volunt duas primas esse breves; ut 'hyacinthini.' *Turneb.* Nescio quo bonarum litterarum fato factum fuisse dicam, ut post tot Fabianæ Institutionis editiones a tot tamque doctis viris adornatas hæc barbara vox *Dochimus* huc usque locum tenuerit τοῦ *Dochmius*: quam veram esse lectionem, satis demonstratur ex Hephæstionis opusculo περὶ μέτρων, et ex veteribus Grammaticis edit. Putsch. in quibus constanter legitur δόχμιος, *dochmios*, et *dochmius*. Vide Diomedem pag. 419. Cæsium Bassum pag. 267. et Rufinum pag. 2714. Attamen pravæ lectionis illius *Dochimus* macula omnes, quas quidem viderim, Ciceronis ipsius editiones infecit. Quid? quod ipse Vossius, et ipse Jovita Rapicius, qui de oratorio numero unus fere omnium optime scripsit, depravatam illam lectionem passim secuti sunt. Futurum jam spero, ut, qui oratoriarum artium scriptores in lucem deinceps edituri sunt, pro τῷ *Dochimus*, quod ferri nequit, τὸ *Dochmius* typis curent excudendum. *Capper.* ad Quint. IX. 4. § 346. pag. 605.

CAP. LXVII. § 226 *Quam binis aut, &c.*] Omittunt *quam* Vict. Man. Grut. *Oliv.*

CAP. LXVIII. § 228 *Interductu librarii*] Id est, virgula aut puncto quod figit is qui libros manu scribit. Non enim quia punctum est, quiescit ambitus; sed quia desinit comprehensio, signum interducitur. *Streb.*

§ 229 *Tantumque abest, ne, quod ii, &c.*] Legendum omnino, *tantumque abest, ut, quod* . . . . nam hoc loco *ne* stare non potest. Est hujus loci sententia: Tantum abest, ut compositio verborum enervet orationem (quod ii solent dicere qui hoc . . . . non sunt assecuti), ut sine compositione nec impetus ullus, nec vis in oratione esse possit. Sic enim Cicero sæpe *ut* geminatum ponit cum ea formula *tantum abest*. Exempla suppeditat Godescalcus Stewechius, in libro de Particulis Linguæ Latinæ, v. 'Tantum abest ut, ut.' *Anon.*

CAP. LXXI. § 238 *Impudentiam*] Fortasse *imprudentiam*, ut, unde est orsa, in eodem terminetur oratio. Hinc enim orsa est: 'Malo . . . . desiderari a te prudentiam meam,' &c. *Muret.*

TOPICA.

Cap. i. § 5 *Tuaque, et tuos vidi*] Trebatii paternæ possessiones Veliæ erant. Vide Epistol. Ciceronis ad Trebatium, Fam. vii. 19. et 20. *Govean.*

Cap. ii. § 10 *Cum lex assiduo*] Hæc verba, *Ælia Sentia*, quæ Victorius, Manutius, et Gruterus hic admiserunt, inducenda censet ac tollenda Lambinus, quem Prusteus secutus est. Præiverat Goveanus, qui certe non ignorabat, *Æliam Sentiam* nonnisi multis post Ciceronis obitum annis sancitam fuisse, anno scilicet 755. An vero emendationem hanc ipsam divinasse visus est sibi nuper quidam Vicentinus, qui suas Epistolicas Diatribas edidit Venetiis? An sine Goveano, Lambino, et Prusteo, etsi post ipsos, vidit quod jam ante viderant? *Oliv.*

Assiduum] Lex est xii. Tab. quemadmodum testatur Gellius xvi. 10. iis verbis scripta, ASSIDUO ASSIDUUS VINDEX ESTO : PROLETARIO CIVI QUIVIS VOLET VINDEX ESTO. Cujus vis et sententia hæc est : Locupleti fidejussor locuples sit, inopi quivis. In quo summa æquitas est. Quem enim homo tenuis locupletem pro se fidejussorem inveniat? *Gov.*

Cap. iii. § 13 *Quoad suum nomen retinet*] Forma quoad generis nomen retinet, nunquam a genere separatur: tum separatur, cum amisit. Legavit vir uxori ligna omnia, arbores stantes non legavit. *Suum* pro 'ejus,' non semel a Cicerone dicitur : nisi malis *suum nomen*, naturale esse nomen : ut numi argentei nomen naturale sit 'argentum :' quod quidem amittit, cum percussus est; tum enim 'numus' dicitur. *Idem.*

§ 17 *Cellis vinariis et oleariis*] Earum rerum quæ usu consumuntur, usus fructus neque naturæ jure, neque vero civili constitui potest ; cum 'usus fructus,' uti Paulus ad Vitellium scribit, aliud nihil sit, 'quam jus aliena re utendi fruendi, salva rei substantia :' ut re sublata et consumpta, tolli usum fructum necesse sit. Cum igitur oleum, vinum, frumentum, vestimenta, quibus proxima est pecunia numerata, quæ et ipsa usu et assidua permutatione quodam modo extinguitur, utendo consumantur, neque in hoc rerum genere constitui ususfructus possit; non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum usumfructum legavit, vino et oleo relictis, putare jus sibi esse utendi fruendi. Usus enim ei, non abusus relictus est. *Idem.*

Cap. iv. § 19 *A consequentibus*] A consequentibus ducitur argumentum, cum propositis duobus, a posteriore argumentamur, hoc modo: Mulier servo cui imprudens nupserat, nuncium remisit: qui ex ea conjunctione nati sunt, patrem non sequuntur. Quare pro liberis ex dote apud patrem manere nihil oportet. Id quod ex eo collegi, quia patrem liberi non sequerentur : quod e duobus quæ proposui, posterius est. *Govean.*

§ 21 *Ancillarum usumfructum*] Ususfructus ancillarum, omnis ea utilitas est, quæ ex ancillis percipi potest, præter earum partus, qui in fructu non sunt, sed ad proprietatis dominum pertinent: neque enim placuit homines in fructu esse, 'quorum gratia rerum omnium fructus natura comparavit.' *Idem.*

Cap. v. § 27 *Conformatio*] Alibi dicit M. Tullius *conformationem, notionem*, et *intelligentiam:* quam Græci ἔννοιαν appellant. Tutelæ igitur corpus nullum subest : est tamen

notio quædam in animis nostris impressa, quæ sæpe definienda est. Neque enim facile est intelligere id quod neque videtur, neque tangitur, nisi definitione explicetur. Neque tamen putandum est, ita dicere M. Tullium, rerum earum quarum nullum subest quasi corpus, notiones esse, ut earum rerum quarum subsunt corpora, notiones esse neget. Cum enim hæ quoque res definiantur, nihilque nisi notio possit definiri; negari non potest, quin harum quoque rerum notiones sint. Sed hoc interest inter fundum et tutelam; quod fundi et notio sit, et corpus quoque aliquod subsit; tutelæ nullum quasi corpus subest, notioque duntaxat est. *Govean.*

§ 28 *Nexu*] Nexum, vel nexus; utroque enim genere dicitur: id est quod per libram et æs agebatur, quemadmodum scribit M. Tullius de Orat. lib. III. Agebatur autem ita, adhibitis non minus quam quinque testibus civibus Romanis puberibus, et præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, 'Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio;' isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram; idque æs dat ei a quo mancipium accipit, quasi pretii loco. *Idem.*

In jure cessio] Hoc fiebat modo. Apud magistratum populi Romani, vel apud prætorem (hoc enim est *in jure*), vel præsidem provinciæ, is cui in jure ceditur, rem tenens ita vindicat, 'Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio.' Deinde postquam hic vindicaverit, prætor interrogat eum qui cedit, an contra vindicet. Quo negante, aut tacente, tunc ei qui vindicaverit, eam rem addicit: idque legis actio vocabatur. *Idem.*

Inter quos ea jure civili fieri possunt] Jure civili fieri aliquid non inter alios, nisi inter cives Romanos potest, quorum est etiam jus civile, quod duodecim Tabulis continetur. *Boëth.*

Cap. VII. § 30 *Græci εἰδέας vocant*] Plato princeps *ideas* induxit, easque, uti scribit M. Tullius, mirabiliter est amplexatus. Ideas autem vocabat, quædam veluti simulacra, exemplaria, typos, imagines rerum cæterarum; quas intuens Deus Opt. Maximus, ad earum similitudines manum veluti in fingendis rebus dirigeret, nihilque nisi perfectum faceret. Dictæ itaque videntur εἰδέαι a verbo εἴδειν, quod est εἰσορᾶν et intueri: quoniam eas Deus faciens quid, semper intuetur. Qua eadem ratione *species* a Latinis sunt appellatæ a verbo *specire*, quod videre est; vimque Græcæ dictionis melius *species*, quam *forma*, exprimit; quanquam M. Tullius eodem nomine idem significari putet, malitque formam quam speciem dicere, propter duritiem quorumdam casuum: teretes enim et molles ejus aures *specierum* et *speciebus* audire non possunt, *formarum* et *formis* non respuunt. *Govean.*

§ 31 *Formas qui putat idem esse, quod partes*] Formæ ad 'genus,' partes ad 'totum' referuntur. Inter genus et totum hoc interest, quod genus de suis formis affirmatur, totum de partibus nunquam: genus ex suis formis non constat, totum ex suis partibus constituitur: genus formis prius natura est, totum partibus et tempore et natura posterius: generis natura universa in unaquaque forma includitur, natura totius universa in nulla suarum partium inest. *Govean.*

Cap. VIII. § 37 *Mancini*] Vide lib. I. de Orat. c. 40. *Oliv.*

Cap. X. § 44 *In Curiana causa*] Vide lib. I. de Orat. c. 39. *Idem.*

Cap. XI. § 46 *Non, quemadmodum quod mulieri debeas*] Quanquam et

mulieres et pupilli sub tutoris potestate sint, mulieri tamen recte solvi potest sine tutoris auctoritate; pupillo qui ita solvit, non liberatur. Nam neque hæreditatem adire, neque bonorum possessionem petere, neque hæreditatem ex fideicommisso suscipere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate, quamvis illis lucrosa sit; ne ullum scilicet damnum habeant. De mulierum perpetua tutela nihil in libris Pandectarum legimus: quin contra legimus, emancipari, suique juris fieri non aliter quam mares posse. Cicero tamen in Oratione pro Muræna his verbis scribit: 'Mulieres omnes propter infirmitatem consilii majores in tutorum potestate esse voluerunt,' &c. Idem pro Cæcina: 'Quod mulier sine tutore auctore promisit, non debetur.' De qua tutela legitima intelligendum puto Ciceronis illud in Oratione pro Flacco: 'Usu,' inquit, 'non potuit: nihil enim potuit de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui,' loquens de muliere quæ omnia sua bona doti dixerat. Dicendum igitur est, legibus XII. Tabularum constitutam perpetuam hanc mulierum tutelam; sublatam postea fuisse, ut pleraque alia. Plus tamen esse consilii in fœmina 12. annorum, quam in mare 13. eædem leges XII. Tabularum statuebant: credo quod celerior sit cursus fœminarum, ut pubertatis, sic etiam prudentiæ. *Govean.*

§ 49 *Ut si hoc est, illud non est*] Locum corruptum esse arbitror, legendum autem sic, *Ut est hoc illud, hoc illud non est.* Hæc enim ἀποφατικὰ sunt, illa minime, cum idem de eodem in illis non affirmetur et negetur. *Idem.*

§ 50 *Exemplum paulo ante*] Repete supra, cap. 4. *Oliv.*

CAP. XII. § 51 *Gallus*] C. Aquilius Gallus, de quo in Bruto. *Idem.*

Ne si nihil nisi quod ad te pertineat, scribendum putaris] Jocatur M. Tullius cum Trebatio, quem Epicureum esse sciebat, cujus disciplinæ erat se ipsum amare, et sua causa omnia facere. Vide ad Fam. Epist. VII. 12. *Govean.*

CAP. XVIII. § 69 *Pervagata*] Lamb. *pervagata, ex quibus plura bona propagentur, quæque plures imitentur, et faciant, angustis.* Oliv.

CAP. XX. § 77 *Quasi opera divina quædam*] *Quasi oracula divina quædam* legendum puto. Dii enim per res mutas et inanimes (cujusmodi mundus est, et ejus omnis ornatus) loqui nobiscum videntur, et futura præmonstrare; quemadmodum scribit Tullius in libris de Divinatione. *Govean.*

CAP. XXV. § 95 *Qua de re agitur*] Quoniam ad jureconsultum scribit, jureconsultorum verbis lubenter utitur, quale est hoc, *Qua de re agitur:* quod nunc mavult, quam judicationem aut disceptationem, quæ κρινομένου propria translatio est. *Govean.*

CAP. XXVI. § 100 *Rutis cæsis receptis*] Q. Mutius libro singulari τῶν ὅρων, In rutis, inquit, et cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili tectoriove non continentur. Recipere autem, est excipere et reservare sibi. *Idem.*

ORATORIÆ PARTITIONES.

ARGUM.—Quandoquidem habet hic libellus brevem duntaxat enumerationem eorum omnium, quæ multis hactenus de ratione dicendi, variisque sunt a Cicerone disputationibus explicata; nihil esse in eo difficultatis potest, quod superiorum jam librorum explanatio non expedierit; nisi forte quam affert socia brevitatis et comes obscuritas. At hæc ipsa neminem vel morabitur, vel terrebit, quisquis in libris hujus voluminis prioribus legendis fuerit bene ac diligenter versatus. Ad hunc librum sic paratus qui veniet, artem summi oratoris universam, præceptaque omnia regustabit cum voluptate; atque hoc agnoscet quam non frustra sit a me dictum in prologo, Ciceronis interpretem esse nullum Cicerone opportuniorem. Si tamen explicationibus carere nequeunt juvenes, vel discipuli, vel magistri; habent in has Partitiones Commentarios uberes, ad puerilem institutionem apprime accommodatos, a duobus adornatos eruditis hominibus, atque in hac palæstra valde exercitatis, M. Ant. Majoragio, et Joan. Lud. Strebæo, quos describere neque hujus instituti est, neque vero spatii. *Olivetus.*

CAP. II. § 7 *Quæ infixa sunt rebus ipsis*] Post illa verba, nescio quid in editionibus Victorii et Manutii legitur: quod Lambinus e Partitionibus amovit, ut supervacaneum, et huc translatum e Topicis. Neque a Lambino, quod mirum, dissentit Gruterus. Ego igitur Lambino præclare admonenti parendum esse duxi. *Olivetus.*

DE OPTIMO GENERE ORATORUM.

ARGUM.—Hic liber, Carisii testimonio, cui sane multum tribuo, (nam Pedianus, in argumento orationis pro Milone, ita loquitur, ut non affirmet) Ciceronis est: mutilus tamen mihi videtur. Nam et suspectam habeo brevitatem nimiam: et illa pars de conversis duabus Græcis orationibus, Demosthenis, et Æschinis, nullam cum hoc libro societatem videtur habere posse. Aut enim procemium hoc est, propositum duabus illis orationibus; aut liber est De Optimo Genere Oratorum. Si procemium, quorsum illa de Græcis oratoribus? quæ, si Carisio credimus, ad librum pertinent. Sin liber est, unde illa de conversione orationum? Præterea, in parte, quæ ad oratores pertinet, oratio significatur pro Milone habita, Cicerone jam senescente: at illas duas orationes non senior, sed adolescens potius convertisse Cicero videtur; ideoque divus Hieronymus non admodum in ea conversione Ciceronis probavit industriam. *Manutius.*

CAP. I. § 1 *Quod magis est tracta-*

tum a Latinis] Fortasse, *quod magis est tractatum a Græcis, quam a Latinis.* Muret. Miror Ciceronem scripsisse dithyrambicum poëma magis tractatum fuisse a Latinis, cum constet neminem unquam Latinorum carmen dithyrambicum composuisse. Itaque placeret, si hic locus ita legeretur, ut ex manuscripti libri corrupta scriptura, amicus meus homo doctissimus emendavit : *Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici, dithyrambici etiam ac iambici, quod magis est tractatum a Latinis.* Ursin. Memini, cum Romæ essem, hunc locum sic a Romulo Amasæo restitui : *quod minus est tractatum a Latinis.* Nam revera dithyrambicum poëma nemo unquam Latinus scripsit, ut ille dicebat. *Lambin.*

Certus sonus] Sonus in hoc genere verbum Ciceroni usurpatum in Bruto, c. 26. ubi de Fannii oratione quadam sic scribit : 'Sed nec ejusmodi est, ut a pluribus confusa videatur ; unus enim sonus est totius orationis, et idem stylus.' *Stat.*

Cap. iii. § 8 *Sed quatenus valuerunt*] Edendum curavi *Sed qui hactenus valuerunt,* libris omnibus reclamantibus, sententia ipsa, et ratione postulante. Hoc enim sentit Cicero : Qui hactenus valuerunt, ut vitia vitarent, sani duntaxat et sicci habeantur, et liceat illis palæstrice in xysto spatiari ; non autem coronam ab Olympiis petant ; id est, non habeantur in principibus oratoribus, neque perfectæ eloquentiæ laudem ferant. *Lambin.*

Cap. iv. § 11 *Nam si arrideantur*] Novum, opinor, loquendi genus ; et malim *arrideatur.* Man.

Ad picturam probandam adhibentur Rectius puto, *adhibeantur.* Idem.

§ 12 *Quasi sicce et integre. At si ample*] Ita locum hunc Lambinus restituit. Victorius, *quasi sicce et integre : et ample, &c.* Gruterus, *quasi sicce. At integre, et ample, &c.* Fed. autem Morellus ita legit, et interpungit, *eos solos Attice dicere. Idcirco si sicce et integre, et ample, &c.* Judicium esto doctorum. *Oliv.*

Cap. vi. § 17 *Æschines, tanquam Æserninus*] Hic Æserninus fuit Samnis, id est, gladiator, et compositus cum præstantissimo gladiatore Placidiano, seu Pacidiano, quem commemorat Horat. Satyr. ii. 7. 96. Proferuntur autem hi versus a Nonio Marcello ex Lucilio, cap. 4. in 'spatium :' 'Æserninu' fluit flacco ore : Samnis spurcus homo, vita illa dignu', locoque. Cum Placidiano componitur ? optimu' longe Post homines natos gladiator qui fuit unus ?' Vide Tusc. i. 24. et ad Q. Frat. iii. 4. *Lamb.*

§ 18 *Quam Græcas*] Verborum ordo hic est apud Victorium, Manutium, et Gruterum : *quam Græcas. Iidem Andriam, et Synephebos : nec minus Terentium, et Cæcilium, quam Menandrum legunt : nec Andromacham, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant : sed tamen Ennium, et Pacuvium, et Accium potius, quam Euripidem et Sophoclem legunt. Quod igitur, &c.* Oliv.

Cap. vii. § 19 *Qui a senatu*] Vulgo, *quia in senatu. Demosthenes, &c.* Quam labem omnibus in editionibus inveterasse hactenus, eo mirere magis, quod anno jam 1596. Federicus Morellus malo remedium attulerat, data in lucem hac opella, 'cum insigni,' ut ipse inscripsit, 'emendatione loci hactenus deplorati.' Qui locus hic ipse est, in quo nunc versamur. Atque ita quidem Muretum emendasse, testis est liber a me olim inspectus Romæ, de quo in præfatione admonui. Quid, quod eandem Petrus Faber, uti ex conjectura sibi oblatam emendationem proponit, in commentario ad Ciceronis Lucullum, cap. 4. Quis igitur hanc lectionem primus conjiciendo divinaverit, in-

certum est: sed negligere illam neque debuerant critici posteriores, nisi forte ignorabant, neque ego volui. Duces hic sane quatuor meos omitto: at fidem illis eatenus obligavi, ut fas mihi esset aliquando ab eorum recedere consensu; hoc est, ubi non posset videri dubium, quin a Cicerone ipsi recederent. Esse autem ab illius manu quod edendum curavi, ambiget nemo, qui Atticarum in Legum collectione, Tit. VI. § 3. 'De præmiis bene de rep. meritorum,' eam viderit legem, quam hic Tullius respexit, et Latine sic reddidit, ut prope verbum verbo: Ἐὰν μέν τινα ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων στεφανοῖ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν στέφανον ἀναγορεύεσθαι· ἐὰν δὲ ἡ βουλὴ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. *Olivet.*